Digitized by Google

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA ALESSANDRINA
G
d
54
ROMA

Digitized by Google

HISTORIA VNIVERSITATIS PARISIENSIS

PLVRIMORVM COLLEGIORVM FVNDATIONES, STATVTA, Priuilegia, Reformationes, aliarum Vniuerſitatum quæ ex eadem communi Matre prodierunt, erectiones: Legationes plurimas ad Reges, & ad alias Vniuerſitates. Eiuſdem in reducenda pace Regni & Eccleſiæ Catholicæ, in extinguendis Hæreſibus curas & labores, pro tuendis Regis, Regni & Eccleſiæ Gallicanæ Iuribus, Sanctione-Pragmatica & libertatibus pugnas, in negotijs Fidei Cenſuras multiplices, aliaque id genus ex Autographis deſumpta Tabularij Academici, Senatuſconſultis Manuſcriptis Codicibus & membranis complectens.

Autore CÆSARE EGASSIO BVLÆO,
Eloquentiæ emerito Profeſſore, antiquo Rectore & Scriba ejuſdem Univerſitatis.

TOMVS SEXTVS.

Ab Anno 1500. ad an. 1600.



PARISIIS,
Apud PETRVM DE BRESCHE, Typographum Reginæ ordinarium, & Bibliopolam juratum Vniuerſitatis Pariſienſis;
ET
IACOBVM DE LAIZE-DE-BRESCHE, viâ Iacobeâ è Regione ſancti Benedicti.
M.DC. LXXIII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

PRÆFATIO AD LECTOREM.

PERVENIMVS tandem, Amice Lector, ad Seculum quod decurrimus, non vltra proceſſuri. Hoc enim fuit in votis Bonorum Virorum & noſtris initio, cum Hiſtoriam Vniuerſitatis Pariſienſis aggreſſi ſumus, vt eam, ſi cœptis Deus adſpiraret, ad annum 1600. perduceremus. Nam exinde ad hæc noſtra tempora, nemo eſt qui hærere poſſit aut debeat. Scilicet habemus in promptu Commentaria & Acta ſingularum Facultatum & Nationum libris & publicis etiam ipſius Vniuerſitatis faſtis ſtudioſiùs longè conſignata quàm fuerunt anteactis temporibus. Superiorum ſeculorum ſtatum replicare & repræſentare laborioſum omnino fuit & difficile; præſertim verò priorum trium aut quatuor, quæ ne omnino barbara eſſent, effecit Vniuerſitas Pariſienſis; ne verò penitus ignorarentur à poſteris, enixi ſumus vt potuimus, patefactâ & recognitâ ſpiſſas inter Antiquitatis tenebras inſtitutione Carolina circa an. 790. deductaque inde continuatione Scholarum Publicarum perenni nec interrupta; ad quas turbulentiſſimis etiam Regni Gallicani temporibus concurrebant plurimi, Noſtrates & Alienigenæ, vt in Artibus erudirentur, donec meliori rerum ſtatu ſub Capetianis ad Artium Profeſſionem acceſſit Theologia, & aliæ dehinc duæ Diſciplinæ, Ius Canonicum & Medicina. Vnde facta eſt Ciuitas Pariſienſis altera Cariat-Sepher, *Ciuitas Litterarum*; ad quam tantus eſſe cœpit concurſus tantaque frequentia Clericorum vndequaque aduentantium, vt illa, ſcribente Philippo Abbate Bonæſpei, *contenderet ſupergredi numeroſam multitudinem Laicorum.* Caue ergo ita exiſtimes de Schola Pariſienſi, vt de Aurelianenſi, Laudunenſi, Carnotenſi alijſque Epiſcopalibus, quæ & priuatæ fuerunt duntaxat, vno ſæpè Magiſtro florentes, & Diœceſanis tantùm erudiendis inſtitutæ, nec longam habuerunt ſeriem Magiſtrorum. Pariſienſis facta eſt à Carolo Magno Publica litterarum Officina ſtatim, non in Epiſcopio, ſed in Palatio collocata. Floruit illa imperante ipſo, tanta multitudine aduenarum, vt cum omnes capere non poſſet, eos ad cæteras Regni Imperijque vrbes refundere cogeretur. Viguit regnante Ludouico Pio, & viguiſſet amplius, ſi per bella Ciuilia licuiſſet; ſed iacturam quam paſſa fuerat, abunde reparauit Caluus, qui, ne de Præceptorum inopia quereretur Ciuitas & Schola Pariſienſis, ſingulari ſuo ſtudio, *ſicubi terrarum Magiſtri florerent Artium*, eos *ad publicam Eruditionem at-*

que Profeſſionem vndequaque conduxit,comitate attraxit, liberalitate,ſeu vt loquitur Erricus Autiſſiodorenſis, *dapſilitate prouocauit*.Sic vidit,Athenas Græciáque ipſam à ſuis Profeſſoribus deſtitui,Hiberniam pœne totam,contempto Pelagi diſcrimine, cum Grege Philoſophorum; & cum ijs Vniuerſa optimarum Artium ſtudia adScholam Pariſienſem migraſſe & confluxiſſe.Caluum exceperunt ignaui ſucceſſores:quibus & Imperio ſpoliatis & ex vrbe primaria pulſis, non eſt diffitendum quin amiſerint ſplendoris plurimum & gloriæ Muſæ Pariſienſes: ſed felicioribus auſpicijs regnante Capeto recuperarunt quod amiſerant, ſenſimque ad Ludouici VII. & Philippi Auguſti tempora delapſæ, ab ijſque Principibus priuilegiorum amplitudine cumulatæ & ſuccreſcente triplici Diſciplinarum ſeu Facultatum, Theologiæ,Iuris Canonici & Medicinæ profeſſione ditatæ Athenas, Alexandriam cæteraſque veteres Academias, ad quas olim totus orbis confluebat, Scholarium & Magiſtrorum multitudine longè ſuperarunt. At ne in tanto numero inertes & ignaui ſacro *Magiſtri* nomine abuterentur, inſtituti ſunt Gradus Academici ad profectum Auditorum: atque vnum ſeculum tam multos viros tulit in triplici illo Facultatum genere peritos, vt eos ſecernere diſtinctiſque Ordinibus circa annum Chriſti 1260. Academiam amplificare operæ pretium eſſe viſum fuerit.Hinc ergo facta Septicorpor Academia, & regimen quod penes Artiſtas eſſe ſolebat, & Priuilegia quatuor eorum Nationibus indulta, cum nouis illis Ordinibus communicata. Hinc agnoſce duplicem eius ſtatum, & in profeſſione litterarum & in regimine Scholarum. In vtroque verò Rectorem Academiæ Caput, cuius Electio penes Artiſtas vnos ſemper remanſit, vt penes vnos illos fuerat antiquitus. Ex quo autem Septicorpor eſſe cœpit Academia, vix credas quàm poſteriora noſtra tempora parum diſcrepent à prioribus.Certè ſi regimen ſpectes & Ordinem Comitiorum tam priuatorum quam publicorum. Profeſſionem quidem litterarum & alia loca & alij homines ſibi vindicant. Olim enim, ex quo è Palatio Regio Muſæ migrarunt, vbiuis paſſim & prout vnicuique Magiſtro commodum erat, in conductitijs Domibus exercebatur Profeſſio litterarum. Actus Philoſophici celebriores in Scholis fiebant vici ſtraminei, qui nunc in Collegijs fiunt, vt & Artium cęterarum. Superiores diſciplinas exercebant & profitebantur Baccalaurei, quas nunc profitentur Doctores; quod tametſi ęgrè latum eſt ab Artium Facultate ſub initia, latum eſt tandem aſſueſcendo. Cæterum vt qui nunc ſunt Academici & qui poſthac futuri ſunt, ſi quid forte fructus ex opere noſtro percipient, non ignorent quo ingenio ſuſceptum ſit à Nobis, & qua ratione perductum, Petro Padetio totum acceptum referant, Harcuriano nuper Prouiſori, cui Parem non genuit Academia nongentis annis, nec parem forte paritura eſt millenis. Ille non modò ſuaſor Operis, ſed inchoando ſummam pecuniæ ſatis magnam attribuit, impẽſaſque omnes ſuppeditaſſet, ſi tantum virum tamque Munificum paulò citius mors inuida non rapuiſſet. Natio Gallicana mater mea, ne opus imperfectum remaneret, de ſuo, quantum potuit,refudit. Ego proprijs ſumptibus exhauſtus fatiſco. In labore pertinax pertinaciſſimum odium ſenſi nonullorum, qui me initio operis aggreſſi, in medio & fine non ſunt vllatenus paſſi quietum eſſe & ſecurum. Forſitan illi; poſtquam Ego ſcribere deſiero, obeſſe & odiſſe deſinent. Bene precare Lector, homini verè Academico.

Digitized by Google

OCTAVVM SECVLVM VNIVERSITATIS PARISIENSIS

AB ANNO 1500. AD ANNVM 1600.

OBTINVIT Vniuerſitas anno 1500. à Ludouico XII. litteras poſtliminij in gratiam M. Ioannis Standonis ſeu Standoux Primarij Montacutani, de quo ad ſuperius ſeculum diximus. Lectæque ſunt in Comitijs die 13. Maij habitis : quamobrem decretum, vt eidem Regi gratiæ agerentur ampliſſimæ, litterarumque Regiarum exemplar cum litteris Vniuerſitatis ad Exulem expediretur, obſiſtentibus tamen nonnullis, aientibuſque Vniuerſitatem Matrem alumno filio ſcribere non debere; ſed ab alumno litteras accipere. Porro tales ſunt Regis ad Curiam Parlamentæam litteræ in hanc rem. 1500.

« Nos Amez et Feavx, combien que cy deuant, il a eſté prohibé & deffendu à noſtre cher & bien-amé Maiſtre Iean Standoin Docteur Regent en noſtre Vniuerſité de Paris, de demeurer en icelle ville, ne ailleurs en noſtre Vniuerſité : Ce neantmoins pour pluſieurs Remonſtrances qui depuis nous ont eſté faictes, des grands biens qu'il a faicts & fait journellement en noſtre Ville, Auſquelles pour l'honneur de Dieu noſtre Createur, Nous auons voulu obtemperer, nous auons voulu, octroyé & permis audit Maiſtre Iean Standoin qu'il puiſſe retourner, conuerſer & demeurer en noſtredite ville de Paris & autres villes & lieux de noſtredit Royaume, où bon luy ſemblera, tout ainſi qu'il faiſoit auparauant leſdites deffenſes. De quoy vous auons bien voulu eſcrire & aduertir, afin que aucun trouble ne empeſchement luy ſoit fait, mis ou donné en ſes perſonne ou biens, & qu'il ſoit recueilly, traicté & fauoriſé, comme il a eſté par cy-deuant, en maniere qu'il puiſſe continuer aux bonnes œuures & biens qu'il peut faire en noſtredite Ville & Vniuerſité: Donné à Lyon le 17. Auril. *Sic ſignatum,* Lovys. de Savsay. *Et in Dorſo eſt ſcriptum.* A nos Amez & Feaux Conſeillers, les Gens de noſtredite Cour de Parlement à Paris, ce 13. May 1500. Leſquelles lettres la Cour a fait enregiſtrer, & ordonné qu'elle eſcrira audit Maiſtre Iean Standon, à ce que enſuiuant leſdites lettres du Roy, dont le double luy ſera enuoyé, il retourne pardeça quand bon luy ſemblera. »

In ijſdem Comitijs actum de iniuria illata Conſeruatori Priuilegiorum Apoſtolicorum, qui cum ſententiam excommunicationis in Contumaces quoſdam Ducatus Normanici tuliſſet per ſuum Procancellarium,

atque is in Normaniam profectus fuiſſet, detentus fuerat. Itaque vt
1500. habent Commentaria Facultatis Medicinæ, placuit materiam iſtam viriliter proſequi, fierique *propriam Vniuerſitatis & ſumptibus ipſius*, eligique notabilem Proponentem qui *inſtructus à Conſiliarijs Vniuerſitatis haberet huiuſmodi iniuriam & Priuilegia Vniuerſitatis Regiæ Majeſtati remonſtrare.*

Habuit etiam hoc tempore Vniuerſitas nonnihil diſſidij cum Præfecto Ciuium & Conſulibus ſeu Scabinis: nam cum anno ſuperiore Pons Virgineus Gubernatorum negligentia corruiſſet; nec commodus ſatis locus reperiretur ad excipienda rudera, trabeſque & lapides; donec reficeretur; petierunt Ciues Pratum Academicum vacuum & patens vrbique propinquius ad tempus huic rei inſeruire; quam ſeruitutem initio ferre detrectauit Vniuerſitas, poſtea verò temporis rationem habens & Reipub. cum ipſis Ciuibus amicè tranſegit, donec Pons in priorem ſtatum reſtitueretur; idque confirmatum in Comitijs die 5. Iunij habitis.

Verùm altera grauior diſcordia cum iiſdem fuit ob mutui præſtationem. Nam Rege bellis impedito, nec habente vnde ſuſtentaret numeroſum exercitũ, viſum eſt Regni Optimatibus opus eſſe mutui exactione, quod vrbs nulla præſtare poterat præter Pariſienſem. Principi itaque ſuo volens illa ſuccurrere, Edicto publico omnes Incolas ad præſtandum illud adegit. Imponitur ſua ſingulis penſio. Librarij Academici conqueruntur alijque ſimiliter, poſtulantque Vniuerſitatem tueri ſua Priuilegia. Quam in rem habentur Comitia die 16. Iulij; & decernitur eſſe tuenda, accedendumque ad cauſam Librariorum. Deputantur ex Academicis nonnulli, qui Præfectum & Conſules vrbis adeant, ſed parum proficiunt. Deputantur deinde alij maiori numero die 27. Iulij, iiſque iniungitur, ſi pergant Conſules ſeu Scabini priuilegia conuellere, Vniuerſitatis nomine Intercedere & appellare. Et id præſtatur per M. Robertum de Vallibus tunc ipſius Syndicum, *qui nomine Vniuerſitatis ſe oppoſuit & appellauit*, vt legitur in Actis Medicinæ Facultatis.

Delata eſt Appellatio ad Curiam Parlamentæam, quam adijt Rector die Lunæ 3. Auguſti honeſto Comitatu, ad eamque verba habuit Rectoris & Vniuerſitatis nomine M. Nic. Cappel Curio SS. Coſmæ & Damiani, & reſponſum accepit, porrecto Priuilegiatorum rotulo, Curiam rationem habituram. Ergo Comitijs habitis die 8. concluſum, vt conficeretur Rotulus. Poſtridie 9. Rector iterum Curiam adit, tum ob eam rem, tum ob Decimæ Papalis exactionem, vt legitur in Actis Curiæ.

Ce jour le Recteur de l'Vniuerſité eſt venu en la Cour & a fait expo-
» ſer en icelle les diligences faites par cy deuant pour pouuoir obtenir ſon
» adiournement en cas d'appel touchant la Decime, ce qu'elle n'auoit pù
» auoir. Et parce que la Cour luy auoit reſpondu à la derniere fois qu'el-
» le auoit eſté pardeuers ladite Cour, que le Procureur du Roy qu'elle
» auoit enuoyé pour ladite matiere, reuenu, elle feroit reſponſe & don-
» neroit prouiſion à ladite Vniuerſité, ledit Recteur & icelle Vniuerſité
» ſont reuenus à la Cour à ce que ſon plaiſir fuſt, attendu que ledit Pro-
» cureur du Roy eſtoit pieça reuenu, bailler à ladite Vniuerſité ſondit
» relief d'appel. Auſſi a dit que pieçà la Cour auoit ordonné touchant
» les Emprunts que ceux de la ville s'eſtoient efforcez de leuer ſur les
» Officiers & Suppoſts de ladite Vniuerſité contre leurs Priuileges,
» que ladite Vniuerſité bailleroit par declaration les noms de ceux qui
» eſtoient priuilegiez d'icelle, & que aucune execution ſur eux pour rai-
» ſon deſdits Emprunts ne ſeroit faite; & ainſi auoit eſté fait. Neant-
» moins *nouiſſimè*, ceux de la ville eſtoient reuenus faire executer reaument
» & de fait les Particuliers de ladite Vniuerſité, & parce requeroit defen-
» ſes eſtre faites à ceux de la ville de ne proceder contre eux par execu-
» tion, & que ce qui a eſté fait au contraire, fuſt mis au premier eſtat & deu.
» Surquoy a eſté fait reſponſe audit Recteur par Monſieur le premier Pre-
» ſident que le Procureur general du Roy auoit quelque charge touchant

la Decime, & que ladite Vniuerſité communiquaſt auec luy quelque bon « 1500.
expedient, & s'ils ne le pouuoient trouuer enſemble, en reuenant de- «
uers la Cour, elle leur pouruoiroit ainſi que de raiſon. Et touchant l'e- «
xecution des Emprunts, la Cour mandera ceux de la Ville & donnera «
prouiſion. «

Interuenit & alia diſcordiæ materia inter eoſdem Ciues & Vniuerſitatem, ex eo quod ob Pontis ruinam locus non erat inhumandis Cadaueribus eorum qui in Noſodochio moriebantur; proindeque illi Bernardinorum Hortum ad eam rem deſignauerant. At obſtiterunt Bernardini & Vicinorum Collegiorum Primarij, atque ad Vniuerſitatem recurrerunt. Qua de re ſic habetur in Reg. Facultatis Medicinæ. Die Mercurij 12. Aug. *Fuit conuocata Vniuerſitas per juramentum apud Mathurin. hora 7. ad audiendum quandam requeſtam faciendam Vniuerſitati per Principales trium Collegiorum, B. Bernardi, Cardinalis Monachi & Bonorum Puerorum conquerentes de Dominis de villa volentibus aſſumere locum inhumationis mortuorum Domus Dei in horto Bernardinorum, propter caſum Pontis noſtræ Dominæ & ad obuiandum terroribus tranſeuntium ante Palatium. Concluſum eſt dare eis auxilium & tueri eos contra hoc nitentes.*

Die 2. Septemb. eiuſdem anni obijt M. Ioannes Luillier Doctor Theologus; Sorbonæ Prouiſor, Vniuerſitatis Conſeruator Apoſtolicus & Magnus olim Ludouici XI. Eleemoſynarius: de cuius morte certior facta Vniuerſitas, ad ſubſtituendum alium Conſeruatorem conuenit, die 7. eiuſdem menſis; tumque lectæ ſunt litteræ Regiæ quibus rogabatur ipſa differre alîus electionem. Verum propter præſentia aut imminentia negotia, operæ pretium viſum eſt alium Conſeruatorem ſubſtituere. Vt legitur in Actis Medicinæ.

Die Lunæ 7. menſis Septemb. fuit conuocata Vniuerſitas per juramentum apud S. Mathurinum cum cappis quas habuimus hora 7. de mane, 1. ad audiendum Lecturam litterarum Regiarum Vniuerſitati tranſmiſſarum, verum quia nimium paſſa fuiſſet Vniuerſitas detrimentum, differendo electionem Conſeruatoris priuilegiorum Apoſtolicorum Vniuerſitatis, vacantis per obitum Reuerendi in Chriſto Patris & Domini mei Epiſcopi Meldenſis, qui 2. die huius menſis intra 4. & 5. horam poſt meridiem deceſſit, cuius animæ parcat miſericorditer Altiſſimus; propterea noluit huiuſmodi Electionem differre. 2. Ad ſupplicationem Reuerendi in Chriſto Patris D. D. Epiſcopi Beluacenſis (Ludouici de Villiers de l'Iſle Adam) qui pacificus ſolus pro huiuſmodi Officio ſupplicuit Vniuerſitati, quia vacabat Meldenſis, & de jure Epiſcopatus Siluanectenſis adhuc ſub iudice lis eſt, Vniuerſitas elegit ipſum in Conſeruatorem, & Priuilegiorum ſuorum Tutorem præfatum in Chriſto Patrem D. Beluacenſem, & ei concorditer, quantum in ſe eſt, huiuſmodi Officium contulit. CONSERVATORIS ELECTIO.

Die verò 15. in Vice-Conſeruatorem admiſſus M. Dionyſius Alligret Doctor Facultatis Decretorum obtentis à nouo Conſeruatore litteris, item & M. Michaël Salligot in Scribam eiuſdem Curiæ, qui licet ſub Defuncto Conſeruatore meruiſſent, nouum tamen iuramentum Vniuerſitati præſtare iuſſi ſunt. Tunc temporis quatuor erant inſignes Cauſidici ſeu Aduocati Vniuerſitatis, Luillier, Chambellan, Oliuier & Verſoris: duo Procuratores in Curia, Des Friſches & Perſeual.

Peſtis autem tunc graſſabatur & vicina Mathurinenſis Clauſtri loca occupauerat: eapropter Vniuerſitas aliquandiu ſua habuit Comitia apud Iacobitas. Nec tamen ob id ſupplicationes ſolemnes ſtatis trimeſtribus obiri ſolitas omitti voluit: quinimo die 8. Octob. cum ſupplicaſſet Rector pro litteris Gradus, & vt acta rata & grata haberentur, repulſam paſſus eſt, niſi die ſequenti quæ dies erat S. Dionyſij, eas faceret, *& ſolueret prandium poſt miſſam Proceſſionis Decanis ſuper. Facultatum & alijs adeſſe ſolitis.* Ne verò differendi cauſam ex peſte aſſumeret, *placuit vt in tali Proceſſione non vocarentur Iuuenes Collegiorum in Artibus ſtudentium, verum affigerentur Scedulæ, ſed omitteretur illa clauſula,* per Iuramentum. *Et hæc concluſa ſunt, ne poſthac omiſſio Proceſſionum traheretur per ſequentes Re-*

ctores in conſequentiam. Ita legitur in Actis Facult. Medic. In Actis verò
1500. Quæſtorijs Nationis Gallicanæ legimus poſtridie, nempe die 9. quæ D. Dionyſio ſacra eſt, Academicas ſupplicationes fuiſſe habitas ad Ædem Dominicanorum in via Iacobæa.

Eodem anno die 25. Nouemb. recepti ſunt magnificè ab Vniuerſitate Archidux & eius vxor Regis Hiſpaniarum filia. Exceptus quoque eleganti oratione 25. Feb. Legatus Pontificius, excepta quoque Franciæ Regina, menſe Ianuario.

Eodem anno 15. Iunij edita ſunt in lucem Adagia Eraſmi numero ferme 800. tunc annum agentis 34. ætatis. Et ad hunc quoque annum deſinit Chronicon Ioannis Naucleri Præpoſiti Tubingenſis, quod per Laurentium Surium Carthuſianum continuatum eſt ad annum vſque 1564. Ille autem annum hunc à Natiuitate Caroli Auſtrij qui Imperator Rom. huius nominis V. fuit, auſpicatur, & à felici nauigatione Chriſtophori Columbi.

Anno 1501. ſtatim initio commotio fuit animorum in Vniuerſitate pro-
1501. pter Decimam quandam quam Legatus Pontificius exigere ſatagebat. Et in eam rem habita ſunt Comitia 11. April. ſimiliter Capitulum Pariſienſe huicce exactioni libertates Eccleſiæ Gallic. oppoſuit, vt dicetur ad an. 1502. Die 2. Iunij eadem Vniuerſitas conuenit ad audiendum quid ferret Decretum Senatus obtentum contra Concluſionem Vniuerſitatis, per M. Adrianum Gemelli Licentiatum Theologum paulò antea priuatum ſeu è gremio Facultatis Artium expulſum.

Item 7. ad audiendum quæ fuerant intimata Rectori ob priuationem prædicti Gemelli. Quam verò ob cauſam priuatus fuiſſet, non inuenio.

14. Eiuſdem menſis actum de recipienda reſignatione Scribæ Vniuerſitatis; verum anno tantùm ſequente admiſſa eſt: nam in Actis Picardicæ Nationis ad 13. Iunij an. 1502. legimus M. Petrum Meſnart Scribam Officium ſuum eiuraſſe in gratiam M. Simonis le Roux; qui adito Officio 16. Decemb. electus eſt in Rectorem Vniuerſitatis, & per alium quem ſubſtituit, munus Scribæ exerceri curauit, vt dicetur infra,

Ad eundem annum narrat Trithemius in Chronico Spenheimenſi Facultatem Theologicam Vniuerſitatis Moguntinæ, Exemplo Pariſienſis Colonienſiſque excitatam & prouocatam ſtatutum feciſſe 13. Octob. pro fidei veritate ac defenſione puriſſimæ Conceptionis Beatiſſimæ Mariæ ſemper Virginis, eamque determinaſſe ab omni originali macula ſemper præſeruatam, exemptam & immunem fuiſſe; contrariam opinionem impiam erroneamque iudicaſſe. Nihilominus verò decreuiſſe neminem in Theologia promouendum deinceps, qui non iuraret ſe pro immaculata Conceptione contra ſecùs ſentientes pugnaturum. Eiuſdem rei meminit poſt Trithemium Surius.

Idem Trithemius in eodem Chronico refert hiſtoriam hominis Itali omnia ſe ſcire profitentis quæ ab Intellectu humano ſciri poſſunt, eumque iubente Rege Medicorum examini ſubditum & talem repertum. Sic ille. Apparuit his diebus (an. 1501.) Lugduni in Gallia homo Natione Italus nomine Ioannes qui ſe Mercurium maluit appellari propter omnimodam Sapientiam quam profitebatur Antiquorum. Vxorem cir-
» cunduxit & filios, omnes lineis indutos & imitatione Apollonij Tya-
» nenſis quondam Philoſophi, vt Danus eſt teſtis, catenam ferream à col-
» lo portantes. Magna promittebat & ſe veterum Hebræorum, Græco-
» rum & Latinorum omnium perfectiſſimam gloriabatur habere ſcientiam.
» Contemptor veterum ſe cunctos eruditione excellere putabat, aſſerens
» neminem Græcorum vel Latinorum præter ſe vnicum fuiſſe ſapientem:
» ſe namque in omni ſcientia Mundi conſummatum oſtendit rerum natu-
» ralium ac Arcanorum omnium interpretem profundiſſimum eſſe confir-
» mat. Magnam præ ſe in publico fert grauitatem, moribus & inceſſu ſe-
» uerus cum mendicitate vitam duxit Propheticam; Se natum ad res ſum-
» mas teſtatus & diuino numine plenum. Metallorum tranſmutationem

veram promittit & nihil ignorare videri appetit. Se felicia infelicitare, «
infeliciaque felicia reddere poſſe pollicetur, Artem ſequutus Magicam « 1501.
naturalem quam Priſci Reges & Sapientes in pretio habuiſſe cognoſ- «
cuntur. Aliquanto tempore apud Regem Gallorum in pretio fuit; cui «
duo triumphantiſſima dona contuliſſe memoratur. Alterum fuit enſis 180. «
gladiolis refertus; alterum verò clypeus mirabili ſpeculo illuſtratus. «
Hæc duo miranda ſub certa conſtellatione facta mirabiliter in quodam «
libello commemorat; & quem ſint productura effectum vi naturæ ſecre- «
tum manifeſtat. *Denique Rex volens hominis experiri ſcientiam, præcepit Me-* «
dicos conuenire omnes gratiâ Diſputationis qui facto examine dixerant ad Re- «
gem, illum ſupra hominem ſapere & cunctos Mortales ſapientiâ ſuperare. «
Aurum quo illum Rex honorauit, omne pauperibus diſtribuit & ſumma «
paupertate contentus ſibi ex omnibus penitus nihil reſeruauit. «

Narrant Chronologiſtæ Martinum Lutherum, de cuius hæreſibus ſuo tempore dicetur, hoc anno qui erat ætatis ipſius 18. ad Academiam Erfordienſem Studiorum causâ profectum. Deſiderium Eraſmum edidiſſe Enchiridion Militis Chriſtiani. Natum Hieronymum Cardanum Mediolani, Medicum inſignem; è Noſtris verò Robertum Gaguinum Hiſtoriographum, Mathurinorum Generalem Miniſtrum fato functum.

Anno 1502. die 13. Iunij receptus eſt in Scribam Vniuerſitatis M. Simon le Roux per eiurationem M. Petri Meſnart. Eodemque anno die 16. Decemb. idem le Roux ſuffectus eſt Rector Vniuerſitatis. Acta Nationis Picardicæ ſic habent. 1502.

Anno Domini 1502. die 16. Decemb. apud S. Iulianum Præclara Ar- «
tium Facultas circa horam nonam legitimè congregata fuit ſuper noui «
Rectoris electione. Placuit Nationi procedere ad noui Rectoris ele- «
ctionem, & Diœceſes ad quas ſpectabat electio, eligentes ſuos per nos «
Intrantes pacificos Nationi præſentauerunt & præſtitis iuramentis ve- «
teri obſeruato more, elegerunt pro Magno Intrante virum litteratiſſi- «
mum M. Ioannem Martini Diœceſis Leodien. qui cum cæteris aliarum «
Nationum Intrantibus ſimiliter Conclaue ingreſſi inuocantes auxilium «
deſuper, via *Spiritus ſancti, M. Simonem Ruffi Natione Picardum Scri-* «
bam Vniuerſitatis fideliſſimum, virum diuerſis ſcientiarum generibus decoratum «
in Rectorem huius florentiſſimæ Academiæ elegerunt. Attamen ipſe huiuſce «
Dignitatis & Officij Rectoriæ excellentiam mente reuoluens, petiturus «
conſilium ad Matrem ſuam Picardorum Nationem recurrit, & habito «
Conſilio, iuſſu Nationis hoc officium benignè acceptauit. Quibus per- «
actis ipſam Facultatem ſuper tribus exoratam voluit, imprimis vt habe- «
ret Electionem de ipſo factam ratam & gratam. 2. Vellet ſibi præbere «
conſilium, auxilium & fauorem in agendis; poſtremo eum dignaretur «
comitari ad Collegium Beluacenſe vſque, vinum & ſpecies acceptura. «
Super quibus Picardorum Natio mater mea hanc ſententiam habuit. «
1. Gratias egit immortales DD. Intrantibus qui tantum virum eiuſque «
Suppoſitum in Rectorem elegiſſent, & non ſolum electionem habuit ra- «
tam & gratam, verumetiam toto affectu Nationes cæteras rogauit, vt «
huiuſmodi Electioni congratularentur ac ratam & gratam haberent. In- «
ſuper parata fuit dare conſilium, auxilium & fauorem in agendis & eun- «
dem comitari ad dictum locum ad ſumendum vinum & ſpecies. «

Idem Rector die 22. eiuſdem menſis habuit Comitia centuriata, rogauitque ſibi Scribam ſubſtitui, quandiu Rectoratu fungeretur. Eadem Acta ſic habent.

Anno Domini 1502. 22. Decemb. Alma Pariſ. Vniuerſitas cæterarum «
prima apud S. Mathurinum hora 8. matutina duobus ſuper artic. congre- «
gata fuit. 1. Super apertione Rotuli Nominandorum erat. 2. Super «
ſupplicationibus & iniurijs. Quantum ad 1. ven. Picardorum Natio Mater «
mea determinauit quantocyus aperiretur Rotulus, ac prout ex nunc «
cenſeretur apertus, vt ſcilicet congruum tempus Suppoſitis concede- «
retur ad inſcribendum ſuas Nominationes & earundem inſinuationes fa- «

» ciendas tempore debito. Quoad 2. art. præſtantiſſimus D. Rector pro
1502. » duobus Vniuerſitatem orauit. *Imprimis quod cum ante ſuſceptionem Digni-* » *tatis Rectoriæ Officio Scribæ Vniuerſitatis fungeretur, & illud minime poſſet du-* » *rante Rectoria ſua exercere, ſupplicauit quatenus Vniuerſitas vellet aliquem* » *virum peritum in hoc Officio exercendo inſtituere qui præſtitis Iuramentis Acta* » *Vniuerſitatis fideliter ſcriptis redigeret.* Idem ſupplicauit pro conſilio, au- » xilio & fauore habendis in agendis Vniuerſitatis. Quibus Natio rectè at- » tendens, quoad primum ita cenſuit. *Aliquem inſtitui debere loco D. Recto-* » *ris in prædicto Officio, qui vices eiuſdem ſuppleat, donec Rectoralis ipſius Di-* » *gnitas fine claudatur; & nominauit M. Martinum Meſnart & M. Io. Hery,* » *vnum illorum quem voluiſſet D. Rector.* Quoad 2. partem, quia iam Natio » functa fuerat Officio, ſubticuit. Attamen Facultates Superiores ac cæ- » teras Nationes rogauit, vt congratularentur huiuſmodi Electioni ac D. » Rectori in agendis fauerent. Acta fuerunt anno, die & loco quibus ſu- » pra; præſentibus ad hæc D. Receptore Nationis Ioanne de Campis & » pluribus alijs. Sig. I. de Flauigny.

Cum autem die 23. Decemb. eiuſdem anni ereptus è vita fuiſſet Ioannes Simon Epiſcopus Pariſienſis, Rex ad Vniuerſitatem litteras direxit ſuper electione ſucceſſoris; & illæ lectæ ſunt in Comitijs 1. Feb. habitis: electumque legimus M. Stephanum Poncherij Iuris Pontificis Doctorem, Sigillorum Regiorum Cuſtodem, Curiæ Pariſ. Senatorem; qui 21. Maij ſolemni apparatu & frequenti Nobilium comitatu, vrbem ingreſſus eſt, & poſtridiè ab Vniuerſitate ſalutatus.

Die 11. April. acta eſt ſolemniter in Curia Pariſ. Cauſa Capituli Pariſ. & Vniuerſitatis aduerſus Exactores Decimæ Papalis, pro defenſione Iurium & Libertatum Eccleſiæ Gallicanæ: fiebat autem exactio iſta autoritate Cardinalis Amboſij qui menſe Octob. Lugdunum ſubierat. Ea de re ſic legitur in Actis Curiæ.

Extraict des Regiſtres de Parlement.

» ENtre les Doyen & Chapitre de Paris, Appellans du Preuoſt de Pa- » ris ou de ſon Lieutenant, l'Vniuerſité de Paris adjointe auec eux » d'vne part, & M. Loüis Perret & M. Eſtienne Baratin, intimez d'autre.

» Disome pour leſdits Doyen & Chapitre, appellans & auſſi deman-
Contra Decimæ Papalis exactionem. » dans l'enterinement de certaine Requeſte, pour ſes cauſes d'appel dit » qu'il déplaiſt aux Appellans prendre & auoir queſtion pour cette matie- » re tant pour l'honneur du S. Siege du Pape, que du Legat Iuge delegué, » car ils ont eſté touſiours & veulent demourer vrays Enfans, Subjets & » Obeyſſans de l'Egliſe Romaine, n'entendent aucunement deroguer & » ne diminuer l'honneur & autorité du Pape & Legat, mais entant qu'il » leur ſeroit poſſible voudroient *tota virtute & anima*, les ſoûtenir, défen- » dre & augmenter. Mais il n'eſt poſſible paſſer cette matiere ſous diſſi- » mulation, car elle concerne les ſaints Conciles, la liberté & franchiſe » de toute l'Egliſe de France, les Priuileges, prérogatiues & préeminen- » ces d'icelle & Suppoſts en general & particulier. Auſſi touche l'autori- » té de la Cour & les Priuileges de cette ville de Paris, l'eſtat des per- » ſonnes & conſciences & danger deſdits appellans. Et quant il ſeroit » queſtion d'vn Decime impoſé, ainſi que le droit & leſdits Conciles l'or- » donnent, les Ordonnances Royaux & Arreſts de la Cour, ils voudroient » y mettre & employer non ſeulement le Decime de leur reuenu, *imò* tout » le temporel & leurs propres perſonnes ſi la neceſſité y eſtoit. Et ſi fau- » droit audit cas que le Pape & les Cardinaux y meiſſent du leur & les pre- » miers la moitié plus que les autres Gens d'Egliſe inferieurs. Et ſi dient » qu'ils ne croyent que les Monitions, Cenſures & Citations dont à pre- » ſent eſt queſtion, viennent de l'intention & vouloir dudit Legat; car les » Appellans à ſon entrée à Paris furent au deuant de luy & allerent en ge- » neral & particulier en ſon logis. Mais iamais il ne parla aux Appellans de

ladite Decime. Et ſi y a plus, car ce que on leur demande de preſent, ne « pourroit montrer 300. liures, & voudroient qu'il leur euſt couſté la moi- « 1502.
tié plus & que cette queſtion ne fuſt aduenuë; mais il eſt icy queſtion de « la conſequence qui eſt fort grande & perilleuſe, & pour ce pour l'entrete- « nement de leurs priuileges, & deſdits Conciles ſont contraints d'entrer « en cette queſtion & eux pouruoir par Iuſtice. «

Or pour venir à l'appel, dit qu'il y a eu complainte prinſe en matiere « de nouuelleté par leſdits Appellans pardeuant le Preuoſt de Paris pour « raiſon dudit Decime contre leſdits Intimez, comme ſubdeleguez & Exe- « cuteurs. Y a eu jour aſſigné en Chaſtelet où les Appellans firent leur « demande en ladite matiere de nouuelleté, & y conclurent tout preſente- « ment, & requirent défenſes de ne proceder par Monitions & Cenſures « pendant ledit procés. Les Intimez défendirent au contraire & tendi- « rent à ce que les Appellans fuſſent declarez non receuables: Surquoy « parties oüyes & ſans les appointer à eſcrire & produire ne demander « l'opinion du Conſeil, le Lieutenant Ciuil a donné ſa Sentence par la- « quelle il declare leſdits Appellans non receuables comme Demandeurs « en complainte, dont ils ont appellé & releué en la Cour. Sont les Parties « intimées, & défenſes faites de n'attenter au preiudice dudit appel & pro- « cés poſſeſſoire. Or parce que les Intimez ſe vantoient proceder par Af- « fiches & Cenſures, les Appellans baillent Requeſte à la Cour pour faire « les défenſes. Les Intimez au contraire preſentent lettres Royaux pour « auoir commiſſion de les executer. Sur ce eſt ordonné que défenſes ſe- « roient faites aux Intimez, ce qui eſt fait par Turquan Conſeiller. Or « combien que veu ce que dit eſt, il ne fuſt loiſible, *imò*, prohibé à Partie « faire aucune choſe au preiudice deſdits appel & procés, ne proceder « par Cenſures, Citations & Affiches contre les Appellans, neantmoins le « Vendredy Saint dernier, les Parties font attacher à l'Egliſe de Paris cer- « taines Affiches & Cenſures & par toute la ville auſſi: Et dauantage le « Mercredy Vigile de Noſtre-Dame, execute ledit Perret vne Citation par « laquelle il cite à comparoir en perſonne pardeuant ledit Legat, *vbicun-* « *que fuerit*, à la huitaine enſuiuant aucuns particuliers Chanoines dudit « Chapitre, les vns *nominatim*, & les autres *tacitis nominibus*, dont leſdits « Appellans ont appellé en adherant, & depuis ont baillé leur Requeſte « par laquelle ils ont requis eſtre tenus pour bien releuez, & requis plu- « ſieurs Prouiſions; entre autres, parce que par leſdites Affiches & Cen- « ſures ils ſont fort ſcandaliſez, ont requis par prouiſion que Perret ſoit « contraint mettre pardeuers la Cour les Citations & Monitions qu'il a « fait executer & executées, auſſi les lettres Royaux par luy obtenuës « pour proceder contre les Appellans par prinſe de corps & de biens; & « que on ne les traire en Cour d'Egliſe ne ailleurs que en la Cour de ceans, « que leſdits Intimez tiennent arreſt parmy la ville juſques à ce qu'ils « ayent baillé caution & éleu domicile attendu qu'ils ſont Eſtrangers & « qu'ils n'ont aucuns biens par deçà; & que où leſdites Prouiſions ne leur « ſeroient promptement faites que cependant tout ſoit tenu en ſurſeance, « & défenſe de ne les tirer hors les murs de la ville de Paris, attendu leſ- « dits Priuileges notoires. Et pour ce conclud partie eſdites appellations, « à mal ſententié & appointé par le Preuoſt de Paris ou ſon Lieutenant, « mal & abuſiuement fait, procedé, fulminé & affiché & cité par leſdits « Intimez de bien appellé par leſdits Appellans & qu'ils ſoient tenus pour « bien releuez en leur derniere appellation, attendu qu'ils ſont dedans le « temps de releuer & qu'elle eſt interjettée en adherant à la premiere ap- « pellation releuée & pendant ceans, & perſiſte eſdites Prouiſions, con- « clud à ſes fins & demande dépens. «

Quatre-liures pour leſdits Perret & Baratin intimez, dit qu'il n'a char- « ge ne memoire que de plaider ſur l'article d'appel interjetté de la Sen- « tence du Preuoſt de Paris. Auſſi Parties n'ont releué l'autre. Et pour « ce quant aux autres Concluſions que Partie a requiſes n'y a iour ne ter- «

» me, il s'en rapporte à la Cour. Dit que Partie a fait de grandes preſup-
1502. » poſitions & proteſtations & entre à diſputer le fait de la Decime & puiſ-
» ſance du Pape; n'a charge des Parties, auſſi ne ſert à propos, car il n'eſt
» queſtion que de l'Article de l'appel, & ſi ne ſont les intimez Parties, mais
» l'vn Receueur & l'autre Executeur ſimplement. Pour venir à ſes défen-
» ſes en cas d'appel, dit que le Pape a decerné quelques Bulles pour con-
» traindre les gens d'Egliſe à payer le Decime, a eſté commis Perret pour
» receuoir, & Baratin *in vim* des Bulles & Commiſſion, ainſi que man-
» dé luy eſtoit, a admoneſté leſdits Appellans de payer, mais pour ce em-
» peſcher ils ont fait adiourner les Intimez pardeuant le Preuoſt de Pa-
» ris en matiere de nouuelleté, où ils ont prins Commiſſion en ladite
» matiere en poſſeſſion, que on ne les pouuoit ammoneſter à payer le
» Decime, les Intimez ont tendu à fin de non receuoir veu ce que dit eſt.
» Et parce que auſdits Intimez on ne ſe pouuoit addreſſer, mais au Legat
» ou à l'Archeueſque d'Arles commis pour ledit Decime, ſur ce les Par-
» ties à plain oüyes, finablement le Lieutenant du Preuoſt de Paris, diſt
» que leſdits Appellans ne ſont receuables comme complaignans en ma-
» tiere de nouuelleté contre leſdits Intimez, dont les Parties appellent &
» ont baillé leur Requeſte, pour faire mettre deuers la Cour les Bulles &
» Citations, & auſſi pour faire reuoquer les Citations & Cenſures. Mais
» la Cour ordonna que les Parties ſeroient oüyes ſur l'appel interjetté de
» ladite Sentence, ſeulement s'en ſont allez les Intimez, veu le refus que
» on leur a fait de payer & n'ont donné charge que plaider ſur ledit ap-
» pel. Si dit que Parties ne ſont à receuoir, comme Appellans, veu ce que
» dit eſt, & que ledit Perret n'a rien fait ne exploité, auſſi que Baratin n'a
» en rien excedé & n'a fait que executer la Commiſſion, *cui habebat neceſſe*
» *parere; aliàs*, il euſt eſté excommunié & n'ont rien fait en leurs noms, &
» auroient Parties ailleurs leur recours & non auſdits Intimez. Et pour
» plus amples défenſes employe la Sentence dudit Lieutenant & conclud
» comme deſſus, *aliàs*, à mal appellé & à deſpens. Et touchant l'autre ap-
» pel que Parties s'efforcent & Prouiſions qu'ils requierent, Dit qu'il n'a
» jour ne terme ceans, & ſi n'a charge ne memoires d'y défendre & de
» tout s'en rapporte à la Cour.

» Disome dit que Partie doit défendre à toutes les Appellations &
» Prouiſions, veu ce que dit eſt, car les Intimez ont fait les Executions
» & Exploits dont eſt appellé, ainſi n'y faut autres memoires que ceux
» du premier appel, auſſi l'Vniuerſité eſt adjointe auec les Appellans, ainſi
» ont eſté oüys.

» A reqvis Chambellant pour l'Vniuerſité eſtre oüy pour la con-
» ſeruation des Priuileges d'icelle, veu qu'elle eſt adjointe auec le Cha-
» pitre en ladite matiere de nouuelleté & qu'il y a des Citations contre les
» Suppoſts de ladite Vniuerſité & Priuileges d'icelle.

» Le Maistre pour le Procureur General du Roy dit qu'il a requis
» à la Cour des Prouiſions, mais les Parties n'y entrent, attendu qu'on ne
» plaide que ſur l'appel de la Sentence du Preuoſt où il ne ſe veut rendre
» Partie; mais s'en rapporte aux Parties à le debatre, neantmoins il re-
» quiert que Partie défende ſur les Prouiſions qu'il a requiſes par ſa Re-
» queſte. Et aprés que la Cour a ordonné que les Appellans concluroient
» en matiere d'attentat touchant leur derniere appellation & demande-
» roient reparer le grief qu'ils pretendent, *per modum attentati & non Ap-*
» *pellationis*.

» Conclvd Disome, que les Cenſures, Affiches, Monitions & Ci-
» tations comme faites, contre & au preiudice de l'appel, procés & défen-
» ſes, ſoient reuoquées & annullées comme attentat & que Partie y dé-
» fende.

» A dit Qvatrelivres pour les Intimez qu'il n'y ſçauroit défendre,
» car il n'a charge ne memoire, à cette fin ne ſont les Intimez pardeçà
» pour l'inſtruire, joint que la Cour n'a ordonné les Parties eſtre oüyes
que

que ſur l'appel interjetté de la Sentence, ainſi n'eſt tenu y défendre. «

CHAMBELLAN pour l'Vniuerſité de Paris dit qu'il n'entrera en l'ap- « 1502.
pel que ladite Vniuerſité a pieça interjetté touchant le Decime, & « pour lequel releuer elle a fait ſes diligences deuers le Roy, le Chancelier & ceans. Mais dit que outre l'intereſt commun allegué par les Appellans par les Priuileges notoires d'icelle Vniuerſité, on ne peut traiter ne tirer les Suppoſts d'icelle hors les murs de Paris, en quelque cauſe ou cas que ce ſoit. Deſquels Priuileges fondez en droit, ladite Vniuerſité a joüy *inconcuſſè ab omni æuo*, & ont eſté gardez & obſeruez. Or icy eſt queſtion des plus grands Perſonages de l'Vniuerſité, à ſçauoir d'aucuns Docteurs Regens en Theologie, Grandis & Bricot, auſſi de Ruzé Vice Chancelier pour le preſent, de Gaignon & l'Enfant Conſeillers ceans, tous Chanoines de Paris, leſquels & aucuns Chanoines de Paris, ſous ombre de l'appel par eux interjetté, parce qu'ils pretendent & dient le Decime n'eſtre impoſé ſelon les Conciles, Ordonnances Royaux & Arreſts, ils ont eſté citez à comparoir en perſonnes, *vbicunque locorum fuerit Legatus*, & ce depuis les défenſes faites aux Parties, aprés l'appel releué ceans. Or il faut noter que outre ce il y a le Decret & dit que l'Egliſe vniuerſelle octroya, *Papæ Eugenio*, parce qu'il eſtoit pauure, *quintam partem Beneficiorum*; mais il fut dit, *quod Collectores & quicunque alij Executores non poſſent viros Eccleſiaſticos trahere extra Diœceſim ſub prætextu petitionis dictæ quintæ partis non ſolutæ*. Or lors ladite portion eſtoit deuë *indubitanter*, & neantmoins eſtoit dit, *non poſſe trahi extra Diœceſim*, & par ainſi par plus forte raiſon ou cas d'apreſent, *vbi reuocatur in dubium ſi Decima bene fuerit impoſita*, n'y a apparence, car on les veut tirer, *non ſolum extra Diœceſim, immo extra Prouinciam & ad locum incertum*, qui eſt venir contre leſdits Priuileges. A cette cauſe ladite Vniuerſité a deliberé ſe adjoindre auec les Appellans & ſupplie à la Cour que aucune choſe ne ſoit faite contre ſes Priuileges, & ſi aucune choſe eſtoit faite au contraire, qu'il ſoit reuoqué & annullé. Et ſi dit que on s'eſt peu addreſſer contre les Executeurs attendu l'abus & que c'eſt delit d'auoir fait la citation contre les Priuileges. «

DISOME dit, qu'il eſt bien fondé & qu'il doit obtenir en ſes appellations, veu ſon fait. Car il eſt queſtion d'vn Decime impoſé par le Pape, qui eſt extraordinaire & incertain. Or en ce Royaume on ne peut impoſer vn Decime ſi ce n'eſt ſelon le Concile, Ordonnances Royaux & Arreſts. Or *in Concilio Lateran. C. ad Liberandum de Iudæis*, fut dit qu'il ſera impoſé par deliberation du Concile, & que au cas qu'il ſeroit impoſé, le Pape & les Cardinaux mettroient le double des autres inferieurs, à ſçauoir *Decimam*, & les autres *vigeſimam partem*; & ſi y a d'autres Conditions qu'il ne recitera de preſent. Auſſi y a le Decret de Conſtance formel qui baille la forme ainſi. *Illa forma habet vim Decreti irritantis*, car auſſi il porte que le Pape, *contra illud ſalubre Concilium nihil poterit attentare.* «

D'autre coſté par l'Ordonnance faite du temps du Roy ſaint Loüis l'an 1267. y a Ordonance contre telles Decimes, parce que auparauant le Royaume en eſtoit fort trauaillé, & fut dit *expreſſè*, que dés lors en auant, auantque vn Decime euſt lieu, faudroit aſſembler toute l'Egliſe Gallicane, & que l'Impoſition ſeroit faite par toute l'Egliſe, *de expreſſo conſenſu & ſpontaneo Regis & Cleri*. Et depuis du temps du Pape Benedic y eut procez pour raiſon d'vn Decime, & fut la matiere plaidée par vn Docteur en Theologie qui allegua beaucoup de belles raiſons & fit pluſieurs remonſtrances des Inconueniens qui en eſtoient aduenus & pouuoient aduenir. Furent au contraire oüys le Procureur du Pape & du Roy, mais par Arreſt donné le 11. iour de Sept. 1406. fut ſur ledit Decime, arreſté & ordonné que ceux qui eſtoient excommuniez *prætextu* dudit Decime, ſeroient abſols & les Concluſions adjugées à l'Vniuerſité, & le 8. Feb. enſuiuant toute l'Egliſe aſſemblée & les Seigneurs du Sang, «

1502. » fut faite Ordonnance formelle à cette fin conforme audit Arreſt. Et ſi » a eu pluſieurs autres Arreſts donnez *in ſimili*, & neantmoins Partie maintient que par Prouiſion Apoſtolique on a voulu contraindre le Chapitre » de Paris à payer le Decime & que les Intimez ont eſté les Executeurs. A » cette Cauſe le Chapitre a prins ſa complainte, ainſi bien receuables, » *quia ſunt in poſſeſſione immemoriali libertatis.* Meſmement par le dernier » Decime executé par l'Archeueſque de Sens, de laquelle ils ne payerent » rien, quelques Cenſures qu'il s'efforçaſt publier. Et ſi ont droit commun » pour eux, Ordonnances & Arreſts. Mais il y a plus, car ils n'euſſent autrement peu obuier à l'entreprinſe ne recourir que par la voye de complainte. Et dauantage outre le fait de la Decime, ils ont prins complainte » pour les Cenſures attentées contre leurs Priuileges, Conciles & Libertez, car ſi elles auoient lieu, ils pourroient eſtre tirez, *non ſolum extra Diœceſim & Prouinciam, immo extra Regnum*, qui ne ſe doit tolerer ne ſouffrir; » ainſi bien receuables. A ce que les Intimez ſont ſimples Executeurs, » qu'ils n'ont en rien excedé & que le fait ne les touche; dit que en matiere de nouuelleté, on ne regarde à la qualité de la perſonne qui fait le trouble, car il ſuffit qu'il y ait trouble de fait, *etiam contra Colonum.* On le » peut intenter & prendre à Partie. Et s'il compare en declarant que le fait » le touche, peut demander garent. Ainſi on s'eſt peu adreſſer aux Intimez. Et ſi ne peuuent auoir garend, veu que ce qu'ils ont fait, eſt *de* » *genere prohibitorum & delicti*, où n'echet garend, *immo* en ce Royaume » on procede contre les Executeurs de Bulles & Prouiſions prohibées, » contre les Porteurs, Fauteurs & Entremetteurs, *etiam ignorantes.* Et à ce » propos a allegué l'Arreſt donné contre Cheminart, lequel cuidant faire » plaiſir à Gannay luy preſenta vn Bref de Rome en forme de lettres Miſſiues; mais il en fut mis priſonnier, & depuis condamné à faire tout reuoquer à ſes dépens & en certifier la Cour, combien qu'il fuſt ignorant » que ce fuſt Bref. Et auſſi ſi telles voyes n'eſtoient reprimées, ſeroit mettre le feu par ce Royaume. Et par ce les Intimez ne ſe peuuent excuſer, » car ils ont veu les Commiſſions & Citations prohibées, & neantmoins » ils les ont executées, & qui plus eſt, eux-meſmes les ont faites & depuis » les défenſes. Ainſi faut qu'ils en répondent. Et ſi y a plus, car Perreti » eſt Procureur & Receueur, & à ſa requeſte Baratin a fait les Affiches & » Monitions, & ſi a executé ſuſcitation à comparoir en perſonne aprés l'inſtance & nouuelleté & l'appel pendant ceans & défences à eux faites par » vn Conſeiller, ainſi mépriſant l'autorité du Roy & de la Cour. Et ne » croit que le Legat leur ait donné charge de ce faire, *imò*, qu'il les veille » aduoüer. Auſſi ſon Procureur auquel on a ſignifié cette pourſuite, a » declaré qu'il ne luy touche en rien & qu'il n'a charge d'en parler. Auſſi il » a promis & iuré à ſa reception garder les Decrets & ſaints Conciles, Priuileges & libertez de l'Egliſe Gallicane.

» A ce qu'il n'y a trouble de fait, dit que ſi, & irreparable, ſinon que » par vne plainte ou par appel ceans, car les citations ſont contre les ſaints » Conciles, Libertez, Priuileges & Ordonnances deſſus declarées, eſquels les Appellans ſont troublez de fait par le moyen d'icelles citations, » touchant les Prouiſions requiſes: Parce ne les peut empeſcher; auſſi il » n'y veut entrer, mais dit qu'il n'y a jour ne terme ne memoire. Mais cela » ne le peut excuſer puiſqu'il eſt en Iugement en queſtion de leur fait, l'appel interjetté en adherant, & que la Requeſte contenant leſdites Prouiſions leur a eſté ſignifiée. Parquoy deuoient laiſſer memoires pour y » défendre auſſi bien qu'au premier appel. Ainſi doit défendre, *aliàs*, la » Cour luy doit adjuger ſes Concluſions & Prouiſions.

» Aux Monitions, Cenſures & Citations, on ne les ſçauroit ſoûtenir, car » par icelles on attente contre l'appel, procez, défenſes, Priuileges & » Ordonnances: Car on ne peut traitter, *vltra vnam dietam à Diœceſi*, par » le Decret *de Cauſis.* Et neantmoins on veut traitter les Appellans hors » leur Prouince & les faire aller où le Legat ſe trouuera qui pourroit eſtre

hors le Royaume. *Et eſt locus incertus*, qui eſt fort eſtrange. Auſſi eſt ce con- «
tre le Priuilege de la ville de Paris, dont les Chanoines de Paris ſont « 1502.
Bourgeois, qui ne peuuent eſtre mis hors les murs de la ville. Dauanta- «
ge ledit Chapitre a Priuilege exprés de n'eſtre tiré hors ladite ville, Iu- «
ges & Conſeruateurs pardeuant leſquels on les doit conuenir & non ail- «
leurs. Et ſi ſont les aucuns des Chanoines, Eſcholiers & Suppoſts de «
l'Vniuerſité, les autres Conſeillers ceans, ainſi on leur doit adiuger leurs «
Concluſions & faire Prouiſions, & cependant déffenſes & tenir tout en «
ſurſeance. «

Qvatre Livres dit, que veu ſon fait l'appel s'en va par fin de non «
receuoir. Pour répondre à ce que Partie parle & debat la puiſſance du «
Pape, dit qu'il a declaré & declare qu'il n'a charge d'en parler, *immò*, «
de n'y entrer, auſſi ne peut il ſeruir. Car les Intimez ſont ſimples Rece- «
ueurs & Executeurs qui n'ont excedé aucunement. A ce que les Intimez «
ont fait vn Exploit de fait, ainſi on a pû prendre complainte contre eux, «
dit qu'ils n'ont fait aucun exploit de fait, mais de droit au moyen de la «
Bulle Apoſtolique. Or *ab Executore non excedente non eſt appellandum*, ainſi «
de les prendre en partie n'y a apparence. A ce qu'ils deuoient nommer «
Dominum, dit qu'ils ont nommé le Pape *in Iudicio*, ainſi ne ſont tenus «
nommer autres. La partie le peut ſçauoir par la Bulle qui luy a eſté ſi- «
gnifiée; & conclud comme deſſus; & aux autres Concluſions dit qu'il «
n'a memoire ne charge d'y reſpondre & s'en rapporte à la Cour. «

Le Maistre pour le Procureur General du Roy, a requis où l'Ad- «
uocat des Intimez ne voudroit paſſer outre, que les Prouiſions qu'il a re- «
quiſes à la Cour luy ſoient faites, & que ſi on baille delay aux Intimez, «
d'y venir reſpondre, que cependant tout ſoit tenu en ſuſpens. «

La Covr ordonne que les Parties viendront demain au matin pour «
oüir l'Appointement que la Cour donnera ſur ce plaid pour les regler. «

Eodem anno inſtituta & erecta eſt Vniuerſitas Witembergenſis à Fri- «
derico III. Saxoniæ Electore eiuſque primus Rector conſtitutus fuit M. «
Martinus Polichius Mellerſtadius, Artium & Medicinæ Doctor, atque «
vt huiuſce Academiæ Natalis celebraretur quotannis, conſtitutum eſt «
vt die D. Lucæ ſacra quæ eſt 18. Octob. Hiberni Semeſtris Rector & De- «
canus crearentur. «

Anno 1503. Rectore M. Guillelmo Aimery menſe Iunio facta eſt Re- 1503.
formatio Baccalariorum in Artibus; quod legitur in libro Rectoris anti-
quo, his verbis.

Anno Natalis Domini 1503. 4. id. Iunias conuocata in S. Iulianum «
Pauperem Artium Facultas per M. Guillelmum Aimery tunc Almæ no- «
ſtræ Vniuerſitatis Rectorem ſuper nonnullorum abuſuum reformatione «
in dictæ præſertim Facultatis Suppoſitorum que iacturam non modicam «
cedentium decreuit, ſtatuit & ſanxit, *ne quis poſthac eodem anno & Bacca-* «
lariatus & Licentiatus Gradum aſſequi poſſet, perinde ac iubet Statutum «
Apoſtolicum ferme corruptela quadam ac rubigine, ne dicam conſue- «
tudine temeratum, non obſtante quauis diſpenſatione, vel vt verius lo- «
quar, indulgentia aut Procuratorum, aut Magiſtrorum, denique quo- «
rumlibet aliorum. *Accedunt enim ad hanc Magiſterij dignitatem primo quo-* «
que die Agaſones, Equiſones & bubulci, qui non ſolum non Ariſtotelem, ſed ne «
Catonem quidem primaque Rudimenta didicere. Hinc eſt prima mali habes, «
hinc gloriæ noſtræ detrimentum. Hinc quibus premimur, ærumnis, Sca- «
turigo: Cum enim ab omnibus explodantur, rideantur & ludibrio ſint «
tanquam inſulſi & ridiculi, Nos ſimiles ſtudio credimur eſſe pari. Sic abro- «
gantur priuilegia, ſic ſupplantamur. Sic boni malorum pœnam luimus. «
Vt igitur huic plagæ medeatur, pientiſſima noſtra mater Artium Facul- «
tas, hoc præfato potiſſimum antidoto vtendum duxit. Et vt diffuſius «
apertiuſque rem tangamus, vetat ne ſequentes in Vocationes admittan- «
tur; ſed ab hoc vt ita dicam, albo vocatorum conſortio ſecludi iubet, qui «
poſt primas Vocationes in Baccalariorum gregem ſuſcepti fuere. Bidel- «

» los autem, Examinatores, denique quoſlibet alios qui hoc inſtitutum
1503. » infringere quoquo pacto auſi fuerint, aut dandis in Syngraphis aut in his
» intempeſtiuè examinandis, ſuis & præmijs exautorat, & quibus gau-
» dent Priuilegijs, exortes facit, priuat, alienat. In cuius perpetuam rei
» memoriam præſens hoc monimentum, *& Rectoralibus libris inſculptum Fa-*
» *cultas & ſuis in Scholis in lapide inciſum voluit Natio Gallicana.*

» Pour venir à l'appellation des Appellans, s'en va par fin de non rece» uoir, car elle eſt interjettée ſix ſepmaines aprés la Sentence, & ſi n'y a » cauſe de reliefuement, auſſi elle eſt deſerte comme l'on a releuée, par» ce qu'elle deuoit aller deuant le Preuoſt de Paris, *& idem eſt*, *non re*» *leuare & malè releuare*. Mais outre ce ne ſe peut ſoutenir, car icy n'eſt » queſtion que d'vn Barbier qui vient contre les Statuts & Ordonnan» ces du métier, par leſquelles leur eſt défendu ne Phlebotomer par or» donnance d'aucun Medecin, s'il n'eſt de la Faculté ou approuué par » icelle, *aliàs*, ſeroit mettre le Peuple en grand dangier. Eſt le Barbier » adiourné deuant le Lieutenant du Barbier du Roy, compare & confeſſe » le cas, *& cum arrogantia*; *immò*, dit qu'il le fera encore. A cette cauſe » veuë ſa temerité, arrogance & pertinacité eſt priué de ſoy trouuer és » Actes de Chirurgie, dont Parties dient eſtre appellans, ſans qu'il y ait » aucun grief.

» Au Contract que Partie a leu, reſpond que à Paris *eſt maxima penuriæ* » *Chirurgorum*, tellement qu'il n'en y a que 3. ou 4. leſquels ont voulu faire » des Bacheliers & Licentiez, combien qu'il n'y peuſſent rien faire ſans les » Medecins, car ils leur apprennent l'Art de Chirurgie & ſont leurs Eſcho-

liers. Or il y en a eu qui ont eſtudié ſous les Medecins & ont voulu pra- «
tiquer en Chirurgie, ce que les Chirurgiens ont voulu empeſcher & oñt « 1506.
obtenu Sentence pour eux, mais par Arreſt de la Cour, la Sentence a eſté «
reuoquée, & dit que ledit Eſcholier pratiqueroit l'Art de Chirurgie à «
Paris, *ſub Doctoribus in Medicina.* Les Barbiers pour entretenir leur Art «
de Chirurgie, dont ils peuuent vſer à Paris, par Priuilege immemorial «
viennent à la Faculté de Medecine, ſupplient qu'elle delegue aucuns Do- «
ċteurs pour leur dire & expoſer l'Art de Chirurgie. A leur Requeſte la «
Faculté obtempere au proufit de la choſe publique, à ce que *omnibus Ars* «
pateat. Or parce que les Medecins prenoient la peine de lire & expoſer «
la Chirurgie, les Barbiers promettent ce qui eſt eſcrit au Contract, où il «
n'y a rien illicite, *imò*, choſes iuſtes, raiſonnables, *& ad vtilitatem Reipub.* «
Ainſi de l'appeller Monopole & conſpiration n'y a apparence, meſme- «
ment que par les Statuts immemoriaux de la Faculté & que chacun Eſ- «
cholier eſt tenu jurer, garder & obſeruer, *tenentur ſinguli iurare non pra-* «
cticare cum illicitè practicantibus. Au moyen de quoy ſi les Barbiers ne veu- «
lent proceder à phlebotomer qui eſt choſe perilleuſe, que par le comman- «
dement d'vn Medecin de la Faculté ou autre approuué d'icelle, ils font «
en ce faiſant le proufit euident de la choſe publique. «

Pour reſpondre à ce que de Gorres eſt Docteur à Ferrare, dit qu'il «
croit qu'il n'y a Faculté de Medecine, auſſi *in Italia Leges duntaxat legun-* «
tur, & s'il y a exercice de Medecine, il eſt ſi rare, que quand il ſe fait vn «
Docteur en Medecine, il eſt banny de Ferrare juſques à deux ans & ne s'y «
oſeroit trouuer. «

A ce que par l'Ordonnance eſt permis aux Maiſtriſez és Vniuerſitez «
fameuſes pratiquer à Paris, reſpond que cela s'entend *ſecundum legem* «
communem, & que tels ſoient tentez & approuuez & experimentez par les «
Maiſtres auant que pratiquer, *aliàs*, chacun pratiqueroit, & ſeroit vn mer- «
ueilleux inconuenient, joint que *Medicus approbatus poteſt reprobari de iu-* «
re l. ſed & reprobare ff. de Excuſa. Tutor. & Cura. laquelle reprobation n'eſt «
introduite, ſinon au cas de preſent quand ils s'efforcent pratiquer. *Quin* «
imo Extranei Doctores notoriè non admittuntur ad legendum in Vniuerſitate, «
s'ils n'eſtoient approuuez par la Faculté. Par plus forte raiſon ſans l'ap- «
probation ne doiuent eſtre admis à pratiquer, *per Panorm. in C. ſuper ſpe-* «
cula. Ne Clerici vel Monachi. & conclud comme deſſus. *al.* à mal appellé & «
à deſpens. Et requiert que l'vſage ſoit entretenu & offre que la Cour «
commette deux des Conſeillers d'icelle & que pardeuant eux ſoient ten- «
tez, examinez & experimentez les Appellans par les Intimez. A ce qu'il «
couſte 25. eſcus à eſtre Bachelier à Paris, *nihil eſt: immo* n'y a que 10. qui «
ſont pour les Meſſes, & à la Licence 20. eſcus. «

Valin pour l'Vniuerſité de Paris employe ce que Barme, a dit pour «
les Intimez, & dit que la Faculté de Medecine eſt des principales Facultez «
de l'Vniuerſité, & que ſi la voye des Appellans eſt tolerée, la Faculté ſe- «
roit *omnino* eneruée. Et parce requiert que les Appellans ne ſoient re- «
ceuz à pratiquer, qu'ils n'ayent eſté trouuez ſouffiſans par la Faculté ſe- «
lon les Ordonnances & Statuts d'icelle. Et dit que l'année paſſée y eut «
14. Bacheliers dont n'y a eu que 3. Licentiez, parce que les autres ſont «
allez aux autres Vniuerſitez, parce qu'il leur ſemble que plus facilement «
ils pourront venir *ad Gradum*, & ce fait pratiquer à Paris comme les au- «
tres Eſtrangiers qui y veulent pratiquer contre le Statut. «

Bvrdelot Procureur General du Roy a recité le contenu de ce «
qui a eſté mis pardeuers luy par les Parties, & ce fait, a requis que la «
complainte intentée par les Intimez depuis l'appel, ſoit declarée nul- «
le & abuſiue, que les défenſes faites par les Intimez en venant contre «
l'authorité du Roy, ſoient auſſi declarées nulles & abuſiues, & l'appro- «
bation & permiſſion de pratiquer à Paris par les Medecins eſtrangiers, «
ſoit declaré appartenant au Roy & à ſes Officiers & non aux Intimez. Et «
défenſes eſtre faites aux Appellans de ne pratiquer à Paris juſques à ce «

» ce qu'ils ayent eſté experimentez & approuuez & que les Intimez pour
1506. » l'abus ſoient condamnez en 400. liures d'amende, & défenſe ne faire *de*
» *cætero*, telles défenſes qu'ils ont faites.

» Bochart pour la ville de Paris, pour l'intereſt d'icelle, dit qu'il eſt
» expedient que tous Medecins promeus en Vniuerſité fameuſe, s'ils ſont
» experimentez & ſçauans, ſoient receuz à la pratique, *& in hoc ex pluræ-*
» *litate conſulitur Reipub. non tamen indiſtinctè & ſine diſcrimine admittendi ſunt*,
» ſans eſtre approuuez. Partant que on ſçait *notorié*, les abus, les legieres &
» ſoudaines promotions qui ſe font és autres Vniuerſitez, & aucunefois les
» vns houzez & à cheual. A cette cauſe, ayant le Procureur du Roy, re-
» quiert *quod fiat probatio*, des Appellans, *& illis probatis, admittantur ſi*
» *idonei*.

» Barme a aduoüé le Contract fait entre les Medecins & Barbiers. Et
» quant à l'ordonnance que Partie a alleguée, reſpond, qu'elle s'enten-
» doit ainſi qu'il a ja dit. Et que quant aux Maîtriſez és Vniuerſitez fameu-
» ſes, *eſt caſus omiſſus qui relinquitur diſpoſitioni iuris communis*. Et au regard
» de l'Ordonnance de Henry, combien que *caſus expreſſus*, ſoit de ceux qui
» n'eſtoient Docteurs en Vniuerſitez fameuſes, toutefois *ratio*, de l'Or-
» donnance, *locum habet in omnibus Caſibus, & eſt cauſa impulſiua expreſſa &*
» *non finalis inſtar Calphurniæ quæ cauſam præbuit Edicto*.

» Disome dit, qu'il n'y faut approbation ne experience quant aux Maî-
» triſes en Vniuerſité fameuſe, par l'ordonnance qu'il a leuë, laquelle con-
» tient deux membres, par le premier également eſt permis aux Maîtriſez
» à Paris & autre Eſtude general de pratiquer, qui eſt à entendre ſans autre
» approbation, parce que les Maîtriſez en icelle Faculté de Paris & autres
» Vniuerſitez generales ſont equiparez quant à la pratique, & en ce regard
» ont autant d'autorité l'vn que l'autre. Parquoy ſi les Intimez dient auoir
» Faculté de pratiquer ſans autre approbation; ceux qui ſont Maîtriſez
» en autre Vniuerſité generale, y doiuent pratiquer. Et par l'autre mem-
» bre de l'ordonnance faiſant mention des non Maîtriſez, eſt requis eſtre
» approuuez par le Preuoſt de Paris: laquelle choſe montre clairement,
» que quant aux Maîtriſez, n'eſt requis qu'ils ſoient approuuez; auſſi de
» droit n'y faut autre approbation que la Licence ou Doctorat par leſquels
» eſt baillé congié de lire & pratiquer *vbique*. Et à ce propos y eſt l'Arreſt
» donné pour vn nommé Robert Bachelier à Pauie, auquel par Arreſt, com-
» me Gradué fut adiugée la Prébende de Maſcon.

» La Cour verra ce Plaidoyé & ce que les Parties voudront produire de-
» dans huy. Et la Cour leur fera droit au premier iour ſur le Plaidoyé &
» la Complainte prinſe par les Intimez. Et outre enjoint au Procureur
» General du Roy de faire faire la viſitation des Apothicaires à Paris, par
» ceux qu'il appartiendra & en enſuiuant l'ordonnance.

Ex eo tempore cœperunt Doctores Monſpeſſulani & aliarum Vniuer-
uerſitatum Graduati liberiùs Artem Medicinæ exercere: Vnde non pa-
rum Facultati Pariſienſi derogatum eſt iuris antiqui & primæuæ dignita-
tis; vide aliud Senatuſconſultum ad diem 18. Aprilis 1507.

Die 6. Decemb. celebratum eſt ſolemniter à Natione Picardica feſtum
B. Nicolai in nouo ſuo Sacello vici Straminei, ſacra faciente M. Roberto
la Turotte Doctore Theologo, Abbate de Chalys, quod Sacellum in-
auguratum ſeu conſecratum fuerat die S. Andreæ per Epiſcopum Mega-
lenſem & Priorem Vallis San. Catharinenſis.

Hocce tempore Vniuerſitas ſuis ſumptibus vrgendam ratam litem in Ma-
gno Regis Conſilio ob tractũ extra Muros Pariſienſes Abbatẽ Fiſcanen-
ſem ſuum Suppoſitum, ſingularum Nationum & Facultatum Quæſtores
ſeu Receptores iuſſit Quæſtori ærarij Publici certam ſummam pendere:
vt patet ex ijs quæ ſcribit M. Ioa. Salonnier Receptor Nat Gall. refert
enim ſe expendiſſe 4. libras & 4. ſ. Pariſ. & tradidiſſe *M. Io. Riuole Rece-*
ptori ærarij publici Vniuerſitatis, ad ſubueniendum miſſis, pro proceſſu pendente
in Magno Conſilio Regis occaſione D. Electi Fiſcanenſis qui tractus fuerat extra

muros Pariſ. contra antiquum & viſcerale ſtatutum Vniuerſitatis. Die vltima Decemb. conuentum eſt ſuper apertione Rotuli Nominandorum. 28. Ian. ad conferendum Officium Notariatus. 19. Martij ſuper materia Decretiſtarum, qui Nominandorum Catalogum immenſum conſtruere volebant; quæ materia per 50. prope annos agitata fuit, nec ante an. 1538. decisa. 1506.

Ad hunc annum narrat Trithemius fundatam & erectam fuiſſe Vniuerſitatem Francofordienſem.

Eodem anno, *inquit*, memoratus Princeps Ioachim Marchio Brandeburgenſis nouum Vniuerſale Gymnaſium in Oppido ſuo Frankenfurt cis Oderam inſtituit quod 26. die April. quæ fuit Dominica 2a. poſt feſtum Dominicæ Reſurrectionis cum magna ſolemnitate introduxit Ioanne præſente Abbate. Cuius primus Rector Vniuerſitatis & Lector Theologiæ Facultatis ordinatus eſt Conradus ex Buchen Francus Orientalis, Doctor Lipſenſis, de Wimphen nuncupatus.

Notant quoque Chronologiſtæ Ioannem Capnionem (aliâs Reuchlinum) primum Grammaticam Hebraïcam, Latinè ſcripſiſſe & edidiſſe hoc anno, vna cum Hebraïco Lexico. Item Raphaëlem Volaterranum Anthropologiam ſuam ſcripſiſſe. Natum Ioannem Sleidanum Hiſtoricum & Georgium Buchananum Scotum Kal. Feb. in Leuinia Scotiæ Prouincia ad Blauum amnem in villa ruſtica.

Anno 1507. 18. April. iterum agitata eſt in Curia Facultatis Medicinæ causa contra Extraneos, Andream Carpentarium & Petrum de Gorris, latumque Senatuſconſultum quod ſequitur. 1507.

Ce jour 18. Auril, Entre MM. André Charpentier & Pierre de Gorres, eux diſans Docteurs en Medecine & Laurent Bernard Barbier, appellans du Maiſtre Iuré Barbier du Roy en cette ville de Paris ou ſon Lieutenant, & requerans défenſes eſtre faites aux eux diſans Doyen & Docteurs Regens en la Faculté de Medecine en cette ville de Paris, de ne eux ſouſtraire de viſiter les malades pour la preſence des Appellans, & aux Barbiers de ne refuſer les Saignées qu'ils leur ordonneront & que certain Contract dont eſt faite mention au plaidoyé des Parties fait entre les Barbiers & Medecins au mois de Ianuier l'an 1505. & auſſi la Sentence de priuation faite par le Lieutenant du Barbier le 25. jour de Mars audit an. 1505. Semblablement la complainte prinſe par les Doyen & Docteurs Regens de la Faculté à l'encontre deſdits Charpentier & de Gorres, fuſſent declarées nulles & abuſiues, & que pour l'abus fait en cette partie les Doyen & Docteurs Regens & Maiſtres Barbiers fuſſent condamnez en 100. liures d'amende & és dommages & intereſts des Appellans d'vne part, & les Doyen & Docteurs Regens en la Faculté de Medecine & Maiſtres Iurez Barbiers intimez & défendeurs, les Procureurs de l'Vniuerſité & auſſi des Preuoſt, Marchands, Eſcheuins de cette ville de Paris, adjoints auec eux d'autre part. Vev par la Covr le Plaidoyé des Parties du 6. jour d'Aouſt 1506. enſemble les lettres & titres des Parties, les informations faites à la requeſte deſdits de Gorres & Charpentier, les Concluſions prinſes par le Procureur General du Roy, contenuës au Plaidoyé qui a requis que ladite Complainte intentée, comme il diſoit, par ceux de la Faculté de Medecine, depuis l'appel interjetté par les Appellans, enſemble les défenſes faites par les Intimez fuſſent declarées nulles & abuſiues & l'approbation & permiſſion de pratiquer à Paris par les Medecins Eſtrangiers declarée appartenir au Roy & à ſes Officiers & non auſdits de la Faculté, & que défenſes leur fuſſent faites de ne faire deſormais telles défenſes, & pour les abus par eux commis, qu'ils fuſſent condamnez enuers le Roy en 400. liures Pariſis d'amende; & neantmoins défenſes eſtre faites aux Appellans de ne pratiquer en cette ville de Paris juſques à ce qu'ils fuſſent approuuez & experimentez. Et tovt consideré il sera dit qve la Covr a mis l'appellation & ce dont a eſté appellé, au neant ſans amende. Et a ordonné que les

» Doyen & Docteurs Regens en la Faculté de Medecine de cette ville de
1507. » Paris éliront & deputeront quatre d'entr'eux non ſuſpects ne fauorables » pour tenter, examiner & experimenter leſdits Charpentier & de Gorres en la preſence de deux des Conſeillers du Roy en la Cour qu'elle commettra, ſans toutefois greuer ne charger leſdits Charpentier & de Gorres de frais & dépenſe exceſſifs. Et le tout fait & rapporté pardeuers la Cour, elle ordonnera ſe leſdits Charpentier & de Gorres ſeront receuz ou non à pratiquer & exercer l'Art & ſcience de Medecine en cette ville de Paris; & outre ainſi qu'elle vera eſtre à faire, & au ſurplus à la Cour abſols & abſolt les Doyen & Docteurs de la Faculté des autres demandes, regles & concluſions prinſes à l'encontre d'eux, tant par le Procureur du Roy, que par leſdits Charpentier & de Gorres, & ſans deſpens, & pour cauſe. Conclud le 18. Auril 1507. poſt prandium.

Die 11. Maij ſolemnis habita eſt Supplicatio omnium Vrbis Ordinum in gratiarum actionem pro victoria Genuenſi. In Proceſſu tenuit pro more Vniuerſitas ſiniſtrum latus, dextrum Epiſcopus & Canonici Pariſienſes.

Hoc anno ex Decreto Facultatis Artium inſtaurata ſunt repagula lignea Vici Staminei in locis vbi ſolebant eſſe, ad remouendos currus & vehicula à Scholis: in eamque rem ſingulæ Nationes contribuerunt, vt conſtat ex Ratiocinio M. Florentij de la Cour, tunc temporis Gallicanæ Nationis Quæſtoris, qui ait ſe pro ipſa impendiſſe 36. ſolid. Pariſ.

1508. Anno 1508. poſtquam iuxta Senatuſconſultum 18. April. an. 1507. latum examinatus eſt Petrus de Gorris Medicus Doctor extraneus, præſentibus Curiæ Senatoribus, atque ad Curiam relatum eſt peccare illum tam theoricè quam practicè, illa edixit 14. Iulij vt ſequitur.

„ Ce jour la Cour a mandé MM. Richard Hellain, Thierry le Cirier, Iean Bertoul & Iean Auis Docteurs Regens de la Faculté de Medecine en l'Vniuerſité de Paris, & auſſi M. Pierre de Gorris Docteur en Medecine, auſquels ont eſté remontrez les rapports faits en la Cour, tant par les Commiſſaires commis par elle à aſſiſter à l'Examen dudit de Gorris, que par les 4. Docteurs Regens qui l'ont examiné. Et tous les deſſuſdits oüys, La Covr a ordonné & ordonne que les quatre Docteurs Regens bailleront dedans demain par eſcrit les points eſquels ils pretendent ledit de Gorris auoir failly & erré *in Canonibus tam theoreticè quàm practicè.* Leſquels ſeront communiquez audit de Gorris pour en reſpondre dedans le jour enſuiuant, & ce fait, ſera le tout ſi beſoin eſt montré & communiqué à autres Medecins tels que la Cour ordonnera, pour euz aprés oüis & ledit de Gorris ſi beſoin eſt, *iterum* examiné, eſtre par la Cour ſur le tout ordonné comme de raiſon.

In Vniuerſitate verò cum M. Petrus Succurribilis, aliàs Secourable, Facultatis Theologicæ Decanus & Archidiaconus Rotomagenſis obijſſet & teſtamento reliquiſſet 100. libellas diſtribuendas Regentibus Vniuerſitatis, mota eſt inter Facultates & Nationes grauis Quæſtio de ratione diſtribuendæ illius ſummæ. Quippe Facultates diſtribui volebant in 4. Partes æquales, Nationes verò vel in ſeptem, vel vnicuique Regenti, tam ex Artibus quam ex alijs Facultatibus æquam partem.

Conuenerunt ergo primùm Deputati ſeptem cum Rectore. 6. Nou. ad deliberandum de obitu prædicti Secourable celebrando: & ſic ea de re legitur in Reg. Facultatis Medicinæ. *Apud S. Mathurinum in Deputatis pro obitu celebrando Magiſtri noſtri Secourable, quoniam à pluralitate Suppoſitorum non Facultatum concluſit* (Rector) *cum alijs Decanis Superiorum Facultatum appellatum eſt ad Vniuerſitatem, & pro reuelatione dedi 16. denarios Pariſienſes.* 4. Turon. quid eſt hoc *à pluralitate Suppoſitorum!* nempe concluſit Rector cum 4. Procuratoribus, ſuam ſingulis vocem, ſuum ſuffragium pro numero Nationum habere ſe putantibus, licet vnam Facultatem repræſentent. Ab ea autem Concluſione hinc patet appellaſſe Decanos ad Vniuerſitatem; at quale Iudicium ſecutum ſit, non habetur.

Equidem 12. Decemb. habitis Comitijs iterùm actum eſt de diſtributione pecuniæ legatæ, qua de re ſic in ijſdem Reg. *12. Decemb. in Congregatione Vniuerſitatis apud S. Math. facta ſuper receptione cuiuſdam particulæ teſtamenti Magiſtri noſtri Secourable quâ legauerat 200. libras Turonenſes Magiſtris Regentibus more ſolito diſtribuendas.* 1508.

Clarius Reg. Nationis Picardicæ. Anno Domini 1508. 12 die Decemb. conuocata fuit apud S. Mathurinum Alma Pariſ. Vniuerſitas 2. ſuper art. 1us. concernebat Clauſulam quandam Teſtamentalem D. Petri Secourable Archidiaconi quondam Rotomagenſis, Facultatis Theologorum Decani, propter quam orta fuerat diſſenſio inter ſuperiores Facultates & Facultatem Artium. 2us. ſuper ſupplic. & iniurijs. Quantum ad 1. *art. deliberauit vener. Picardorum Natio, vt celebrarentur illa eadem die Vigiliæ apud S. Mathurinum; ſequenti verò die Miſſa ſolemnis pro ipſo Defuncto.* De hoc autem controuerſia nulla fuit. *Sed ſolum de diſtributione centum Francorum quos Vniuerſitati dimiſerat prædictus Defunctus. Circa quorum diſtributionem placuit Matri meæ, vt ſinguli Regentes æqualiter perciperent tam Facultatum Inferiorum quàm Superiorum.* Et ita concluſi præſentibus MM. Io. de Campis, Petro de Ruella, Franciſco Vaudbourg. Sig. I. Dvllaerti

Exemplum ſimilis diſtributionis erat adhuc recens: nam cum M. Robertus de Quenayo Canonicus Rotomagenſis, legaſſet 100. nummos aureos, ſingulis Regentibus cuiuſcunque Facultatis qui eius obitum celebrarunt, diſtributi ſunt aſſes duo, vt ad an. 1499. retulimus.

Ex ijs verò quæ anno ſequente geſta ſunt, intelligimus non fuiſſe tunc concordiam, eamque ſummam 100. librarum penes Quæſtorem ærarij communis fuiſſe depoſitam, donec conueniſſent Facultates & Nationes de ratione diſtributionis. Amplius ergo ea de re ſic habet idem Reg. Nationis Picardicæ.

Anno Domini 1509. pridiè Idus Nouemb. fuerunt per Nos vocati Regentes venerandæ Nationis Picardiæ apud S. Mathurinum poſt obitum (Roberti) de Sorbona ad requiſitionem D. Rectoris ſuper diſpoſitione cuiuſdam pecuniæ diſtribuendæ Regentibus Vniuerſitatis Pariſ. relictæ illis per D. Archidiaconum Rotomagenſem defunctum, vocatum Secourable. Quæ quidem pecunia erat in manu Receptoris Fiſcalis ipſius Vniuerſitatis: *eo quod Superiores Facultates volebant habere duplum ad Facultatem Artium. Ideo noluit illud tolerare dicta Facultas.* Quod videntes ſuperiores Facultates, obtulerunt Facultati 60. francos vt haberent 40. vel quod Facultas Artium daret aliquos Arbitros fideles, non ſuſpectos; & ipſæ ſuperiores Facultates ſimiliter. Qui quidem Arbitri haberent tractare iſtam materiam & eam finaliter terminare. Adhoc deliberauit veneranda Picardorum Natio, *quod non caperentur illæ pecuniæ oblatæ à ſuperioribus Facultatibus propter multas cauſas & multa inde conſequentia*; ſed magis placuit ei dare Deputatos MM. Valerandum de Varanis Receptorem ſuum & Ioa. de Campis, qui cum Deputatis aliarum Nationum haberent eligere duos aut tres Arbitros non ſuſpectos & fideles, qui cum Arbitris Superiorum Facultatum haberent tractare iſtam materiam & eam terminare, *ad fugiendas diſcordias & ad pacem nutriendam inter Artium Facultatem & Superiores Facultates*; dummodò hoc fieret ſine detrimento ipſius Facultatis. 1509.

De nvmero ſvffragiorvm.

Quomodo res illa deciſa tandem fuerit, non reperi. Cœterum apparet hoc anno grauem ortam Quæſtionem inter Facultatem Artium & tres cœteras de Concluſionibus Rectorijs. Contendebant enim illæ non poſſe nec debere Rectorem concludere nomine Vniuerſitatis, niſi ex ſuffragio vnanimi trium Facultatum, Artium verò Facultas non tantùm à tribus, ſed & à duabus, & ab vna ſe poſſe concludere contendebat, vt pluries factum fuerat. Difficultas iſta vexauit Vniuerſitatem pluribus annis, & ex hoc fundamento profluxiſſe videtur. Certum eſt Rectores in rebus grauioribus non modo duarum aut trium Facultatum, ſed & ſingularum quoque Nationum concordiam conſenſumque expetere ſoli-

1508. tos, adeoque ſæpè Concluſiones ſuſpendiſſe, ſi aut vna Facultas, aut duæ Nationes, imo & vna Natio diſſentirent, periculumque foret turbarum in Vniuerſitate. Vnde in Actis ſæpè legitur nihil fuiſſe concluſum, eo quod concordia non haberetur. Itaque pro certo habendum eſt non quoties potuit, concluſiſſe Rectorem; ſed quando ſaluti bonoque publico expedire iudicauit. Hinc tam multas Concluſiones diuerſimodè factas in Actis videre eſt. Nonnunquam enim Rector cum 4. ſolis Nationibus concluſit, nonnunquam etiam cum tribus Facultatibus contra Facultatem Artium, ſeu contra tres quatuorvè Nationes. Sæpè quoque cum duabus Facultatibus; ſæpè etiam æqualibus Facultatibus nihil concluſit: imò obſtante vna Facultate aut Natione, Concluſionem ſuſpendit. Quis verò neget elicere potuiſſe ſæpè, cum non elicuit?

At nuſquam ante hæc tempora derogatam fuiſſe legimus Rectori poteſtatem concludendi à duabus Facultatibus, ſi earum vna eſſet Facultas Artium; contra verò ipſam & vnam ex alijs non legimus vſquam illi licuiſſe concludere. Et ſi quando id accidit, citra tumultum non accidit. Circa verò huius ſeculi initia, nec forte ante hunc annum, cœperunt Facultates ſuperiores, prout aliæ & aliæ ſuâ intereſſe putarunt, derogare Rectori poteſtatem concludendi à duabus duntaxat Facultatibus, quarum etiam vna eſſet ipſa Facultas Artium, volueruntque à tribus tantummodò debere concludere, aut certè æqualibus, concluſionem ſuſpendere, & quod antea faciebat Rector pro ſua prudentia, & volens, metuque turbarum, id illum debere neceſſariò facere contenderunt.

Occaſio ſumpta ex vacante Patronatu Caſtelleti, cuius Competitores fuerunt Iulianus & Miette, die 20. Aug. Eorum vni fauerunt duæ Facultates, Theologiæ & Iuris Canonici; alteri Medicinæ & Artium cum quibus concluſit M. Petrus de Riancourt tunc Rector: quemadmodum paulo ante concluſerat in re ſimili M. Bon-Pas Prædeceſſor. Hinc Riancurtio ſub finem Rectoratus litteras commendatitias pro more poſtulanti denegatum eſt quod petebat; qua de re ſic ſcribunt contineri in Actis Facultatis Decretorum. Die 8. Octob. celebrauit Proceſſiones ſuas prædictus D. Rector Riancourt ad ædem D. Victoris, qui & ſupplicuit haberi Acta ſua grata cum litteris Gradus. Verum conſiderantes Superiores Facultates quod ipſe ſicut Bon-Pas Prædeceſſor ſuus concluſerat à duabus Facultatibus, quod dicebant non eſſe iuris neque conſuetudinis, in materia Aduocatorum in Caſtelleto Iuliani de Miette.... reputarunt eundem Rectorem omnino Schiſmaticum & turbatorem Paciſ. Nec habita ſunt Acta ſua grata, nec conceſſæ litteræ commendatitiæ, aut aliàs donec peccatum & errata emendaret in melius.

Cum autem die 10. Octob creatus fuiſſet Rector M. Adriamus Lamet, orta in Comitijs menſe Nouemb. difficultate de exequijs M. Petri Secourable celebrandis, & tribus Facultatibus ſeu earum Decanis in vnum conuenientibus, quatuor verò Nationibus ſeu earum Procuratoribus diuerſam ſententiam tenentibus, Rector his adhæſit: hinc ab illis, hoc eſt à Decanis appellatum eſt, aientibus Rectorem debuiſſe concludere à pluralitate Facultatum, non à pluralitate ſuffragantium. Ac proinde cum more Maiorum Magiſtratu decedens Litteras poſtulaſſet commendatitias, repulſam paſſus eſt à prædictis Facultatibus. Vnde iſte annus in Actis Facultatis Decretorum vocatur *Annus proteruorum & duræ ceruicis Rectorum.* Et in ea contentione manſerunt Facultates & Nationes aliquandiu, quoties ſimilis occaſio diffultaſque recurrit, vt ex dicendis conſtabit.

Equidem non legimus ad hæc vſque tempora derogatam Nationibus ſingulis, earumque ſingulis Procuratoribus ſuam vocem tam in Comitijs Publicis quàm in Priuatis; & huius rei plurima extant exempla; idque fatetur ipſa Theologica Facultas in Senatuſconſulto 23. Nouemb. 1497. quod ntegrum in 5. vol. retulimus: nec vidimus dubitatum hactenus, quin cum ad Rectorem ſingularum Facultatum, ſingularumque Nationum

ſuffragia, ſeu vt dicebant, *vota* referebantur, totidem voces pro earum numero conficerentur. Sed hiſce temporibus contenderunt Facultates ſuperiores non debere Concluſionem elici à pluralitate vocum, ſed à pluralitate Facultatum. Et id videtur clarè contineri in ijs verbis Facultatis Medicinæ ſupra relatis, *quoniam à Pluralitate Suppoſitorum non Facultatum concluſit Rector.* 1508.

Vnde verò id illis in mentem venerit, ante diximus: nempe ex eo quod Rectores, incaleſcentibus Facultatum animis, & in diuerſas ſententias abeuntibus, ſæpè ſuſpenderunt concluſiones turbarum metu. Verum Facultas Artium id ſaltem contendebat pro certo habendum, Rectorem non poſſe citra præuaricationem à duabus Facultatibus contra ſe, hoc eſt contra Facultatem propriam & vnam aliarum concludere.

Et hinc liquet quamobrem extent tam multa exempla Concluſionum Rectoriarum pro duabus Facultatibus, quarum vna ſit Facultas Artium; tam rara verò (adeo vt vix duo reperias toto 500. annorum ſpatio) earundem pro duabus alijs contra Facultatem propriam.

Eodem anno 1508. in Electione Rectoris quæ menſe Decembri celebrata eſt, tumultus vehemens ortus eſt. Ac proinde die 20. eiuſdem menſis habita ſunt Comitia Vniuerſitatis ad coercendum eiuſmodi inſolentias, nominatique ſunt deputati qui maturo conſilio Electionis modum reformarent. Et die 19. Ianu. iterum habita Comitia ad audiendos articulos confectos ſuper Reformatione Electionis & Lecturæ Ethicorum, vt legitur in Reg. Medicinæ.

Eodem anno Eraſmus Moriæ Encomium edidit; de quo libro ipſe in Adagijs Chiliade 2. Cent. 2. Adag. 40. Luſimus Moriæ Encomium, cui non plus 7. dierum operam impendimus, idque nullis librorum adminiculis adiuti. Nam noſtra ſarcina nondum adducta tum erat. Hoc quicquid eſt libelli, video candidis ingenijs & ijs qui bonis litteris ſunt initiati, magnopere probari, qui præter jocandi feſtiuitatem affirmant illic eſſe non pauca quæ ad corrigendos hominum mores magis conferant quàm Ariſtotelis Ethica aut Politica dogmata. Et tamen audio nonnullos offendi, ſed paucos atque hos eiuſmodi vt nihil probent niſi barbarum, inſulſum & ab omnibus muſis alieniſſimum. Ego neque mordeo quempiam nominatim niſi forte meipſum, & odioſam illam ſcelerum ac vitiorum camarinam nuſquam mouens ridicula quædam magis quàm fœda paucis attingo. Sed taxas, inquiunt, Epiſcopos, taxas Theologos, taxas Principes, Primi non animaduertunt quàm hoc ipſum faciam moderate minimeque odioſé.

Hoc quoque anno Martinus Lutherus aggreditur publicè prælegere Ariſtotelis Dialecticen & Phyſicen in Academia Witembergenſi, iam Auguſtinianus factus. Quippe ille anno 1505. cum paulo ante fuiſſet Magiſter in Artibus renunciatus & ad Iuriſprudentiam animum applicuiſſet, fulmine territus & obſtupefactus voto ſe Monachatus adſtrinxit ætatis annum agens 22. & Erfordiæ apud Auguſtinianos Nouiciatus annum rite exegit. Deinde ſacris Ordinibus initiatus 2. Maij ætatis an. 24. Miſſam celebrat. Demum hoc anno publicè profitetur Witembergæ.

Anno 1509. die 14. Maij Veneti ad Caruagliam in loco Agnadelli à Ludouico noſtro Imperatoris & Papæ viribus adiuto victi ſuperatique ſunt magno prælio, Duce ipſorum Bartholomæo Aluiano capto & 8000. militum trucidatis. Ex qua opima victoria ad Francorum Imperium acceſſerunt Brixia, Bergomum, Crema, Cremona cæteræque Vrbes & Oppida Ducatus Mediolanenſis. Statim ergo Rex litteras & Nuncios expedit Lutetiam. Et die 6. Iunij Vniuerſitas Deo gratias immortales actura procedit ſolemniter ad D. Mariæ; qua de re ſic legitur in Reg. Nat. Picard. 1509.

Anno 1509. die 6. Iunij Almæ Vniuerſitatis Deputati apud Mathurinos congregati fuere 2. ſuper art. *quorum prior erat ſuper proceſſione celebranda apud D. virginem pro triumpho petito à D. noſtro Rege contra Venetos.* 2us.

erat ſuper ſupplic. & iniurijs. Quoad priorem art. placuit *Nationi Matri meæ progredi proceſſionaliter ad templum D. Virginis cum Rectore pro felici*
1509. *ſucceſſu D. noſtri Regis & Reginæ.* Et ita concluſum eſt. Sig. BOVFLERS.

In Reg. Facultatis Med. mentio fit electionis 4. Magiſtrorum *qui intereſſent deſcenſui SS. Corporum Dionyſij & Sociorum. Super victoria in Venetos Proceſſio decreta.*

Die 20. Nouemb. Rector apud ſe Comitia habuit Deputatorum Vniuerſitatis, quibuſcum egit de modo excipiendi noui Præpoſiti Pariſienſis & ad ſacramentum admittendi. Et poſtridè in Comitijs Mathurinenſibus omnium Facultatum & Nationum honorificè exceptus eſt, vt legimus in Reg.

» Anno Domini 1509. die verò 21. menſis Nouemb. conuocata ſolemniter alma mater Vniuerſitas apud S. Mathurinum per iuramentum *ſuper receptione D. Præfecti Pariſienſis ad juramenta ſolita præſtari per ſuos prædeceſſores.* In qua ſolemni congregatione conuenerunt DD. Theologi cum Procuratoribus in Cappis. Concluſum extitit conformiter ad Decretum DD. Deputatorum, quod ipſo Præfecto adueniente, occurrerent eidem obuiam ad valuas S. Mathurini Decani ſingularum Facultatum cum alio eiuſdem Facultatis Magiſtro vnà cum Procuratoribus 4. Nationum ad benignè ſuſcipiendum eundem Præfectum cum ſua Comitiua. Qui Decani, Adjuncti, Magiſtri & Procuratores haberent dictum Præfectum conducere ad Eccleſiam præfati D. Mathurini ibidemque procurata prece ad Altiſſimumque effuſa reduceretur per eoſdem ad Capitulum dictæ Eccleſiæ in quo Vniuerſitas Alma Parens erat congregata, vbi juramenta præſtare deberet, quod ſolemniter extitit obſeruatum. Et ſic adductus in facie Vniuerſitatis *ſedit in ſede ante faciem D. Rectoris*, & factâ per D. Rectorem æquali congratulatione ad eum, legit ipſe D. Rector juramenta eidem & Prædeceſſoribus accommoda, qui erecta læuâ manu (qua forte pro dextera vtebatur) requiſitus ſi ea vellet jurare; jurauit quaſi formaliter vt ſequitur & ſententialiter. IVRO PRIVILEGIA ALMÆ MATRIS VESTRÆ INCONCVSSA ET INVIOLATA SERVARE IVSTITIÆQVE RECTÆ SERVARE MODERAMINA. Quo præſtito, iniunxit D. Rector D. de Fontaneto ſacræ paginæ Profeſſori, vt Officium Oratoris vernaculâ linguâ ſibi per Deputatos commiſſum exequeretur. Qui comprè, prudenter & ſuccinctè illud abſoluit. Quo expleto, gratias habuit Vniuerſitati de honore ſibi impenſo, offerens *vltro quæcunque negotia Almæ Matris promouere coram Chriſtianiſſimo Rege & Regina eius conſorte, ſi hoc exigeret materia.* Quibus ſolemniter expletis recedens comitatus extitit à D. Rectore & Procuratoribus vſque ad ianuam dictæ Domus Mathurinorum. Acta fuerunt hæc anno & die prædictis. Sig. DE BERLAMONT.

Die 12. Decemb. Conuenit Vniuerſitas admiſſura præſentationem à Natione Germanica factam ad Capellaniam per obitum M. Guillelmi Conturico; & ea collata eſt M. Nicolao Auche in Theol. Baccalaureo, qua de re ſic legitur in Actis Picardicæ Nationis.

Anno Domini 1509. die verò 12. Decemb. accerſita fuit per juramentum Vniuerſitas mater mea pro Prouiſione cuiuſdam Capellaniæ ad Vniuerſitatem ſpectante, vacantis per mortem nuper defuncti M. Guill. Conturico D. de Natione Germanica, quia pro illa vice ad eos ſpectabat: ad illam Capellaniam ſic vacantem & fundatam ſuper obuentionibus Præpoſituræ Pariſienſis præſentauerunt ſcientificum virum M. Nicolaum Auche in ſacra Pagina Baccalarium & in proximo Licentiandum de Communitate exiſtentem Pauperum Collegij Montis Acuti qui admiſſus extitit per Vniuerſitatem, & eidem collata fuit prædicta Capellania. Adjunctum extitit, quod Capellani ſinguli & alij habentes Beneficia Vniuerſitatis vocarentur ſingulis annis, vt docerent & fidem facerent de ſua reſidentia & domicilio. Vltra quod fieret vnum tabulare æreum in quo inſcriberentur Capellaniæ 12. ad Collationem Vniuerſitatis ſpectantes, vna cum Eccleſijs Parochialibus, & appenderentur in Capitulo S. Ma-

thurini, vbi ſolet congregari Vniuerſitas. Acta die & anno quo ſupra. 1509.
Sig. De Bellarmont.

Eodem anno die 10 Iulij magno fidei Chriſtianæ malo natus eſt Ioannes Cauuin vulgo Caluinus Nouioduni apud Veromanduos. Obijt Henicus VII. Anglorum Rex vir religioſiſſimus; eius verò filius Henricus VIII. annos natus 18. Regni habenas capeſſere cœpit, qui Chriſtianæ Religionis fundamenta primus ſubruit. Obijt quoque 17. Octob. apud Pictones Philippus Cominæus Eques Flandricus, hiſtoria ſua ſatis notus, annos natus 63.

Item 4. Dominicani primariæ notæ qui apud Bernates in Heluetijs immaculatam D. Virginis Conceptionem nimis temere & inconſulto oppugnabant, ſuamque opinionem commentitijs quibuſdam viſionibus & miraculis apud vulgus tuebantur, iudicio publico flammis damnati & exuſti ſunt. Fuerunt hæc multorum malorum præambula.

Ad hunc annum notat Surius Politiores litteras, tum Græcas, tum Latinas in Germaniam, Galliam, Angliam & Scotiam ſeſe diffudiſſe; iſtis enim temporibus præcellentes viros & fœminas Illuſtres vbique gentium cœpiſſe promouere bonarum Artium ſtudia, & apud Anglos Margaritam Henrici VIII. matrem ſanctiſſimam hortatu Ioannis Fiſcheri Roffenſis Epiſcopi, viri ſummâ doctrinâ, ſummâ gratiâ, ſummâ integritate, Cantabrigiæ bina extruxiſſe Studioſorum Collegia, eiſque quæ ad victum neceſſaria erant, liberaliter impertitam eſſe.

Anno 1510. cum Veneti ſe tot hoſtibus potentiſſimis, Imperatori, Regi Francorum & Papæ impares ſentirent, veniâ petitâ, Iulium Pontificem ſibi demerentur & conciliant. Ille itaque non modò diſcedit à Regijs partibus, ſed & in eum arma conuertit. Rex offenſus Synodum frequentiſſimam Turonis habet, ad quam ex omni parte Prælatos, Theologos & Decretiſtas conuocat, vt adeſſent menſe Septembri, ibi autem octo illis deliberationis capita proponit, quæ habentur apud Gillium; ſimulque apud eundem Reſponſa Synodi leguntur; quæ non erit extra rem his Annalibus attexere. 1510.

« Le 1. Article. S'il eſtoit licite au Pape, faire la guerre contre les Princes temporels, és terres non eſtant du Domaine de l'Egliſe, meſmement d'vn Prince qui en rien n'a offencé l'Egliſe, que où il n'eſt queſtion de la cauſe de la Foy, ne des droits Eccleſiaſtiques & ſans auoir fait ladite guerre. L'opinion du Concile, Que le Pape ne le pouoit, ne deuoit faire. «

« Le 2. art. S'il eſtoit licite & permis à vn Prince, ainſi empeſché en défendant luy & ſes terres pour la tuition de ſes Subjets & de ſes Domaines, non ſeulement repeller par armes cette iniure, mais auſſi inuader les terres de l'Egliſe poſſedées par ce Pape, notoire ennemy de ce Prince, non en intention de retenir leſdites terres, mais à ce qu'au moyen d'icelles ce Pontife ne fuſt plus ſi fort, ne puiſſant pour l'offenſer, meſmement que par l'aide de ce Prince ledit Pontife auroit recouuert icelles terres qui auoient eſté vſurpées par aucuns Tyrans ſur l'Egliſe par plus de 100. ans, attendu que par icelles terres ledit Pontife auoit grant Faculté d'offenſer ce Prince. L'opinion du Concile fut que ledit Prince le pouuoit faire aux conditions & qualitez contenuës par ledit Article. «

« Le 3. Si & par telle inimitié notoire & aggreſſion manifeſte & iniuſte, eſtoit licite à ce Prince ſe ſouſtraire de l'obedience de tel Pontife, attendu que ce Pontife auoit incité tous les autres Princes & Communitez, voire eſſayé à les contraindre d'inuader les terres & Domaines de ce Prince, qui auoit merité guerdon & beniuolencé du Siege Apoſtolique? L'opinion du Concile fut que ledit Prince ſe pouoit ſouſtraire de l'obedience, non vniuerſellement, mais pour la tuition & défenſe de ſes choſes temporelles. «

« Le 4. ladite ſubſtraction ainſi faite, comme dit eſt, qu'il ſeroit de faire par ce Prince & ſes Subjets, meſmement par les Prelats & Gens d'Egliſe és choſes pour leſquelles on doit & on a accouſtumé d'auoir recours au «

» Siege Apoſtolique? L'opinion du Concile fut qu'on garderoit le droit
1509. » commun & ancien, & la Pragmatique-Sanction prinſe du Concile de
» Baſle.

» Le 5. S'il eſtoit licite à ce Prince Chreſtien défendre auec armes vn » autre Prince à luy confederé & duquel il a legitimement prins la défen- » ſe pour les Domaines, terres & choſes leſquelles il poſſedoit juſtement » de tres-long-temps, au cas qu'il ſoit inuadé & aſſailly de fait par ce Pon- » tife eſdites terres, Domaines & choſes, attendu que cette confederation » a eſté faite du conſentement de ce Pontife & qu'il y eſtoit auſſi comprins » comme Chief, & meſmement quand ce Prince par luy inuadé a donné » ſecours à ce Pontife & à ſes Alliez pour recouurer les terres de l'Egliſe » jouxte & ſelon la forme de l'Alliance. L'opinion du Concile fut qu'en » ces termes ce Prince le pouuoit faire.

» Le 6. Si ce Pontife pretend quelque droit à luy appartenir par aucuns » droits, qu'il dit eſtre de l'Egliſe Romaine, & le Prince au contraire pre- » tend eſtre mouuant de l'Empire; & de ce different le Prince veüille s'en » ſoubmettre à la definition d'Arbitres, ainſi qu'il doit eſtre fait de droit; » Si audit cas il eſt licite au Pontife pour tel cas & ſans autre connoiſſance » de cauſe, faire guerre à ce Prince; & au cas qu'il le fera, ſi le Prince y » peut par armes reſiſter, & ſi les autres Princes le peuuent licitement dé- » fendre de telle oppreſſion, meſmement quand ils ſont de ſon Alliance & » que ce pretendu droit n'a eſté poſſedé puis 100. ans par l'Egliſe Romai- » ne. L'opinion du Concile fut qu'il eſtoit licite auſdits Princes ainſi le » faire.

» La 7. Si le Pontife ne veut accepter tel offre juridique & honeſte, & » de fait au contraire, ſans garder l'ordre de droit, donne quelque Sen- » tence contre le Prince qui pretend ne tenir ce droit de l'Egliſe, ſi par ce » Prince & autres eſt à obeyr à ladite Sentence; & meſmement quand ce » Prince n'a ſeur accez pour aller ou enuoyer vers ce Pontife défendre ſes » droits. L'opinion du Concile fut que ce Prince n'eſtoit tenu obeyr à la- » dite Sentence.

» Le 8. & dernier art. Si ſemblablement le Pontife iniuſtement, l'ordre » de droit non gardé, reaument & de faire, auec main armée procedant, » prononce & publie quelques Cenſures contre les Princes à luy reſiſtans » & leurs Subjets & Alliez, ſi on y doit obeyr; & par quels moyens on doit » remedier à tels cas? L'opinion du Concile fut que telle Sentence eſt » nulle, & de droit, n'autrement en quelque maniere que ſoit, ne peut lier. » Et la concluſion fut qu'auant que proceder aux choſes ſuſdites, le Roy » enuoyeroit Ambaſſadeurs de la part de l'Egliſe Gallicane vers le Pape » Iulius à ce qu'il ſe deſiſtaſt des choſes par luy commencées & qu'il voul- » ſiſt entendre à paix, concorde, amitié & charité, & à ſe reconcilier auec » leſdits Princes, & à ce faire ſeroit admoneſté par fraternelle correction » Euangelique; Et s'il ne vouloit à ce oüir les Ambaſſadeurs, qu'ils le ſom- » maſſent de conuoquer & celebrer vn Concile, en enſuiuant les Decrets » du ſaint & ſacré Concile de Baſle. Et toutes ces choſes ainſi faites & ſa » reſponſe oüye, y ſeroit pourueu comme le droit le vouloit.

Vide libertates Gallican. & ibi Concilium Turon.

Ergo iuxta Decretum huiuſmodi Rex Legatos ad Iulium expedit. Iu- lius Concilium conuocare detrectat. At nonnulli Cardinales, numero nouem, quorum tres iſti præcipui Bernardinus de Cruce, Guill. Preneſtinus & Franciſcus Coſſentinus à Iulio deficientes, Concilium Piſis celebrare conſtituunt. Id factum anno ſequente.

Ad hunc annum notat Surius Berlini in Marchia Brandeburgenſi 38. Iudæos exuſtos, & duos alios capite truncatos ob impie tractatam multiſque pugionis ictibus confoſſam ſacram Hoſtiam. Autorem verò iſtius execrandi facinoris Paulum Form candenti ferro diſcerptum, in cineres tandem flammis voracibus redactum. Vnde Iudæi omnes è tota Marchionis Brandeburgici ditione proſcripti.

Notat quoque Author Indicis Chronologici hoc anno bellum litterarium ortum fuiſſe inter Ioannem Capnionem vulgo Reuchlinum & Colonienſes Magiſtros ob libros Iudæorum de quibus ille interrogatus per Maximilianum Auguſtum, reſponderat ſibi videri non omnes eſſe cremandos; qua de re ad an. ſequentem. 1550.

Anno 1511. 4. verò Iunij accepit Vniuerſitas Cardinalium litteras ſuper Concilio Generali celebrando apud Piſas in Italia, & 29 Iulij accepit Regias ſuper eadem re. Ergo 2. Auguſt. Comitia Generalia habuit in quibus egit de contributione pecuniæ Legatis ad Concilium Piſanum tradendæ. 1511.

Die 2. Septemb. actum de admittenda reſignatione Eccleſiæ Parochialis S. Germani veteris quam faciebat M. Ioannes Pericard eius Curio in gratiam M. Petrarchæ de Magdalena Doctoris Decretorum. Et ille ab Vniuerſitate præſentatus eſt Epiſcopo Pariſ. admiſſuſque die 10. Septemb. vt legitur in Archiuis Epiſcopij. Nos locum retulimus in 3. vol. p. 629 ibi tamen emenda epocham anni, nam in parentheſi ſcribimus id factum 10. Sept. an. 1510. reponi autem debet an. 1511.

Veritus autem Iulius Pontifex ne Synodus Piſana aduerſus ſe ſtatueret aliquid, indixit ipſe Concilium Generale Romæ apud Lateranum. Quippe cum à Rege miſſis Legatis rogatus Concilium conuocare detractaſſet, vt vidit Cardinales Piſis conuenire, dicereque ſe ſine Pontificis autoritate Concilium poſſe conuocare, propterea quod Eccleſia non ſolum in membris, ſed in Capite etiam, id. in Pontificis perſona emendatione & reformatione indigeret; item & neceſſariam Conciliorum conuocationem, vt eo freno Pontifices, ne de recta via deflecterent, continerentur; nec Chriſtianos eſſe poſſe ſecuros, ſi is qui licentiam haberet ſummam, nunquam ſui ipſius ſibi rationem eſſe reddendam ſciret, Lateranenſe Piſano oppoſuit.

Eodem anno Ioan. Reuchlinus emiſit in lucem Librum quendam quem inſcripſit *Oculare ſpeculum*, de Iudæorum libris non cremandis, aduerſus Pepericornum & nonnullos Dominicanos, quibus viſus eſt peccare in Religionem Catholicam & Iudaïſmum velle inducere. Quamobrem eum illi apud Academiæ Colonienſis Theologos, ſi non hæreſeos, errorum ſaltem plurimorum accuſant. Datur liber examinandus Doctori cuidam Arnoldo de Tungaris è ſecularibus vni; qui poſtea ad Facultatem retulit; quæ in eo libro notaſſet; vt ex ſequentibus conſtabit. Cœterum notabis, Lector, hinc exordium ſumpſiſſe Lutheranam hæreſim; aut ſaltem hac occaſione ortam. Cum enim Monachi, & potiſſimum Dominicani aggreſſi fuiſſent Ioannem Reuchlinum magnæ famæ & exiſtimationis virum laceſſere, curaſſentque damnari à Facultate Theologiæ Colonienſis, Romam verò ille confugiſſet, & cauſam obtinuiſſet, plurimi hinc inde viri docti excitarunt ſeſe ad defendendam alterutram partem: quorum animis maximè adhuc calentibus, circa an 1516. prodijt in arenam Lutherus, & Reuchlini partes, dum ſuas promouebat, ſuſtinens, Dominicanorum in ſe prouocauit inuidiam. Sed reuera nihil habuit Reuchlinus cum Luthero commune, ſi verum eſt quod ſcribit Eraſmus, nec vnquam in vllum errorem hæreſim-ve conſenſit. Placet igitur huiuſce Tragœdiæ initia inueſtigare, ad ſequentium annorum hiſtoricam intelligentiam. Fuit enim Reuchlinus olim in Academia Pariſ. alumnus, linguæ Græcæ & Hebraïcæ peritiſſimus; Et noſtra Theologiæ Facultas ſuo tempore de tota iſtâ lite cognouit, vt alibi referimus. Initium autem agnoſcimus ex quadam Vdalrici ad Reuchlinum Epiſtola, quæ eſt huiuſmodi. De Reuchlino.

Vdalricus Confeſſor in Stanheim Ordinis Prædicatorum Ioanni Reuchlin Profeſſori Iurium Profundiſſimo. Cum ſui commendatione, vtriuſque hominis ſalutem.

1511. " EGregie ac colendiſſime Doctor, deſcendendo nuper Coloniam, vt " audiuiſtis, veniens Moguntiam, intellexi ibi quoſdam Colonienſes " fuiſſe Theologos qui ſatis contemptibiliter locuti fuerant de ſcriptis Do- " minationis veſtræ; contra Pfefferkorn. Cum verò Coloniæ eſſem, & " Facultas Theologica, vt moris eſt, in Principio cuiuſdam Baccalaris in " Conuentu prandium ſumpſiſſet, dicebatur, quomodo Libellus D. V. actu " traditus eſſet per Facultatem Doctori de Tungaris, qui iam Principalis " reputatur inter Seculares, vt examinaret, ſicut & facit. Sunt diuerſæ " Sententiæ, vt audiui. Quidam, quia libellus comburetur. Quidam, quis " Autor, inquiretur. Alij aliter, &c. ſcripſi aliàs ex Moguntiâ Procuratrici, " vt D. V. auiſatam redderet, ſicut credo, fecit. Non dubito, iſta vt ſcri- " bo, bono animo accipietis. Commendo me Dominationi veſtræ, & " Conuentum hunc ſicut Patri & fideliſſimo Tutori & amico. Curate mi " Doctor, vt bene valeatis. Ex Stainheim 5. poſt Vrſulæ. an. 1511.

Iam hoc reſciuerat Reuchlinus: quamobrem ne videretur famæ ſuæ iacturam contemnere, ſcripſit ad Doctorem illum de Tungaris, quem ſciebat ſui Libri Cenſorem nominatum, vt ſi quid humanâ imbecillitate peccatum agnoſceret, æqui bonique conſuleret: ſe enim non vltro, ſed iuſſum de hac Iudæorum materia tractaſſe.

" IOANNES REVCHLIN Phorcenſis. LL. Doctor Egregio ſummæ " Theol. Doctori de Tungaris S. D. P. Egregia tua virtus & ſapientia, Ex- " cellentiſſime Doctor, qua in tam illuſtri omnium bonarum doctrinarum " Vniuerſitate vt ſol aſtris, ſic tu optimis quibuſque præſtas, id merito tuo " fecit, quod nuper Defenſionis meæ contra Libellum quendam famoſum " aduerſus me turpiter editum, Cenſor, vt audio, à Reuerendo Clariſſi- " morum Theologorum Collegio ſis datus. Quo planè gaudeo te mihi ta- " lem tantumque contigiſſe qui poſſis compati humanis infirmitatibus, vi- " rum tam doctum, tam peritum, & forte in vitâ multis quoque periculis " tentatum. Vbi pro tua exuberanti perſpicacia videbis me non meâ te- " meritate vllâ in hanc Charybdin, in hæc malæ fortunæ inuolucra, in hos " Scyllæos ſcopulos impegiſſe, ſed mandato Imperatoris & Archiepiſcopi " præceptis paruiſſe, vt celerè quid de cremandis Iudæorum libris ſenti- " rem, obſignato fideliterque tranſmiſſo conſilio cum nemine communi- " cato patefacerem. Nam excellentiæ tuæ, Doctor eximie: ita me Deus " adjuuet, rectè iurauero, mihi tum, cum eſſem in dictando, nullius Vni- " uerſitatis veniſſe in mentem, nullum me cogitaſſe hominum, nullum " Conſiliorum Collegam, quamuis in Commiſſione nominatim alios quo- " que deprehenderim quibus par negocium fuiſſet imperatum. Atqui fe- " ſtinatione laboris imprudens Ego non quid alij dictaturi eſſent, ſed tan- " tum quid ipſe afferrem in medium, conſideraui. Quare per Deum im- " mort. nullius Docti hominis contemptu ea ſcripſi, tantumque abeſt vt " elatione, faſtu, liuore, aut erga quoſuis litteratos, tumore animi in his " ſcriptis vſus ſim, vt etiam nemo de me veraciter proferre queat, me qui- " bus vixi 56. annis & ſupra vllo vnquam tempore Scientiarum peritos ne- " glexiſſe. Sed omni Ego diſciplinæ ſemper honorem detuli, maximè au- " tem ſacratiſſimæ Theologiæ: ita vt nouiſſimè in illius profectum, vtili- " tatem atque laudem Hebræorum linguam in Latinas Regulas, opus an- " tea inauditum redegerim, eiuſque Dictionarium conſtruxerim labore meo " pleniſſimum, cum magno rei meæ familiaris impendio & iactura, tantùm " me mouit ſacrarum Litterarum inſignis excellentia, & eiuſdem diſcipu- " lorum honor & decus. Id ſcribo, vt nemo me arbitretur illuſtre illud & " ſplendidiſſimum Gymnaſium veſtrum contempſiſſe, qui adhuc neſciam, " quale vos conſilium dederitis. Potuit autem fieri vt cum de cremandis

Iudæorum

Iudæorum libris nullam Legem, nullum Canonem, nullum Decretum publicum, nullam Vniuerſalis Eccleſiæ Determinationem particulari 1511. modo ſpecificè latam vidiſſem, tum Ego ipſe rem omnem tanquam deteſtabilem tractare Topico Rhetorum more ad perſuadendum apto inſtituiſſem. Vbi omnis animi motus pro argumento fuit, ſiue cauſaret quantamlibet ſuſpicionem, ſeu vehementem, violentamve præſumptionem, aut certe neceſſariam probationem, vt in Deliberatiuo dicendi genere conſueuit. In ipſis autem argumentis fortaſſe digreſſus ſum paulò amplius quàm oportere quibuſdam videatur. Et vt me peregrinorum iſtac tranſeuntium Cohors certiorem facit, Ego multis in Ciuitate veſtra calumnijs inſimulor, quas PEPERICORNVS, & PEPERIPHRONES mihi nullis meis commeritis præcedentibus circumquaque curſitantes ſtruunt. Accedit adhoc quod ſpectatiſſimi quidam Theologiæ Candidati fortaſſis ægrè ferre poſſent me qui ſacrarum litterarum diſcipulus nunquam fuerim, hominem ſcilicet eius ſcientiæ ignarum, autoritates inſeruiſſe diuinas, & SS. Patrum teſtimonia à me, non bene, vt aiunt, neglecta. Egregie & Excellentiſſime Doctor, & Obſeruandiſſime Domine adducta per me cernes Theologica, ſicut Ruſticorum Sacerdos in ſermonibus Medicinam allegare poſſet. Fateor enim, in ſcholis Theologiam nunquam didici; ſed Ciuiles Leges: quare datur veſtram diſputandi rationem ignorare. Eſt autem nihilominus mihi pura conſcientia, quod voluntas mea non auertatur à Chriſto, qui eſt caput Eccleſiæ. Quicquid igitur S. Eccleſia quæ eſt columna & firmamentum veritatis credit & qualitercumque credit, idem ego, & taliter credo. Et ſicut ipſa exponit ſacram Scripturam, ita ego exponendam cenſeo atque confiteor. Et ſi vllo tempore aliter expoſuiſſem, quàm patiatur intellectus Eccleſiæ, quod tamen feciſſe me non memini, ego pro nunc ſicut pro tunc, & tunc ſicut pro nunc illud corrigere ac emendare paratus ſum, & ſtare omninò Determinationi Eccleſiæ, vt integritatem in me fides incontaminata cuſtodiat. Oro igitur, præſtantiſſime Doctor, vt ſi quenquam Scriptis meis læſiſſe tibi videar, ſi mea facilitas vllum hominem malè offenderit, facias me per humaniſſimæ benignitatis tuæ Indulgentiſſimas litteras certiorem, habendo in me patientiam, & omnia reddam tibi. Iubeas velim & monitus recondam gladium, cantet mihi Gallus & flebo, prius tones antequam fulmines. Sic enim natura conſtituit, vt ignis præmoneat crepitu, antequam exurat ruinâ, fragore, antequam ſupprimat, terræ motu, antequam abſorbeat, vt talibus minis omnia ſibi animantia poſſint à damno cauere. Valeas opto feliciter, perquam colendiſſime Doctor, & magnificæ Facultati Theologicæ me quantâ potes diligentiâ obſecro, commendes; omnia mea in meliorem partem & benigniorem interpretando. Datum peregrè, cum forte fortuna Tabellarius quidam accinctus itineri obtigiſſet. Vale Kal. Nouemb. an. 1511.

Scripſit etiam in eandem rem ad Conradum Kollin Dominicanum Theologiæ Profeſſorem Colonienſem, & quidquid ſibi ab Imperatoria Majeſtate mandatum anno ſuperiore fuiſſet, aperit. Et poſtquam fidei ſuæ integritatem ſufficienter ſibi probaſſe viſus eſt, de Authore totius diſſidij ſic agit. *Iudæus* quidam baptizatus Colonienſis cognomento Pfefferkorn omnibus viribus ad hoc conatus, vt & ſinguli Hebræorum libri præter ſolum & nudum Bibliæ textum concremarentur, vel potius, ſicut ego ipſe ſomniaſſe dicerer, incendio ignique tantummodò à Cæſare demandarentur non ſecutâ executione, vt ante ſcilicet executionem, ſi mandatum illud auro & argento graui, vt ipſemet notauit, aliquando reuocaretur, particeps fieret auri, cum vidiſſet me aliter conſulere quàm oportaret, edidit contra me libellum famoſum in læſionem nominis mei ac honoris intolerabilem. Quod multi aſſerunt mihi ortum auxilio eximij Doctoris Iacobi Hochſtratenſis Prioris veſtri. Quare mihi quotidie exprobrari ſolet, quia ſemper Ordinis Prædicatorum propugnator fuerim, nunc habeam mercedem meam, &c. Quis jam mihi poſſet per-

» ſuadere tantam in vllo Patrum aut Fratrum veſtrorum eſſe crudelitatem,
1511. » tantam ingratitudinem, tantam inhumanitatem, vt eius cuperent labefactare famam, qui eorum ſæpè defendiſſet infamiam. Te igitur, obſecro » vt venerabilibus Patribus noſtris, maximè autem egregio Doctori Iacobo hæc inſinues efficiaſque vt honorem meum plus tueantur, quàm » infirment. VALE.

1512. Anno 1512. menſe Aprili accepit Vniuerſitas miſſum ſibi quendam libellum F. Thomæ de Vio Cajetani in gratiam Iulij Pontificis conſcriptum, aduerſus Concilia Conſtantienſe, Baſileenſe & Piſanum quod tunc celebrabatur, eumque M. Gaufridus Bouſſardus Doctor quondam Societatis Nauarricæ & Cancellarius Pariſienſis obtulit cum hiſce litteris.

» SACRO SANCTA Generalis Synodus Piſana in Spiritu-ſancto legitimè » congregata vniuerſalem Eccleſiam repræſentans & per continuationem » Mediolanum ad tempus tranſlata DILECTIS FILIIS, RECTORI, » DOCTORIBVS, MAGISTRIS ET REGENTIBVS almæ Vniuerſitatis Studij Pariſienſis ſal. & omnipotentis Dei benedictionem. Dilectus filius » Gaufredus Bouſſard Cancellarius Pariſienſis iuſſu noſtro tradet vobis libellum quendam ſuſpectum & plenum iniurijs contra Concilium Conſtantienſe & Baſileenſe noſtrum & contra Ioannem Gerſonem optimum defenſorem, compoſitum per quendam Fratrem Cajetanum, hominem audacem & periculoſum quem deſideramus pro ſuo demerito caſtigari. Ideo hortamur vos in Domino vt libellum ipſum diligenter examinetis & diſcutiatis, mittatiſque *ad nos celeriter determinationem veſtram Doctrinalem, quà poſſimus iuxta eius audaciam cum veſtris ſapientiſſimis conſilijs prudenter procedere.* Datum Mediolani in Generali Congregatione » noſtra 10. Ian. 1512.

» B. Cardinalis S. Crucis. G. Cardinalis Narbonenſis. R. Cardinalis » Bajocenſis. F. Cardinalis de S. Seuerino. P. de Pire Cardinalis. F. Archiepiſcopus Lugdunenſis. Triſtandus Senonenſis Archiepiſcopus. P. » Lucionenſis Epiſcopus. G. Magalonenſis Epiſcopus. A. Epiſcopus Engoliſmenſis. Iacobus Abbas Ciſtercij. Io. Abbas Sueſſionenſis.

» A tergo autem erat inſcriptio eiuſmodi. DILECTIS FILIIS RECTORI, DOCTORIBVS AC REGENTIBVS ALMÆ VNIVERSITATIS STVDII PARISIENSIS.

Similiter lectæ ſunt litteræ Regiæ, quibus idem Vniuerſitati mandabatur. Eratque talis inſcriptio in Dorſo. A NOS TRES-CHERS ET BIEN AMEZ LES RECTEVR, MAISTRES, DOCTEVRS ET REGENS DE NOSTRE AISNEE FILLE L'VNIVERSITE' DE PARIS. In ipſis verò litteris ſic legebatur. DE PAR LE ROY.

» TRES-CHERS ET BIEN-AMEZ: Nous auons eſté aduertis que le Concile de Piſe ſeant de preſent à Milan; vous enuoye par noſtre Cher & » bien amé M. Geoffroy Bouſſard Chancelier de l'Egliſe de Paris, vn certain Liuret pour eſtre par vous viſité & examiné; lequel a n'agueres eſté » compoſé par quelqu'vn au deshonneur des ſaints Conciles de l'Egliſe & » depreſſion de l'autorité d'iceux: auquel Liuret, comme l'on nous a rapporté, ſont contenus pluſieurs grands & dangereux erreurs, qui ne ſont » à tolerer; & pour ce que ſommes deliberez de touſiours aider, porter & » fauoriſer les ſaints Conciles Generaux de l'Egliſe à l'exaltation, gloire » & autorité d'iceux, comme la raiſon le veut, à cette cauſe Nous vous » prions tres acertes que vous, receu ledit Liuret, le viſitiez & examiniez » diligemment & le confutiez par raiſons & points & articles; eſquels il » vous ſemblera eſtre contre verité. Si n'y veüilliez faire faute & vous » nous ferez ſeruice tres-agreable en ce faiſant. Donné à Blois le 19. jour » de Feburier. Signé LOVYS, & au deſſous, ROBERTET.

Iterum conuenit Vniuerſitas 12 Maij ad audiendum quid ferrent litteræ Legatorum Piſanorum. Erant autem iſti, MM. Gaufridus Bouſſardus Cancellarius Eccleſiæ & Vniuerſitatis Pariſ. paulò ante reuerſus Piſis,

Guill. de Quercu, Martialis Gallicerus Archidiaconus Meldenſis, Simon Iaqueti Magiſtri & Doctores ac Procuratores Vniuerſitatis. Guillelmus de Quercu ſeſſ. 6. concionem habuit ad Concilium, cuius tale fuit thema: *Chriſtus dilexit Eccleſiam, vt aſſumeret ſibi glorioſam, non habentem maculam aut rugam*, Epheſ. 5. Item Seſſ. 8. M. Antonius Seurre Doctor Pariſ. aliam ſimiliter Concionem habuit. 1512.

Ex aduerſo Iulius Pontifex Lateranenſe Concilium Romæ tenebat, & ſeſſ. 3 habita menſe Decembri omnia acta Cardinalium & Prælatorum Piſis, Mediolani & Lugduni reſcidit.

Regem Franciæ Regnumque Gallicanum ob protectionem Concilio Piſano datam, Prælatos, Regioſque Miniſtros interdicto ſubmiſit, Nundinas Lugdunenſes Geneuam tranſtulit. Item ſeſſ. 4. habita 12. Decemb. lectis Ludouici XI. patentibus litteris, quibus Pragmaticam-Sanctionem abrogare voluiſſe videbatur, illã omnino ſuſtulit, eiuſque fautores interdicto ſimiliter ſubiecit. Angliam commouit & aduerſus Gallos concitauit.

Iſta Anglorum commotio nonnihil Ludouicum terruit. Itaque ad tuitionem vrbis Pariſienſis iuſſit conflari milites. Et 15. Maij Vniuerſitas accepit ab ipſo Rege, à Præpoſito Mercatorum & à Scabinis litteras in hanc rem, nempe vt legitur in Reg. Med. *ſuper diſpoſitione hominum armatorum pro tuitione vrbis*.

Vltima Iunij lectæ ſunt litteræ Regiæ, quibus Vniuerſitati mandabatur vt mitteret Legatos ſuos Lugdunum, quo tunc tranſlatum fuerat Concilium Piſanum. 22. Auguſti lectæ ſunt aliæ quibus iubebatur Vniuerſitas Cardinalem S. Crucis honorificè excipere; & excepit poſtridie inuiſitque comitantibus Rectorem Deputatis & Oratore Manterne. 28. Septemb. aliæ lectæ eiuſdem Regis ſuper articulis quibuſdam à Cardinale propoſitis, præſertim ſuper Decimæ exactione ad Concilij ſuſtentationem; quæ res plurimum paſſa eſt difficultatis. Et Iulius, hoc audito, Impoſitionem huiuſmodi vetuit exigi.

Franciſcani ægrè ferentes Præſentatum à ſe Baccalarium à Facultate Theologica repulſam paſſum, deferunt ad Senatum Pariſ. querelas: & illa 2. Octob. ſtatuit vt ſequitur.

« Le Samedy 2. jour d'Octob. 1512. ſur la requeſte ce jourd'huy baillée aux Preſidens de Parlement iceluy vacant, par les Gardien, Religieux & Conuent des Freres Mineurs à Paris à l'encontre des Doyen de la Faculté de Theol. & Bedeaux d'icelle, par laquelle ils requeroient commandement eſtre fait auſdits Doyen & Bedeaux de proclamer ou faire proclamer & Principier le Bachelier dudit Ordre de cette preſente année à ce qu'il puiſſe lire Sentences en ſon Ordre, offrans auſdits Bedeaux les Bourſes autant que les autres Bacheliers ſeculiers, Moines, Iacobins, Carmes, Auguſtins, Bernardins & autres Bacheliers qui principient cette preſente année, icelles parties pour ce mandées oüyes, leſdits Preſidens ont ordonné que ſur le contenu de ladite requeſte, la Faculté de Theologie y pouruoira, & cependant ledit Bachelier principiera, en conſignant l'eſcu dont eſt queſtion és mains de quelques Bedeaux de ladite Faculté, comme en main de Iuſtice, ſans preiudice de leurs droits & ſauf à le repeter ſe faire ſe doit. »

Sed & aliud quoque vexauit eo tempore Vniuerſitatem, præſertim verò Medicos quos Præpoſitus & Scabini cœterorum Ciuium legibus ſubmittere volebant, quoad donum ab ipſo Rege iuſſum exigi. Itaque 22. Ianu. congregata Facultas implorauit auxilium Vniuerſitatis. 25. iterum congregata, delegauit ad MM. le Cop & Burgenſem qui in Aula verſabantur, vt à Rege priuilegiorum confirmationem Facultati ſuæ impetrarent. Et illi impetrarunt, obtinueruntque litteras quæ ſequuntur, ad Scabinos vrbis. DE PAR LE ROY.

« TRES-CHERS ET BIEN-AMEZ: Les Docteurs de la Faculté de Medecine de noſtre bonne ville & Cité de Paris, ont enuoyé deuers Nous, & nous ont fait dire & remonſtrer comme eux & leurs Predeceſſeurs de

» ladite Faculté ont accouſtumé de ioüir de tous droits & priuileges, &
1512. » meſmes des Octrois & emprunts, qui ont eſté par cy-deuant faits en no-
» ſtredite ville. Et que neantmoins les auez impoſez & cottiſez en l'octroy
» qui nous a dernierement eſté fait en ladite ville, ce que jamais ne fut fait.
» Et pource que nous voulons & entendons qu'ils joüiſſent de leurſdits
» priuileges, nous vous prions tres fort que en enſuiuant iceux & la façon
» ancienne & accouſtumée, vous les ſouffrez & laiſſez joüir & vſer deſdits
» priuileges, ainſi & par la forme & maniere que icy deuant a eſté accou-
» ſtumé faire ſans y faire aucune nouuelleté, & en ce faiſant nous ferez
» plaiſir & ſeruice tres-agreable. Donné à Blois le 28. jour de Ianuier.
» Signé LOVYS, & plus bas COTEREAV. In dorſo vero.
» A NOS TRES-CHERS ET BIEN-AMEZ LES PREVOST DES MAR-
» CHANDS ET ESCHEVINS DE NOSTRE BONNE VILLE ET CITE' DE
» PARIS.

Et has litteras M. Petrus Roſée Decanus comitantibus M. Io Guiſchard & duobus Bedellis die 3. Febr. Scabini obtulit, vt ipſe ſcribit.

Die 24 Martij conuentum ad recipiendum Gabrielem Daligre Præpoſitum Pariſienſem ad ſacramenta ſolita.

Nec prætereundum hoc anno primùm videri fuiſſe effabricatum Sigillum commune Facultatis Artium, à Sigillo communi Vniuerſitatis diſtinctum, ad Sigillandas litteras Teſtimoniales Studij, qualis adhuc viget eius vſus. Antea enim in ſingulis Nationibus Magiſtri & Scholares tempus ſtudij duobus teſtibus probabant apud Procuratorem & Decanos & ſecundum antiquitatem Regentiæ & ſtudij inſcribebantur in Rotulo Nominationum: at conuenientius viſum eſt omnium Nationum litteras ſigillo communi ſingularum inſignibus & ſigillis inſculpto munire; quam in rem omnes contribuerunt; id factum Rectore M Ludouico Laſſerè, Nationis verò Gallicanæ Quæſtore ſeu Receptore M. Florentio Baſin, qui ſic ſcribit reddens impenſarum pecuniarum rationem.

» Item vener. viro M. Ludouico Laſſeré Vniuerſitatis Pariſ. tunc tem-
» poris Rectori pro contributione Nationis Gall. pro Salario DD. Aduo-
» catorum ſeu Conſulum qui ſuper conficiendis Litteris teſtimonialibus de
» tempore Studij & alijs negotijs præclaræ Facultatis Artium in conſulta-
» tionem vocati ſunt, ſoluta fuit ſumma 4. lib. 4. ſ. Pariſ.
» Item & quia ex ordinatione & Decreto ipſius Præclaræ Artium Fa-
» cultatis concluſum extitit, quod expenſis 4. Nationum ipſius fieret Si-
» gillum ad ipſas litteras teſtimoniales ſigillandas & coffrum ſeu arca ad
» dictum ſigillum reponendum: quæ omnia facta ſunt, & pro contributio-
» ne Nationis Gallic. cum alijs Nationibus ſoluta fuit per Receptorem
» ipſius Nationis ſumma 7. lib 17 ſ. 8. d. Pariſ.
» Item & pro confectione Seræ ſeu Clauſuræ & clauium dicti coffri ſeu
» archæ pro parte dictæ Nationis ſoluta fuit ſumma 14. ſ. Pariſ.

Eodem anno Reuchlini cauſa à Colonienſibus magno animorum æſtu agitata eſt; imprimis tamen ſacra Theologiæ Facultas eum per litteras caſtigauit, quod temerariè quædam in ſuo Oculari ſpeculo effudiſſet, admonuitque vt retractare vellet quaſdam Propoſitiones, quarum Catalogum numero 43. mittebat. Extat Epiſtola in hunc modum.

Decanus cæterique Profeſſores Facultatis Theologicæ Generalis ſtudij Colonienſis Imperialium Legum Doctori D. Ioanni Reuchlin Sueuorum Confœderationis Iudici, moranti Statgardiæ ſibi venerando atque dilecto ſalutem, & Spiritum intelligentiæ ſanum.

DE REVCHLINO. » FVit Nobis, ſpectabilis ac egregie vir, poſt proximas Nundinas Fran-
» cofordienſes oblatus quidam Libellus ſub titulo Speculi Ocularis,
» tuo nomine inſcriptus, quem dum Nonnullis ex noſtris reuiſendum exa-
» minandumque tradidiſſemus, comperimus in eo, quod neque ex te, ne-

que ex quoquam Con-Chriſtiano noſtro ſperabamus, te ſcilicet in eo libello in modum Conſultationis omnibus tuis viribus annixum, vt Re- 1512. uerendiſſimo in Chriſto Patri, & Principi Electori D. noſtro Gratioſo Vrieli Archipræſuli Moguntino, ac per illum Sereniſſimæ Imperatoriæ Majeſtati perſuaderes ſuper negocio librorum Iudaïcorum, quatenus idem negocium laudabiliter per eandem Cæſaream Majeſtatem cœptum interuerteres. Quod vt commodius, vt tibi forte viſum fuit, faceres, multa ad rem impertinentia latiſſimè porrecto calamo, quaſi quicquid tibi in via, qua ibas hic illicque occurrere potuit, decerpere voluiſſes, in vnum coegiſti. Quo factum eſt, vt feſtinus ad terminum quo properabas, non ſatis probaueris, an roſas forte, an malè olentes flores inconcinnè in librum componeres, ac per hoc non ſolum nimiæ fautoriæ Iudaïcæ perfidiæ notam improuidus apud Chriſtianos Lectores incurriſti. Sed & Iudæis ipſis Crucis & ſanguinis quo nos loti & redempti ſumus inimicis qui (vti nobis relatum eſt) hunc tuum tractatum vernacula noſtra lingua editum & impreſſum legunt & circunferunt, occaſionem præſtitiſti quo amplius nos irrideant; quando inter Chriſtianos, & quidem inter eos qui Docti reputantur, te vnicum inuenerint qui ſuam cauſam agat, tuetur ac defendat, quaſi nec Chriſtum, neque virginem matrem, neque Apoſtolos, neque fidem noſtram intemeratam blaſphement aut vituperent. Sed quicquid faciunt, aut Maiores eorum ſcripſerunt in ſui defenſionem & nulli in præiudicium aut vituperium fecerint. Et quia, vt illud Imperatoriæ Majeſtati ſufficienter perſuadere poſſes, varias & quidem inualidas rationes adduxiſti, autoritates quoque diuerſas Scripturæ ſacræ, & vtriuſque juris renitentes ad ſenſum quem tu volebas, contorſiſti, nonnullas etiam poſitiones ſcandaloſas, malè ſonantes & piarum aurium offenſiuas hinc inde interſeruiſti, quo ſuſpectum te reddidiſti, quaſi non caſtè purè ac ſinceriter vt oportet de fide, de ſcripturis ſacris, de Eccleſiaſticis Tractatoribus ſentires. Quod nobis vehementer & pluſquam dici poteſt, dolet, vt puta Commembro noſtro infirmato pro Chriſtianâ pietate condolentibus. Nam teſte Apoſtolo, omnes vnum corpus ſumus quotquot in Chriſto baptiſati ſumus. Ne ergo malum hoc in alios latius ſerperet, neque tu in eo computreſceres, nève perfidi Iudæi in immenſum gloriarentur, maturè deliberauimus, de modo quo per Nos & alios quorum id maximè intereſt, huic malo occurreretur. Verum paucis exactis diebus, Venerandi Magiſtri noſtri Arnoldus de Tungaris nec non F. Conradus de Vlma ſacrarum litterarum Profeſſores eximij, nobis quaſdam litteras ex te ad ſe datas oſtenderunt; quibus reuera non parùm fuimus exhilarati, quod illis infirmitatem tuam & improuidum errorem humiliter & Catholicè fatebaris, rogando eoſdem quatenus te noſtro Collegio commendarent, ac ſingula in partem meliorem interpretarentur; quod & ipſi diligenter cum magna charitate, quemadmodum petiſti, facere curauerunt, effeceruntque vt te Catholicum Eccleſiæ verum & obedientem filium reputamus & reputabimus, ſi quod vulgò incautè ſparſiſti, recolligere ſtudeas, & lapides tollas, quibus alij in via Dei ſunt offenſi, ſicut in Hieremia ſcriptum eſt, TOLLITE DE VIA LAPIDES. Verum quia te ſcripſiſti non meminiſſe vbi nam ſpeciatim ſcandali occaſionem præſtitiſſes, aut ſcripturas expoſuiſſes aliter quàm patiatur intellectus Eccleſiæ, Idcirco litteris his noſtris illorum Indicem implicatum tranſmittimus, in quo annotatæ habentur propoſitiones & allegationes ſparſim per te ex Scriptura ſacra, & ex vtroque iure impertinenter allatæ. Super quibus, vti nobis viſum eſt, in defenſione tuâ Latinè editâ ac Conſultationi iunctâ non ſatis pro fidei tuæ ſinceritate te expurgaſti. Quare petimus vt per tua ſcripta mentem tuam latius deuelando Nos informes, aut exemplo humilis & ſapientis Auguſtini Palinodiam cantando retractes. Hæc enim eſt ingenua & verè Chriſtiana cum charitate ſeueritas, corrigere atque emendare, aut etiam deſtruere opus, quod improuida malè circunſpecta feſtinantia ſtruxit. Nam ſic, vt verbis tuis

" vtamur, Integritatem in te ſuam fides incontaminata cuſtodiet, illumi-
1512. " nante te Chriſto qui ad ædificationem aliorum te ſanum & incolumem " ſeruet. VALE EX COLONIA. Noſtri Decanatus ſub ſigillo die 2. menſ. " Ian. an. 1512.

Ad eundem reſcripſit F. Conradus Kollin de Vlma Theologiæ Profeſſor Ordinis Prædicatorum alter, libri Examinator: cuius quoque extat hæc Epiſtola.

" CLARISSIME D. Doctor mittit Facultas noſtra Theologica Colo- " nienſis, quæ emendandæ videntur Propoſitiones quas Tractatus veſter " continet. Optatque vt ſuper emendatione eiuſmodi Propoſitionum " quantocyus mentem veſtram eidem ſignificetis. Arguitur namque ne- " gligentiæ, qui non agit vt quæ plurimo ſcandalo ſunt, emendentur. " Chriſtianiſſime D. Doctor, non dubito dominatio veſtra confidat in me " vt amicum, & profectò amici munus effeciſſe & facere me arbitror, & " vt amicus conſulo fideliter: Res in eo ſtatu eſt. Effeceram ego vt Facul- " tas dicta vobis pariter cum Propoſitionibus ſcriberet earum defectum, " qualiter etiam emendandæ eſſent, ſuperuenerunt hinc inde ſcripta quæ " Tractatum illum grauiter accuſant, ſimul & Facultatem ipſam quia non " celerius contra Dominationem veſtram procedat atque librum ipſum " condemnet. Quibus permota Facultas ipſa conſultius fore iudicauit, ſi " propoſitiones ipſæ primò Dominationi veſtræ exhibeantur. Poſſetis " namque vt aiunt, velle proteruire atque contumaciter quæ ſcripſiſtis de- " fenſare; quo fieret, vt aliter procedere oporteret.

" Vt ergo Facultas ipſa non videatur Partialis atque vobis colludere, " voluit primò exhibere Propoſitiones ſperans ad meam ſponſionem, " quod, vt virum bonum decet, non recuſabitis, vos, imò magis Propo- " ſitiones & Dictâ ſubmittere Correctioni Facultatis, quæ ex poſt Domi- " nationem veſtram informabit, in quo dicta aliqua deficiant. Informa- " tionem quoque dabit ſaluo honore ea emendandi. Non eſt Facultas ad " confuſionem Dominationis veſtræ, ſed ad ſaluandum honorem prona " cum tot pro me percipiat egregias Dominationis veſtræ laudes. Domi- " natio veſtra, in hoc oro, ſuppliciter roganti acquieſcat, humiliter Fa- " cultati cum præſentium Latore reſcribat, atque ei dicta ſubmittat. Ne- " que indignum arbitretur facere, quod Sanctiſſimi atque Eccleſiæ Lumi- " naria facere non dedignati ſunt. Non mirum ſi Iuriſta Theologicus non " attigerit Subtilitates. Parcat iterum confidentius Scribenti Dominus " meus; videbitis multa minus bene ſonare: Quæ forſan Iuriſtæ valde bona " videntur. Sunt Religioſi & Seculares qui omnes exſpectant Sententiam " noſtræ Facultatis. Et quantum ego aduertere poſſum, omnes parati " ſunt aduerſus vos inſurgere. Si autem per Iudicium Facultatis noſtræ " abſoluti fueritis, nemo erit qui condemnabit. Datum Coloniæ in octaua " Innocentum an. 1512.

Ad has litteras, Reſpondit Reuchlinus. Et primùm quidem ad Facultatem Theologiæ Colon.

IOANNES REVCHLINVS PHORCENSIS LL. DOCTOR CELEBERRIMÆ FACVLTATI THEOLOGIÆ COLON. S. D. P. Ad cir- " citer 17. Kal. Febr. Colendiſſimi Patres, Eximij ſacrarum Litterarum Do- " ctores, reddita eſt mihi Epiſtola quædam veſtra omni genere optimarum " veritatum inſignita, vt quæ à rectè viuendi ſentiendique officina proceſ- " ſerit, data 2. Ian. In qua & pietatem in Deum, & Charitatem erga pro- " ximum veſtram illam peculiarem ſole clarius oſtenditis, & eum qui mi- " ſerè in Latrones iampridem inciderat, ab eiſdemque diſpoliatum, vino " primum acri atque mordace, deinde oleo Palladis fructu ſanare pro in- " credibili humanitate veſtra officioſè conamini. Det optimus Maximus " ille Deus noſter pro fidei orthodoxæ zelo veſtro, quo fideles eius Diſ- " penſatores Talentum vobis creditum cum fœnore ſatagitis reddere, ſi- " mulque pro effluente in me Charitate veſtra, quâ me à dedecore, infa- " mia, contemptu & deſpectione præſeruare, cuſtodire, vindicare cle-

menter ſtudetis, & vobis & Collegio, & illuſtri Vniuerſitati veſtræ di- « 1512.
uinam benedictionem ex Sion, vt videatis bona Ieruſalem, perquem & «
pax nobis. Cum enim plurimi quos mea voluntate conſcientiaque nun- «
quam læſerim, immani & acerbiſſimâ inuidiâ liuoreque in meam perni. «
ciem propenſi; vt accipio, quotidie vos effreni tumultu adoriantur, pe- «
tentes, imò vrgentes, vt me qui Theologicum ſynthema Siboleth ea- «
dem litteratura quæ illis placet exprimere, non valeo, in ipſo Iordanis «
tranſitu inguletis. Vos viri, vos inquam viri prudentiſſimi, & animo non «
effœminato fortiſſimi, nullis aduerſariorum meorum factionibus fracti, «
ſed vt flores inter multas ſpinas atque ſentes orti honeſtiores & ſapientio- «
res cœteris non facile conſeruum veſtrum mittitis in carcerem, ſperan- «
tes quoniam Dominus eximat vos pariter à Tortoribus, ab omnique de- «
bito liberet, eo quod Conſeruum veſtrum ſitis commiſerati. Idcirco «
imitamini Dominum noſtrum qui omnia ſciens & omnia præuidens dixit, «
Adam vbi es? Cupitiſque primum experiri ſim-ne deſertor an amator «
veritatis Catholicæ. Quare propoſitiones quaſdam ex meo conſilio de «
cremandis Iudæorum libris dato, quæ vobis friuolæ, ſcandaloſæ & mi- «
nus bene ſonantes videantur, excepiſtis, earumque exemplum ad me «
veſtris cum litteris tranſmiſiſtis deſiderantes, vt poſt declarationes prius «
à me ſimul cum Conſilio meo editas mentem meam reuelando, veſtras «
Dominationes informem, quia non ſatis pro fidei meæ ſinceritate, ſecun- «
dum quod vobis viſum ſit, me expurgauerim. Vbi profecto latere non «
poteſt, ſed ſe ipſam planè oſtendit ingens virtus humilitatis veſtræ, qui «
vt vnanimes idem ipſum ſentiamus, nihil per contentionem, neque per «
inanem gloriam in vera quidem humilitate à me poſcitis vlteriorem in- «
formationem. Ego verò agnoſcens ingenij mei tenuitatem quod ſentio «
quàm ſit exiguum, explicare Theologicas ſubtilitates mihi tanquam «
Laico & quidem Digamo temerè non arrogauero, cui explicationes fi- «
dei & ſingulares eius deciſiones rectè licebit ſine culpa ignorare. Defe- «
ro autem omnem huiuſcemodi honorem excellentiſſimæ Facultati ve- «
ſtræ, paratus nunc & ſemper vbicunque errauerim, benignè potius cor- «
rigi in miſericordia à Iuſto, quàm vt caput meum impinguet oleum pec- «
catoris. Quod ex eo maximè patere poteſt, quia cum iam ex libello «
IOANNIS PFEFFERKORN intellexeram quoſdam puſillos forſan & minus «
perfectos ſcandalum potuiſſe pati occaſione Conſilij mei antea per Re- «
nunciatores publicati, tum mox ipſe ego à nemine adhortatus, coactus «
aut requiſitus mentem meam declaraui Latinè, paratus tunc eaſdem de- «
clarationes in lingua vernaculâ & vulgari edere, niſi breuitate temporis «
& impreſſoris impedimento fuiſſem retardatus; ad quod etiam hodie pa- «
ratus exiſto, indè ſperans probabiliter quod per eas erigerentur ſi qui for- «
te cecidiſſent, nec de cœtero caſum paterentur qui ſtarent. Quia verò «
vberiorem declarationem deſideratis, facile intelligo me propoſiti mei «
finem non eſſe conſecutum. Vt igitur petitioni veſtræ pro mea virili ſa- «
tisfaciam, & circuitus vitentur inanes, & itineris longi varia caueantur «
diſcrimina, ſimulque inutiles expenſæ ac ſuperuacui labores hinc & inde «
tollantur, veſtrum omni laude digniſſimum & ornatiſſimum Collegium «
oro obſecroque, & ab vniuerſis vobis quàm humillimè ita peto, vt maio- «
re cura, maiore ſtudio, nullo modo poſſim, vt vos ipſi ad me dare quas «
deſideratis ſiue nouas, ſeu veterum extenſiuas declarationes, dum cui «
quod ſatis ſit, neſcio, eaſdemque cum proprio nuncio etiam meis ex- «
penſis mihi tranſmittere pro fraterna charitate dignemini, vt illis viſis, «
ſolicitè cogitemus in alterutrum ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo Pa- «
cis, quatenus idem ſapiamus & in eadem permaneamus Regula ad reædi- «
ficationem Offenſorum & famæ meæ permanentiam, in deuotionis veſtræ «
præconium. Sin autem rigore quodam, ne dicam ſæuitia, iſtis meis pre- «
cibus tam humilibus acquieſcere nolueritis ſed potius me cogere, vt ego «
ipſe mentis meæ vberiores declarationes prior offeram, quod tamen for- «
midare me non ſinit incredibilis erga veſtras humaniſſimas diſcretiones, «

» fiducia mea, ſaltem de eo ipſo quoque per litteras veſtras iterum meis ex-
1512. » penſis me certiorem facere, reſponſumque meum clementer exſpectare
» ſine præcipitatione non dedignemini. Nec interea quicquam aduerſus
» me attentare, per ſalutem Euangelicam vos obteſtor. Ne mihi bonæ fa-
» mæ futuri ſitis interemptores, quos colo & obſeruo pientiſſimos honoris
» mei parentes & authores. Valete feliciter viri excellentiſſimi: Stutgardiæ
» 17. Kalend. Febr. an. 1512.

Ad Conradum vero Kollin Ordinis Prædicatorum Theologiæ Profeſſorem; ſic reſcripſit.

» Pergratæ fuerunt, egregie & mihi dilectiſſime Doctor, litteræ tuæ, &c.
» Si Salomon ille Rex ſolam poſtulans ſapientiam eamque conſecutus à
« Domino Deo tam ſapientiam quàm prudentiam multam nimis quæ præ-
» cellebat ſapientiam omnium Orientalium, de ſeipſo quidem non vbique
» animo mentiendi teſtificatus eſt & dixit, ſtultiſſimus ſum virorum, & ſa-
» pientia hominum non eſt mecum. Quanto magis ego profanus homun-
» cio non debeo mihi arrogare tantam prudentiam, vt præſumam contra
» Collegium doctiſſimorum Theologorum recalcitrare, potiſſimum in ijs
» quæ ſunt Theologicæ ſubtilitatis, & excedunt limites facultatis meæ.
» Idcirco in manſuetudine ſuſcepi verbum quod ad me nuper ſcripſerunt
» Reuerendi Patres mei, Contubernales tui ſuſpicantes me omnibus viri-
» bus adnixum, quatenus negotium Librorum Iudaïcorum laudabiliter per
» Cæſaream Majeſtatem cœptum interuerterem. Ego verò neque ex lit-
» teris Imperialibus neque Archiepiſcopi conijcere valui, quid finaliter
» de ijs cœptum fuerit aut conſtitutum, nec hodie ſcio. Si enim cœptum
» fuit, vt omnes Hebræorum libri cremarentur præter Bibliam, certum
» eſt, quod fuit iniuſtum, etiam ex Conſilijs veſtris & aliarum Vniuerſita-
» tum quæ nunc mecum habeo. Sin autem, quod omnes illæſi manerent,
» ſimiliter certum eſt quod fuit iniuſtum. Quomodo ergo interuertere
» conabar cœptum negocium, quod ignorabam qualiter cœptum cum ex
» ſola veritatis ſimplicitate nihil ſiniſtri cogitans ad ignem iudicaueram 4.
» genera librorum. 1. blaſphemiæ. 2. Hæreſis. 3. famoſa. 3. reprobatæ
» lectionis. De reliquis, neque Canones habui, neque leges. Sed quod me
» inſimulant fautoriæ Iudaïcæ perfidiæ notam incurriſſe, non aſſentior,
» & verè cum S. Hieronymo in Apologia ſuper ſchedulis ad Pammachium
» & Oceanum aſſerere poſſum teſtando Deum & dicere, Si expedit odiſſe
» homines & gentes aliquas deteſtari, miro odio auerſor Circunciſionem.
» Et obijciat mihi quiſpiam cur hominem Iudæum habuerim præceptorem.
» Hæc ille. Nullius autem Nationis quæ ſub cœlo eſt perfidiam me fouere,
» teſtis eſt vita mea quam duco irreprehenſibilem. Quod autem vernaculâ
» linguâ ſcripſi, ſanè oportuit quidem. Nam & Cæſar & Archiepiſcopus
» quibus ſolis ſcripſi, vernaculâ mecum egerunt, vt in Commiſſione, Man-
» dato & Præcepto videre licebit. Quod item ad ſcandalum attinet, non ego
» ſcandali, ſi quod eſſet, autor fui, ſed Proditores: Accepi enim clauſum
» mandatum & reddidi clauſum Conſilium, quod iniuſtè Proditores pu-
» blicauerunt, impreſſis etiam primitus libellis, &c. Cum itaque ex contu-
» melioſo libello Ioannis Pfefferkorn animaduerterem de quibuſdam ſcri-
» ptis meis puſillos & infirmos forte ſcandalizari poſſe, quoniam non ſo-
» lum difficile, ſed pœnè impoſſibile ſit ita librare & examinare verba ſin-
» gula quæ quis proponit, vt nulla eſſe in ſenſu Sermonis ambiguitas & er-
» ronea inde opinio nulla elici poſſit: Tum legi relegique ſcripta mea & à
» nemine coactus, ſed voluntariè atque libenter nodos enodaui, declaraui-
» que intentionem meam cui verba deſeruire debent, modo meliore quo
» potui, licet admodum breui, idque in Latino eloquio propter anguſtiam
» temporis. Iam enim inſtabant Nundinæ Francofordienſes, in quibus me
» contra priores Nundinas expurgatum oportuit, vt clarius in Libelli mei
» folio 5. continetur: Paratus enim eram & in vernacula quoque lingua
» edere, ſi non Impreſſor breuitate tunc temporis coartatus fuiſſet. Per
» quam quidem Declarationem meam ſatisfeci multis etiam doctiſſimis vi-
ris &

ris & illuſtraui omnes fermè Propoſitiones, vel maiorem partem earum, « quas mihi præſtantiſſimi & grauiſſimi Patres Facultatis tuæ nunc tranſ- « 1512. miſerunt, ſcribentes, quòd eis ipſis videatur me non ſatis pro fidei meæ « ſinceritate ſuper illis expurgaſſe. At ego quid ſatis ſit eis futurum, ita « me Deus amet, ignoro. Poteſt vna eademque res alteri ſatis eſſe, alteri « minime, &c. Te igitur iterum atque iterum oro obteſtorque pro vete- « re noſtra coniunctione, ac neceſſitudine, proque ſumma mea in te beni- « uolentia, & tua in me pariter, vt pro me apud præclariſſimum & prima- « rium Doctorem Iacobum Decanum cæteroſque excellentiſſimos ampliſ- « ſimæ laudis Doctores Theologiæque Magiſtros inſtare velis opportunè, « importunè, quatenùs de ſingulari quadam humanitate, & in fauorem « Euangelicæ Charitatis ad quam tenemur omnes, dignentur ſuas infor- « mationes mittere meis expenſis, ſicut & iſtas quoque expenſas etiam non « petitas veſtro Nuncio liberaliter perſolui. Quibus informationibus con- « tineatur, qualiter cum honore meo & bona fama citra cuiuſcunque ho- « minis deſpectum, aut iniuriam fideliter & dilucidè puram & meram veri- « tatem Eccleſiæ Catholicæ Decretis atque Canonibus fundatam explica- « re & contraria emendare valeam, &c. VALE. «

His acceptis litteris Facultas Theologica Colonienſis re in conſultationem adductâ, iterum ad Reuchlinum ſcripſit, teſtataque eſt ſibi nondum ſatisfactum. Talis eſt Epiſtola.

Decanus Totáque Facultas ſacra Theolog. Generalis ſtudij Colon. egregio, ac Docto viro Cæſarei Iuris Doctori famoſo D. Ioanni Reuchlin Sueuorum Confederationis Iudici moranti Stutgardiæ, Amico noſtro dilecto. Spiritum rectum innouet in te Chriſtus.

ACcepimus litteras tuas, Spectabilis ac egregie vir, ex quibus pro- « bè intelligimus te ab vnitate S. Matris Eccleſiæ non velle vllo pa- « cto recedere, ſed in ea & viuens & moriens permanere, quod nobis ſicut « à quolibet Chriſtiano Fratre, ita & nunc præcipuè ex te gratiſſimum eſt « audire. Verùm quia noſtro voto necdum eſt ſatisfactum, vt ſcandalum « amoueretur, neque ferrum maneret in vulnere, hortamur te & obſecra- « mus in Chriſto Ieſu, & requirimus vt cures quatenùs ad proximas nun- « dinas Francofordienſes libelli, ſi qui tui adhuc extant, & apud Biblio- « polas venum habentur, aut denuo impreſſi aducctari poſſent, nulli amplius « vendantur. Et aliquo dictamine tuo priores reuoces, ores quoque cun- « ctos qui habent, ne ſcandalum paſſi te alium exiſtiment quàm Catholicè « & rectè de fide & Eccleſiaſticis Scriptoribus ſentientem, ac Iudæis eo- « rumque perfidis & blaſphemis libris & nominatim Thalmud aduerſan- « tem. Scis enim ſcriptum eſſe: Væ homini per quem ſcandalum venit; ſcis « quoque quam pœnam Veritas iniunxerit illi qui ſaltem vnum de puſillis « ſuis quos ſanguine cœmit, ſcandalizauerit. Sic ergo religioſè magnum « Auguſtinum cœteroſque præclaros viros imitatus face. Ne ſi forte quæ « monemus non fierent, quod tamen de te ſuſpicari Nobis tuæ ad Nos datæ « litteræ non ſinunt, opus ſit vt per illum vel illos, ad quem vel quos id « ſpectare videtur, te faciamus ad nos vocari. Nec hoc iniquo nos putabis « animo facere, ſed integra ad te Charitate, quatenus non per alium quem- « piam, ſed per te ipſum res Chriſtiano moderamine corrigatur. Quia ſcri- « bendarum & reſcribendarum litterarum tardus forte, aut nullus eſſet « finis. Et noſti in his rebus non tantum nobis quantum Chriſto & Eccleſiæ « moram pernicioſam eſſe & damnoſam: Et mox ſcandalum velut gladium « quo incauti necantur, eſſe ſubmouendum. Chriſtiano etiam cuilibet, « teſte Apoſtolo, non ſolum à malo, ſed ab omni ſpecie mali abſtinendum. « Neque id tibi graue aut difficile exiſtimes; quia nullo vnquam ſacrificio « Deum ſummum, gratius placaueris quàm ſi id te quod hortamur, facere « non pudebit; prudens namque es & facile conijcere poteris, ſi tu non «.

» feceris, & nos quoque poſtquam res nobis ſic innotuit, torperemus, re-
1512. » uera etiam poſt mortem tuam non defuturos, qui dum tu neque loqui,
» neque reſpondere illis poſſes, tamen leoni mortuo barbam vellant, &
» te forte in vna Tartara delapſum legentes tua ſcripta, & dicerent & ſcri-
» berent. Confortare ergo & eſto robuſtus. Induere fortitudine tua Sion.
» Non erit tibi, ſi feceris, ignominia vlla; ſed ſumma gloria, poſtquam non
» alius quiſpiam, ſed tu animi tui victor de te ipſo triumphaueris, ac malum
» dæmonem deminuti honoris, aut diſpendij famæ argumenta tuis cogita-
» tionibus ingerentem confuſum ac fruſtra conantem longè pepuleris.
» Scriptum nempe eſt: Vir Sapiens fortis eſt. Et iterum: Corona dignitatis
» ſenectus, quæ in vijs Iuſtitiæ reperietur. Hanc, quia tibi optamus, idcir-
» co hoc ſcribimus. Tuum itaque erit ſi te & Chriſti paruulos amas, age-
» re vt intelligamus ſic feciſſe, quod etiam & nunc petimus per horum La-
» torem, per tua ſcripta, an facturus ſis, poſſe præſcire. Vale ex Colonia.
» Facultatis Theol. ſub ſigillo, die vlt. menſis Feb. an. 1512.

Ad eundem eodem tempore ſcripſit F. Conradus Kollin de Vlma, rogauitque vt vellet acquieſcere mandatis & poſtulatis Facultatis; ſi ſecùs verò faceret, ſe nihil amplius de euentu ſpondere. At ille & Facultati & prædicto Kollin reſcripſit, ſe non poſſe exequi quod poſtulabant. Imò minatus eſt ſe habere potentiſſimorum auxilia, nec ſibi deeſſe virorum doctorum arma, ſi placeat congredi. Hinc ſeriò in bellum itum. Adeo vt res ad ſummum Pontificem delata fuerit, à quo nominati Iudices & præfecti rei inquirendæ, Reuchlinum abſoluerunt, aduerſarios ne quid mouerent, Cenſuris Eccleſiaſticis terruerunt. Sed nec ijs ſententijs acquierunt; iterum Romam itum, & vtrique parti ſub interminatione Excommunicationis vetitum vltra procedere.

Imprimis autem, quia videbat Reuchlinus pleriſque in locis famam ſuam laborare, Apologiam pro ſe fecit & ad amicos, & ad Vniuerſitates miſit; quâ lectâ, plurimi illius cauſæ ſubſcripſerunt: inter cœteros verò in Vniuerſitate Viennenſi Nicolaus Gerbelius Phorcenſis, Nicolaus Cuſpinianus Chœroporeus, Ioachimus Vadianus, Simon Lazius, Lutherus & alij plures, qui ferre non poterant bonas litteras in Reuchlino periclitari, occaſione cuiuſdam Semi-Iudæi, ſeu Semi-Iudæo-Chriſtiani: itaque omnes illi ſuas operas promiſerunt, ſeque in arenam deſcenſuros polliciti ſunt: ita paulatim animis ad defectionem ab Eccleſiâ Catholicâ tendentibus, nihilominus tamen ſeſe ſubmittebant Eccleſiæ omnes, nec niſi poſt, auſi ſunt perſonam tollere. Reuchlinus cauſam ad ſummum Pontificem detulit, vt ex ſequentibus conſtabit.

Eodem anno reformata eſt Vniuerſitas Aurelianenſis, vt legitur in Actis Curiæ Pariſ. ad 14. Ian. 1512. Entre MM. Iean Texier, &c.

1513. Anno 1513. pluries conuenit Vniuerſitas, maxime verò 20. April. & 11. Maij ad deliberandum de Decimæ exactione, de qua ad annum ſuperiorem; nihilque ſuis priuilegijs detractum voluit. 26. Iulij Supplicationes extraordinarias decreuit pro Pace. 12. Septemb. admiſit eiurationem Quæſtoriæ communis, quam faciebat M. Ioannes Riuole in gratiam M. Ioannis Nicolay Gymnaſiarchæ Fortetici. 18. accepit litteras à Iulio ſummo Pontifice, ſed inconſulto Rege nullum tunc voluit fieri reſponſum. 4. Octob. congregata eſt ſuper aliqua Capellania fundata in Eccleſia S. Andreæ. 22. eiuſdem menſis Officium contulit alterius *Scriptoris* Vniuerſitatis: nam ab omni æuo duos habet illa Scriptores inter Officiarios ſuos, quemadmodùm & Librarios & Illuminatores, &c. 21. Nouemb. conuenit ad deliberandum ſuper litteris ad ſummum Pontificem dandis.

Cum autem circa finem huius anni Anna Regina fato communi functa fuiſſet, Curia Pariſ. cum Vniuerſitate conſilium habere voluit, quo pacto eius exequiæ celebrarentur; & iſti conſilio Rector & Deputati interfuerunt. 11. verò Febr. in Comitijs Generalibus relatum eſt quid pridie fuiſſet cum Curia deliberatum. Et hac de re ſic habetur in Reg. Med.

Anno Domini 1513. die 11. Febr. Vniuerſitas ex parte D. Rectoris fuit

congregata ſuper 2. art. 1. ad audiendum ea quæ facta fuere heſterna die poſt prandium in Camera Conſilij Regis per DD. Præſidentes & Conſiliarios Regios ſupremæ Curiæ Parlamenti in præſentia D. Rectoris & DD. Deputatorum Vniuerſitatis ex mandato dictæ *Curiæ vocatorum ſuper funeralibus defunctæ inclytiſſimæ Reginæ Franciæ.* 2us. art. communis... *quantum ad 1um. placuit Facultati celebrare funeralia defunctæ Annæ Reginæ Franciæ, obſeruando modum incedendi & ordinem in omnibus, quemadmodum fuit factum in exequijs ſiue funeralibus defuncti boni Caroli VIII. Regis Franciæ.* 1513.
Et quod vnuſquiſque Magiſtrorum pro ſua aſſiſtentia percipiat ſcilicet 1. die 4. ſolidos Pariſ. & in Craſtino à noſtra Domina vſque ad S. Lazarum percipiat 8. ſolidos Pariſ. & etiam quod ſolet, cappati aſſiſterent in huiuſmodi funeralibus.

Eodem anno cum occiſis pene decem millibus Gallorum ad Nouariam die 6. Iunij per Heluetios, qui à Partibus Pontificis fuerant & Maximiliani Sfortiæ Ducis Mediolanenſium, ac prope ex Italia pulſis noſtris, Iulius Papa ingentes animos conciperet, obit Romæ 21. Feb. iam ſeptuagenarius, quem aiunt clauibus Petri proiectis in Tiberim, quod excommunicationibus nihil territus fuiſſet Ludouicus, accepiſſe gladium Pauli. Vnde Quidam ita luſit.

Ille ſui longo ſucceſſor in ordine Petri
More nouo tantas res agit, & ſtudio.
Nam neque pro populis orat, pacique relictus
Quod faceret Petrus, ſacra fidemque docet.
Verum bella mouet, gerit arma & ſanguine gaudet,
Nimirum Paulum prætulit ille Petro.
Paulus habet gladium, ſed non ferit. Occidit ille,
At malus hic multis intulit exitium.
Dira venenato ſoboles, latro prodite partu
Hac Chriſtum hac ſequeris conditione Petrum?

Fuit & aliud ita ſcriptum Epigramma.

Dum contra Gallos bellum Papa Iulius eſſet
Geſturus, ſicut fama vetuſta docet,
Ingentes Martis turmas contraxit, & vrbem
Egreſſus ſæuas edidit ore minas;
Iratuſque ſacras claues in flumina iecit
Tibridis, hîc vrbi Pons vbi iungit aquas.
Inde manu ſtrictum vaginâ diripit enſem,
Exclamanſque truci talia voce refert.
Hic gladius Pauli nos nunc defendet ab hoſte,
Quandoquidem clauis nil iuuat iſta Petri.

Ita non parcitur etiam ſummis Pontificibus, poſtquam ſaltem de ijs Parca triumphauit.

Illi 11. die Martij ſucceſſor ſubſtitutus eſt Ioannes Medicæus, qui anno ſuperiore Legatus Iulij ad Rauennam captus à Gallis, ex eorum manibus aufugerat. Leonis X. nomen accepit & ſedit ann. prope 9.

Non omittendum videtur quod ſcribit M. Guill. Mercerij Quæſtor Nat. Gall. in Ratiocinio ſuo, fuiſſe ſcilicet an. 1513. in Natione vna Gall. 90. Regentes. Sic enim ipſe. *Item die 4. Martij, ex Concluſione DD. Regentium concluſum extitit, quod loco prandij quilibet Regens perciperet 4. ſolidos Pariſ. qui ſunt numero octuagintadecem Regentes. Pro quibus diſtributa fuit ſumma 18. l. Pariſ.*) loco, inquit, Prandij: legimus enim 4. fuiſſe quotannis

Prandia communia Regentium: primum poſt Remigialia, dicebaturque
1513. Prandium *Autumnale*; duo in Quadrageſima, nempe ſub initium & ſub finem; quartum menſe Iunio quod dicebatur *Æſtiuale*. Nonnunquam verò loco Prandij accipiebant distributiones pecuniarias 4. ſolidorum Pariſ. ſinguli. Hæc pertranſennam.

Eodem anno, menſe Aprili cum duo FF. Prædicatores nonnihil dixiſſent contra Sanctionem Pragmaticam & libertates Eccleſiæ Gallicanæ, in Carcerem iuſſu Curiæ compacti ſunt, 7. verò menſis eiuſdem educti cum hac probitione & Interdicto, quod legitur in Actis Curiæ.

Vendredy 7. du mois d'Auril mane, *la Cour oyes les Gens du Roy, a elargy & élargit Fr. Valentin Lieuuin Religieux de l'Ordre des Iacobins, lequel par ordonnance de ladite Cour auoit eſté conſtitué priſonnier le 3. iour de ce mois auec Fr. Adrien de Nully auſſi Religieux dudit Ordre, auquel Lieuuin ont eſté faites deffenſes, de ne ſoy entremettre aucunement ne pourſuir par luy ou par autres directement ou indirectement aucune choſe qui deroge aux ſaints Decrets du Concile de Baſle & Pragmatique-Sanction, libertez de l'Egliſe Gallicane, Arreſts de la Cour & execution d'iceux ſur telle peine que la Cour arbitrera, le cas aduenu.*

Anno 1514. Iulij Pontificis obitus res Francicas pacatiores fecit: nam
1514. imprimis, vt intellectum eſt à Ludouico quod obiſſet, ſtatim iubet diſſolui Concilium Lugdunenſe, atque ad Leonem expedit Legationem honorificentiſſimam, vt eum certiorem faciat de ſuo erga Eccleſiam Rom. obſequio, Lateranenſique ſe ſubmittit Concilio. Princeps Legationis fuit Claudius Epiſcopus Maſſilienſis, de quo cum audiuiſſet Pontifex renunciatum fuiſſe Ludouico, quod parùm Curiæ Rom. gratus veniſſet, reſcripſit ad Regem; falſique tumoris fidem depulit Legitur eius Epiſtola lib. 8. Ep. Bembi. Eodem anno Reges Franciæ Angliæque conciliantur, initis cum Maria Anglicana nuptijs, vt infra dicetur.

Quod autem ad res Academicas attinet, conijcio magnam fuiſſe initio huius anni de Vicegerentis Conſeruationis electione contentionem: Nam in eam rem 6.& 9. Aprilis, habita ſunt Comitia. At 8. Maij receptus eſt ad iuramentum. 27. eiuſdem menſis congregata fuit Vniuerſitas ad audiendum litteras ab Vniuerſitate Toloſana tranſmiſſas. Et ſæpè aliàs ob non ita graues cauſas.

Ceterum magna Pariſijs feſtiuitas fuit ob duplices nuptias. Nam Franciſcus Engoliſmenſium Dux Claudiam Ludouici filiam duxit; & Ludouicus Mariam Henrici VIII. Anglorum Regis ſororem. Hinc parta pax. Illa Lutetiam ſubit 6 Nouemb. at non niſi 18. & 19. ſalutata. In Reg. Facultatis Med. ſic legitur.

REGINA SALVTATVR. 18. *Nouemb. ex Schedula D. Rectoris apud S. Mathurinum fuerunt vocati Decani ad audiendum reſponſum M. Roberti de Vallibus (Syndici Vniuerſitatis) qui deprecatus fuerat vt Rector cum Magiſtris ſingularum Facultatum in craſtinum Reginam ſalutarent, vt moris eſt. Et ita in craſtinum ſex ex Magiſtris noſtris mecum & Bidellis adierunt Domum Celeſtinenſium per totum mane ibi exſpectantes ad illam ſalutandam, quæ propter impedimentum torneamentorum non audiuit Oratorem Vniuerſitatis illa die.*

26. *Nouemb. ex Mandato Regis Vniuerſitas cum honeſtiſſima Comitiua Magiſtrorum ſingularum Facultatum habuit elegantiſſimam orationem, ibi Regina in Magnificentia exiſtente; & propoſuit Magiſter noſter D. Maius du Breüil in ſacra pagina Profeſſor meritiſſimus: & hilari ac modeſtiſſimo vultu Regina illam ſuſcepit.*

Biduo poſt nempe 28. Nouemb. Congregata eſt Vniuerſitas ad audiendum reſponſum quod Oratori Maio fecerat Regina. Item illa die de Franciſcanorum diſcordia ſedanda actum: & 15. Decemb. iterum. Interim Ludouicus Rex 5. Ian. moritur. 30. Ian. prædictus M. Maius ciurauit Capellaniam Sauoiſianam quam poſſidebat.

Die 29. Martij Vniuerſitas ſalutatum ijt nouum Regem Franciſcum, Oratore vſa M. Bricot ad obtinendam priuilegiorum confirmationem, & obtinuit. Sed antequam eius Regnum auſpicemur, non erit forſitan ex-

tra rem notare Leonem X. ita cum Ludouico egiſſe, vt Pragmaticam abrogare inceperit datis vltro Epiſcopatibus & Abbatijs. Extat inter Epiſtolas Bembi l. 9. iſta Leonis ad Ludouicum. 1514.

Etſi te antea certiorem feci me tum ad Monaſteria, tum etiam ad Ec- «
cleſiam Caturcenſem quorum & poſſeſſor & Epiſcopus Cardinalis Fina- «
rius mortem Romæ obierat, Ludouicum Carretum demortui propin- «
quum & Franciſcum Fliſcum Cardinalem ſublegiſſe; hortatuſque te ſum, «
velles diplomata eis conficere, quibus ſignificares ea quæ ſtatueram, pro «
bari abs te, atque ita fieri tibi placere. Te tamen his etiam litteris com- «
monefaciendum putaui, ne rem differres longius; néve in eo te duriorem «
& difficiliorem præberes, quàm vel meus erga te amor, vel optimi homi- «
nis tibi planè diditi atque duorum alterius viui, alterius nuper mortui «
Cardinalium egregia atque illuſtria in te multorum annorum officia, ſtu- «
dia, labores etiam poſtularent. Datum 17. Kal. Octob. an. 2 Romæ. «

Rem ſimilem fieri noluerat Ludouicus IX. licet Eccleſiæ Rom. addi- «
ctiſſimus, vt diximus ad an. 1268. & p. 662. 3. to. quæ loca conſule, Lector, «
ſi lubet.

Reuchlinus à Dominicanis Louanienſibus & à Theologis Colonienſibus vehementer vexatus, veritus ne quam illi Cenſuram promulgarant, à Facultate Theologica Pariſienſi confirmari curarent, ſcribit ad M. Fabrum Stapulenſem; ſcribit quoque ad Facultatem ipſam Theol. & Apologiam ſuam mittit ſeu defenſionem, atque in memoriam reuocat, ſe in Academia Pariſienſi olim militaſſe. Prior Epiſtola eſt eiuſmodi.

Ioannes Revchlinvs Phorcensis LL. Doctor Iacobo Fabro « De Rev-
Stapvlensi apvd Parisios S. P. D. Cum de libris tuis, Faberrime « chlino.
Fabri, in omni orbis terrarum ſpatio radiantibus ſupra modum, perſpe- «
ctus mihi ſit verus ille amor erga me tuus haud vulgaris, neque popula- «
ris, vt qui ab animo conſtante ac nobili Philoſophicoque proficiſcatur, «
mallem certè iucundioribus Nuncijs litterarum commercia tecum cœ- «
piſſe, qui ſine tuo colloquio vitam mihi ſæpè putaui eſſe acerbiorem. «
Nunc quia hæc omnium rerum viciſſitudo eſt, ſaltem te meis moleſtis «
alloquar, qui diebus tranquillioribus nequiui. Ego enim quamuis ἐξ «
ἁπαλῶν ὀνύχων & ab incunabulis mecum conſtituiſſem prodeſſe omni- «
bus, lædere neminem, & ita me geſſerim ad hos vſque ſenectæ acceſſus «
erga omnes doctos & in omnem cœtum cuiuſque generis Philoſophan- «
tium, vt meritâ laude nullum defraudauerim, neque loquendo, neque «
ſcribendo, vel verſu, vel oratione ſolutâ (nec enim inuectiuas vnquam «
conſcripſi, neque dentatos Iambos in alicuius nominis hominem luſi. Sed «
magis omni ætati & omnibus Ordinibus, quod ſuum erat virtutis præ- «
mium detuli.) Tamen hoc iam biennio contra me noua peſtis adeſt, cui «
nec virtute reſiſti, nec ſermonum telis armiſque poteſt. Pulmonibus er- “
rat ignis edax imis, vt ait Ouid. Ea contagio cœpit in Agrippina Colo- “
nia, vbi eſt quædam hominum ſpecies inhumaniſſimorum, Theologi vo- “
cantur. Neminem doctum extra deputant, & Eccleſiæ ſibi videntur co- “
lumnæ eſſe. Ab his cum multi ante hæc tempora, tum proximis annis “
lumen quoddam Iuris Petrus Rauennas ignauiſſimè taxatus eſt, laceſſiti “
ſunt deinde ab eius Ordinis quibuſdam Iuriſconſulti quamplures, & tum “
omnes Poëtæ. Demum ad me ventum eſt, prorſus innocentem homi- “
nem, vt nomini meo & bonæ famæ ſordes aſpergerent. Forte inter alia, “
quod me viderent hac ætate in Germaniam ſemina Hebraïcarum litte- “
rarum, quanquam gratuitò quidem ſine præmio & abſque ſpe lucri iecíſ- “
ſe. Sicut tu Philoſophiſſime Faber, Ariſtotelia primus omnium caden- “
tia reſtauraſti. Quodque non ignorarent me ante omnes annis citra qua- “
draginta rurſus Alemanniæ Scholam Græca elementa docuiſſe, quæ ipſe “
ego quondam in veſtra Gallia ex diſcipulis Gregorij Tiphernatis adoleſ- “
cens Pariſius acceperam, anno Domini 1473. quo in tempore illic & Ioan- “
nem Lapidanum Theologiæ Doctorem in Grammaticis ad Sorbonam, & “
Guillielmum Tardiuum Anicienſem in vico S. Genouefæ, & Robertum “

1514. „ Gaguinum apud Mathurinos in Rethoricis Præceptores audiui, cum eſ-
„ ſem è familia Marchionis Friderici Principis Badenſis, nunc Epiſcopi
„ Trajectenſis συμφοιτητής. Demum poſt aliquot annos è Sueuia rediens ad
„ Pariſios Georgium Hermonymum Spartiatem Græcè docentem aſſecu-
„ tus ſum. Cumque optimarum litterarum ſtudioſi Noſtrates omnes con-
„ fiteantur ſe Græca & Hebraïca, me Autore primario, didiciſſe, non po-
„ tuit aduerſariorum Barbarorum mera ſuperbia æquo animo ferre tan-
„ ta meæ famæ præconia, perſæpè formidantium quod ornatioribus do-
„ ctrinis imbuta poſteritas puerilia ſtudia & aniles diſciplinas quæ iamdiu in
„ noſtra conſuetudine verſantur, contemnat. Quare aduerſum me hoc ca-
„ lumniarum facinus auſi ſunt nefandum & abominabile, cuius ſeriem ex
„ mea defenſione intelliges, quam tibi viro doctiſſimo, & quod pluris fa-
„ ciam, amiciſſimo, cum iſtis præſentibus nunc mitto, vt tecum repures
„ quid intentatum improbi Timones linquant. Mirabere fortaſſis inſtitu-
„ tum meum, quod tam acriter & ſeriò iniurias repulerim, perinde atque
„ ab officio Philoſophiæ alienum quam profitear. Sed ſi animo perpendas
„ quando ſit Philoſopho appetenda, & quando fugienda defenſio, non
„ tam laudabis rectè Socratis negligentiam coram Athenienſibus, quàm
„ coram illis Gymnoſophiſtis Apollonij diligentiam. Ille defendi noluit,
„ & ad accuſationem Melitum ſe inſcribentem contempſit. Anytum ad-
„ uocatum deſpexit, Lyconem Cauſidicum deriſit. Iudices ipſos ipſe con-
„ demnauit: Lictoribus corpus præbuit, quod erat multis corporibus in-
„ ferius. Animam autem non præbuit, quæ erat omnibus Athenienſibus
„ ſuperior. Scribit hæc, vt noſti, Maximus Tyrius Platonicus in Quęſtione:
„ NVM SOCRATES SE NON DEFENDENDO BENE FECERIT. Hic verò
„ contra falſos Delatores ſuos Euphratem & Traſybulum coram Theſpe-
„ ſione Gymnoſophiſtarum Principe tam pugnanter & tam mordaci Ora-
„ tione ſe defendit, vt nihil grauius, nihil acerbius, quam tu orationem,
„ arbitror, legiſti apud Philoſtratum lib. 6. Horum exemplo ſummorum
„ Philoſophorum monemur, cum famæ periculum eſt, impatienter de-
„ fendendum eſſe Philoſopho: at cum de vita certatur, fortaſſe non adeo.
„ Moriendum enim ſemel, infamiam patiendum nunquam. Ea propter
„ haud muliebriter dicendum mihi erat, nec ornatius aut liberius quàm
„ ſimplex oratio veritatis ferebat, quia expurgare me tantum volui vt for-
„ tem decet, non diſertè; ſed viriliter, ſeruato moderamine cum inculpa-
„ tâ tutelâ, qui armis non alijs quàm ſcripturâ vſus ſum, pariter vt aduer-
„ ſarij. Et modò Chalcographico, vt ijdem ipſi, & confeſtim ac inconti-
„ nenti mox atque fieri potuit, dum eſſent in flagranti crimine, libroſque
„ iam diffamatorios vbique vænum circunducerent, & famam meam ſine
„ fine turbarent, iterumque percuſſuri gladium ſtringerent Quo præſumi-
„ tur iuſtè ab vniuerſis ratione vtentibus me omnia feciſſe defendendi ani-
„ mo & repellendæ ſolùm infamiæ, nullâ vltionis cauſâ, qui & Apologiam
„ Iudici meo Romanorum Imperatori, die poſt Impreſſionem proximo de
„ manu in manum obtuli, petens vt Innocentiam meam audiret & ſecun-
„ diore me famâ exornaret; quod & fecit per publicum Decretum, & non
„ tantum id potuit, verum etiam facere debuit vt de Menna ſtatuit Gre-
„ gorius. Hæc ad te ſcribo, Amice, quo leuari moleſtias mihi ſentio, cum
„ habeam, cui quod me grauat, impertiar. Mitto etiam illam eandem de-
„ fenſionem meam, vt ſi aduerſarij apud Eminentiſſimos Theologiæ Pro-
„ feſſores Pariſienſes Viros eximios, & mihi quoque Scholaſtico Pariſien-
„ ſi quamobſeruandiſſimos me accuſauerint inſolentiæ, aut temeritatis,
„ vel, vt ante ſolebant, infidelitatis, Tu illis defenſionem meam porrigas
„ vt legendis noſtris me cognoſcant vſquequaque innocentem. Nec vllo
„ Sirenarum modulo tam dulciter incantentur, vt diffamationes inimico-
„ rum meorum quouis actu adiuuent, &c. Sane plurimum de te mihi ſpei
„ eſt, cum laudatiſſimo Theologorum Collegio tam diligenter meo no-
„ mine agas, vt aliquam ſaltem conſolationem fraternam mihi ſuo Con-
„ fratri & eiuſdem Vniuerſitatis Pariſienſis membro celeriter mittant, de

meis expenſis, ad quod tu Tabellarium accommodes oro, per me appreciandum, quod poſteritati ſempiternis commendabo laudibus. Ex 1514.
STVTGARDIA SVEVIÆ, ad circiter pridie Kal. Septemb. an. 1513.

Poſterior Epiſtola, quæ tamen anno pòſt videtur data, ad Theologicam Facultatem, eſt eiuſmodi.

FACVLTATI THEOLOGIÆ PARISIENSI IOANNES REVCHLIN LL. DOCTOR S.P.D. Quanquam ab ineunte ætate, SAPIENTISSIMI, & ampliſſima in toto pœnè Orbis terrarum ſpatio, laude celebratiſſimi viri, ſemper me ſtudui placere bonis & neminis honorem lædere, tamen hoc triennio fieri non potuit, quin extremâ fermè in ætate mea, tandem ab indignis indignè lacerarer infamia. Facit hoc diabolus, cuius inuidiâ mors intrauit in orbem terrarũ, vt pariter inuidia diſſidium parreret in eis, quos nouit tantiſper in Deo manere, dum manſerint in charitate quam inter me aduerſarioſque meos aut fregit auaritia, aut rupit ſuperbia, aut luxuria diſſipauit, aliud-ve incidens odium, quo fraterna extinguitur dilectio. Hoc enim ingenuè fateor, quod tametſi omnes homines virtute præditos quàm maximè diligam & venerer, tamen fuit hactenus cum nullo mihi Sacrarum Religionum Ordine arctior amicitia quàm Prædicatorum noſtræ Prouinciæ, quibus circiter annos vndetriginta ſine pretio abſque præmio, nulla ſpe lucri ductus, ſed ſolum propter Deum & ingentem meum erga illos amorem ac reuerentiam, commode vtiliterque non tantum in Ducatu SVEVIÆ, vbi habito, verùm etiam in totâ Germania patrocinatus ſum etiam cum fortunarum mearum nonnullo diſpendio. Vnde poteram facile mihi ipſi de illorum perpetua gratitudine (qualem per litteras tam publicas ſuorum Prouincialium, quàm Singulorum priuatas ſigillis ſuis roboratas, & vſque huc in Chartophylacio meo ſeruatas ſæpè polliciti ſunt & promiſerunt) optimam ſpem perſuadere, ſi quâ in re vnquam mihi aduerſarentur mali euentus, vt eſt in rebus humanis frequens caſus, quod ad eos ego præ cæteris omnium primum confugere poſſem. Sed heu plurimum ea me fefellit opinio. Cum enim mandato Cæſaris & noſtræ Prouinciæ Archiepiſcopi Moguntini fuiſſem coactus opinionem meam de Iudæorum libris concremandis in modum conſilij Camerarij clauſam & obſignatam ad manus eorum properè & abſque morâ tranſmittere, non dubitaui vllum ſubſiſtere periculum, vt eſt in Prouerbio, *cum bonis bene agere*. Sed homo amens & perditus Semi-Iudæus quidam Colonienſis Latinam linguam prorſus ignorans & Iudaïcam incongruè imperitéque tenens, quod patet ex ſuâ interpretatione ab Adriano Hiſpano iuſte reprehenſâ, quam his litteris alligaui, malignâ contra me machinatione conſilium meum, quo ingenio adeptus, certè Deus nouit, cum id Arnoldo cuidam de Tungaris, & quibuſdam alijs Prædicatoribus Theologis Coloniæ patefeciſſet, & ſuper eadem adiutus Libellum contra me famoſum edidiſſet, non ſtatim illi eaſdem chartulas famoſas corruperunt, vel igni conſumpſerunt, vt lex præcipit; ſed & ijdem ipſi alterum quendam libellum famoſum qui incipit; Articuli, aduerſum me compoſuerunt, & impreſſum publicarunt, quem iam quoque ad vos mitto. Quorum tunc Inquiſitor ordinis Prædicatorum, nunc, vt ipſe ait, Delator, Decanus erat. Poſtquam autem toto biennio publicis famoſarum ſchedularum affixionibus me acerrimè contra ius & fas perſequuti ſunt, cœperunt tandem ſub colore juſtitiæ mecum per ſuos Hæreticæ prauitatis Inquiſitores in judicio agere; quod tamen inſtituerunt ita nefariè, vt appellanti mihi tam ab Inquiſitore, quàm à Commiſſarijs ordinarijs ad ſedem Apoſtolicam, ſummus Pontifex ſentiens iniquitatem Inquiſitoris Commiſſariorumque ac eis adhærentium, totius negocij Ocularis Speculi alium judicem dederit; Reuerendum ſcilicet Epiſcopum Spirenſem. Et ſimul Sanctitas ſua manus apponens inhibuit omnibus perſonis & judicibus alijs quibuſcunque etiam ſub Cenſuris, ne ſe de Oculari Speculo intromitterent; quinimò, ſi qui putarent aliquo modo ſuâ intereſſe, ipſi coram Apoſtolico judice prænominato cauſam ſuam agerent.

Quam Commiſſionem Romani Pontificis & inhibitionem eiuſdem Reue-
1514. rendis Paternitatibus veſtris hîc mitto deſcriptam. Vtriſque verò nobis partibus termino à judice aſſignato ad libellandum, eo quod eſſem tunc Reus originarius, exſpectaui, vt decebat, donec ante viderem accuſatoris mei libellum Accuſatorium, ſi quem produceret coram judice, ſeu potius reproduceret: Nam Inquiſitor prius contra Oculare Speculum meum in judicio Moguntino primæ inſtantiæ libellum quendam Accuſatorium me adhoc legitimè non citato propoſuerat.

Cúmque aduerſum me Pars aduerſa libellare negligeret, atque planè nollet; Ego ipſe virtute citationis contra ambas partes prius emanatæ cœpi libellum meum per Procuratorem coram judice producere. Mitto autem Paternitatibus veſtris Articulos, ſuper quibus idem libellus meus per Procuratorem ſecundùm ſtylum Curiæ compoſitus & formatus extat. Nam libellum ipſum formaliter poſitum in Actis inſertum adhuc apud ſe Notarius cauſæ habet, quem libenter iam miſiſſem, ſi per tempus potuiſſem. Seruatis itaque omnibus terminis in Rota Romanæ Curiæ ſeruari ſolitis Prædicatoribuſque pro maiori parte ſemper aſſiſtentibus, tandem emanatâ citatione ad audiendam ſententiam; Ego de Gratia Dei & juſtitia triumphante obtinui definitiuam vt in hac ſententiæ charta videtis, quam etiam porrigo.

Deinde cum eadem ſententia tranſiuiſſet in rem Iudicatam, ad meam inſtantiam datæ ſunt Executoriales, quas etiam iſtis colligatas Paternitatibus quoque veſtris mitto. Ex quibus omnibus cognoſcetis malè aduerſarios feciſſe; nomen meum in vniuerſâ Chriſtianitate ſic infamando, cùm ipſi fuerint eius famæ maleuoli Autores, & ijdem ipſi ſcandalum & offendiculum plebi poſuerint, non ego. Quod tamen ſcandalum ex ipſis ortum, iam de gratiâ Dei, juſtitia mediante ſopitum eſt. Quia verò apud indoctum vulgus vbique famant ſe velle apud veſtras Paternitates impetrare contra me atque libellum meum Oculare Speculum, nouam neſcio quam declarationem, ſeu determinationem, ego quantum potero, humillime peto, vt me facturam veſtram non deſtruatis, meque de gremio & de corpore veſtro Membrum ne lædatis. Sum enim Scholaris Vniuerſitatis Pariſienſis, egregij quondam Theologiæ Doctoris D. N. Ioannis de Lapide diſcipulus in Sorbona, & poſtea Marchionis Badenſis, nunc Epiſcopi Trajectenſis condiſcipulus; quondam ad Solem habitans in vico S. Iacobi, annos, ſi rite recordor 45. & hactenus almæ matri noſtræ Pariſienſi Vniuerſitati non paruam laudem attuli ſcribendo, loquendo, docendo, vt noſtra Opera indicant. Nec vllam ei maculam per Oculare Speculum inuſſi, quod ſtante meâ declaratione ſimul, & in continenti edita, tam Latinâ quàm Teutonicâ nihil continet ſcandaloſum, nihil contra Eccleſiam, vt patet acriter intuenti. Quare ad vos integrum Oculare Speculum mitto, quod aduerſarij truncatum, & mutilatum dolo malo circumtulere, quò facilius quoſlibet Doctores ſibi conſulentes in ſuam opinionem aduerſum me traherent. Habetis Sacratiſſimæ Theologiæ doctiſſimi Doctores & integerrimi Patres, ſummam cauſæ meæ, quantumfieri potuit, celerius ad vos, licet perfunctoriè miſſam. Primò integrum Oculare Speculum. 2. Pacem Imperialem, quam Cæſarea Majeſtas cum impoſitione perpetui ſilentij ſuper eodem Oculari Speculo ſtatuit, ab illis ruptam atque fractam. 3. citationem Apoſtolicam & inhibitionem. 4 Articulos ex quibus conceptus eſt libellus articulatus, ſecundum legem diffamati Cod. de Ingenuis & Manumiſſis. 5. Sententiam definitiuam cum eius proceſſu. 6. litteras Executoriales. Quare obſecro vos Patres meos quàm obſeruandiſſimos, dignemini in hac cauſa ocium præferre negocio, & contra me filium & alumnum veſtrum nihil ſtatuere, definire, aut declarare. Cum ſanctiſſimus D. noſter Papa Leo & committendo & inhibendo ſingulis perſonis & judicibus manus ſuas appoſuerit, ne mihi Autoritas veſtra plus noceat, quàm veri proſit euidentia. Ex quo enim Papa manum appoſuit, inferior ſe de ne-
gocio

gocio amodò intromittere non debet. Valete feliciter & ſimul cogitate memori mente hanc præſentem meri facti eſſe Quæſtionem, & non Iuris neque diuini, neque humani, de qua noſtrum certamen eſt. Non enim diſputo quid ſit Hæreticum; quid Catholicum; ſed ſolum vtrùm Oculare Speculum quod in vno Corpore conſtat ex declarato & declaratione aſſerat abſolutè, ſimpliciter & ſine addito Propoſitiones quas aduerſarij exprobrant. Quod ſi tam dubium eſt, vt Scholaſtica diſputatione veniat inueſtigandum, quemadmodum Aduerſarij illi circumvagando curſitantes ſatagunt & colligunt Doctorum ſibi adhærentium opiniones, certè iam conſtabit ad ſolius Petri Sedem, id eſt ad ſummum Pontificem eſſe referendum, & non ad inferiorem, ſecundum Iura Canonica, quæ in hoc ſunt clara, & ſecundum Theologos, vt Gerſon de Examinatione doctrinarum in 3. Conſider. & Occam. in lib 6. Dialog. in 1. part. circa finem & alij multi; à quorum lectione profeſſio mea, & Reip. familiariſque cura me retrahit. Iterum valete quam obſeruandiſſimi Patres. 1514.

Stvtgardiæ 13. Kal. Iulias an. 1514.

Scripſit in eandem rem, ad eandem Facultatem Dux Wittembergenſis vt teſtaretur controuerſiam illam omnino à ſummo Pontifice fuiſſe diremptam, rogaretque ne quid in Ioannem Reuchlinum ſtatueret. Epiſtola eſt eiuſmodi.

Vlricvs Dux in Wittemberg & Deke Comes Montis-Belligardi, Ad Facultatem Theologiæ Pariſ. Eximij & egregij ſacræ Theologiæ Profeſſores. Ciuis noſter Vir Conſularis Ioannes Reuchlin Phorcenſis Legum Doctor controuerſiam habuit cum quibuſdam Colonienſibus concernentem ſcripta cuiuſdam libri, Oculare Speculum, nominat; quæ authoritate Sedis Apoſtolicæ per ſententiam definitiuam eſt terminata. Nihilominus tamen relatu accepimus quoſdam Religioſos eandem materiam ſopitam apud vos velle reſuſcitare, petentes vt in eadem cauſa Dignationes veſtræ conentur contra Præfatum Ciuem noſtrum aliquid machinari. Nos igitur conſiderantes Sanctiſſimum D. noſtrum Papam manus appoſuiſſe, cum inhibitione quibuſdam alijs Iudicibus & perſonis facta, oramus, cauſam iſtam ſuper Oculari Speculo motam, quam magis eſſe putamus inuidiæ quàm fidei, à vobis abdicetis, & vel noſtri quoque contemplatione vos exoneretis, permittentes commiſſionem Sedis Apoſtolicæ, cui Præfatus Doctor Ioannes Reuchlin ſe ſemper ſubiecit, ſuum retinere vigorem. Quâ in re Nobis nihil facietis gratius pari, vel vberiore gratitudine compenſandum. Feliciter valete. Ex Stvtgarem 13. Kal. Iul. an. 1514. Ad eandem.

Pavlo poſt cum aduenisſent Lutetiam Legati Vniuerſitatis Colonienſis, articuloſque detuliſſent ad Facultatem Theologiæ, nonnulli quoque è Dominicanis Regem inuiſerunt, atque apud eum expoſtularunt, vt naſcentem hæreſim comprimi iuberet. Aderat forte Guillelmus Copus Medicus Regius litteratorum omnium amantiſſimus, qui Reuchlinum defendit; vnde ab ijs Iudaïzare quoque dictus eſt. Quam in rem extat eius ad Reuchlinum Epiſtola his verbis.

Gvillemvs Copvs Basileensis Medecinæ Doctor Ioanni Revchlin Phorcensi S.P.D. Quanquam antehac nulla mihi fuit cum Excellentia tua neceſſitudo, celeberrime Doctor; non potui tamen non dolere, cum nomen tuum adeo ab indoctis calumniari intelligerem: cuius rei hiſtoriam ab his qui vnà cum Obtrectatoribus tuis tum aderant, lucidiſſime intelliges. Ego agebam in Aula Chriſtianiſſimi Francorum Regis, cum te æmuli lacerarent. Interea Epiſcopus qui hoſtibus tuis fauebat; cum multa in te diceret, famam tuam laniando, interrogatus à Regia Majeſtate an te noſcerem, reſpondi quadraginta iam annis non vidiſſe me te, ſed tum cum Baſileæ docebas, Præceptorem meum Ioannem Heberling Gamundienſem ſcire me, te celebratiſſimi fuiſſe nominis, & in liberalibus artibus & litteris humanitatis, adeo vt ea tempeſtate nemo tibi eſſet comparandus, nec deſijſſe te ab illo tempore continuam Copi ad Reuchlinum.

» in litteris operam collocare; atque huius rei locupletiſſimos teſtes eſſe li-
1514. » bros multâ eruditione refertos, qui ex Officina tua prodierunt. Tunc ad-
» uerſarius ille cum nihil aliud haberet quo verba mea refelleret, dixit me
» pariter Iudaïzare. Hæc ideo ſcribere volui, vt noſcas me tibi deditiſſi-
» mum atque pro nominis tui defenſione, vel vltima etiam experturum. Va-
» le ex Pariſiorum Lutetia 8. Kal. Sept. an. 1514.

Interim acceptos ab Vniuerſitate Colonienſi articulos Facultas Theologica, condemnationi ſubſcribens, Pariſijs euulgat, quod non ſatis prudenter ab ea factum plurimi putarunt; tum quia non videbantur adeo cenſura digni; tum quia ſummus Pontifex Reuchlinum abſoluerat. Cuius Bulla & Sententia definitiua extat in Reſponſiua Reuchlini ad Epiſtolam Copi.

REVCHLINI AD COPVM.

» IOANNES REVCHLIN GVILLELMO COPO MEDICINÆ DOCTORI APVD
» PARISIOS S.D.P. Quod tam fideliter & confidenter, Litteratiſſime Co-
» pe, doctrinarum mearum Nepos integritatem honoris mei coram Rege
» Francorum & potentiſſimis obtrectatoribus meis commemoratione ve-
» teris noſtræ vitæ defenderis, merito ingentes tibi ago gratias. Id autem
» non niſi diuinitùs ita cecidiſſe arbitrabor, quod vſque adeo vbi abſens
» lacerabar, vbi laniabar ab Inſidiatoribus occultis, ibi neſcio quis caſus,
» quæ fortuna te mihi ſubitò dedit amplificatorem dignitatis meæ, quan-
» quam vicit malorum hominum pertinacia tuam illam fraternam erga me
» plenam humanitatis & pietatis voluntatem, quominus prohibere value-
» ris Regiam à me auerſionem. Nemo id miretur, nemo id ſtupeat. Longè
» plura enim poſſunt illi Principum Pœnitentiarij reatuum & turpitudinum
» conſcij, qua occaſione ipſi de medio Confeſſionum extorquent à pœni-
» tentibus quodcunque libet. Proinde ſuppoſuerunt ad eam rem Prædi-
» catores Ordinis ſui Fraterculum, Regis Pœnitentiarium vt ſuis ſibi vafri-
» cijs facilem Regem conduceret quorſum optarent. Illi vero Patres &
» Magiſtri noſtri non eò debebant peccare, quod Regis indulgentiam
» conſequuti erant; quin potius animaduertere quod Deus habet vindi-
» cem oculum, vt ait Homerus; qui etſi lento quandoque gradu procedat
» ad vindictam, tamen tarditatem ſupplicij grauitate compenſet. Feciſ-
» ſent prudentius tui Pariſienſes bonam filij ſui famam conſeruando, quàm
» Sororis ſuæ Agrippinæ calumnias vitando, feciſſent ſanctius obedien-
» do Apoſtolicis ſententijs, inhibitionibus & mandatis, quam temerariè
» furioſéque, aut ſi leuius dici velis, ſtultè per ignorantiam craſſam & ſu-
» pinam aduerſus Romanam Iuriſdictionem proteruiendo. Si neſcis Cope,
» fuit hæc Apoſtolica ſententia his verbis promulgata.
» *Pronunciamus, decernimus, & declaramus Libellum Ocularis Speculi cum*
» *ſuâ annexâ declaratione in Actis cauſæ deductum* (cum ex declaratione & de-
» clarato ſit vnus & idem liber & ſui ipſius declaratiuus) *à D. Ioanne Reu-*
» *chlin Doctore compilatum atque editum, de ſuſpicione atque inſimulatione Hæ-*
» *reticæ Prauitatis alijſque criminibus ſibi per Fr. Iacobum ante dictum hac in*
» *cauſa aduerſarium ex aduerſo Principalem, eidemque adhærentes, indebitè,*
» *temerariè, iniuſtè tacità veritate fuiſſe & eſſe notatum atque diffamatum*, ſibi-
» que Fratri Iacobo & eidem adhærentibus, aut ſua quomodolibet inter-
» eſſe habere putantibus diffamationes & accuſationes huiuſmodi facere
» & publicare minime licuiſſe, neque licere, & eiſdem omnibus aduerſa-
» rijs & ſingulis alijs ſuper præmiſſis perpetuum ſilentium imponendum fo-
» re, & imponimus, nec non pari noſtra definitiua ſententia decernimus
» & declaramus ſuper memoratum libellum cum eius declaratione anne-
» xa, vt præfertur, nullam hæreſim, aut errorem ab Eccleſia publicè
» damnatum manifeſtè ſapere aut continere, perfidis Iudæis non plus quàm
» doceat, aut iura permittant, fauorabilem fore, aut Eccleſiæ Dei, ſeu
» ſacris eiuſdem Doctoribus, neque iniurioſum, neque irreuerentialem
» eſſe, & ab omnibus ipſum Oculare Speculum cum eius annexa declara-
» tione, quam in ſingulis coniunctam cum libello & repetitam eſſe volu-
» mus, legi & publicari poſſe, diffamatione in contrarium ab aduerſarijs

deducta non obſtante. Simili modo pari noſtra definitiua ſententia ante-
dictum Fratrem Iacobum Inquiſitorem, in expenſis in huiuſmodi cauſa 1514.
pro parte dicti D. Ioannis Reuchlin Doctoris tam coram Nobis, & noſtris
Subdelegatis, quàm Moguntiæ legitimè factis condemnandum fore &
condemnamus, quarum taxationem Nobis in poſterum reſeruamus.

Hæc Commiſſarius Apoſtolicus Reuerendus & Illuſtris Dominus Spi-
renſis Epiſcopus. Audi nunc quid Reuerendiſſimi Cardinales appella-
tione remota Iudices dati, Grimanus & Anconitanus. Diſtrictè præci-
piendo, inquiunt, mandamus, quatenus Reuerendiſſimo in Christo Patri
& D. Dei & Apoſtolicæ ſedis Gratia Archiepiſcopo Colonienſi ſub in-
terdicto ingreſſus Eccleſiæ, eiuſque in ſpiritualibus & temporalibus Vi-
cario, ſeu Officiali generali cæteriſque Officialibus, Iudicibus, Commiſ-
ſarijs, Delegatis, Subdelegatis, Ordinarijs, Extraordinarijs quibuſcun-
que, quacunque authoritate fungentibus, & præſertim Arnaldo Tunga-
ro, & cæteris Theologis, Theologiæ Facultatibus, Inquiſitoribus, &
Vniuerſitatibus omnibuſque alijs & ſingulis, quorum intereſt, intererit
aut intereſſe poterit, quomodolibet in futurum, quibuſcunque nomini-
bus cenſeantur, & quacunque præfulgeant dignitate; de quibus pro par-
te dicti D. Ioannis Reuchlin Principalis fueritis requiſiti, ſeu alter ve-
ſtrum fuerit requiſitus ſub excommunicationis, ſuſpenſionis & interdi-
cti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs & Cenſuris etiam 3000. Ducatorum
auri de camera boni & iuſti ponderis, pro vna ipſi Cameræ Apoſtolicæ,
& pro alia medietatibus parti applicandorum pœnis quas ferimus in his
ſcriptis, quaſque quemlibet huiuſmodi noſtræ inhibitionis contraue-
nientem incurrere volumus ipſo facto, inhibeatis. Quibus nos etiam vnà
cum Præfato Reuerendiſſimo Cardinale S. Euſebij tenore præſentium
ſub ſimilibus pœnis inhibemus, ne ipſi vel eorum alter in cauſa & cauſis
huiuſmodi, per ſe, vel alium ſeu alios publicè vel occultè, directè vel
indirectè, quouis quæſito colore vel ingenio in vilipendium litiſpenden-
tiæ & Iuriſdictionis noſtræ, imò veriùs Apoſtolicæ, aut in dicti Domini
Ioan. Reuchlin Principalis, Iuriſque ſui præiudicium & grauamen lite &
cauſa huiuſmodi ſic coram nobis indeciſis pendentibus quicquam atten-
tare ſeu innouare præſumant. Quod ſi ſecus factum fuerit, id totum re-
uocare & ad ſtatum priſtinum reducere, & ad dictarum Excommunica-
tionis & aliarum Cenſurarum & pœnarum declarationem, earumque ag-
grauationem, reaggrauationem, Interdicti Eccleſiaſtici appoſitionem,
ac auxilij brachij ſecularis inuocationem procedere curabimus, Iuſtitia
mediante.

Da igitur, Cope, operam, etiam atque etiam oro, vt Chriſtianiſſimus
ipſe Rex tuus, te monſtrante tuoque ductu me Chriſtianum eſſe Docto-
rem vel ex his Apoſtolicis ſententijs & inhibitionibus agnoſcat, & cogi-
tet ſe fraudibus Pœnitentiarij ſui Parui, quippe Fratricelli ac de Frater-
culorum numero deceptum ſeductumque fuiſſe, quominùs ipſe mihi ſuc-
cenſeat, ſi præconia quibus Facultatem Pariſienſem huc vſque plurimum
exornaueram, dum mater erat, poſtea quã mihi verſa fuerit in nouercam,
recantauero, & laudes Pariſienſium toto vitæ meæ tempore cum eorum
ſummo vituperio rectè mutauero. Eſt enim iniuſta nouerca, vt ait Vir-
gilius. Et Seruius; hoc inquit, perpetuum eſt Nouercæ Epitheton pro
quo velim ſimiliter exſpectent de me omnes Theologiſtæ, quos ego ve-
ros eſſe Theologos licet deceptus arbitrabar, malè actæ vitæ ac vitiorum
ſuorum immortale vituperium. De ipſis enim & ſingulis & omnibus con-
trariam Stheſichoro Palinodiam aſpirantibus Muſis agam, vt ſibi ab illis
malis caueant omnes boni, & eiſdem eueniat Neoptolemia vindicta. Vale
mi Cope, noſtri Prælij armiger fideliſſime.

Hinc igitur vtraque Pars clamabat Victoriam. Colonienſes freti cen-
ſurâ Facultatis Pariſienſis. Reuchlinus & Reuchliniſtæ authoritate Pon-
tificiâ. Vtraque Coloniæ & alibi publicat & affigit, iſti Bullam Apoſto-
licam; illi Cenſuram Sorbonæ, quam ab octoginta Patribus factam Pon-

tificiæ adæquabant. Ne tamen omnino viderentur rebelles, Romam ad
1514. Papam delegant; qui Bullam Prioris Reuocatoriam impetrent Reuchlino fauebant Coloniæ iſti imprimis, Ioannes Cæſarius Iuliacenſis vir multâ doctrinâ clarus; Græcæ linguæ peritus; Hermannus Buſchius, Henricus Glareanus, Heluetius Poëta Laureatus tum adhuc Iuuenis, ſed ſtrenuus; qui ad Reuchlinum ſcribens 4. Non. Ian. an. 1514. ait non emanaſſe vllum ab Vniuerſitate Colonienſi Decretum aduerſus illum, ſed tantum ab vna Facultate nimirum Theologica. *Cæterum*, inquit, *Vniuerſitas aut noſtræ Vrbis Studium nihil aduerſus te attentauit, ni Vniuerſitatem ſoli Theologi* (ſi ſic appellari debeant) *conſtituant*. Eidem fauebant Martinus Groningus Bremenſis Doctor; Ioannes Capellarius alias de Regio Pago, Henricus Monoceros alias de Weſalia, Seſſelerus Doctor, Phugius & alij. At Hermannus Buſchius omnium optimè ſi modo verè totam rei hiſtoriam, vt Coloniæ agebatur, pertexit Epiſt. ad Reuchlinum.

Bvschii ad Revchlinvm

„ Salvtem et optatam Victoriam, quam ominari & precari tibi
„ non deſiſtam, quoad eius te compotem effectum cognouero; quod ſpero
„ etiam citius mea & omnium amicorum exſpectatione futurum. O ſi vi-
„ deres nunc ora & vultus Theologiſtarum: talis eſt furentis Inuidiæ ſpe-
„ cies; talis eſt Inſaniæ delirantis viua effigies. Inflatis buccis contrahunt
„ ſupercilia, caperant frontem, lumina tragica quadam toruitate horrifi-
„ cant, pallent, rubent, ſtupent, gemunt, ſtriduntque dentibus. Quid?
„ quod tantâ bile, tantaque perturbatione concitantur, vt etiam impijs
„ quandoque vocibus non abſtineant. Nam modò Reuerendiſſimum Car-
„ dinalem Grimanum vt indoctum cauillantur, modò vt ſemper ſuſpectum
„ infamant. Præterea audent apertè iactare peruicaſſimi homines niſi ſe-
„ cundùm ſe pronunciatum in vrbe fuerit, ab Eccleſia & ſummo eius Pon-
„ tifice ſe defecturos & Schiſma nouum ſuſcitaturos. Alij ad futurum Con-
„ cilium prouocaturos ſe minantur. Alij dicunt, quidquid contra ſe ſtatuerit
„ Papa, nullius momenti eſſe; neque pro Papa habendum eum qui abs ſe
„ ſuaque ſententia diſſentiat; tam cæca, tam præceps eſt arrogantia iſto-
„ rum, vt non pudeat etiam poſtulare obnoxium ſibi ſummum Pontificem
„ eſſe, ſe palam omnibus Eccleſiam eſſe dictitant, ſine ſe in rebus fidei Pa-
„ pam nihil decernere nec poſſe, nec debere conclamant. Nihil hercle
„ ſecius aut honorificentius de ſummo Pontifice loquuntur, quàm de pue-
„ ro ſub ferula adhuc viuente, cui nihil niſi ad Pædagogi ſui nutum inte-
„ grum ſit aut liberum loqui. Mera deliramenta profectò, meras inſanias
„ deblaterant apud Magnates ſuos quos factioni ſuæ fauentes habent. Cæ-
„ terum ad humiliores amicos mittuntur Bidelli qui vocantur, & ſeculi
„ ſui infamia Pepericornus. Hi paſſim, ſi Dijs placet, in Triuijs de ſenten-
„ tia Pariſienſium diſputant, cui refragari non leuius putant eſſe ſacrile-
„ gium quàm Euangelium non recipere. Deinde quibus aurem his ſatis
„ inebriauerunt, aliquod exemplar eius mox obtrudunt, etiam inuitis &
„ aſpernantibus pleriſque. Sic nuper feſto die D. Mathæi cùm proceſſum
„ tuum & Excommunicationis contra Theologiſtas ſententiam valuis Ca-
„ thedralis Eccleſiæ hîc affixam honeſtus quidam Sacerdos legeret, & pu-
„ gillares tenens inde quaſdam clauſulas exſcriberet, idem nebulo Pepe-
„ ricornus ſuo Orthuino comitatus venit clamitans. Eho tu quid illa ſpe-
„ ctas? quin tu potius iſthæc mihi legas, oſtendens ei fabulam Pariſienſem,
„ quam ille auerſatus, Pluris, *inquit*, litteras facio Apoſtolicas quàm Pri-
„ uatas. Tum iſte. Tune pluris audes facere Spirenſis Epiſcopi adhuc pueri
„ ſententiam quàm 80 Theologiæ Doctorum Pariſienſium; qui, vt opinor,
„ leporem quomodo caperet melius ſciret, quam iſtuc, quomodo defini-
„ tiuam aliquam ſententiam ferret. Nec hîc ſtetit furor dementis capitis,
„ ſed eo vſque prouectus eſt, vt etiam ſummi Pontificis authoritatem per
„ ſcelus & contumeliam ludificaretur. Quippe Executoriales illas cum cœ-
„ piſſet gladio lacerare quidam, non vereris, *inquit*, Cenſuras Apoſtoli-
„ cas. Ad eam vocem furens, ibi ita ſtatim cum maxima vociferatione
„ ſubiecit audientibus plus 300. hominibus, *Ego verò pili non facio omnes*

Cenſuras Papæ. O linguam ſacrilegam, ferro candenti præſcidendam! Si « hoc impune aufert PEPERICORNVS, plus certè ſceleribus ſuis ille, quàm « 1514.
boni virtutibus ſuis debent. Peſſimo ſanè exemplo iſta impunita relinqun- « tur. Sed de hoc Cerbero ſatis Audi aliud; videntes citatum Priorem ſuum « Iacobum Hochſtraten, Reuerendum Patrem Theodoricum Caſtrum ex « Profeſſione Fratrum Eremitarum D Auguſtini Cyrenenſ. Epiſcopum, & « Reuerendiſſimi Antiſtitis Colonienſis Suffraganeū, aliquot Prędicatores « continuò adierunt, rogantes vt eis vtile aliquod in hac re conſilium præ- « beret, quibus ille, Nolite, *inquit*, à me nunc petere conſilium, à quo « nullum petiſtis, quando ordiri primum hanc telam cœpiſtis. Ite ergo & « pertexite reliqua, ſed ſine me. Nuper ad Bernam Heluetiorum vrbem « fœdiſsimam hæreſim excitaſtis, fortaſſe libenter ſimile aliquid hîc quo- « que ſi fors fuat, ſtrueretis. Narrauit iſtud mihi Fugius nunc SVBPRIOR « Auguſtinenſis qui tanti te fecit vt emori etiam pro te poſsit. Sunt & alij « certe adhuc ornatiſsimi quidam Ciues hîc, nec illi pauci numero, qui « cauſæ tuæ conſtantiſsimè fauent. Quorum omnium ſignifer & Dux eſt « Franciſcus cognomento STRVFZ vir Patricius & opulentus, expers qui- « dem Litterarum, ſed tamen acerrimus Confutator tuorum aduerſario- « rum: adeo vt etiam congredientem eum ipſi Theologiſtæ timeant. Spe- « culum tuum ad verbum tenet memoriter, & ſemper in ſinu geſtat, tam- « que in eo eſt exercitatus, vt nihil obijcere inimici poſsint, ad quod « non promptiſsimè ſtatim ille reſpondeat. Vnus tantùm eſt, quod ſciam, « ex Optimatium factione tibi non admodum æquus, cui, vt muſſant qui- « dam, morigera ſolet eſſe illa Bellula. Item Theologiſtæ, vt etiam com- « peri, IACOBO HOCHSTRATEN proximis diebus 1500. aureos per Trape- « zitas Romam miſerunt, non ad victum, qui Monachis tenuis eſſe debet, « nec ad neceſſarias impenſas litis, nam minore ſummula, vt reor, hæc ad- « miniſtraretur: Sed quod vehementer ſuſpicor, & illis malè vortat, ad « faciendas largitiones pro obtinendis auro ſuffragijs quæ iure non ſperat. « Nec interim hoc tacuerim; quod viſâ nouiſſimâ iſta citatione Complu- « ſculi Theologiſtæ aduerſæ factionis conſternati vacillare primùm, dein- « de etiam palam deficere cœperunt. Reliqui verò qui ſunt huius rei Ca- « pita, magis pudore & neceſſitate quàm voluntate reſiſtunt. Quare bono « animo eſſe impero. Videbis breui, mihi crede, fractam & contuſam om- « nium tuorum inimicorum nequitiam. Duo Exemplaria citationis ſuper- « erant nobis; Monaſterium Weſtphaliæ Metropolim, & Trajectenſem « celebrem in finibus Hollandiæ Vrbem per amicum fideliſſimum mihi pu- « blicè affigenda, quod illic Pariſienſium cœptam quoque cantilenam diſ- « ſeminatam ab iſtis Theologiſtis audiueram. Vale & me ama. Pridiè Kal. « Octob. ex ædibus meis Coloniæ. «

Quomodo verò ſe Romæ res habuerint, intelligetur ex hiſtoria an- norum ſequentium; neque enim controuerſia ſtatim ſedata eſt; exarſit- què tandem in deplorandum incendium; quanquam Reuchlinus ſe ſem- per à cauſa Lutheri valde alienum eſſe & fuiſſe profeſſus eſt; vt & Eraſ- mus; Huic autem Controuerſiæ cognoſcendæ præfecti ſunt tres Eminen- tiſſimi Cardinales, ſed eorum vni adempta eſt omnis Iuriſdictio paulò poſt, quia ſuſpectior erat. Reuchlinianæ autem partis Romæ Procura- tor erat Ioannes Vanderwikius.

Anno 1515. Franciſco primo regnante cum famuli Ducis Sutfortij in- cidiſſent forte in Errones quoſdam qui ſe profitebantur eſſe alumnos 1515.
Vniuerſitatis, ab ijſque inſolenter & proteruè tractati fuiſſent, 14. April. Vniuerſitas iuſſa eſt conuenire & iniuriam famulis illis illatam audire; qua de re ſic legitur in Reg. Facultatis Med. 14. *Aprilis D. Præpoſitus Domus D. noſtri Regis Congregationem Vniuerſitatis fecit fieri ad audiendum inſolentiam die heſternâ Seruitoribus Angliæ D. Ducis de Sutfort illatam per quoſdam malos ſe dicentes de dicta Vniuerſitate.*

Cœterum Rex ægrè ferens ereptam ſibi Italiam, eamque recuperare ſtudens, Matrem Regni Rectricem eſſe voluit & Lugduni reſidere. Im-

primis verò iuſſit Sanctorum corpora è thecis San-Dionyſianis extrahi
1515. more conſueto, ad implorandam Dei opem; in eamque rem ſcripſit ad Abbatem S. Dionyſij, & ad Vniuerſitatem, cuius litteræ lectæ ſunt vltima Iulij: Item & 12. Auguſt. lectæ aliæ Reginæ matris, ſimulque relatum *quæ facta fuerant in extractione SS. Dionyſij & Sociorum.*

Et quia ad expeditionem Tranſalpinam opus erat magnis ſumptibus, Præpoſitus Mercatorum & Conſules ſeu Scabini Ciuibus contributionem indixerunt, à qua cum nec immunes eſſe vellent Medicos, ipſi conuenientes die 10. Septemb. è ſuis Oratorem ad eos miſerunt, vti priuilegiorum ſuorum ſanctitatem illis inculcarent, Oratoreque vſi ſunt M. Roberto Cenali. Sic in Actis legitur.

10. *Septemb. ſuper defenſione priuilegiorum noſtrorum contra DD. Præpoſitum Mercatorum & Scabinos villæ Pariſ. qui volebant cogere Magiſtros Facultatis ſoluere, ſicut Ciues Pariſienſes non priuilegiatos: & ordinatum fuit quod haberemus Oratorem ad proponendum in Domo villæ. Die ſequenti mane in Domo villæ honoratiſſimus M. noſter Robertus Cenalis propoſuit pro Vniuerſitate. Et poſt eius orationem honorandi Magiſtri noſtri Guiſchard & Roſée deliberauerunt quod daremus prandium Oratori, Scribæ & M. Roberto de Vallibus.*

Cum verò nihil obtinere potuiſſent, Vniuerſitas ad Reginam Matrem tunc Lugduni commorantem miſit vltima Octob. M. Marium du Breüil Doctorem Theologum, qui reuerſus retulit priuilegiorum Academicorum confirmationem; atque ad eius audiendam relationem habita ſunt Comitia die 28. Decemb.

Die 6 Ianu à Curia Pariſ. euocati ſunt Primarij Collegiorum MM Io. Bolu Grammat. Nauarr. Bernardus Cl. Roillet *Burgundici*, Ioa. Morinus *Harcuriani*, Iac. Du Molin, *Bonorum Puerorum*, Richardus de Waſſebourg *Marchiani*, Ioa. Pelletier Proprimarius; item & Regentes Hieronymus Clitouæus, & Robertus Sueur, *Cardinalitij*, Petrus Michault & Claudius de Mont-faucon *Becodiani*. Stephanus le Roux Primarius Coll. *Quæſtorij*, Yuo Godeſcar *Iuſtitiani*: iiſque interdictum ne ludos, facetias ve contra honorem Regis, Principum, Procerum ludant aut ludi patiantur.

Erat quoque tunc temporis lis inter Cancellarium Pariſienſem & Licentiatos in Theologia, eamque Curia Pariſienſis remiſerat ad Vniuerſitatem. Et 5. Martij congregata eſt ipſa *ſuper materia Licentiatorum Theologiæ contra D. Cancellarium, quia Curia Parlamenti remiſerat Vniuerſitati dictam materiam.* Hæc autem ſcribit M. Robertus Maſuyer tunc Decanus.

5. Martij 1515. *Fuit Vniuerſitas congregata per iuramentum ſuper 2. art. 1ᵘᵐ. fuit ſuper tranſmiſſione cuiuſdam requeſtæ porrectæ per FF. Prædicatores ſupremæ Curiæ Parlamenti, quæ Curia Parlamenti, remiſit Vniuerſitati materiam appellationis dictorum Fratrum contra D. Cancellarium.* 2ᵘˢ. fuit communis. Quantum ad 1. art. dati ſunt in ſingulis Facultatibus Deputati qui quantum ad requeſtam Curiæ Parlamenti per Iacobitas, *porrectam & Vniuerſitati per prædictam Curiam remiſſam, haberent decernere, an Cancellarius aliquo modo veniat Iuriſdictioni ipſius Vniuerſitatis ſubijciendus.* At. 10. Martij habitis Comitijs, venit Cancellarius, *& ſe purgauit.*

» In Comitijs ſupradictis 5. Martij Chirurgi petierunt admitti in gre-
» mium Vniuerſitatis, & hac de re fuit 2ᵘᵐ. caput deliberationis. *Quantum*
De Chirvrgis. » *ad 2ᵘᵐ. art. ſupplicauerunt Chirurgici* huius villæ Vniuerſitatis, vt Vniuer-
» ſitas declararet, vt alias declauerat, quod ipſi ſunt de gremio Vniuerſi-
» tatis. Ad quam ſupplicationem ex maturis deliberationibus ſingularum
» Facultatum D. Rector M. Michaël du Monceau concluſit quod DD.
» Chirurgici admittantur in gremium & conſortium Vniuerſitatis non tan-
» quam Licentiati, aut *Magiſtri in Chirurgia facientes quintam Facultatem,*
» ſed tanquam Scholaſtici Facultatis Medicinæ, dummodò frequentent
» lectiones & actus Medicinæ.

Interim Leo Pontifex in ſuo Lateranenſi Concilio Pragmaticæ abro-

gationem vrgebat, & peremptoriam citationem edidit aduerſus Regem & Prælatos, vt venirent rationes ſi quas haberent, collaturi. Quemadmodum verò cum Ludouico XII. egerat, ita & cum Franciſco egit, ſatis vt videbatur ciuiliter; ſed intentus ſemper rei quam optabat, hoc eſt diſpenſationi Beneficiorum. Extant apud Bembum quædam Epiſtolæ, quibus Ciuilitatis ſpecie, pleno iure vacantia conferebat Beneficia: quarum vna talis eſt lib. 10.

1515. De Pragmatica-Sanctione.

« GRATISSIMÆ mihi tuæ litteræ fuerunt, quibus oſtendis aſſentire te, vt de Narbonenſi Epiſcopatu, quem conferre Iulio Cardinali fratri Patrueli meo cupiebam; quæ vellem, ſtatuerem, omneſque cauſas & rationes, quas quidem plurimas neque leuiſſimas colligis quibus aliorſum trahebare, deſiderio meo te adſcribis poſthabuiſſe. Quod tamen ipſum etiam ex Epiſcopi Tricoricenſis Legati mei litteris intellexi: qui de tuo propenſo & liberali erga me Cardinalemque ipſum animo ad nos multa perſcripſit. Ea res præterquam quod illum tibi magnopere deuinxit, ita mihi grata atque optata accidit, vt ſtudium quo tenebamur, vt te qui quidem plane adoleſcens ad omnium Ampliſſimi nobiliſſimique Regni gubernaculum acceſſiſti, & beniuolentia complecteremur & autoritate noſtra confoueremus, non parum medius fidius auxerit. Itaque intellecta voluntate tua de Fratrum meorum E. R. Cardinalium ſententia eam illi Eccleſiam hodie contuli. Te autem, quod ſupereſt hortor, eadem animi liberalitate cures, vt ſine vllo vel impedimento, vel mora negotium conficiatur. »

In eam rem ſcripſit quoque ad Aloiſiam Reginam Matrem, eique gratias agit quod cum Rege filio ſuo egiſſet vt is vellet, vt de Epiſcopatu Narbonenſi pro ſua voluntate ſtatueret. Similiter lib. 11. Ep. vltima gratias agit eidem Regi, quod etiam vltra ſcripſiſſet velle ſe vt ſi Federicus Cardinalis S. Angeli mortem obiret, Bibienum Cardinalem Eccleſiæ Maleacenſi præficeret. *Verum*, inquit, *quod ad Eccleſiam Maleacenſem attinet, quoniam ei Petrum Cardinalem Anconitanum virum doctum ac bene de me deque Repub. meritum iam præfeci, non queo aliter ea de re ſtatuere.*

Sic ergo ſenſim in laqueos incidebat Franciſcus, quos Roma parauerat: ſed & inſuper Papæ ſcripſit velle ſe cum eo amicitiam arctiſſimam contrahere & conſociare; idque ipſi renunciauit Epiſcopus Tricaricenſis Legatus ſuus; & reſcripſit Pontifex hoc an. 5. Kal. Octob. ſibi placere primordia iſta & fundamenta voluntatis mutuæ. Hinc menſe Decembri Bononiæ vterque præſens re contrahunt, quod verbis antea promiſerant. Vnus cardo difficultatis ſupererat, Pragmaticæ-Sanctionis abrogatio aut obſeruatio. Conueniunt verò vt ea de re per Legatos ſuos tractarent, Rex per Cancellarium ſuum de Prato, Papa per Cardinales de Ancona & Sanctorum 4. Coronatorum. Rege ergo Mediolanum quod recuperauerat, abſcedente, iſti Bononiæ de negotio quod ſupererat, tractant. Et intra paucos dies rem abſoluunt, atque illud tam decantatum Concordatum concludunt; quod poſtea & Pontifex & Rex ſubſignarunt, vt ad annum ſeq. fuſius dicetur.

Sub finem eiuſdem anni confirmatum eſt priuilegium Vniuerſitatis ad Curiam Conſeruationis attinens, & tale eſt in Regeſtis Curiæ ad diem 19. Martij.

Veu par la Cour les Lettres de Priuileges en forme de Chartres obtenuës du Roy, par l'Vniuerſité de Paris au mois d'Auril dernier, aprés Paſques l'an mil cinq cens quinze, & tout ce que par le Procureur de ladite Vniuerſité a eſté mis & produit pardeuers ladite Cour, oüy ſur ce le Procureur general du Roy, qui a baillé ſes Concluſions par eſcrit, & tout conſideré.

Ladite Cour a ordonné & ordonne que leſdites Lettres ſeront enregiſtrées en ladite Cour, & ſur icelles ſera mis Regiſtrata. *Quant aux choſes dont à ladite Cour appartient la connoiſſance pour en joüir par les Recteur, Docteurs, Maiſtres Regens, Eſcoliers, Officiers, & Seruiteurs de ladite Vniuerſité.*

Selon & pour le nombre contenu és lettres de Priuileges octroyé à ladite Vni-

uerſité par le feu Roy Charles VIII. au mois de Mars mil quatre cens quatre
1515. *vingt huict, & publiée en ladite Cour le 7. Auril auant Paſques, audit an, pourueu que leſdits Officiers & Seruiteurs de ladite Vniuerſité ne pourront faire conuenir aucunes perſonnes, ſoient Clers ou Laiz, pardeuant leur Conſeruateur Apoſtolique, outre quatres journées, ne ſans faire aucuns renuoy des matieres litiſconteſtées, & que ledit Conſeruateur Apoſtolique n'entreprendra aucune Cour, juriſdiction de connoiſſance des matieres criminelles, de confirmation d'elections, de Mariages, de Sacremens, de cauſes d'appel ne de bailler Monitions generalles & ſoubs les autres Modifications contenuës ès ordonnances faites par le feu Roy Loüis XII. à Romorantin le 12. May mil quatre cens quatre vingts dix-neuf & publiées au Chaſtelet de Paris le 13. Iuin audit-an, ſauf qu'ils pourront faire conuenir les gens laïs, ſelon le contenu en leur priuilege, pardeuant leur dit Conſeruateur Apoſtolique, ſoubs les modifications deſſuſdites.*

Collegium de Mercede.

Hoc anno 1515. inſtitui cœpit Collegium B. Mariæ de Mercede ſeu de Redemptione Captiuorum, vulgo *de la Mercy.* Regularium ordo eſt inſtitutus à Petro Nolaſco, fauente Iacobo Aragonum Rege an 1218. anno verò 1230. à Gregorio IX. confirmatus. Toloſæ, Mompeſſuli, Burdegalæ, Perpiniani Collegia ſeu Domos habuit ſuperioribus ſeculis; Pariſijs non ante an. 1515. quo F. Nicol. Barrerius in Theologia Baccalaureus Ordinis Procurator Generalis, cum Alano de Albreto Comite Drocenſi ea lege contraxit de Platea quadam ſeu Parietina Domus Albreticæ, Parœciæ San-Hilarianæ in Monte, vt Fratribus Ordinis ſui ædiculam Collegiumque extrueret ſtudio bonarum litterarum vacaturis: vt patet ex contractu inito Drocis apud Guill. Coutet, Robertum Mareſchal & Nicolaum Marie Iuratos Notarios, 15. Maij, an. 1515. Quod Inſtrumentum vbi de Collegijs, ſi Deus vitam protraxerit, referemus. Interim non omittendum M. Dominicum Serranum Gallum, olim Doctorem in Decretis, & in hacce Vniuerſitate conſpicuum inter Primarios, huic Ordini nomen dediſſe an. 1345. eiuſque paulo poſt Præfectum fuiſſe Generalem, & ab Vrbano V. promotum ad honorem Cardinalatus; quo tamen frui non potuit, morte quippe præuentus Mompeſſuli, vbi iacet.

Biennio poſt fundatum iſtud Collegium Vniuerſitas Salmanticenſis per quendam Doctorem nomine Honcala ex Vniuerſitate Pariſienſi duos inſignes Profeſſores euocauit, qui Ariſtotelem iuxta methodum Pariſienſem interpretarentur; quorum vnus fuit Fr. Dominicus *S. Ioannis del Piè, del Puerto* Regularis de Ordine Mercedis.

Sub eiuſdem anni initia Cauſa Reuchlini, quæ à ſummo Pontifice commiſſa fuerat tribus Cardinalibus, à Cardinale Grimano vno ex ijs paulò fauorabilius tractata eſt; inhibitumque Dominicanis & alijs aduerſæ Partis, illum turbare: quâ de re ſic eum certiorem facit Ioannes Potken Præpoſitus S. Georgij Colonienſis, tunc Romæ præſens. » Nihil ambigimus doctiſſime Doctor, quin & noſtræ & aliorum tibi & innocentiæ tuæ » fauentium litteræ te, ob Picatum *(id. Dominicanorum habitum)* non per » tecta in vrbibus volantium, ſed vicatim & domatim etiam caſatim humum » non 4. ſed 5. digitorum pedibus calcantium & quæſtam mendicitate fa- » cientium vexationes forte formidoloſum aliquantum recreent, eaque de » re te de nonnullis, proximis diebus pro te & contra te Romæ geſtis cer- » tiorem facere curauimus. Die veneris proximè lapſo nobis præſentibus » decreta fuit inhibitio per Reuerendiſſimum Cardinalem Grimanum alte- » rum ex duobus digniſſimis Cardinalibus ad cognoſcendum & terminan- » dum omnes & ſingulas Cauſas tuas per poſtremum Reſcriptum in Inhibi- » tionis inſtrumento inſertum, deputatis. Quomodo ex tenore eiuſdem » Inſtrumenti quod ad tui conſolationem, & iactantiæ tibi aduerſantium » confuſionem ad te mittitur, plenius intelligis: adempta eſt Tertio Iu- » dici Cardinali omnis Iuriſdictio. Perbelle quidem, ne propter ſuperio- » rem in ripa fluminis locum, quem denuo obtinet, potum tibi forte turbaſſet, *&c.* Scribit præterea Stephanum Roſinum & alios viros doctos plurimum illius cauſæ patrocinari, cum Ioanne Vanderwix Procuratore Reuchlini.

Præcipua autem tum erat difficultas circa verſionem *Ocularis Speculi* è linguâ Germanicâ in Latinam. Porrexerant Colonienſes Traductionem vnam, quam Reuchliniſtæ contendebant non ſatis eſſe fidelem, imò mancam eſſe & in multis peccare, quamobrem à Reuerendiſſimis Iudicibus huic diſceptandæ liti præfectis edictum eſt, vt ab vtraque Parte darentur ſinguli Interpretes Iurati, vnus & alter, qui *Oculare Speculum* Capnionis de lingua Alemanica in Latinam verterent; quorum traductionibus examinatis, accepta eſt Interpretis Reuchliniſtæ Martini Gromingi Tranſlatio, veriorque inuenta. 1515.

Anno 1516. occupata maximè fuit Vniuerſitas per plures menſes in procuranda ſuorum Priuilegiorum confirmatione apud Curias, Parlamenti præſertim, Generalium & Caſtelleti. Die quidem 7. menſis April. lecta eſt declaratio Regis, lecta confirmatio ſeu Decretum Curiæ confirmatorium. Die verò 23. eiuſdem menſis retulit M. Robertus Cenalis DD. Generales Curiæ Subſidiariæ plus afferre difficultatis & moræ ad confirmationem priuilegiorum; multaque obijcere, ad quæ opus eſſet reſpondere, præſertim quoad numerum Nunciorum & Officiariorum, quorum alij à Facultatibus, alij à Nationibus præſentabantur. *Dicebant autem quod Nuncij & Officiarij Vniuerſitatis non erant approbati per Vniuerſitatem conformiter ad priuilegia data Vniuerſitati, & quod niſi Vniuerſitas prouideat in futurum, non intendebant aliquem recipere in Rotulo, niſi Officium eſſet collatum per totam Vniuerſitatem; & quod priuilegia ſunt data Vniuerſitati & non Nationibus & Facultatibus. At reſpectu Nationum & Facultatum, Quod Vniuerſitas prouideat ſi habeant poteſtatem eligendi, vel nominandi, vel præſentandi, dum Vniuerſitas conferat.* Vt legitur in Reg. Vniuerſitatis. Subſecutis menſibus ea de re actum ſæpè & 5. Iunij, priuſquam acciperetur forma per ipſos Generales porrecta, concluſum amplius eſſe per Deputatos & Conſiliarios Vniuerſitatis Facultatum & Nationum deliberandum. Item 21. eiuſdem menſis retulit M. Robertus de Vallibus Procurator fiſci, quid factum fuiſſet in Curia Generalium; & concluſum ea die vt Rector eam adiret ad commendandum negotium. Actum quoque de Ponte, quem gubernatores Noſodochij conſtrui volebant in Vico ſtraminis; & concluſum vt ei conſilio obſiſteretur. 1516.

Die 23. Iunij electus eſt in Rectorem M. Ægidius de Maiſieres è Natione Gall. & inſtructus de agendis die 27. hæcque illi negotia propoſita, 1. Lis in Curia Parlamentęa inter *Librarios & Illuminatores & DD. Scabinos de Villa Pariſienſi.* 2. Lis coram Rectore & Deputatis *inter Religioſos de S. Cruce & Religioſos de Albis mantellis*, quoad ordinem procedendi in ſupplicationibus Vniuerſitatis. 3. Lis mota ratione Nunciatus Vlyſſiponenſis. 4. Interceſſio ſeu oppoſitio facta *per Vniuerſitatem de ponte faciendo per Gubernatores domus Dei Pariſienſis.*

Die 24. Iulij congregata eſt per Rectorem Vniuerſitas ad audiendum ea quæ pridie facta fuerant in Curia Parlamentæa ſuper quodam Preſbytero occiſo. 16. Septemb. ad audiendum litteras Cancellarij quibus Vniuerſitatem admonebat de aduentu Regis. At 12. Octob. ſalutatus eſt; & 17. auditum à M. Manterne Decano Theol. Facultatis Oratore & Proponente, quid Rex reſpondiſſet.

Quia autem tunc Decimæ cuiuſdam exactio erat, Rector, Decani, Procuratores adierunt Franciæ Cancellarium, à quo obtinuerunt exemptionem pro veris ſuppoſitis: vt relatum eſt, die 22. eiuſdem menſis; verum & ea de re ſæpius actum; 29. eiuſdem menſis, miſſi ſunt ad Regem, qui exemptionem omnimodam poſtularent; & 17. Nouemb. audita relatio Oratorum ad eum miſſorum. Ex ſequentibus verò Comitijs intelligimus Regem quidem exemptionem indulſiſſe, nonnullos tamen præſertim in Ducatu Normaniæ priuilegio illo non potuiſſe gaudere. Et eam ob rem 5. Ian. nonnulli conqueſti ſunt quod non obſtante priuilegio Regio, Decimam ſoluere coacti fuiſſent.

Menſe Nouembri Cardinalis de Lucemburgo Epiſcopus Cenomanen-

1516. LEGATVS APOSTOLICVS.

ſis Legati Apoſtolici nomine in Franciam venit, de quo fama ferebat, quod Concordatum promulgaturus venerat Pragmaticæ-Sanctionis abrogatiuum. Quam in rem conuenit Vniuerſitas pluries. Et 1. quidem Dec. apud Mathurinenſes decreuit huiuſce Legati receptioni obſiſtendum, donec declaraſſet ſe nihil contra Regni iura, Eccleſiæ libertates & Pragmaticam-Sanctionem moliturum; eodemque modo agendum cum ipſo quo egerat ante cum Cardinale Amboſio, interùm comparandum Patronum in Curia edocendumque. In eandem rem habentur Comitia 17. Decemb. Porrigitur Curiæ libellus ſupplex. Cauſa agitatur in Senatu. Vniuerſitati ſeſe adiungunt Archiepiſcopus Turonenſis & Epiſcopus Beluacenſis. Rationes in Actis Curiæ videre eſt ad diem 22. eiuſdem menſis, vt ſequitur.

Extraict des Regiſtres de Parlement.

Igitur die 24. quæ erat Vigilia Annunciationis, *apud S. Eligium comparuerunt quamplures Deputati Vniuerſitatis ſingularum Facultatum & Nationum & Conſiliarij Vniuerſitatis vocati etiam comparuerunt cum alijs, videlicet DD. Vallin, Bochart, de Lautier, Alligret & Diſome de Parlamento; Verſoris & Iulien de Caſtelleto.* Coram quibus fuerunt præſentati & lecti certi Articuli per Vniuerſitatem dati ad petendum Conſilium ſuper eiſdem & referendum ipſi Vniuerſitati. Super quibus DD. Conſiliarij deliberauerunt & reſponſionem dederunt, prout in ſinguli articulis continetur. Sequuntur articuli.

1. Ex parte Vniuerſitatis, numquid eſt appellandum à futuro grauamine & Cenſuris ac alijs pœnis quæ promittuntur dictis Concordatis contradicentibus, & coram quo.

2. An ſit appellandum nunc de nouo à publicatione Concordatorum Apoſtolicorum facta, attento quòd Vniuerſitas non fuit audita in ſuis cauſis oppoſitionis.

3. Vtrum virtute dictorum Concordatorum ſint Beneficia acceptanda, vbi Ordinarij darent ſub illa qualitate. Et ſi debeat Vniuerſitas prohibere ſuis Suppoſitis ne accipiant ſub illa qualitate.

4. Nunquid videtur bonum quod Vniuerſitas debet prohibere ſuis Librarijs & Officiarijs ne imprimant huiuſmodi Concordata nec vendant.

5. Paucis aperire grauamina Capituli de Collationibus.

Item inquirere an ſit procedendum ad ceſſationes & ad priuationem contra perturbantes Suppoſita Vniuerſitatis, & an ſint mittendi Oratores ad Regem.

Sequuntur Reſponſiones Conſiliariorum. Ad 1um. art. fiat Appellatio nomine totius Vniuerſitatis omnium & ſingulorum Suppoſitorum & Officiariorum eiuſdem ac adhærentium & adhærere volentium. Quæ quidem appellatio ſit bene facta & contineat grauamina à Decreto Prætenſi Concilij Lateranenſis, à ſummo Pontifice ſtatuente in certis Concordatis in reformationem Eccleſiæ & Reipublicæ Vniuerſitatis & Suppoſitorum ad futurum Concilium coram Officiali Pariſienſi, aut aliquo Conſeruatore, & affigatur, &c. 1517.

Ad 2um. accumulabitur cum prima Appellatione. Et fiet Appellatio ad futurum Concilium, ad futurum Papam, ad D. noſtrum Regem & ad Curiam Parlamenti. Significabitur in Curia proteſtando de perſequendo per viam nullitatis, ſupplicationis, querelæ; & quod non intendunt per quemcunque actum factum vel fiendum recedere à dicta Appellatione & reiterare dictas proteſtationes & Appellationes in ſingulis Rectorijs & Proceſſionibus.

Ad 3um Beneficia poſſunt acceptari per ſingulares in quocumque modo conferantur, attentis proteſtationibus factis, & proſequantur Nominationes more ſolito.

Ad 4um. non fiant inhibitiones Librarijs. Non fiant Ceſſationes, ſed loco Ceſſationum fiant preces, orationes & proceſſiones.

De modo appellandi & coram quo dictum eſt. De Oratoribus mittendis. An ſit procedendum ad priuationem contra perturbantes Suppoſita & Iura Vniuerſitatis. Eligatur bonus Rector per Facultatem Artium.

Electus eſt autem Rector M. Nicolaus Menuel & inſtructus die 26. Martij de negotijs publicis per D. Antiquum, Decanos Facultatum & Procuratores Nationum: ſimulque placuit Vniuerſitatem conuocare & edocere quæ ſit mens, quod conſilium Conſiliariorum Vniuerſitatis.

Igitur die Sabbati 27. Martij ante Dominicam Ramis Palmarum apud S. Bernardum *expoſuit D. Rector quæ aduiſata fuerunt per Deputatos de Congregatione facienda ad demandandum executioni Aduiſata per Conſiliarios & Deputatos.*

Præclariſſima Artium Facultas ſuper poſitis in medium deliberauit. Placent ei omnia aduiſata per Deputatos & Conſiliarios, & dat ſi opus ſit, Deputatos ad perficiendum cum conſilio, & dat eiſdem Deputatis plenam Facultatem proſequendi & perficiendi. Conſtituit Procuratorem Monart, ex nunc formet appellationem. Faciat proteſtationes requiſitas.

Saluberrima Medicorum Facultas annuit ſupplicationi D. Rectoris. Præterea placent aduiſata & formetur appellatio, conſtituendum Procuratorem Monart & nominandum. Dat Deputatos ad perficiendum omnia incepta.

Conſultiſſima Decretorum Facultas. 1. Annuit ſupplicationi D. Rectoris, & rogat D. Rectorem quod viriliter defendat libertates Vniuerſitatis. Formetur Appellatio. Conſtituatur Monart Procurator cum ſpatio, tamen vult quando Appellatio erit facta, oſtendatur Conſiliarijs; vult etiam quod illa Appellatio fiat coram Conſeruatore priuilegiorum, vel alijs videlicet Officiali Pariſ. Decano Pariſienſi. Fiant proteſtationes. Dat Deputatos cum conſilio Conſiliariorum ſine regreſſu.

Sacratiſſima Theol. Facultas. Imprimis annuit ſupplicationi D. Rectoris & habet gratias Facultati Artium. &c. & rogat quod viriliter proſequatur negotia Vniuerſitatis. Habet gratias Deputatis & Conſiliarijs. Habet grata aduiſata. Videtur tamen Facultati & vult quod Vniuerſitas non recedat ab antiquo more, ſed proſequatur Nominationes & Beneficia more ſolito, & ex nunc formetur Appellatio Et fiant proteſtationes. Conſtituit Procuratorem Vniuerſitatis cum ſpatio in albo & quemlibet. Præſentetur appellatio vt ſupra. Dat Deputatos cum alijs ad intendendum huic negotio, quibus dat omnem autoritatem vſque ad ceſſatio-

nes excluſiuè. Videtur bonum quod ex parte Vniuerſitatis bonum eſſet
1517. adire Primatem Lugdunenſem, vt congregaret Eccleſiam Gallicanam, fiant inhibitiones librarijs ne imprimant, nec vendant Concordata. Annuit pro litteris Gradus poſtquam appellatio erit facta. Imprimatur & affigatur; & omnes Facultates & omnes præſentes de inhibitionibus faciendis conſenſerunt & etiam de adeundo D. Primatem.

Vniversitas ex deliberationibus vnanimiter factis annuit ſupplicationi D. Rectoris & habet gratias Facultati Artium. Et ex nunc format Appellationem de hodie modo & forma aduiſatis, Conſtituendum Procuratorem Monart & nominandum ad faciendum omnia requiſita. Dat Deputatos ad perficiendum iam incepta quibus dat omnem autoritatem, facit proteſtationes ex nunc quod ſi aliquis accepit, &c. Et vult quod vtatur more ſolito in inſinuationibus & acceptationibus faciendis. Fiant inhibitiones Librarijs Vniuerſitatis ne imprimant nec vendant ſub pœna priuationis, & ſignificetur per Bedellos. De adeundo D. Primatem Lugdunenſem fiat ſecundum conſilium Conſiliariorum. Et vult Vniuerſitas quod inſinuentur Nominationes & litteræ Gradus, ac proſequantur more ſolito. Et ex nunc facit proteſtationes & vult ſeruare antiquum modum. In cœteris habeant Deputati autoritatem prouidendi & omnia faciendi. Et præſentetur appellatio & fiant proteſtationes coram perſona Authentica, &c. quia ex nunc ipſa Vniuerſitas format appellationem & facit proteſtationes modo & forma contentis in Codicibus Papyri in minuta factis nobis Notarijs ſubſignatis traditis ad præſentandum & exhibendum coram perſona Authentica; & ab eadem ſuper dicta appellatione Apoſtolos petendum, cæteraque omnia & ſingula in eiſdem codicibus Papyri facienda. Et exinde ad groſſandum & in forma ponendum pro publicatione facienda eiuſdem & intimandum quibuſcumque decebit. Ordinauit etiam, ſi opus ſit, dictas inhibitiones affigi per Quadriuia Vniuerſitatis vt perueniat ad noticiam omnium Librariorum Iuratorum Vniuerſitatis, & ne poſſint prætendere ignorantiam, & ad conſeruationem Oppoſitionis & Appellationis Vniuerſitatis iniunxit Vniuerſitatis Procuratori quod faciat diligentiam præſentandi coram perſona authentica in præſentia Scribæ cum alio Notario. Sic ſig. le Roux & Hubert.

Die 28. apud Mathurinenſes Deputati conuenerunt ad relegendum Minutam Appellationis conſcriptam à M. Ioanne des Morets iuſſu Vniuerſitatis; placuit etiam eam præſentari Conſeruatori ad obtinendum Apoſtolos Reuerentiales. Item adiri D. Primatem Lugdunenſem. Porro Appellationis Inſtrumentum tale erat.

Vniversis præſentes litteras inſpecturis Rector & Vniuerſitas Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium ſalutem in Domino. Notum facimus quod nos apud S. Bernardum Pariſius ſuper infraſcriptis & alijs noſtris negotijs agendis per iuramentum conuocati & congregati modo & forma contentis in quodam Codice Papyraceo, cuius tenor inferius deſcribitur & inſeritur, prouocauimus & appellauimus, prouocamuſque & appellamus. Cuius quidem Codicis Papyracei tenor ſequitur, & eſt talis.

Præmiſſis expreſsè Proteſtationibus quod contra vnam ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam quam totius Orbis eſſe Magiſtram & obtinere Principatum credimus, ſanctæque Sedis Apoſtolicæ autoritatem, ac ſanctiſſimi D. noſtri Papæ bene conſulti poteſtatem nihil dicere intendimus; & ſi quid ex lubrico linguæ forſan malè dictum ſit, parati emendare. Sed quoniam is qui Dei vices gerit in terris, quem Papam dicimus (quamuis à Deo poteſtatem immediatè habeat) per hanc poteſtatem non impeccabilis efficitur, nec poteſtatem non peccandi accipit, equidem ſi quid quod iniuſtum eſt, faciendum eſſe præceperit, patienter ſuſtinere debet, ſi non fiat quod ei ex prauâ fuerit inſinuatione ſuggeſtum, eique non pareatur, ſi quid contra diuina præcepta aſtruendum eſſe decreuerit, nam in hoc ei reſiſti iure poteſt. Quod ſi illi potentum auxilio (falsâ forſan

forſan ſuggeſtione vel minus ſano conſilio deceptorum) adiuto reſiſti «
non poteſt, ſublataque ſint reſiſtendi remedia, vnum tamen iure natu- « 1517.
rali proditum eſt, quod nullus Princeps tollere poteſt appellationis re- «
medium, cùm ſit quædam defenſio quæ iure diuino, naturali & humano, «
cuique competit, quæ non poteſt auferri à Principe, in Clement. *Pa-* «
ſtoralis, de ſententia & re iudicatâ: Notat ſplendor ille Canoniſtarum In- «
nocentius in cap. *quæ in Eccleſ. de conſtit.* «

Ad huiuſmodi ergo appellationis remedium (quo oppreſſi releuantur) « confugientes: *Nos Rector & Vniuerſitas ſtudij Pariſienſis, Illuſtriſſimi ac Chriſtianiſſimi Principis noſtri Francorum Regis filia primogenita, antiqua ſtudiorum parens*, Vice ac nomine noſtris, ſingulorumque Doctorum, Magiſtrorum & Scholarium Pariſius ſtudentium, animoque & intentione prouocandi, & appellandi à preſſuris & grauaminibus infrâ ſcriptis; dicimus & proponimus, noſque loco & tempore opportunis & congruis probaturos offerimus quæ ſequuntur. Imprimis, quod cum priſcis illis temporibus hæreſes multæ pullularent, plurimique errores inſurgerent, & inter Chriſti fideles diſſidia orirentur, Eccleſiaſticique ſtatus deformatio conſpiceretur; fuerunt ſacra Generalia Concilia proinde ſtatuta, in quibus hæreſes extirparentur, mores reformarentur, Chriſticolarum diſſidentium ad inuicem reconciliationes fierent, prout ſacrorum Generalium Conciliorum incumbit officio, & præcipuè ante omnia, ſacra Conſtantienſe & Baſileenſe Concilia, quæ ſucceſſiuè ac legitimè in Spiritu ſancto congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentantia, quàm plurima circa præmiſſa ſtatuerunt, maximè circà ſtatus Eccleſiaſtici, tam in capite quàm in membris reformationem quæ illis diebus præcipuè indigere reformatione videbantur, cùm deformitates in Eccleſiâ Dei excreſcere, & mores corruptos eandem Eccleſiam inficere conſpicerent, vt repreſſis deformitatum ſcelerumque regnantium enormitatibus perniicioſis, quæ per Chriſtianitatem (ſpretis antiquorum Patrum Decretis inſtitutis ſalutaribus) multas clades multaque diſcrimina iniecisse videbantur, diuinus honor refloreret in terris, lumen Catholicæ veritatis, Chriſto verâ luce auxiliante, effulgeret, & Eccleſiaſticæ libertatis conſeruatio ſubſiſteret Populuſque Chriſtianus ſalubriter regeretur & ad ſalutem perduceretur æternam. «

Et inter cætera, perpendit ipſum ſacrum Baſileenſe Concilium qualiter per ſanctos Patres antiquos ſacri Canones, ſalubriaque Decreta, pro felici regimine iam dicti ſtatus Eccleſiaſtici (tam ſuper electionibus, modiſque miniſtros Eccleſiæ aſſumendi & inſtituendi) conditi fuerunt: qui quamdiu fuerunt obſeruati, Eccleſia Dei fructus honoris & honeſtatis felici vbertate produxit, diſciplinæ Eccleſiaſticæ vigor perſtitit, Religio, pietas, charitas vbertim floruerunt, hominesque in quietudine animi conſtituti, Deum authorem pacis deuotiſſimè coluerunt. Sed poſtquam damnatæ ambitionis improbitas, & deteſtandæ cupiditatis inſatiabilitas, humanitatis iura violando, ipſa ſanctorum Patrum Decreta paulatim cœpit deſerere atque contemnere & in vitia ruere, ſubſecutæ ſunt deformitates ſtatus Eccleſiaſtici, atque decolorationes, & vſurpationes, præſertim per Prælaturarum Dignitatumque, & aliorum Beneficiorum reſeruationes, & gratiarum (ad vacatura beneficia) expectatiuarum (à iure exorbitantium) multiplicationes, & innumerabiles conceſſiones, & alia grauiſſima & importabilia onera, quibus Eccleſiæ, Eccleſiaſticæque perſonæ grauiter afflictæ & fere ad extremam euacuationem & deſtructionem illis diebus ruere conſpiciebantur: cùm Beneficiorum Eccleſiaſticorum Patrimonia, & bona indigni occupabant, & ſæpè Dignitates ac Beneficia notabilia & opulentiora perſonis conferebantur incognitis & indignis quæ in eiſdem beneficijs minime reſidebant: & animarum cura *quæ eſt Ars Artium*, neglecta velut mercenarij ſolum temporale lucrum quærebant, ſicque cultus minuebatur diuinus, animarum Cura negligebatur, Eccleſiaſtica iura peribant, ruebant ædificia, quæ ma- «

" gnificentia extruxerat deceſſorum.

1517. " At Clerici litterarum ſcientijs & virtutibus effulgentes qui ad Chri-
" ſtianæ plebis ędificationem ſalutarem vocare poſſet, quorum perlucida &
" ſalutaria documenta prædictam illuſtarent Eccleſiam, decorarent virtu-
" tibus & moribus informarent, per quos quaſi per luminoſas ardenteſque
" lucernas ſuper candelabrum in domo Domini poſitas, errorum tenebris
" profugatis, totius Eccleſiæ corpus, tanquam ſidus irradiaret matutinum,
" eorumque fœcunda facundia, cœleſtis irrigui gratiâ influente, Scriptu-
" rarum ænigmata reſerarent, obſcura dilucidarent, dubiaque declara-
" rent, profundiſque ac decoris illorum ſermonibus ampla ipſius Eccleſiæ
" fabrica, velut gemmis vernantibus rutilaret & verborum elegantiâ ſin-
" gulari glorioſius ſublimata coruſcaret, qui etiam regnorum & rerum-
" publicarum conſilijs fierent opportuni: propter ſpem congruæ promo-
" tionis eis oblatam, diuinarum & humanarum ſcientiarum ſtudia deſere-
" bant.

" Inſuper, reſeruationum, & gratiarum expectatiuarum occaſione, ca-
" ptandæ mortis alienæ votum ingerebatur, lites ſuſcitabantur, conten-
" tiones, & rixæ inter Chriſti miniſtros oriebantur, ambitio pluralita-
" tis Beneficiorum execrabilis fouebatur, pauperes Clerici varijs & innu-
" meris perſonarum & rerum diſcriminibus ſubijciebantur, & per cal-
" lidos & calumnioſos opprimebantur: Beneficia quoque Eccleſiaſtica per
" litium inuolutiones & multiplicationes ſæpius iniuſtè occupabantur, &
" ſine diuinis officijs ſæpius remanebant: materia iniuſtis vexationibus pa-
" rabatur, abuſus peſtiferi, horrenda & deteſtanda ſpecie labis ſimoniacæ
" reſperſi, committebantur; Iuuenibus bonæ indolis (qui ſtudioſis & vir-
" tuoſis actibus intendere deberent) euagandi materia præbebatur, &
" breuiter ſtatus Eccleſiæ confundebatur, plurimaque aduerſus diuina &
" humana in animarum perniciem, ac Eccleſiæ, & Regnorum atque Pro-
" uinciarum præcipuè Regni Franciæ & Delphinatus Viennenſium, op-
" preſſionem & deſtructionem, perpetrabantur, quorum quarumque the-
" ſauri in extraneas regiones aſportabantur, vt eo exhauſto, Sacerdotio-
" que depreſſo Regna ipſa, & ſubditi debiliores in aduerſis redderentur
" beneficiaque iam non gratis (juxta Euangelicam doctrinam, Chriſtique
" præceptum, dicentis, *Gratis accepiſtis, gratis date*) & contra Concilium
" Lateranenſe præcipiens vt pro conferendis ſiue collatis Eccleſiaſticis Be-
" neficijs, ne no aliquid horumque prætextu exigere, ac extorquere
" præſumat, ſed cum ſummâ ambitione & auaritiâ, aurique & argenti exa-
" ctione conferebantur.

" His igitur tam deteſtabilibus incommodis; diuinæ procul dubio diſ-
" plicentibus voluntati, ſaluberrimè prouidere cupiens Concilium Baſi-
" leenſe memoratum, contra hæc, ſaluberrima conſtituit & edidit ſtatuta
" & decreta: volens & ordinans vt tales *Eccleſiæ præficerentur Paſtores, qui*
" *tanquam columnæ & baſes, ipſam Eccleſiam doctrina & meritis firmiter ſuſten-*
" *tarent*, non quidem per reſeruationes generales Eccleſiarum eiuſmodi,
" ſed per electiones & confirmationes Canonicas (juxta iuris communis diſ-
" poſitionem) Eccleſijs ipſis Metropolitanis, Cathedralibus, Monaſterijs
" Collegiatis Eccleſijs, & Dignitatibus electiuis vacantibus; debitè proui-
" deretur, reſeruationes generales huiuſmodi reprobando (certis duntа-
" xat exceptis, & certam ſalutarem formam antiquis formis à iure intro-
" ductis adijciendo.

" Et inſuper, vt per ſingulas Eccleſias Miniſtri inſtituerentur idonei (qui
" ſcientijs & virtutibus effulgerent) ad Chriſti gloriam & Populi Chriſtia-
" ni ſalutarem ædificationem (reprobando multitudinem gratiarum expe-
" ctatiuarum quæ digniorum miniſtrorum inſtitutioni & promotioni ob-
" uiabat) reſeruationes quaſcumque Beneficiorum (ſiue per Papam ſiue
" per Legatos) reprobauit, nullaſque, & inualidas declarauit.

" Voluit inſuper & ſtatuit vt per Prælatos & eos ad quos Beneficiorum
" collatio & diſpoſitio ſpectare dignoſcitur, viris ſtudioſis, certiſque qua-

litatibus ſpecificatis prædictis (qui per Vniuerſitates generalium ſtudiorum eiſdem Prælatis & Patronis nominarentur) Canonicè prouideretur, certis modificationibus & Decreto irritante adjectis. 1517.

Præterea vt fraterna charitas in Clero & Populo vigeret & ne quis proximum ſuum indebitis vexationibus opprimeret, ſed Iuſtitia, ordine debito, cuilibet miniſtraretur, ad obuiandum infinitis abuſibus & varijs incommodis quæ inoleuerant; ſtatuit vt pro ſalute & quiete ſubditorum Iuſtitia partibus cum honeſtate & facilitate miniſtraretur, ne ſtudioſi & alij ſubditi extra Regna & Prouincias ſuas ad Curiam Romanam traherentur & citarentur, ne etiam per hoc huiuſmodi Regnorum & Prouinciarum facultates exhaurirentur.

Damnauit inſuper huiuſmodi ſacrum Concilium, abuſum illum jam damnatum de Annatis ſoluendis ſalutiferè prohibens illarum exactionem & ſolutionem: multaque alia ſancta & ſalubria ſtatuit idem Concilium ad diuini cultus augmentum ac ſalutem & quietem ſubditorum quæ omnibus innoteſcunt.

Quæ quidem ſtatuta Sereniſſimus ille Princeps diuini nominis & Eccleſiaſtici honoris exaltator deuotiſſimus & conſeruator excellens Carolus VII. Francorum Rex in ſuo celebri Concilio Eccleſiæ Gallicanæ Bituris celebrato, recenſeri fecit, & ea ſic ſalutifera & ſuo Regno ac Delphinatui vtiliſſima, ſaluti & quieti ſubditorum conſulendo, inconcuſſe ſeruari præcepit, & per Regnum & Delphinatum promulgari fecit, prout conſeruata & obſeruata fuerunt: & ex eorum obſeruantia cultus perſeuerauit diuinus, ſalus aduenit ſubditorum, omniaque in eiſdem Regno & Delphinatu proſperè ſucceſſerunt. Sed Romani proprijs cupiditatibus & commodis inhiantes, attendentes his medijs aurum & argentum, ſicut antea, ex dicto Regno & Delphinatu ad ſe pro ſuo voto non deferri: huius ſtatutis inuidentes, ea per Romanos Pontifices abrogari facere ſtuduerunt, quod auxiliante Domino hactenus prohibitum extitit, donec fauens in quodam cœtu, in Romanâ ciuitate, quæ contra nos eſt, neſcimus qualiter, non tamen in ſpiritu Domini congregato (cum quo nihil contra legem diuinam & ſacra Concilia ſtatui, decerni aut ordinari poteſt: *Opera enim quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me:* præmiſſa tam ſalutifera ſtatuta abroganda eſſe (neſcimus quo fretus conſilio) cenſuit, & contra fidem Catholicam, & authoritatem ſacrorum Generalium Conciliorum veniendo, ſacrum Baſileenſe Concilium damnauit, in quo inter cætera iudicatum eſt glorioſam Virginem Mariam ſine peccato originali fuiſſe conceptam; nec de illo habet Eccleſia aliam deciſionem.

Quædam alia ſtatuta pro libito voluntatis (cum venia dictum ſit) condendo in perniciem Regni & Delphinatus prædictorum & ſubditorum Illuſtriſſimi Principis noſtri Franciæ Regis detrimentum: Per hoc enim Canonicas electiones (quibus ſanctè & ſalubriter Eccleſijs Metropolitanis, Cathedralibus Monaſterijs, & alijs Collegiatis Eccleſijs eorumdem Regni & Delphinatus prouidebatur) deſtruxit: Huiuſmodi Eccleſiarum prouiſiones cùm vacauerint, ſibi reſeruando, Collationeſque & Impetrationes Beneficiorum (non expreſſo vero valore) irritas eſſe declarando: Subditos regni in prima inſtantia per nominationes Vniuerſitatum, in parte reprobando & damnando. Ita vt à modo ſi talia ſtatuta tolerarentur, non hi quibus virtutum merita & literarum ſcientia; ſed quibus pecuniarum aceruus & potentum fauores ſuffragabuntur, ad ipſarum Eccleſiarum, non dicimus, regimen; ſed proh dolor! perniciem & ruinam aſſumentur, cum huiuſmodi perſonarum mores & vita non perſcrutabuntur, & indigni ſæpius ad regimen animarum aſſumentur, contra ſacri Generalis Baſileenſis Concilij ſalutiferum ſtatutum, rectè iudicans nihil eſſe quod Eccleſiæ Dei magis officiat quàm quod indigni aſſumantur Prælati ad regimen animarum, & propterea ſtatuens vt is ad quem pertinet electionis confirmatio, proceſſum electionis faciat, & electi

perſonam diligenter examinet antequam eidem electo munus confirma-
1517. tionis impendat, pœnam contra facientibus imponens.

Per hæc etiam & alia, quæ idem Dominus Leo faciendo decreuit, viris ſtudioſis, & litterarum ſcientia pollentibus ſpem promotionis ademit, & aptiſſimum modum facultates & ſubſtantiam totius Regni & Delphinatus exhauriendi inuenit, quo etiam huiuſmodi Regni & Delphinatus ſubditi, improbis machinationibus ad Curiam Romanam euocentur & indebitis vexationibus fatigentur.

Huiuſmodique ſic nouiter editis ſtatutis jam dictus Dominus Leo PP. Sereniſſimum Principem noſtrum Franciſcum Regem modernum, in partibus Italicis agentem, in maximo ſtrepitu armorum conſenſum præbere quorumdam ſuaſu coëgit, & ne promiſſionis infractor idem Princeps Illuſtris videretur, jam dicti Domini Papæ monitis obtemperans, hæc quæ dicta ſunt de nouo edita ſtatuta (quæ Concordata vocantur) ruinam Eccleſiæ totiuſque regni inde imminentem non attendens, nobis dictaque Vniuerſitate, & alijs quorum intererat, non vocatis, nec auditis publicanda eſſe imperauit, non dijudicans quàm ei dictoque Regno & Delphinatui, ac ſubditis pernicioſa eſſe viderentur.

Ex quibus nos Rector & Vniuerſitas grauatos læſoſque & oppreſſos eſſe ſentientes, cùm per ea ad ſuperiùs enarrata incommoda ſenſim deueniri poſſe proſpiciamus: Idcirco à Domino noſtro Papa non rectè conſulto & jam dicti ſacri Baſileenſis Concilij, & ei adhærentis Pragmaticæ-Sanctionis ſtatutorum abrogatione, nouorum ſtatutorum editione, conſenſus præſtatione, ac attentata illorum quadam publicatione & omnibus inde ſequutis, & ſequuturis (tam pro nobis quam pro omnibus & ſingulis Suppoſitis ipſius Vniuerſitatis, & nobis ac illi adhærentibus & adhærere volentibus) ad futurum Concilium legitimè ac in loco tuto, & quod libere & cum ſecuritate nos, eadem Vniuerſitas vel à nobis, vel ab ea deputandi adire poterimus, & ad illum vel ad illos, ad quem ſeu ad quos de iure, Priuilegio, conſuetudine, vel aliàs nobis prouocare, & appellare licet, prouocauimus & appellauimus, prout in his ſcriptis prouocamus & appellamus inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſime, proteſtantes hanc appellationem proſequi per viam nullitatis, abuſus, iniquitatis, vel iniuſtitiæ, & aliàs prout melius poterimus, optione nobis reſeruata aſtantibus in teſtimonium vocatis, addendi, diminuendi, mutandi, corrigendi & in melius reformandi, omnique alio Iuris Beneficio, nobis ac noſtris adhærentibus & adhærere volentibus ſemper ſaluo.

Datum & actum Pariſijs in noſtrâ Congregatione generali, apud ſanctum Bernardum ſolemniter celebrata anno Domini *1517. die 27. menſis Martij* ante Paſcha; poſtmodum vero, præinſerta appellatione ſic interiecta, die prima menſis Aprilis, vir venerabilis Magiſter Arnulphus Monnart in Artibus Magiſter, & in iure Ciuili Licentiatus, noſter Procurator Generalis, & ad hoc ſpecialiter conſtitutus, coram venerabili & circumſpecto viro Magiſtro Gulielmo Huë, vtriuſque Iuris Licentiato, inſignis Eccleſiæ Pariſienſis Decano, tanquam coram perſona authentica, & in dignitate conſtituta, perſonaliter comparens, cùm illum ſeu illos, ad quem, ſeu ad quos appellamus, adire non poſſimus, huiuſmodi appellationem & contenta in eâ nomine noſtro, & pro nobis intimauit, inſinuauit & notificauit: Apoſtolos cum inſtantia debita ſibi dari petijt & requiſiuit. Qui quidem Dominus Decanus cum reuerentia & honore debitis, eidem appellationi reuerenter detulit, & Apoſtolos reuerentiales & tales quales de iure & conſuetudine, vel Priuilegio dare poterat & debebat, dedit & conceſſit. Acta fuerunt hæc vltimò, dicta & facta in Eccleſia Pariſienſi anno & die prædictis, præſentibus ibidem Venerabili & Scientifico viro Magiſtro Petro de Valle in Theologia Doctore, Canonico dictæ Eccleſiæ Pariſienſis & Magiſtro Arturo Alouff in Artibus Magiſtro, teſtibus ad præmiſſa vocatis & rogatis:

Sic ſignatum LE ROVX, ET HVBERT, *& ſigillata in duplici cauda & cera*

rubea, magno ſigillo dictæ Vniuerſitatis.

Die 30. eiuſdem menſis Martij Rector & Deputati adiuerunt Primatem Lugdunenſem rogaruntque vt conuocaret Eccleſiam Gallicanam, cuius Libertates hoc Concordato omnino euertebantur. Et ille ſe filium eſſe Vniuerſitatis & Iuratum aſſerens omnino ſe ad omnia quæ expedire videbuntur, paratiſſimum eſſe reſpondit, ſi modo cæteri Primates conſenſerint & Rex permiſerit. 1517.

Die Iouis 1. Aprilis appellatio ſupradicta præſentata fuit per M. Arnulphum Monart Procuratorem Vniuerſitatis D. Hueë Decano Eccleſiæ Pariſienſis, *qui eam reuerenter acceptauit, & Apoſtolos reuerentiales ac tales quales de iure dare poterat, dedit & conceſſit.* Actum in Eccleſia Pariſ. præſentibus MM. Petro de Valle & Artuno Alouf coram me Scriba & Hubert, ſupra ſignatis, Procuratore Vniuerſitatis petente inſtrumentum.

Die Veneris ſancta 2. April. apud S. Bernardum fuerunt iterum conuocati & congregati Deputati Vniuerſitatis ſuper agendis videlicet ſuper oppoſitione inſcribenda in Curia Parlamenti, an debeat Vniuerſitas mittere aliquos ad DD. Præſidentes vocatos per Regem & ad D. Epiſcopum Pariſ. & an erant mittendi Oratores ad Regiam Majeſtatem.

Concluſum extitit. Inſcribatur Oppoſitio Vniuerſitatis ſecundùm Conſilium Conſiliariorum & de data ante publicationem, videlicet Sabbati ante, quando D. Rector cum Deputatis adiuerunt, Curiam, deputati fuerunt aliqui ad adeundum primum Præſidentem & alios Conſiliarios & D. Pariſienſem, videlicet DD. Bouſſard & Bolnaci cum Procuratore & Scriba & eidem commendandum negotia Vniuerſitatis & de omnibus prædictis inquirendum. Viſum fuit DD. Deputatis quod bonum erat conuocare Vniuerſitatem ad diem Mercurij, &c.

Collegium Trilingue Regium.

HOc anno quoque cœpit innoteſcere vulgo Conſilium Franciſci Regis de inſtituendo Collegio Trilingui, in quo viri Emeriti tres hatce linguas docerent, Latinam, Græcam & Hebraïcam. Quod quidem Propoſitum pluribus annis verſatum, nec ante an. 1530. executioni demandatum eſt. Initia verò referre hîc placet, de quibus diſertè Eraſmus & Budæus. Ille quidem datis Antuerpiæ 5. idus Aug. an. 1518. litteris ad M. Guill. Hueum Decanum Eccleſiæ Pariſienſis, ſic ſcribit. *Audio non ſine ſumma voluptate Pariſiorum Academiam priſtinis ſuis ſtudijs in quibus hactenus haud dubiè primam laudem poſſidebant ac etiam nunc poſſident, propenſis animis Trium linguarum addere cognitionem & ad puriſſimos ſacrorum voluminum fontes ſubinde recurrere, neque ſentire cum iſtis aliquot ſibi parum amicis qui putant has litteras cum vera Theologia pugnare, cum nullæ magis omnibus honeſtis diſciplinis famulentur. Id partim Gallici ingenij tribuo candori, partim eximij Præſulis Stephani Poncherij ſapientiæ, viri inſtaurandis optimis litteris ac veræ pietati diuinitus facti, ſed imprimis optimo Regi Franciſco.*

Et Ep. ad Ludouicum Viues ſcripta Louanij an. 1521. Næ te proſpero « quodam ſidere natum eſſe oportuit, cui tam feliciter ſucceſſerit, quod « perfuga velitatus ſis in veteres Commilitones tuos Sophiſtas, præſer- « tim Lutetiæ, vbi quod huius diſciplinæ veluti Regnum & Arx quædam « eſſe videbatur, periculum erat ne lapidareris aut crabronum aculeis con « fodereris. Profecto gratulor publico ſucceſſui Studiorum, ſed priuatim « etiam gratulor Academiæ Pariſ. ob priſtinam conſuetudinem illic annis « aliquot non inſuauiter actam. *Quid autem poſthac non ſperandum, poſtea- « quam Sorbona ſpretis leptologijs, ſolidam ac veram Theologiam amplectitur? « gaudeo reuocari Muſas antehac prorſus exules à publicis gymnaſiis, quas tamen ſic recipi velim, vt Barbariem ac friuolas tricas tantum diſcutiant, non etiam obſtruant diſciplinas cognitu neceſſarias; atque ad has perdiſcendas conducent etiam, tantum abeſt vt officiant.*

Nicolaus Beraldus qui tum Lutetiæ docebat, ea quoque de re Epiſt. ad Eraſmum 17. Kal. April. an. 1518. video equidem, Eraſme optime, video

1517. equidem fore, quod votis ardentibus antea ſemper expertj, vti videlicet Theologi iſti noſtri ſpinoſis nugis atque inutilibus argutijs nimium iampridem dediti deſertis Scotiſtarum, Occamiſtarum, adde etiam Thomiſtarum factionibus, ad antiquam illam ac veram ſe Theologiam plerique conuertant; ſi porro perrexeris ſuam arcanis ac cœleſtibus litteris dignitatem aſſerere.

Idem Eraſmus Ep. ad Ioan. Carondiletum Archiep. Panormitanum. *Cauſam cur me toties vocarit Rex Galliæ, per Nuncium aperuit. Decreuit Lutetiæ Collegium inſtituere Trilingue, quale eſt Louanij: Ei rei volebat me eſſe Præfectum. Excuſaui tamen, memor videlicet quantum inuidiæ quantùmve tumultum ſuſtinuerim iſthic à Theologis nonnullis ob Collegium Buſlidianum. Et tamen famulus meus è Gallia reuerſus certis argumentis docuit illic Theſaurariam eſſe paratam mille librarum.* Scribebat hæc an. 1524. vnde patet tum non fuiſſe adhuc Collegium illud inſtitutum. Budæus & Copus vrgebant pro poſſe & Eraſmo bonarum Artium reparatori Præfecturam iſtius Collegij offerri ſuadebant, annitente apud Regem Guill. Paruo Dominicano eius Confeſſario. Budæus ergo ad Eraſmum ſtatim, datis litteris Lutetiæ nonis Feb.

EPISTOLA BVDAEI AD ERASMVM PRO COLLEGIO.

„ Heri animi cauſâ (id quod raró ſoleo) tabernis Bibliopolarum obeun-
„ dis promeridianas aliquot horas conſumere ſtatueram: ad Ioannis Parui
„ tabernam Nobilis Bibliopolæ offendi Guillelmum Paruum, illi, vt arbi-
„ tror, Gentilem, virum eundem magnum imprimis, Theologumque exi-
„ mium, eorum ſodalium decus, quos Dominicales appellant, cognomen-
„ to Prædicatores qui nunc eſt à ſacroſanctis Confeſſionibus Regi (quod
„ munus, Sacrum auricularium appellare ſoleo) Haud alio Concionatore
„ Aula ac Regius Comitatus in magnis Celebritatibus vtitur, nec Ludo-
„ uici Regis tempore vſa eſt: vir omnino ad Eccleſiaſticos Panegyriſmos
„ exactè à naturâ concinnatus. Is cum mihi familiariter amicus eſt, amicoſ-
„ que meos amat, tum eo nomine eum præcipuè obſeruo, quod librorum
„ reconditorum Conquiſitor eſt atque inueſtigator ſagaciſſimus ac Biblio-
„ thecarum pœnè compilator. Sed neſcias vtrum omnia volumina auidius
„ corroget, an benignius amicis impartiat & commodet. Ad ſummam,
„ cum eum hominem multis de rebus ac moribus amem, vno tantùm no-
„ mine odiſſe eum poſſum; dicam enim liberè, nihil aliud ei ſuccenſere,
„ quàm quod Eraſmo nimium fauet homini Externo, cui Ego iam inuidere
„ cœpi ob nimiam iſtam gloriam, quâ non modò Germaniam (de reliquis
„ Prouincijs nunc ſilebo) ſed Galliam etiam noſtram ita irradiat, vt glo-
„ riolam noſtram præradiet, & iam nobis eſſe obſcuris ac videri neceſſe
„ ſit. Vt ad rem redeam Guillelmus Paruus eiuſmodi mecum verba fecit,
„ vt affirmaret nudius, vt arbitror, tertius ſermonem apud Regem exci-
„ tatum eſſe de viris litteratis. Ibi cum multa de Eraſmo, de alijs, de Bu-
„ dæo fortaſſe dicerentur, Rex Mineruæ, vt ſpero, numine afflatus ita in-
„ fit: in animo ſibi eſſe lectiſſimos viros in Regnum ſuum præmijs opimis
„ aſciſcere, ac Seminarium vt ita dicam, Eruditorum in Francia inſtitue-
„ re. Quæ verba cum Paruus iamdiu occaſioni imminens excepiſſet, (eſt
„ enim, vt litteratorum omnium Suffragator, ſic Doctrinæ induſtriæque
„ tuæ admirator & commendator) aſciſcendumque Eraſmum in primis cen-
„ ſere ſe dixiſſet; idque per Budæum optimè tranſigi poſſe, qui ob com-
„ mune vtriuſque linguæ ſtudium & aliàs ſumma cum illo amicitia deuinctus
„ eſſet; ad poſtremum Regem impetu animi egregio eò eſſe perductum
„ (aderant enim & alij litterarum, tuique fautores) vt diceret eam per me
„ conditionem tibi offerri verbis ſuis velle, vt ſi iſtinc demigrare in ani-
„ mum induceres; operamque litteris hîc nauare quàm iſtic conſueſſes, Sa-
„ cerdotium ipſe tibi ad mille Francicos, & eo amplius collaturum ſe ſpon-
„ deret. Hic fidem meam hactenus intercedere intelligis, vt internuncij,
„ non etiam ſponſoris partes agam; & quæ ab illo accepi, bona fide defe-
„ ram Neque enim in rem præſentem veni, neque hac Principis volunta-
„ te mihi aliquid acceſſit, ac ne acceſſurum quidem mihi perſuadeo, qui

1517.

rationes meas diuerſas, atque adeò auerſas ab aula & huiuſmodi proceſſibus ſentiam, ac mihi eum eſſe genium diuinitùs, vt interpretor, datum, qui nec aulæ, nec ſibi in aula placere poſſit; Atqui huic meo Genio, ac planè ingenio vim afferam neceſſe eſt, ſi creſcere ornamentis fortis fortunæ mediter: tametſi hæc mihi multorum votis optantur, deberique exiſtimantur, cum quibus non ſentio, vt qui me melius & exploratius, ad manumque æſtimarim. Tua omnino fert aliud ratio, à quo nihil exigetur aliud quàm quod tu facile præſtare atque hilariter poſſis. Quod ſi donorum liberalitatumque paginas Reges noſtri profanis nominibus tam luculenter implere, quàm ſacris ac ſpiritualibus poſſent, Ego mihi quoque homini Coniugi nonnihil in aduentitijs ſpei reponendum exiſtimarem. Nunc autem ita fert ratio & inſtitutæ mihi vitæ & ſtudiorum meorum, vt mihi aulicis in rebus ac ne in publicis quidem propemodum nihil, aut feratur, aut metatur. Vnde fit vt homines multi conſilij mei ignari ea me colere ſtudia exiſtiment & dictitent quæ facunda multo magis quàm fœcunda eſſe poſſint: nec eo minus tamen inde vberem mihi frugem promitto, cùm ſenectuti meæ ſuffecturam, tum etiam nepotibus meis ac poſteris ſubſidij nonnihil ad vitam aut exiſtimationem allaturam. Sed ſuper omnia eſſe duco quod in animi alimentum ſuppeditaturum eſt, & ad vitæ æternæ ac ſummi boni adeptionem conducturum. Quæres hîc fortaſſe quid tibi Autor ſim? quid aliud potius, quàm vt hanc conditionem protinus accipias & amplectaris? Primum, quod ita eſſe animatum velim vel meâ vnius cauſa. Deinde, quod ſi eam acceperis, non magis fortunis tuis quàm honori atque opinioni conſulueris. Proh, diui immortales? quàm id tibi honorificum erit, quàm ad omnium Doctorum exiſtimationem ſplendidum & fortunatum; iſtius te doctrinæ commendatione à maximo & Illuſtriſſimo Regum in longinquam regionem petitum eſſe & accerſitum? Rex hic eſt non modo Francus (quod ipſum per ſe amplum eſt) ſed etiam Franciſcus: nomine hoc primùm ab ipſo inter Regia relato: & vt augurari licet; ad magnas res ominoſo. Idem litterarum non neſcius, quod ſolemne eſt noſtris Regibus, ſed idiomate facundus, ingenioſus, decens, mollis atque obuij acceſſus, raris corporis animique dotibus largè à natura præditus, Priſcorum Principum admirator & prædicator, qui quidem vnquam animi magnitudine ac rebus geſtis inclaruerint. His accedit quod habet omnino quod det, vt ſi quis vnquam Regum: & dat nemo largius aut benignius. Et quantum conijcere licet, præclari cupit eſſe Conditor Inſtituti, vt in poſterum Artes Liberales etiam pertinere ad compendium videantur, contra quam ſolitum eſt iamdiu. Quo maximè modo illuſtrare memoriam Principatus ſui poteſt. Verum vt tibi ſucceſſura omnia ſpondeam, facit quod Paruum, vt dixi, Auricularium ſacrum Principis vniuerſa Doctorum Natio atque etiam virtute præſtantium habitura mihi videtur quaſi actorem quendam publicum, qui in commune ſtipuletur, aſſiduumque veluti admonitorem, qui præclari propoſiti Principem obliuiſci non ſinat, in te etiam ipſum ac tua ſcripta peculiariter propenſum. Deindè Antiſtes Pariſienſis Stephanus Poncherus vir ſumma doctrina ac moribus compoſitis & emendatis, vt ſi quis alius Antiſtitum ingenio atque induſtria ſingulari, cis Alpes, vltra Alpes vnquam non obeundis legationibus per omnes vitæ gradus auctus, per omnia Reip. munia exercitatus, Litteratorum hominum euocator & amplexator, eoque nomine & aliàs in Italia nobilis & celebratus: quicum mihi cognitionem intercedere prædicandum eſſe duco, Legatus nunc agere Bruxellæ Imperatoremque operiri dictitatur ad renunciandam Legationem: qui iam vt opinor, te ad ſe accerſiuit, ſi Bruxellæ fuiſti, qua eſt in te voluntate affectus, vt ab eo intellexi, cum hac ipſe iter fecit ad Legationem properans, *&c.* At ne Regis voluntatem impetum eſſe potius quàm Iudicium propoſitumque certum ſuſpiceris, idem Præſul mihi dixit, cum de te ac ſummæ notæ Scriptoribus loqueremur, cordi eſſe Regi Litteras altiores elegantioreſque, ſe-

Lavdes Francisci I.

» cumque verba feciſſe Regem de conquirendis viris Doctrinæ eminentis.
1517. » Dixi tum poſſe te honeſto præmio euocari in Franciam, idque me curaturum, ſi res ita tuliſſet, pollicitus ſum, effecturumque diu te Pariſijs ſtuduiſſe, nec minus te Franciam quam locum incunabulorum tuorum noſſe. Is quantum opinor, ſummè tibi fauebit. Summa autem porro ipſe autoritate apud Principem pollet, vt qui in ſanctius Conſilium Principis allectus ſit inter paucos quos Apolectos & Selectos appellarunt Antiqui, *&c.* Exiſtimo Quillelmum Copum Medicum Regium hominem vtraque lingua doctum & tibi amicum ac beneuolum de hoc ad te ſcripturum, & alios fortaſſe Principis iuſſu, vel ipſum etiam Regem, *&c.*

Epistola Copi in eandem rem.

Scripſit ad eundem Guillelmus Copus Medicus Regius iuſſu Regis: cuius quoque extat Epiſtola in hunc modum.

» Quod toties prouocatus litteris tuis nihil reſponderim, nihil aliud cauſæ fuiſſe credas velim, quàm craſſam hanc meam barbariem quæ doctis auribus tuis obſtrepere erubuit, id quod vel ſilente me facilè intelligere poteras, ſed cogit me impræſentiarum Regia Majeſtas ſilentium rumpere. Id quid ſit, paucis accipe: Guillelmus Paruus Doctor Theologus Regius Confeſſionarius nominis tui perquam ſtudioſus, Franciſcus de Rupe-Forti, Regis cum in teneris ageret, Pædagogus, nunc Abbas qui ſummis te laudibus apud Proceres noſtros efferre ſolitus eſt, ambo Regem cum ſacris adeſſet, adierunt, eique multis argumentis, vt te in Galliam vocaret, perſuaſerunt. Illicò Rex intellecta ſumma iſta tuâ eruditione, iuſſit vt ad te litteras darem, quibus animum tuum explorarem, an cum Gallis degere, & quâ conditione contineri velis. Pollicetur Rex Chriſtianiſſimus, ſi hîc nobiſcum viuere decreueris, adeo benigne te educaturum, vt nunquam te Inſtituti huius pœnitere poſſit. Proinde reſcribas velim. Nondum videre potui Aphoriſmos tuos. Vale Lutetiæ 8. Id. Febr.

Responsivæ Erasmi.

Erasmvs non diu moratus reſcripſit ad Budæum, ad Copum, ad Regem ipſum & ad Epiſcopum Pariſienſem. Ad Budæum quidem, ſe nihil adhuc poſſe certi reſcribere, donec communicaſſet conſilium cum Cancellario Burgundiæ qui tunc Cameracum profectus erat; poſt cuius reditum, certiorem ſe illum de toto ſuo animo facturum. Ad Copum verò ſic reſcripſit.

Erasmvs Roterod. Gvillelmo Copo. S. D.

» Felicem Galliam tali Principe! ô te fortunatum iſtiuſmodi Patrono! ô me beatum tanti Monarchæ fauore! Cœterum ad tuas litteras quas Regis tui iuſſu ſcripſeras ad me, nondum licet certi quippiam reſpondere. Sed breui ſtatuam ac renunciabo. Interim huius honoris vſura fruar, quod laudatiſſimorum hominum commendatione laudatiſſimo Regi placuerim, pro cuius erga me ſtudio quantum debeam, nec diſſimulabo, nec obliuiſcar vnquam: eius maieſtati per litteras vtcumque gratias egi, *&c.* Antuerpiæ 6. Kal. Mart.

Ad Regem verò ſic. Christianissimo Galliarvm Regi Francisco Erasmvs Roterod. S. D.

» Cùm inclytum Franciæ Regnum omniumque conſenſu longe floreutiſſimum plurimos ediderit Principes pietate, belliquegloria præſtantes, Francisce Regvm optime iuxta ac maxime, tu tamen in primis ſpecioſiſſimum illud & Gallorum Regibus peculiare Chriſtianiſmi agnomen mihi præſtare videris. Etenim cum Chriſtus ipſe Regum Rex ac Principum Princeps haud alio inſigni, Symboloque ſuos dignoſci voluerit quàm mutuæ inter ipſos Concordiæ: tu poſtea quam bello aduerſus Heluetios geſto, quàm tibi nec animus, nec apparatus ad bellum gerendum deeſſet declararas, tamen huc totis neruis incumbere maluiſti, vt compoſitis in æternum bellorum tumultibus, præcipui Chriſtianæ Ditionis Principes perpetuâ iam pace inter ſeſe conglutinantur: nimirum prudenter illud animaduertens ex Regum inter ipſos diſſidijs ſemel omnium rerum bonarum peſtem ac perniciem, contra malarum omnium colluuiem

ac mare in vitam mortalium inuehi: quorum animos & opes, ſi pax & "
amicitia ſincera coniunxerit, mox futurum vt jam velut aureo quodam " 1517.
ſeculo pietas, optimæ leges, & quidquid eſt honeſtarum Artium ſimul "
effloreſcat: quæ ſemper pacis & Comites eſſe ſolent & alumnæ. Intelli- "
git, videt, perſpicit animus iſte tuus verè Regius ita maximè fore te "
Principem felicem & eminentem: non ſi quamplurimis, ſed ſi quamop- "
timis ac feliciſſimis imperaris. Illud igitur quæ magis efficiat vigilantiſ- "
ſima tua majeſtas, cum tot habeat in Regno ſuo viros omni virtutum ac "
litterarum genere præcellentes, tamen vndique præmijs ampliſſimis ad- "
ſciſcit, quo Regnum per ſe ornatiſſimum talibus honeſtamentis reddat "
ornatius, haud ignara iſtiuſmodi decoribus multò verius ac pulcrius il- "
luſtrari ditionem ſuam, quam opibus, trophæis, pyramidibus alijſve "
quantumlibet magnificis ſubſtructionibus. Porro quod inter hos me "
quoque tua benignitas dignata eſt honeſtiſſimis præmijs ſollicitare, vi- "
deo ſanè quantopere debeam animo tuo non minus humano quàm excel- "
ſo. Atque vtinam adſit mihi tanta vis ingenij & eruditionis, vt aliqua "
ſaltem ex parte tanti Principis exſpectationi reſpondere queam, tantum "
autem eloquētiæ vt Heroïcas iſtas virtutes tuas, eximiaque decora dignis "
aliquando præconijs poſteritati commendem, atque in primis reſtitutæ "
pacis Beneficium te cum primis ad nitente Partium orbi Chriſtiano. Pre- "
cor Deum Opt Max vt poſteaquàm illi complacitum eſt pulcherrimos "
iſtos impetus animis veſtris immittere, idem prouehat, benèque fortu- "
net. Verè profectò ſcripſit Rex ille Pacificus Corda Regum in manu Dei "
eſſe, & illius arbitrio huc aut illuc impelli. Quis enim dubitet iſtam "
mentem huius afflatu vobis dari? Proinde ſpes eſt fore, vt qui nouam hanc "
felicitatem Orbi Chriſtiano largiri cœpit, idque per te potiſſimum, idem "
munus ſuum veſtra pietate conſtantiaque quammaximè diuturnum ac "
proprium velit eſſe. Is Majeſtatem tuam Rex Excellentiſſime diutiſſimè "
felicem ac rebus omnibus florentem Regno, imò Orbi terrarum ſeruet "
ac tueatur, cui me totum trado dedicoque. Antuerpiæ 9. Kal. Mart. "
anno 1516. "

Tandem reſcripſit ad Epiſcopum Pariſienſem Stephanum Poncherium, ſed anno pòſt, ſe non poſſe gratiam Regis amplecti, ſe enim à Carolo V. munificentiſſimoque & Litteratorum omnium amantiſſimo retineri; offert verò ſuo loco Henricum Glareanum, cuius laudes & merita hac Epiſtola complectitur.

Quanquam Franciæ Regnum totius Orbis Chriſtiani longè florentiſ «
ſimum eſſe conſtat, Ornatiſſime Præſul: mihi tamen hoc nomine præci- «
puè felix eſſe videtur quod Principem nactum ſit, non titulo tantùm «
Chriſtianiſſimum; ſed omnibus verè Regijs dotibus eximiè cumulatum, «
tum ætate florenti, vt ſpes ſit hanc felicitatem veſtræ Galliæ, ac vobis «
vicinis & amicis diuturnam, imo perpetuam fore. Indoles erecta viuida- «
que, animus non Rege modò; ſed tali quoque Rege dignus, ſic ardens «
& excelſus, vt tamen ad omnem humanitatem ſit propenſiſſimus, rurſum «
ſic erectus ac ſimplex, vt ſumma vigilantia prudentiaque ſit præditus. Si- «
quidem nuper in conflictu cum Heluetijs ſatis declarauit ita ſe paratum «
inſtructumque ad bellum gerendum, ſi pacem non liceat adipiſci, vt mul- «
tò tamen pacem malit quàm bellum. Magis enim habet ſtudio vt Re- «
gnum ſuum optimis legibus, incorruptis moribus, honeſtiſsimis ſtudijs «
locupletet, exornet, illuſtret: quàm vt ditionis ſuæ pomeria proferat. «
Nimirum intelligit hæc demum eſſe vera Regni decora, has veras opes; «
hanc veram & nullis vnquā ſeculis ceſſuram gloriam. Proinde parum eſſe «
putat iuſtis pręſidijs Regnum ſuum muniſſe, niſi idem Iuris eruditione iux- «
ta ac vitæ integritate præcellentibus ditet atque honeſtet; hoc potiſsi- «
mùm pacto felicem ac magnum Regem ſe fore iudicans, non, ſi quam- «
plurimis, ſed ſi quàm optimis imperet. Quos cum plurimos habeat do- «
mi, cum primis autem incomparabilem illum Guillelmum Copum Me- «
dicinæ vindicem atque antiſtitem, quem certatim ſibi vindicant, hinc «

„ Galliæ, hinc Germaniæ: Præterea Guillelmum Budæum certiſſimam Gal-
1517. „ liarum gloriam, qui iamdudum Italis vtriuſque litteraturæ palmam magno
„ Eruditorum omnium conſenſu præripuit: Sic cæteros omnes vincens in
„ Romani ſermonis eloquentia, vt in Græca dictione vincat ſeipſum: tamen
„ aliundè quoties præmijs accerſit allicitque veterum ac laudatiſſimorum
„ Regum iamdiu obſoletum exemplum hic quoque nobis referens. Cæ-
„ terum quod inter hos & noſtri rationem habere non grauatur, equidem
„ video quantum illius animo debeam. Atque vtinam is ſim qui tam exi-
„ mij Principis iudicio reſpondere queam. Onerat me quorundam candor
„ eiuſmodi laudibus, quas nec agnoſcere poſſim, niſi ſim improbiſſimus;
„ nec tueri, niſi longè alius ſim, quàm ipſe me noui. Alioqui Gallia veſtra
„ cùm alijs de cauſis mihi ſemper cordi fuit, tum hac etiam peculiariter iu-
„ cunda, quod illic annos aliquot in optimis Litterarum ſtudijs ſuauiſsimè
„ ſim ociatus: ſed iam ætas hæc à vertendo ſolo dehortatur, vt etiamſi
„ non delegiſſem hanc ſedem; tamen ſedendum eſſet, vbicumque ſene-
„ ctus deprehendiſſet. Ad hæc alligat Caroli Principis optimi benignitas,
„ & animus in euehendis optimis ſtudijs, ſic cum tui Regis animo conſen-
„ tiens, vt huius laudis certamen cum illo ſuſcepiſſe videatur. Quamòbrem
„ nihil eſt quod in præſentia ſuper hac re certò reſpondeam niſi me & pe-
„ nitus agnoſcere Regis optimi erga me ſtudium & gratiam habere, perin-
„ de ac ſi delatâ illius benignitate iam vſus eſſem: neque defuturum me in
„ poſterum voluntati tanti Principis vltro ſuâ liberalitate prouocantis, ſi-
„ quidem id bonâ cum fide cumque decoro licebit. Quod ſi non continget,
„ Ego me nihilominus debere putabo Galliæ; & vos viciſsim boni conſu-
„ letis, ſi non præſto quod non poſſum. Corpuſculum hoc haud poſsim
„ omnibus commune facere, animum animique prouentus poſſum. Cœte-
„ rum quando video Celſitudinem Regiam tuamque Amplitudinem id
„ tantopere conari, vt Galliam veſtram egregiè probis ac litteratis viris
„ exornetis, commodùm mihi ſuccurrit Henricus Glareanus, pridem mi-
„ hi Baſileæ domeſticâ conſuetudine notus, homo mea ſententia ad vota
„ veſtra, ſi quiſquam alius, accommodus. Eum tibi paucis delineabo, ſed
„ veriſsimè. Genere Heluetius (nam hæc quoque Natio ſtudiorum glo-
„ riam cum militiæ laude incipit coniungere) ætate florenti: quippe non-
„ dum triceſimum egreſſus annum, valetudine firmiſsima ac laboris tole-
„ rantiſsimus, annos iam aliquot verſatus in Profeſsione Liberalium diſci-
„ plinarum, primùm Coloniæ, mox Baſileæ; nec id ſanè, ſine ſummâ lau-
„ de. Septem Artium, quas vocant, Doctor, non titulo tantùm quemad-
„ modùm vulgus eius ordinis ſolet. Sophiſtices peritiſsimus, ſed quoniam
„ reſipuit, nunc eiuſdem hoſtis ac perfuga. Theologiam non tantum à li-
„ mine ſalutauit, verum ad ipſa vſque penetralia progreſſus quondam, ſed
„ offenſus partim frigidis illis argutijs, quibus ſolis penè nunc in Scholis
„ applauditur, partim inexplicabili Theologorum inter ſe contentione diſ-
„ ſidioque pedem retulit, & Chriſtum ex ipſis fontibus quàm ex illorum
„ lacunis haurire maluit. In hunc vſum Græcam litteraturam magno ſtu-
„ dio cœpit amplecti. Poëta non inuenuſtus: nàm in hoc genere quondam
„ admodum adoleſcens apud Coloniam Agripinam à Cæſare Maximiliano
„ lauream meruit. In oratione ſoluta talis, vt nec ingenium, nec erudi-
„ tionem deſideres, vſum fortaſsis & exercitationem alicubi requiras. Ma-
„ gna hiſtoriarum cognitio, in Muſica, in Coſmographia, in cæteris item
„ diſciplinis quas Mathematicas vocant, exercitatiſsimus: Nam in his
„ præcipuè regnat ille. Iam quod in hoc hominum genere rarum eſſe ſo-
„ let, moribus eſt adeo caſtis ac puris, vt non animus modò; ſed aures
„ etiam ab omni turpitudinis commemoratione abhorreant, veræ Pietatis
„ cultor ardentiſsimus. Ne momus quidem vllum in eo vitium notare poſ-
„ ſit, niſi quod in ſpinoſos Sophiſtas magnâ libertate debacchari ſolet: Si
„ tamen hoc vitio, ac non potius Iudicio tribui debet. Noſti enim quam
„ ſit hoc hominum genus inſolens ac procax, niſi ſi quis ei ſtudio meliores
„ litteras adiunxerit. Cum his non minore animo depugnat Glareanus,

quàm olim cum monſtris Hercules. Et in hos quantumvis clamoſos ſuf- "
ficiunt illi latera, ſufficit vox, & imprimis animus inuictus vereque Her- " 1517.
culanus. Et ob id non admodum illi conuenit cum Theologis, non dico "
eruditis, cum quibus maximè conuenit: Sed cum quibuſdam iſtis qui præ- "
ter illiteratas litteras & frigidas aliquot Quæſtiunculas nihil didicerunt. "
Hos eo facilius fundit conſcinditque quod ipſe ſit olim in eorum caſtris "
verſatus. Tametſi hunc quoque feruorem & impetum ac velut ἐνθουσιασ- "
μὸν ætas in dies reddit moderatiorem. Cœterum ab omni ſupercilio fa- "
ſtúque longiſſimè abeſt, moribus facillimis & ad omnem vitæ conſuetu- "
dinem appoſitis. Iuſſeris canere, nihil contatus canet; malis legere, le- "
get; libet ludere, iocabitur feſtiuiſſimè; vis ſeriùs agere, ſubitò alius erit; "
atque ita facilis eſt vt tamen adulari neſciat. Iam ſi ſtatum hominis cupis "
cognoſcere, totus eſt liber, nec libidini deditus, nec admirator pecu- "
niæ, nec vxori alligatus, nec vllis ſacris addictus extra Baptiſmum. Is "
nuper ad me ſcripſit, fore vt ipſi ſalarium annuum apud Gallos conſtitue- "
retur ex fiſco Regio, ſimulatque pax coiſſet inter vos & Heluetios, quam "
nunc coiſſe vehementer gaudeo. Quod ſi eſt aſſecutus, quæſo vt tua hu- "
manitas hominem velit cognoſcere, expertura num falſam imaginem fin- "
xerim: ſin minus, dabit operam vt accerſatur ſed honeſta conditione. "
Scio quid illius dotes promereantur; ſed vt modeſtiſſimus, erit opinor, "
centenis coronatis contentus, quos mihi crede non malè collocabitis, *&c.* "
Bene vale Antuerpiæ 16. Kal. Mart. an. 1517. "

Certè patet ex Epiſtolis Eraſmi eum impenſius ſtuduiſſe augmento & celebritati Academiæ Louanienſis: quamobrem Ianum Laſcarim Conſtantinopolitanum qui in Academia Pariſienſi iam Carolo VIII & Ludouico XII. regnantibus docuerat, aut aliquem aliū ipſius nomine ingentibus præmijs euocare conabatur etiam hiſce temporibus, cum à Franciſco Rege inuitabatur ad Collegium ſuum trilingue, vt patet ex eius Epiſtola ad Laſcarim, an. 1518. *Vir omnibus ornamentis Clariſſime! Hieronymus Buſlidius homo doctus, ac potens & huius Regni decus incomparabile in itinere Hiſpanico moriens legauit multa millia Ducatorum ad inſtitutionem noui Collegij apud Louanium, Academiam hac ætate cumprimis florentem, in quo publicitus & gratis tradantur tres Linguæ, Hebraica, Græca, Latina ſalario ſatis magnifico circiter 70. ducatorum; quod tamen augeri poſſit pro ratione Perſonæ. Hebræus iam adeſt, & item Latinus. Græcam Profeſſionem complures ambiunt. Verum meum conſilium ſemper fuit, vt aſciſceretur Græcus natus, vnde ſtatim germanam Græci ſermonis pronunciationem imbibant Auditores. Ac meæ ſententiæ ſubſcribunt Autores huius negocij omnes, mihique mandarunt, vt ſuis verbis accerſerem, quem iudicaſſem ad hoc negocij idoneum. Quare te rogo vel pro ſolitâ tua erga nos humanitate, vel pro tuo erga bonas litteras fauore, ſi quem noſti quem exiſtimes, & mihi & tibi futurum honori, cura vt quamprimùm huc aduolet. Dabitur viaticum; dabitur ſalarium: dabitur locus. Erit illi res cum viris integerrimis & humaniſſimis. Neque minus fidat his meis litteris quàm ſi centum diplomatis res eſſet tranſacta. Inter bonos & abſque ſyngraphis bene agitur. Tu cura vt deligas idoneum, ego curabo ne hominem huc veniſſe pœniteat. Bene vale doctiſſime, clariſſiméque vir: Louanij poſtridie D. Marci an. 1518.*

De Lutheraniſmo.

EOdem anno 1517. Cruciada Chriſtianorum aduerſus Turcas iuſſu Leonis X. ſummi Pontificis promulgata eſt, quâ promittebatur remiſſio omnium peccatorum ijs qui bonorum ſuorum partem ad expeditionem illam erogarent. In Germania quidem hoc munus demandatum Alberto Brandeburgenſi, Moguntinenſium Epiſcopo, Electori Imperij & Germaniæ Primati: qui prouinciam ſibi impoſitam in Ioannem Texelium Dominicanum exonerauit; præſertim quoad Conciones & Indulgentiarum promulgationem, contributioniſque ſacræ neceſſitatem. Hinc fax accenſa, quâ pœnè totus Orbis Chriſtianus deflagrauit. Moleſtè fert Ioannes

Origo Lutheranæ Hæreſeos.

Stambitius, ſeu Staupitius Auguſtiniani Ordinis Vicarius Generalis, vir
1517. Nobilis & magnæ authoritatis, hanc prouinciam alijs quàm ſibi demandatam. Igitur obmurmurat, clamat, vociferatur: & tandem in prauum Indulgentiarum vſum debacchatur: Doctiorem verò ſe Martinum Lutherum è ſuis vnum cum Tetzellio committit. Hinc acris pugna, fauente Friderico Saxoniæ Duce partibus Lutheranis. Lutherus 95 Propoſitiones aduerſus Indulgentias edit & Foribus Templi omnium ſanctorum Witemburgi affigit die 31. Octob. Tetzellius alias 106 Lutheranis planè contrarias. Ambo viros doctos ex Vniuerſitatibus in ſuas partes trahere conantur, multi palam Luthero fauent: alij cunctandum rati, Iudicium ſuſpendunt. Interim è pulpitis declamatur, ab alijs contra Lutheranos: à Lutheranis contra Indulgentias, & pecuniarum corrogationem: Sed hi apud omnes Catholicos malè audiunt, & vrgentibus Monachis pro Hæreticis conclamantur: quanquam Lutherus & alij ſuæ ſectæ doctores à fide Catholica nunquam ſe velle deſciſcere profiterentur. Deſiderius Eraſmus vir magnæ litteraturæ, & magni nominis in Francia, Anglia, Flandria, Germania, & Italia inſimulatur à plurimis Hæreſeos. Ille verò pluribus Epiſtolis ſe excuſat, nimium verò feruorem & præcipitem Monachorum impetum damnat, qui impellebant Lutherum, ad infligendum Eccleſiæ vulnus, quod de cætero ſanare facile non foret. Quâ de re ſic ſcribit ad Leonem X. an. 1519. *Prætexunt*, inquit, *horrenda nomina, hæreſes, Antichriſtos: iactitant periclitari nutaréque Religionem Chriſtianam, quam ipſi ſcilicet ſuis humeris ſuſtinent, atque his tam odioſis admiſcent mentionem linguarum ac politioris litteraturæ. Hæc, inquiunt, horrenda dictu naſcuntur ex Poëtica, nam hoc vocabulo traducunt quidquid eſt elegantioris Doctrinæ, hoc eſt quidquid ipſi non didicerunt. Huiuſmodi nænias non pudet etiam in ſacris Concionibus deblaterare, qui ſe præcones Euangelicæ Doctrinæ haberi poſtulant. Abutuntur & Romani Pontificis & Romanæ ſedis nomine, videlicet apud Nullos, ita vt par eſt, non ſacroſancto.*

His technis, his cuniculis adoriri parant efflores centes optimas litteras ac puriorem illam Theologiam ſuos fontes recipientem. Nihil non tentatum eſt, nullum calumniæ genus non excogitatum in eos, quorum in opera vident hæc ſtudia gliſcere; inter quos me quoque numerant, qui quantum attulerim momenti, neſcio, certè magno conatu ſum adnixus, vt homines ab his frigidis argutijs, in quibus tantùm conſeneſcebant, ad purioris pariter ac ſeuerioris Theologiæ ſtudium accenderem, &c. *Neque res iam intra argumentorum conflictationem conſiſtit, atrocibus vtrinque conuicijs pugna crudeſcit, dentatis libellis res geritur, ac reciprocantibus maledictis tumultus in rabiem exit. Nemo non labitur alicubi, niſi qui homo non eſt. At decet humanos lapſus, ſi tales ſunt vt non oporteat ad eos conuenire, Chriſtiana lenitate corrigere. Nunc deprauant, & quod rectè dictum eſt, ſæpè & quod non intelligunt, amarulentis dictis exacerbant, quibus poterant Chriſtiana manſuetudine mederi, alienant ſæuitia, quos comitate poterant retinere. Protinus hæreſis vocabulum in ore eſt, ſicubi diſſentiunt, aut videri volunt diſſentire: Si quid parum arridet, ſeditioſè quiritantur apud craſſam & indoctam multitudinem. Hæc aliquoties paruis initijs orta, ſæpenumero vaſtiſſimum gignunt incendium, fitque vt malum quod initio, ceu leue negligebatur, paulatim auctum tandem erumpat in graue diſcrimen tranquillitatis Chriſtianæ. Hac quidem in re multum laudis debetur optimis Monarchis, qui autoritate ſuâ diſſidium hoc oriri cœptum ſedarunt, velut Henricus eius nominis VIII. apud Anglos, Franciſcus huius nominis I. apud Gallos. Apud Germanos, quod ea Regio in plures Regulos diſſecta eſt, non poteſt idem fieri; &c.* Vltimò tandem eum hortatur ad compeſcendum autoritate ſua incendium breui erupturum, niſi maturè reſtinguat. Vide Ep. ad Albertum Cardinalem. Vide quoque ſi lubet, de huiuſce Hæreſeos initijs Chriſtoph. Longolium Orat. ad Lutheranos Polyd. Vergilium l. 8 c. 4. Surium Carthuſianum ad an. 1517.

1518. Anno 1518 ſtatim à Paſchate Rex ad Parlamentum litteras dat acerbas contra Vniuerſitatem, queriturque de tumultibus quos audierat fuiſſe ab ea excitatos. Qua de re in Actis Curiæ ad 8. April. 1518.

Ce iour M. Iacques Oliuier premier & Charles Guillart Preſidens ceans ont remonſtré à la Cour, que la cauſe pour laquelle ils & autres 1518. commis par la Cour à aller deuers le Roy, n'y ſont allez, c'eſt au moyen d'vnes Lettres Miſſiues dudit Seigneur, qu'ils ont receuë Lundy dernier, dont la teneur s'enſuit.

A Nos Amez & Feaux MM. Iacques Oliuier premier & Charles Guillart Preſidens, Iean Brachet & Pierre Preud'homme Conſeillers en noſtre Cour de Parlement à Paris.

DE PAR LE ROY.

NOs Amez & Feaux, Nous auons eſté aduertis que par les Carfours de noſtre ville de Paris ont eſté affichez Eſcriteaux, ſous le nom du Recteur & Vniuerſité de Paris, par leſquels eſt inhibé à tous Imprimeurs ne imprimer le Concordat ſur peine de priuation des Priuileges d'icelle Vniuerſité, qui eſt vne Entrepriſe de dangereuſe & pernicieuſe conſequence. Et ſi nous a eſté dit que pluſieurs de l'Vniuerſité ne ceſſent de tumultuer, tant de fait que de paroles, qui procedent de quelques malins & dangereux eſprits qui font par main d'aucuns, ce que ouuertement n'oſent faire, que ne voulons tolerer ne ſouffrir, ains corriger & punir les Auteurs & fauteurs; de ſorte que ſoit correction à eux & exemple à tous autres. Et parce que nous auons eſté aduertis par noſtre Couſin le Seigneur de la Trimoüille, que tout incontinent aprés ces Paſques deuiez venir par deuers nous; Nous vous mandons & expreſſément enioignons que auant que ce faire, ſçachiez par qui & de quelle autorité, iuriſdiction & pouuoir iceux Eſcriteaux ont eſté faits & affichez, declarez abuſifs & nuls, & procedez à la punition de ceux que trouuerez coupables ſelon l'exigence du cas. Et au premier iour baillez ledit Concordat à quelques bons & diligens Imprimeurs, pour iceux imprimer le plûtoſt que commodement faire ſe pourra, & Nous en apportez vn quand viendrez par deuers nous. Au demourant pouruoyez que par cy-aprés tels tumultes de fait & de paroles ceſſent, en ſorte que n'en oyons plus parler, car autrement y procederons en façon qu'en ſera memoire perpetuelle. Et auec ce vous informerez bien & diligemment des tumultes & entrepriſes, & meſmement de ceux qui en ſont cauſe, & icelle information nous apporterez pour icelle veüe, y proceder, ainſi que verrons par raiſon au cas appartenir. Et gardez ſur tout tant que craignez à nous deſobeyr d'y faire faute Et y procedez de ſorte que cognoiſſions que y ayez mis la main & que n'ayons cauſe ne occaſion d'y enuoyer quelques autres pour ce faire. Nos Amez & Feaux, Nous vous enuoirons au premier iour les Bulles ſur la Prorogation des ſix mois contenus au Concordat, & par leſquelles Noſtre S. Pere declare les impetrations des Benefices qui ſe feroient dedans l'an de la premiere, ſous couleur que la vraye valeur n'auroit eſté exprimée, eſtre nulles, & pareillement vne autre ſur la Monition des Clercs leſquelles commanderez eſtre imprimées au bout du Concordat, afin que nul n'en puiſſe pretendre cauſe d'ignorance, & quant au demourant qui rend le Concordat conditionel; c'eſt à ſçauoir le conſentement de l'Egliſe Gallicane & les Publications & Sermons que deuez faire, nous ſommes aprés pour y pouruoir, car cela a eſté adiouſté outre ce qui fut par nous accordé & conuenu à Bologne.

Vous auez entendu tant parce que nous auons eſcrit par cy-deuant à cette Cour que parce que dernierement y auons mandé par noſtre Couſin le Seigneur de la Trimoüille, quel eſt noſtre vouloir en cette matiere & de quelle conſequence & importance y nous eſt. Mettez y ordre & fin en façon que n'oyons plus parler de ces tumultes. Car autrement n'aurons cauſe de vous contenter. Et à Dieu, qui vous tienne en ſa garde. A Amboiſe le 4. iour d'Auril. Ainſi ſigné, FRANÇOIS, & POINTET, & qu'ils ont deliberé en aduertir le Roy, pour ſur tout ſçauoir ſon bonplaiſir.

De hiſce tumultibus nihil habetur in Reg. Vniuerſitatis, ſed ſolummodò habita fuiſſe pluries Comitia in rem Appellationis 7. April. 10. 12. Die 15. habita ſupplicatio ſolemnis ad S. Germani Autiſſiodorenſis. 18. quæ erat dies Dominica conuocati Deputati apud Sacellum Collegij Choletæi ad aperiendum litteras Regias Rectori nominatim & Cancellario Eccleſiæ Pariſ. miſſas & allatas per Curſorem Regium, acerbas quidem illas & acres. Placuit omnibus conuocari Vniuerſitatem poſtridie, quæ dies erat Lunæ 19. habita ſunt ergo apud Bernardinos Comitia. Ibi Rector expoſuit *receptionem litterarum Regiarum per Curſorem Regium in præſentia duorum Notariorum Caſtelleti heſterna die hora 2. poſt meridiem; & poſt lecturam factam earundem ſupplicauit quod Vniuerſitas prouideat.* Idem expoſuit M. Gaufridus Bouſſard Cancellarius Eccleſiæ & Vniuerſitatis Pariſ. Quibus auditis,

1518.

” Præclariſſima Artium Facultas deliberauit in hunc modum. 1. Diſpli-
” cent contenta in litteris quo ad negotium. Et pro nunc nihil decernit,
” quo vſque per Deputatos & Conſiliarios fuerit ordinatum. Interim de-
” putentur duo ad deferendum litteras & habeant mandatum credentiæ.
” Saluberrima Med. Facultas deliberauit, quia negotium eſt inauditum,
” remitti ad Deputatos & Conſiliarios ad ordinandum. Reputat omnia
” prout declarat omnia facta fuiſſe per Vniuerſitatem & approbat: Vult
” quod mittantur Præcurſores, vt ſupradictum eſt, cum litteris miſſiuis.
” Conſultiſſima Decretorum Facultas auditis litteris, ſummè admira-
” tur, quia nunquam vidit talia. Et tamen bene ſperat, videlicet quod Rex
” vult informari de grauaminibus Vniuerſitatis; & fiat ſecundum Conſi-
” lium. Interim mittantur duo viri graues ad excuſandum Rectorem Vni-
” uerſitatis & expenſis ærarij vel per nouam burſam imponendam, vel per
” Facultatem diſtribuendam. Et dicit omnia facta non à Deputatis, ſed à
” tota Vniuerſitate.
” Sacratiſſima Theol. Facultas deliberauit conformiter ad alias Faculta-
” tes. Imprimis declarat omnia facta fuiſſe à tota Vniuerſitate, & non à De-
” putatis. Placet quod hodie Deputati Vniuerſitatis habeant colloquium
” cum Conſiliarijs & mittantur duo Præcurſores: & nominauit DD. Bedam
” & de Lugduno ad præparandum corda D. noſtri Regis & aliorum; & in-
” terim ſi opus ſit, præparetur Ambaſſiada.
”

Die 20. Adamus Fumeus libellorum Supplicum Magiſter Curiæ ſimiliter in eandem rem porrexit à Rege litteras, quibus mirari ſe dicebat quod Curia tam negligentem ſe præſtitiſſet in reprimendo tumultu Vniuerſitatis, velle ſibi pareri, nec paſſurum contumaces in vrbe ſua commorari. Ad hæc Curia.

Que c'eſtoit bien raiſon que le Roy fuſt obey comme le Maiſtre, & que la Cour donneroit confort & aide en ce qu'elle pourroit és choſes deſſuſdites, mais qu'elle n'auoit point ſceu leſdites folles inſolences & entrepriſes faites par aucuns de l'Vniuerſité & meſmement par les Preſcheux pour commouuoir le Peuple à ſedition, dont le Roy leur eſcrit. Car les Officiers de la Cour ſont occupez à l'exercice de leurs Offices, parquoy ils ne vont guieres aux Sermons & que les Preſidens d'icelle Cour en enſuiuant ce que le Roy leur auoit eſcrit, luy auoient enuoyé la deliberation de l'Vniuerſité faite en l'Aſſemblée tenuë au College des Bernardins, ſignée du Scribe de ladite Vniuerſité.

Diebus ſequentibus conuenerunt ſępè Deputati, & inuiſerunt Commiſſarios Regis qui proximè Lutetiam aduenerant, DD. S. Seuerini, Des Roches & Fumée, & 23. April. retulerunt reſponſa. Vnum erat quod illi ægrè ferebant, nimirum quod die 22. nonnulli Vniuerſitatis ſe alumnos mentientes, exiſtimantes ſe aut de illa bene merituros aut turbam excitaturos, impetum fecerant, Carmina & libellos famoſos ſparſerant, perque compita chartas affixerant contra Papam.

Expoſuit autem in illis Comitijs quæ dixerat Commiſſarijs Bouſſardus Cancellarius Pariſienſis, nempe quod, *ea quæ fecerat Vniuerſitas, non fecerat ad reſiſtendum mandato Regio, ſed ad conſeruationem Iuris & oppoſitionis*

factæ & quo vſque Vniuerſitas vidiſſet Concordata, quæ nondum viderat, nec
volebat impedire executionem Mandatorum Regiorum. De Appellatione, quod 1518.
erat remedium Iuris & ad pacificandum conſcientias, timentium pro Cenſuris contentis, vt fertur, in dictis Concordatis. Et etiam quia per dicta Concordata fertur Conſilium Baſileenſe fuiſſe caſſatum & annullatum, in quo multa bona acta fuerunt facta, maximè de Puritate B. Virginis, de pluribus hæreſibus ibidem damnatis: remonſtrauit etiam quid erat de Vniuerſitate Pariſ. & de multitudine eiuſdem & intentione eiuſdem Vniuerſitatis.

Recitauit etiam reſponſum eorundem poſt Colloquium inter eos habitum & qualiter humaniſſimè Deputatos receperant. Et organo D. Fumée dixit eſſe filium Vniuerſitatis & habere filios exiſtentes in Vniuerſitate, & D. S. Seuerini etiam ita dixit. Et quod vellent fouere partes Vniuerſitatis iuxta eorum poſſe; & inter ſe dixerunt quod erant valde dubij quid reſponderent; tamen ad animaduertendum Vniuerſitatem, recitauit voluntatem Regis & quod ad Regem ſpectabat condere leges in ſuo Regno, & quod Rex non fecerat Concordata ſine maxima cauſa & vrgente. Et etiam dixit quod ægrè ferebat Rex inhibitiones factas Librarijs ſubditis Regis. Et de Appellatione, licet eſſet remedium Iuris, tamen non debebat Vniuerſitas ita publicè & cum ſcandalo affigere, nec publicè vendere. Et quod nullus auderet loqui Regi, & quod bonum eſt quod Vniuerſitas prouideat & quod mittat ad eum. Tamen ſe obtulerunt facere quidquid poſſent pro Vniuerſitate; etiam ſcribere Regiæ Majeſtati. Et quando fuit eis dictum quod erant duo Electi ad eundum in Curiam, bene laudauerunt & promiſerunt etiam dare litteras, dummodo Vniuerſitas faciat quod in ſe eſt, nec aduerſetur mandatis Regis.

D. Beda vnus Electorum dixit, licet acceperit onus eundi cum D de Lugduno, tamen attento Inſultu heſternâ die, vt fertur, facto, non videbatur eſſe eundum quo vſque aliquid ſciuerit qualiter res ſe haberet erga dictos Commiſſarios & quo vſque Vniuerſitas prouiderit.

D. Theſaurarius Niuernenſis de Fontenayo dixit heſterna die poſt meridiem habuiſſe verbum cum DD. Commiſſarijs Regijs, & quod ægrè ferebant Inſultum factum in præconem cum quo non miſerant ſocietatem & deffenſionē, ex eo quod Deputati ad eos acceſſerant, & quod non poterant excuſare, quin habeant facere Regem certiorem quia viderentur non facere eorum Commiſſionem; & Dominus reſpondit quod referret Vniuerſitati & quod Vniuerſitas prouideret. Et quod ferebatur illos qui talia fecerant, non eſſe de gremio Vniuerſitatis, nec Suppoſita eiuſdem.

Præclariſſima Artium Facultas deliberauit 1. Habet gratias omnibus Deputatis & DD. Commiſſarijs de eorum humana reſponſione & pollicitatione litterarum; ægrè fert inſultus, nec approbat. Fiant inhibitiones ne de cætero faciant inſolentias & inſultus, ſcribant carmina, nec affigant. Et quia in appellatione fit mentio de puritate V. M in ſingulis Collegijs faciant orationem. Vult quod Delegati ſe præparent hodie; vt & etiam quod Deputati iterum adeant Commiſſarios & explicent mentem Vniuerſitatis.

Saluberrima Med. Facultas habet gratias Deputatis & DD. Commiſſarijs, *&c.* Conſultiſſima Decretorum Facultas & Sacratiſſima Theol. *&c.*

Vniuerſitas ex deliberationibus habet gratias Deputatis & DD. Commiſſarijs de eorum beniuola reſponſione & pollicitatione; ægrefert & diſplicent affixiones Carminum & inſultus facti. Nec credit Vniuerſitas fuiſſe factos per Gallos, ſed per aduerſarios Regni. Fiant etiam & affigantur (inhibitiones) nec faciant Carmina, nec faciant inſultus. Non reputat tales de gremio Vniuerſitatis; immo eos priuat... ex nunc viſitentur Collegia per D. Rectorem & reformationes & fiant declarationes Vniuerſitatis & prohibitiones. Et priuat eos. Electi ſe præparent ex nunc, alioqui Deputati adeant Commiſſarios Regios & declarent mentem Vniuerſitatis & oſtendant Concluſionem. Et iterum habeant etiam Electi concluſionem. Et quod Primarij vocati declarent mentem Vniuerſi-

" tatis. In Collegijs fiant preces & orationes pro Rege & etiam de Puritate
1518. " V.M. habeant & Prædicatores pro ipſa declarare in ſuis prædicationibus.
" Prohibet Magiſtris ne in ſuis codicibus aliquid dicant contra autoritatem Regis. Fiant inhibitiones Prouincianjs & Magiſtris Collegiorum ne permittant ſuis Scholaſticis exire Collegium, nec facere inſultum. Recuperentur litteræ à DD Commiſſarijs & deferantur cum litteris Vniuerſitatis. Et declarat Vniuerſitas, ſi aliqui culpabiles reperiantur, non reputat Scholaſticos & ſe refert Iuſtitiæ ſeculari eos punire.

In ijs Reg. legitur die Dominica *Iubilate* 52 menſis Aprilis circa horam 1. matutinam DD. Bedam & de Lugduno Electos exiuiſſe vrbem *petita licentia à D. Rectore*, præſente Scriba & adiuiſſe Regiam pro negotijs Vniuerſitatis per portam S. Iacobi. Eademque die inhumatum corpus defuncti M. Bernardi Roillet Decretorum Doctoris, Primarij Burgundici 4. Doctores detuliſſe honorariam vmbellam (*Poellum* vocant) D. Rectorem illico poſt cum ſuis Bidellis proceſſiſſe, *conducendo primam perſonam luctus*.

Eadem die dedit Rex Amboſijs litteras Patentes inſtar Edicti ad Curatores ſeu Commiſſarios, quibus inhibebat Rectori & Suppoſitis Vniuerſitatis ne Conuentus haberent de negotijs ad ſtatum Regni, policiam & adminiſtrationem pertinentibus, ſecus interminabatur priuationem priuilegiorum. Quibus litteris per Curſorem allatis, die 27. eiuſdem menſis Commiſſarij Curiam Parlamentæam adierunt, eaſque Actis Curiæ inſeri poſtularunt; quâ de re ſic legitur in Actis eiuſdem Curiæ.

Du Mardy 27. Avril. Poſt Prandium.

" Ce jour M. Adam Fumée Cheualier Maiſtre des Requeſtes de l'Hoſtel & le Sieur de S. Seuerin Maiſtre d'Hoſtel du Roy ont preſenté à la Cour certaines Lettres Patentes dudit Seigneur, en forme d'Edit, données à Amboiſe le 25 jour de ce mois portant deffenſes aux Recteur, Doyens & Deputez des Facultez & des Nations, Principaux, Regens, Graduez & tous autres de quelque condition qu'ils ſoient de l'Vniuerſité de Paris, que deſormais ils ne ſe aſſemblent pour raiſon & à cauſe des choſes concernantes le fait de l'Eſtat du Roy, Police & gouuernement de la choſe publique, Edicts, Ordonnances & Decrets faits & approuuez par le Roy, ſur peine de priuation des Priuileges d'icelle Vniuerſité & autres y contenus; Et ont dit que ledit Seigneur leur a eſcrit & commandé les preſenter à ladite Cour, & icelles faire Publier & Enregiſtrer en leur preſence.

" *Du Mercredy 28. Avril* Ce jourd'huy ſont venus en la Cour toutes les Chambres aſſemblées, Maiſtres Iean le Lievre Aduocat & Guillaume Rouger Procureur du Roy, & a dit iceluy le Lievre, qu'ils auoient veu les Lettres Patentes du Roy en forme d'Edit, que auoient le iour d'hier preſenté à la Cour M. Adam Fumée Cheualier, Maiſtre Ordinaire des Requeſtes du Roy, & Maiſtre Martin de S Gelais auſſi Cheualier, premier Maiſtre d'Hoſtel d'iceluy Sieur pour les faire publier & enregiſtrer, ainſi que le Roy leur auoit eſcrit, & a recité le contenu en icelles, & a dit qu'ils conſentoient que leſdites lettres fuſſent publiées & enregiſtrées, en tant que touche les defenſes faites aux Recteur, Doyens des Facultez, & autres de l'Vniuerſité de cette ville, de ne eux congreger, & aſſembler pour raiſon & à cauſe des choſes concernantes le fait de l'Eſtat du Roy, Police & gouuernement de la choſe publique, Edits, Ordonnances & Decrets par luy faits concernans les choſes deſſuſdites, & non de ce qui concerne le fait de ladite Vniuerſité.

" Et aprés qu'ils ont eſté retirez, ont eſté leües leſdites Lettres de Edit. Et la matiere miſe en deliberation a eſté deliberé qu'on eſcrira au Roy, que ledit Fumée & de S. Gelais ont preſenté à ladite Cour icelles lettres d'Edit, mais n'ont point baillé les Lettres miſſiues, que le Roy eſcriuoit à ladite Cour, par ce qu'ils dient ne les auoir receües; Et que neantmoins ladite Cour toutes les Chambres aſſemblées a veu icelles lettres d'Edit.

Et

Et combienqu'elle entende bien que à ceux de l'Vniuerſité n'appartient de eux meſler ne entremettre des choſes concernantes l'Eſtat du Roy, 1518. de la Police & Choſe publique de ſon Royaume; toutefois ladite Cour n'a eſté d'aduis de faire publier leſdites Lettres de Edit, ainſi qu'elles ſont pour aucunes cauſes & raiſons qu'on luy dira, quand ſon bon plaiſir ſera le commander, luy ſuppliant ſur ce faire ſçauoir ſon vouloir.

Die 3. Maij idem Fumeus alias porrexit Curiæ litteras, & Curia ſimiliter reſpondit ſe Regi cauſas edituram ob quas viſum ſibi fuiſſet differre Edicti Regij promulgationem. Verùm Rex pertæſus iſtas moras, alia via procedendum duxit. Iuſſit nonnullos qui delati fuerant, incarcerari. Quamobrem Vniuerſitas è ſuis MM. Natalem Bedam & de Lugduno ad Regem deſtinauit deprecaturos pro miſerorum libertate.

De 18. Maij conuenit Vniuerſitas apud Mathurinenſes ad audiendum relationem MM. Bedæ & de Lugduno à Rege reuerſorum. Audito autem M. Beda, *Præclara Artium Facultas in hunc modum deliberauit.* 1. Habet gratias ingentes Oratoribus qui onus tam formidoloſum ſubierunt, nec non Magnatibus & DD. Epiſcopis in Curia exiſtentibus, præcipuè DD. Lexouienſi & Pariſienſi Epiſcopis, D. Præpoſito Mercatorum & cæteris omnibus qui ſe præbuerunt fauorabiles Vniuerſitati. Quantum ad 2um. rationibus conſideratis, vult quod non parcatur pecunijs, ne pecuniæ defectu retardetur ipſorum Captiuorum abſolutio. *Et ad Supplicationem M. noſtri Bedæ de Indicto, vult quod hoc anno diſpenſetur D. Rector quod non adeat Indictum, ſed aliqui deputentur qui cum Officiarijs adeant, ne jus Vniuerſitatis violetur.*

Cæteræ Facultates conformes fuerunt. Et hinc intelligimus nonnullos ex Academicis fuiſſe carceribus mancipatos. Quinam verò fuerint illi, non conſtat, niſi quod in Comitijs die 26. Maij habitis mentio fit Officiariorum Vniuerſitatis, pro quibus liberandis concluſum eſt non eſſe parcendum expenſis. Sic enim legitur in Actis.

Anno Domini 1518. die 26. menſis Maij Alma Pariſienſi Vniuerſitate apud S. Math. ſolemniter conuocata & congregata ad prouidendum ſuper detentione Officiariorum ipſius Vniuerſitatis detentorum in Palatio Pariſienſi, poſtquam D. Rector recitauit longam detentionem eorundem Officiariorum & Supplicationem per eos miſſam ad Vniuerſitatem tanquam ad Matrem pro auxilio & ſuccurſu habendis ad eos liberandos, & audita lectura dictæ ſupplicationis, maturaque deliberatione per ſingulas Facultates, vt moris eſt, præhabitâ, conſiderans ipſa Vniuerſitas ipſos Officiarios eſſe detentos pro facto totius Vniuerſitatis, & quod quidquid fecerant, fuit ordinatione & præcepto ipſius Vniuerſitatis: quare vult eos ſuſtinere & defendere, & aduoat omnia per ipſos facta nomine eiuſdem Vniuerſitatis. Inſuper, declarauit quod eidem diſplicet detentio ipſorum Officiariorum, & vult prouidere pro redemptione eorundem. Et ad prouidendum rogat M. noſtrum Bedam vt dignetur capere onus redeundi in Curiam pro liberatione ipſorum habenda. Et quod eligat ſibi Coadjutorem de Facultate Artium quem maluerit & quem videbit ſibi proprium in hac materia, & quod quamcitiùs fieri poterit adeant cum litteris miſſiuis ipſius Vniuerſitatis, & referant gratias ex parte ipſius Vniuerſitatis omnibus Dominis qui fuerunt & erunt auxilio ipſi Vniuerſitati. Et à dicto onere ſuſcipiendo pluribus de cauſis ſe excuſauit præfatus D. Beda, tamen rogatus & coactus ab ipſa Vniuerſitate acceptauit, & ex inde ipſe D. Beda pro ſuo Coadjutore & Collega nominauit M. Robertum Fortunatum Primarium Collegij de Pleſſeio. Et ſic ambo deputati fuerunt. Datum & Actum ſub ſigillo Rectoriæ Vniuerſitatis præfatæ.

Die 30. Iunij reuerſi prædicti Beda & Fortunatus retulerunt quæcumque fuerant à ſe geſta.

Die 10. Iulij iterum actum de modo redimendorum Captiuorum, item de modo inueniendæ pecuniæ & ſubminiſtrandæ Oratoribus & alijs Deputatis Vniuerſitatis; quam in rem prædictus M. Robertus Fortunatus dixit

ſe inueniſſe homines qui 100. 200. vel 300. aureos darent mutuo, ſi ſibi
1518. ſatisdaret Vniuerſitas. Satisdedit illa hiſce litteris obligatorijs.

VNIVERSIS præſentes litteras inſpecturis Rector & Vniuerſitas ſtudij Pariſ. ſal. in Dom. Notum facimus quod cum ad preces noſtras & propter inſtantem neceſſitatem Agendorum noſtrorum tam pro Officiarijs noſtris Captiuis, quàm pro expeditione aliquorum Oratorum ad Regiam Majeſtatem aut Commiſſarios eiuſdem profacto & conſeruatione Pragmaticæ-Sanctionis honorabilis vir Ioannes le Tonnelier Mercator & Ciuis Pariſ. pro præmiſſis & propter noſtram communem vtilitatem nobis mutuauerit ſummam 100. ſcutorum auri ad ſolem boni & legitimi ponderis, quam Receptor noſter Generalis M. Ioan. Nicolas recepit pro & nomine noſtro, Nos idcirco bona fide antedicto Ioanni le Tonnelier dictam ſummam 100. ſcutorum auri ad ſolem boni & legitimi ponderis debere legitimè confitemur causâ mutui antedicta: Ipſamque ſummam eidem le Tonnelier aut eis quorũ eſt, ſoluere promittimus, volumus & ordinauimus ex primis pecunijs quæ prouenient ex burſa communi ærarij publici vel aliunde. Et quam burſam ſeu ærarium publicum eidem Ioanni le Tonnelier expreſsè affirmamus & obligamus per præſentes, præmiſſa omnia & ſingula promittentes tenere & ex integro adimplere ſub obligatione & hypotheca omnium bonorum noſtrorum mobilium & immobilium quorumcumque exiſtentium & futurorum. In quorum omnium fidem & teſtimonium ſigillum noſtrum magnum præſentibus litteris duximus apponendum. Datum Pariſius in noſtra Congregatione Generali apud S. Math. ſolemniter celebrata an. Domini 1518. die 10. menſis Iulij.

Die 29. Iulij habita ſunt Comitia apud Mathurinenſes ad audiendum ſupplicationem quam Captiui ſuo nomine fieri volebant, nimirum vt ſibi aliquis ex Vniuerſitate concederetur, ſuæ rei Procurator ſeu, vt vocant, Sollicitator. Et id conceſſum, vt quem vellent ipſi deligerent; nemo enim fuit qui tam longam eorum captiuitatem non ægre ferret.

Succreſcentibus ſubdinde malis Vniuerſitas ad alia negotia animos menteſque conuertere coacta eſt nempe ad defenſionem Religionis & fidei Chriſtianæ, & ſuas ipſius immunitates tuendas, quæ partim impoſitione Decimæ cuiuſdam, partim feudorum liberorum exactione turbabantur; quæ tria Capita fuerunt propoſita in Comitijs 19. Aug. apud Math. habitis. Expoſuit enim Rector 1. ſe rogatum à Facultate Theologiæ curare vt ad ſummum Pontificem, ad Imperatorem, ad Regem Hungariæ mittantur litteræ *ſuper reductione delirantium à fide*; & quia Bohemi cupiebant ad Eccleſiæ & Sedis Apoſtolicæ ſinum redire; ita enim rem ſe habere M. Mathæus de Laureo Doctor Theologus aſſerebat, qui cauſas reductionis iſtas protulit. Vna erat, quia pauci erant ibi Sacerdotes, nec niſi furtiuè promoti aut apoſtatæ 2. Quia moleſtum erat eis, quod Seculares ad Curias Principum raro admitterentur. 3. Quia à Waldenſibus plurimas moleſtias accipiebant. Ergo litteras confici placuit & magno ſigillo ſigillari.

2. Rector expoſuit negotium nouæ Decimæ & *Francorum feudorum*: ſed remiſſum ad Deputatos, vt nihil fiat niſi conſultò & maturè. Actum quoque in ijs Comitijs de Captiuis, & placuit Oratorem mittere ad D. Admirallium, qui pro eorum libertate deprecaretur. Interim verò traducti ſunt Aureliam, quæ res nouam moleſtiam Vniuerſitati comparauit.

Die 3. Octob. Supplicatum eſt ad D. Bernardi; priuſquam verò è Mathurinenſi diſcederetur, M. Beda expoſuit, *quomodo adiuit Commiſſarium Francorum feudorum M. Franciſcum Boucher; qui quidem reddidit Vniuerſitatem immunem à Francis feudis & ſupplicuit quod fiat Articulus in Regiſtris Vniuerſitatis quomodo fuit Vniuerſitas adiournata, & poſtmodùm fuit reddita immunis & libera, quod conceſſum eſt.*

Die 16. Octob. Facultas Artium decreuit aduerſus Gymnaſiarcham Gymnaſij Caluici quod vnum è Regentibus ſuis expuliſſet, ac ter citatus

ſe ſiſtere coram Facultate voluiſſet. Extat Decretum in lib. Procur Nat. Gall. his verbis. *Cunctis pateat euidenter & ſit notum quod anno Domini 1518. die 16. menſis Octob. Præclara Artium Facultate ſolemniter conuocata ſuper electione nouorum Reformatorum & pacificanda diſcordia orta inter M. Ioannem de Vico Primarium Collegij Paruæ Sorbonæ aliàs de Calui & M. Ioannem de Ruello Regentem Summuliſtarum eiuſdem Collegij ab Honoranda Gallorum Natione taliter deliberatum nemine obuiante extitit. 1. Quoad priorem articulum delegit prædicta Natio pro exequendo munere Reformatoris ſcientificum virum M. Nicolaum Guerin in ſaluberrima Facultate Medecinæ Baccalaureum cui iniunxit vt ſingula viſeret Pædagogia, eadem tamen meliùs reformando tam quoad capita, quàm quoad membra, & præſertim prædictum Collegium de Calui. Quoad alterum Artic. plurimum ægrè tulit prædicta Natio obſtinationem prædicti Primarij qui ternas Concluſiones tam Facultatis quàm Deputatorum eiuſdem fecerit irritas nullo modo eis obtemperando, nec ab eiſdem appellando, & quod iniurias grauiſſimas in facie Facultatis tum Reformatoribus, tum Deputatis ipſius Facultatis palàm auſu temerario ductus intulerit. Quare voluit prædicta Natio his cauſis attentis, vt prædictus Primarius ſuo priuaretur Primariatu, ſic quod nullus illius Collegij Scholaſticus admittatur ad aliquem actum vel gradum prædictæ Facultatis Artium, aut reputetur tempus acquirere in eadem, niſi prius præfatus Primarius in facie Facultatis veniam de illatis iniurijs poſtulans prædictum Regentem Summuliſtarum in priſtinum reſtituat ſtatum ipſum dimittendo vti pacificè regentia, camera, portione & quibuſcumque alijs in regentia conſuetis. Inhibuit inſuper prænominata Natio ſuis Bidellis & Subbidellis ne ſub pœna priuationis ab Officijs eorundem attentent aperire Scholas alicui Scholaſtico prædicti Collegij, vel aliquem recipere ad aliquem gradum vel actum præfatæ Facultatis. Et ita nemine reclamante, concluſum extitit per me N. Truyart tunc Procuratorem eiuſdem Nationis. In cuius rei teſtimonium & robur huic Concluſioni ſignum meum manuale duxi apponendum anno & die præſcriptis,* N. TRVYART. 1518. CONTRA GYMNASIARCHAM CALVICVM.

Die 23. Octob. habita ſunt Comitia ad audiendum quæ facta fuerant Aureliæ ad redemptionem Captiuorum. 16. Nouemb. ad audiendum quid ferrent litteræ Regiæ, quibus nempe mandabat honorificè excipi Legatum Pontificium. 22. & vltima Martij conuentum eſt ad proſecutionem exemptionis à perſolutione Decimæ.

Eodem anno poſt longas diſceptationes Reuchlini Cauſa Pontificis iuſſu tandem terminata eſt, & vtraque pars perpetuum tenere ſilentium iuſſa. Quanquam enim Reuchlinus potiore cauſa frui videretur Romæ, nihilominus videns prudentiſſimus Pontifex turbulentiſſimam exortam tempeſtatem, & omnium fere Secularium Doctorum in Germania contra Dominicanos coniurationem, veritus eſt alterutri Parti cauſam addicere. Sed nec hoc facto prohibere potuit, quin Reuchliniſtæ Monachos ſcriptis proſcinderent, & Monachi Reuchliniſtas in inuidiam & odium adducerent tanquam hæreticos, quia Lutherus & alij Reuchlino fauebant. Nec diſſimulandum quin contentio iſta Reuchlini infelici occaſione Lutheraniſmum fouerit; idque fatetur Eraſmus Epiſt. ad Albertum Pium Principem Carpenſem l. 31. Ep. 44. *Non dubito*, inquit, *quin audita tibi ſit Reuchlinica tragœdia. Hic cœpit in illos incrudeſcere Doctorum odium. Mox feruente adhuc bello inter Myſtas & Oſores Muſarum exortus eſt Lutherus. Illico conati ſunt illi litterarum politiorum Cultores Lutherano negotio inuoluere, quò ſimul & illos perderent. Ita gradibus quibuſdam res alterius partis ſemper in peius vergentis peruicacia, tum alterius quorundam odijs & intempeſtiuis clamoribus hucvſque progreſſa eſt tragœdia.*

Eodem anno habitis Comitijs Auguſtæ, Maximilianus Imperator ſcripſit ad Pontificem de negotio Lutheri. Lutherus vafer & ſubdolus Confeſſionem fidei tradit Thomæ de Vio Caietano Cardinali S. Sixti tum Legato in Germania, ſeque ſubmittit Decretis Vniuerſitatum, præſertim verò Pariſienſis; talis autem fuit eius Confeſſio. *Ego Fr. Martinus Luther Auguſtinianus proteſtor me colere & ſequi S. Rom. Eccleſiam in omnibus meis dictis & factis, præſentibus, præteritis & futuris. Quod ſi quid contra vel aliter*

dictum fuit vel fuerit, pro non dicto haberi & habere volo. Verum impetrato à
1518. Cæſarianis ſaluo-conductu cum Staupitio Vicario ſuo Generali clam aufugit, & à Legato Papam appellauit; & 28. Nouemb. à Papa Concilium.

Anno 1519. habita eſt inſignis illa & toto orbe Chriſtiano celeberrima
1519. concertatio inter Ioannem Eckium & Andream Carolſtadium Lipſiæ. Eckius erat Ordinarius Theologiæ Profeſſor Ingolſtadij, & Friburgi, Tubingæ, Viennæ atque etiam Bononiæ inſigne Diſputatoris nomen conſequutus fuerat: quam laudem Lutherus & Carolſtadius illi præripere conabantur. Occaſio diſputationis hæc fuit. Initio defectionis Lutherianæ, Propoſitionibus quibuſdam eius de Indulgentijs, appoſuerat obeliſcos ſeu notas reprehenſorias. Eam iniuriam vindicaturus Carolſtadius ſcripſit in Eckium, & amico ſuo Luthero patrocinatus eſt. Erat Lutherus Ordinarius Theologiæ Prælector Wittembergæ, Carolſtadius Archidiaconus Wittenbergenſis; quia verò nihil libellorum editione agi poterat, campum delegerunt, in quo decertarent. Eligitur mutuo conſenſu Lipſia, mercatu & Vniuerſitate inſignis, annuente Georgio Duce Saxoniæ, & fruſtra repugnantibus Epiſcopo Merſeburgenſi loci Ordinario, & Theologis Lipſienſibus, qui diſputationem eiuſmodi prohiberi maluiſſent & omitti, quàm haberi. Igitur concurrunt ſtrenuiſſimi Certatores, ſolemniter proteſtati ſe ne vel latum quidem vnguem ab Eccleſia Catholica diſceſſuros, nec Eruditorum Iudicio præituros, nec Vniuerſitatum Autoritati præiudicaturos. Sed expertus eſt Carolſtadius ſe viribus iniquis decertare. Erat enim Eckius vir ingenio & alacritate viuidus, memoriæ autem viuacitate ac ſingulari dono felix. Poſt aliquot igitur dies feſſus ceſſit Carolſtadius parum laudis reportans, niſi quod *magna dabat tantus ſolatia victor.* Succeſſit Lutherus: Sed initio certatum de Iudicibus. Lutherus malebat vulgi & confuſæ multitudinis quàm Doctorum Iudicio ſe ſubmittere: non potuit tamen honeſtè recuſare Vniuerſitatum Iudicium. Conſenſit ergo, quanquam inuitus & iratus, *in Iudices Pariſienſes & Erfordienſes Facultatis Theologicæ.* In hos ſanè quod apud eos in litteris educatus plus illis notus foret & acceptus quàm Eckius: in illos verò, quòd offenſos nuper à Pontifice (ob cauſam Reuchlini & priuilegia Cleri Gallicani ſublatamque Pragmaticam Sanctionem) ſperaret approbaturos potius Impugnatoris quàm Propugnatoris Romanæ Eccleſiæ partes. Ita refert Cochlæus.

Congreſſi ſunt à 4. Iulij ad 14. & multa coactus eſt fateri Lutherus de Primatu & poteſtate Rom. Pontificis, de Purgatorio, de Indulgentijs, de Pœnitentia & abſolutione Sacerdotis, quæ ante negauerat. Fatigato Luthero ſucceſſit iterum Carolſtadius, iterumque cum inuicto aduerſario decertauit; & tandem 15. Iulij omne certamen finitum eſt, cauſaque Iudicibus permiſſa. Cautum autem fuerat Lipſiæ, ne quid ederetur in vulgus, antequam Iudices pronunciaſſent. Verum Wittembergenſes conſcij ſe minus laudis retuliſſe quàm ſperauerant, Libellos edunt, quibus victricem cauſam ſuam promulgabant, etiam antequam ſciri poſſet, quid Iudices ab vtraque Parte electi iudicaturi eſſent. *De Erphordienſibus quidem nihil in publico conſtat quidnam cenſuerint*, inquit Cochlæus. *De Pariſienſibus verò dubitare non licet quin pro Eckij parte judicauerint qui paulò poſt Cenſuræ ſuæ, qua Lutheri 104. Propoſitiones damnauerunt, publica ediderunt teſtimonia.* At conſtat quoque Lipſienſem Academiam tum fauiſſe Eckio; quia eam Lutherus proſcindit in Ep. ad Georgium Spalatinum.

Fauebant verò Luthero Poëtæ & Rhetores plerique, qui Theologis & Monachis infeſti erant, non ſolum quia videbant Lutherum ſæpè humiliter de ſe ſentire, & toto animo religionem Chriſtianam profiteri; ac abuſus tantùm execrari; ſed etiam propter Ioannem Reuchlinum & Eraſmum viros omni exceptione maiores, qui ab illis malè vexati fuerant. Fauebant etiam Iuriſconſulti non pauci & Aulici qui multa pro Luthero aduerſus Eccleſiaſticos in aures Principum inſuſurrabant. Inter cæteros verò multùm rem Lutheri promouit Vlricus Huttenus Eques Germanus

vir & nobilis familiæ & acerrimi ingenij; qui antequam Lutheri nomen notum eſſet, multa pro Germaniæ libertate contra Penſionum quæſtus & Citationum vexationes quibus Romana Curia Germaniam vexare videbatur, ſcripſerat, non ſolum carmine, ſed etiam ſolutâ oratione vir vehemens & acer. 1519.

Lutetiam allata ſunt plurima Exemplaria prædictæ Diſputationis, quorum viginti ſe comparaſſe ſcribit M. Io. Nicolas Quæſtor Nationis Gall. *Die 20. Ian.* inquit, *comparaui 20. libros intitulatos*, Diſputatio inter egregios Viros & Doctores Ioa. Eckium & Martinum Lutherum, *ex ordinatione Nationis ad Concluſionem Vniuerſitatis diſtribuendos Deputatis, & illis qui vellent eorum opinionem referre in præfata Vniuerſitate, ſumma 32. ſol. Pariſ.*

Exercitio Concordati.

Hoc etiam anno primum cœperunt Concordata inualeſcere; ſed vario ſucceſſu. Cum Triſtandus de Salazar Archiepiſcopus Senonenſis obijſſet, inhibitum eſt Capitulo alium via Electionis iuxta Pragmaticam ſubſtituere aut ab alio electum quàm à Rege ſuſcipere. Canonici iure ſe communi tuentes, vt audiuerunt Stephanum Poncherium Epiſcopum Pariſienſem Dignitatem Archiepiſcopalem apud Regem ambire, ipſum ſponte elegerunt. Sed cum eodem fere tempore vacaſſet Epiſcopatus Albienſis, & Capitulum vnum, Rex alterum nominaſſent, lite mota apud Senatum Toloſanum, deinde euocata ad Pariſienſem, Rege necquicquam iubente vt iuxta nouam legem ius diceretur, vicit Electus ſecundum antiquam diſciplinam: quod Regi valde diſplicuit.

Valde quoque Vniuerſitatem torſit incertus rei euentus, nec propoſitus ab anno Nominandorum Rotulus claudi potuit ob varias ſententias: qua de re Rector, conuocata Vniuerſitate ad diem 22. Martij. Et tunc, vt legitur in libro Procuratorum Nat. Gall. *explicuit Procurator Vniuerſitatis qualiter Copiæ formæ Nominationum per Conſilium approbatæ fuerant traditæ DD. Decanis ſingularum Facultatum ad acceptandum aut non huiuſmodi formam & terminandum iſtud negotium ab anno & vltra inceptum.* Super quo Decanus Facultatis Medicinæ retulit ſuam Facultatem velle approbare huiuſmodi formam per Conſilium traditam.

" Decanus verò Facultatis Decretorum etiam illam approbauit; hoc tamen dempto quod amoueretur in ea hæc Clauſula, *Non obſtantibus talibus Beneficijs, &c.* Et quod ſi habeant Nominandi aliqua Beneficia, inſerant ſua Beneficia cum eorum qualitatibus. Decanus autem Facultatis Theologiæ nihil ſuper hac forma retulit; ſed remiſit negotium ad aliud tempus, attentâ breuitate temporis conficiendi has Nominationes, habito etiam reſpectu ad aliam temporis diſpoſitionem quæ fortaſſis hinc ad annum ſuperuenire poteſt. "

Hocce quoque tempore actum eſt Pariſijs de modo comparandæ Lignorum ſtruis ad maiorem commoditatem hiemis, & Vniuerſitati ſicut alijs Corporibus iniunctum vt ſuos ſuper ea re deliberaturos mitteret Selectos ſeu Deputatos. Et 9. Feb. oblati nonnulli Articuli ad eam rem pertinentes, vt legitur in Actis Facultatis Medicinæ & Nationis Gallicanæ.

Cœperunt quoque hocce tempore Monachi San-Germano-Pratenſes & S. Crucis à ſolemnibus ſupplicationibus abeſſe; quamobrem 19 Aug. ad Comitia euocati fuerant, eiſque tempus præſcriptum eſt, intra quod cauſas edituri eſſent ſuæ abſentiæ. Et die 28. Martij iiſdem iniunctum vt proximis Comitijs ſe ſe præſentes exhiberent dicturi cauſas *propter quas minime teneantur comparere in Proceſſionibus*. Et quia Religioſi S. Crucis litem ad Curiam Parlamentæam detulerunt, iniunctum eſt M. Arnulpho Monart Procuratori fiſci die 22. Martij, vt illam viriliter proſequeretur.

Detrectabant quoque FF. Prædicatores celebrare Miſſas pro Vniuerſitate, quas celebrare tenentur: quamobrem M. Thomæ Veteris Rectori, cum 28. Martij inſtructus fuit apud Mathur. de rebus agendis, inter cætera id ei impoſitum, vt illos euocaret ad proxima Comitia, iiſque iniungeret more ſolito ſacra pro Vniuerſitate peragere. Item vt Monachos

San Germano-Pratenſes iuberet intereſſe ſolemnibus Supplicationibus
1519. Academicis.

Erat quoque in ipſamet Vniuerſitate lis inter MM. Ioannem Iacquet & Guillelmum Emery Doctorem in Theologia de cauſa quadam Beneficiaria: & illa primùm agitata eſt in Facultate Artium, à qua deinde appellauit Guillelmus ad Vniuerſitatem. De ea ſic legitur in actis Procuratorijs Nationis Gallic. *Die 20. Ian.* (1519.) *congregata fuit præclara Artium Facultas apud S. Iulianum Pauperem 3. ſuper artic...* Quoad 3. *ſupplicuit M. Ionnes Iacquet quatinus inſequendo Concluſionem iamdudum datam per D. Rectorem in proceſſu pendente coram Facultate inter ipſum & M. Guill. Emery in Theologia Doctorem, iniungeretur dicto Emery ſuas productiones porrigere. Cuius ſupplicationi annuit Facultas, voluitque quod infra triduum partes haberent omnia ſui proceſſus producere in manibus D. Rectoris.*

Et ad diem 9. Feb. *Supplicuit M. Guill. Emery in Theologia Doctor, quoniam à ſententia Facultatis ad Vniuerſitatem appellauerat, vt ſibi deputarentur aliqui ex Superioribus Facultatibus qui ſuum proceſſum haberent viſitare & de eodem judicium ferre. Cuius ſupplicationi annuit Vniuerſitas in forma. Et ita concluſit D. Rector ex omnium Facultatum deliberationibus.*

Et ad diem 22. Martij. *Alter etiam vocatus Iacqueti ſupplicuit quod compelleretur Magiſter noſter Emery pro ſacco ſuo coram D. Rectore deferendo: inter quas partes iamdudum fuerat certus proceſſus motus Beneficialis & remiſſus ſuper quodam incidenti ad Vniuerſitatem.... Quantum ad ſupplicationem Iacqueti Facultas Artium quia functa erat ſuo Officio, nihil deliberauit. Cæteræ autem ordinauerunt quod euocaretur Magiſter noſter Emery in prima Congregatione dicturus cauſas propter quas recuſet tradere ſaccum ſuum. Et ita concluſum extitit.*

Hoc quoque anno Procuratores Nationis Gallicanæ intermiſſam ſat diu conſuetudinem Acta Nationis & nomina Baccalariorum in Artibus, Licentiatorum Magiſtrorumque conſcribendi, reuocarunt in vſum. Nam illi, vt & cæterarum Nationum Procuratores ab omni æuo Scribarum Officio functi fuerunt, ſicut Rectores olim Vniuerſitatis Acta & Decreta conſignabant. Atque vt Officio iſto defungerentur libentius, attribuit illis Natio ſexdecim ſolidos Pariſienſes ſeu 20. Turonenſes, idque decretum die 22. Decemb. & Maiori Bidello iniunctum, vt Nationis ſumptibus Codicem compararet, M. Claudio Roillet tunc Procuratori tradendum, qui quo die munus ejurauit, palam & publicè legit quæ Acta conſignauerat. In iiſdem Comitijs poſtulante M. Roberto Dure, aliàs Fortunato, Collegij Pleſſæi Primario, abrogata lex eſt 20. aureorum qui Quæſtori eiuſdem Nationis pro dono gratuito dari ſolebant.

Tum etiam lis erat in Curia ob Capellanias Sauoiſianas, injunctumque Procuratori Vniuerſitatis illam perſequi ex conſilio Patronorum atque iuxta lata paulo ante Senatuſconſulta: vnde & concluſum eſt expediendum eſſe ei Actum quo conſtaret de conſenſu Vniuerſitatis, Signatum & Sigillatum ſigillo Rectoris.

Ad hunc quoque annum legimus in Actis Nationis Gallic Prandium quod ſolebat ſub finem Quadrageſimæ apparari Regentibus, in pecuniam numeratam fuiſſe conuerſum. Antiquitùs enim in ſingulis Nationibus Regentes ſolebant quater in anno conuiuari, initio Lectionum Remigialium, initio & ſub finem Quadrageſimæ; item menſe Iunio. At quia nonnunquam fiebant expenſæ copioſiores, vt ijs parceretur, iudicatum eſt ſatius eſſe vnicuique 4. ſolidos Pariſienſes numerare. *Concluſum extitit quod iſtud prandium hac die antiquitus fieri ſolitum commutaretur in pecuniam numeratam qua quilibet Regens perciperet ſummam 4. ſolid. Pariſ.* Hæc ad diem Sabbati vltimam menſis Martij. Vide infra ad finem an. 1521.

De Erectione Vniuerſitatis Iſidorenſis in Limania Aruerniæ.

ANno 1520. actum eſt de erigenda noua Vniuerſitate in vrbe *Iſidoro* vulgo *Iſſoire* in Limania Aruerniæ; Cui erectioni interceſſum eſt à pluribus, reſque delata ad Curiam Pariſienſem, ſed ampliatum: ſic legitur in Actis eiuſdem Curiæ ad diem 8. Iunij 1520. Præſide D. Baillet. 1520.

En la Cauſe d'entre les Manans & Habitans de la ville d'Iſſoire.

VIALART pour les Demandeurs dit, que Platon recite qu'vne choſe publique eſt bien inſtruite, *quando ſinguli priuatos affectus neſciunt, ſed tantum communes*; le dit parce que tout le Plaidoyé de Partie eſt fondé ſur vn intereſt particulier contre le bien public du Pays dont ils ſont originaires. Dit pour montrer la commodité de l'inſtitution de l'Vniuerſite, que la ville d'Iſſoire eſt aſſiſe en la Limagne d'Auuergne qui eſt vn des meilleurs & plus fertiles Pays de ce Royaume Y a bon air & ſalubre, force bleds, vins, préz & autres commoditez, & entour de la ville y a autant ou plus groſſes Maiſons de Gentilhommes & auſſi arrondées qu'en autre lieu de ce Royaume. Eſt ladite ville diſtante de toutes autres Vniuerſitez de cinq journées, & y a pluſieurs autres bonnes & grandes cauſes contenuës es lettres de l'erection de ladite Vniuerſité. Et pour montrer plus amplement l'euidente vtilité de tout le Pays & vrgente neceſſité que Vniuerſité ſoit miſe audit Iſſoire, dit qu'il y a 200. ans qu'il y a eu audit Iſſoire Vniuerſité, & ont Reſcript du Pape pour y faire Bacheliers és Arts, à cauſe de quoy y ſont venus pluſieurs Eſcholiers de toutes Nations, meſmement de Sauoye, Dauphiné, Languedoc & autres Pays & Prouinces circonuoiſines. *Mais parce qu'il n'y auoit priuilege aux Eſcholiers*, les Demandeurs ſe ſont tirez deuers le Roy, luy ont donné à entendre ce que dit eſt; à ce qu'il luy pleuſt donner à ladite Vniuerſité Priuileges, ainſi que és autres de ce Royaume, ce que le Roy leur a accordé & baillé ſes Lettres Patentes, dont ils ont demandé ceans la publication & verification: Mais BOVRBON & autres Oppoſans ſe ſont oppoſez pour vn proufit particulier par eux pretendu. Faut icy conſiderer la puiſſance du Roy, laquelle Parties confeſſent, *auſſi eſt-il tout notoire qu'il peut eriger & bailler tous priuileges aux Vniuerſitez*; ainſi leur Priuilege bien fondé. A ce que Parties ont iuriſdictions Patrimoniales, dont l'emolument ſeroit diminué au moyen des Priuileges de ladite Vniuerſité, reſpond qu'il n'y a propos à ce dire, auſſi vn bien public eſt à preferer à vn particulier. Allegue à ce propos L. de Nictor. veu qu'elle eſt formelle en ce cas. Et les cauſes miſes en ladite Loy pour l'erection de l'Vniuerſité en ladite Cité de Veria ſont celles de preſent & ont lieu en ladite Vniuerſité d'Iſſoire. Allegue *Bartol. in l. 3. ſoluto Matr.* où il met 4. eſpeces de vtilité publique. La premiere & la 3 font à propos, qui eſt quand vn bien public apporte proſit à chacun particulier *in vniuerſo & in ſingulari*. Et quand il apporte proſit particulier qui redonde au bien public, auquel cas le bien public eſt à preferer au particulier.

Or ladite Vniuerſité d'Iſſoire, *afferret commodum toti Reipub. & ſingulis particulariter*, qui eſt à preferer à vn ſeul proufit particulier, pretendu par leſdits Particuliers oppoſans, ſous ombre de l'emolument de leur Iuriſdiction, qui n'eſt cauſe ſuffiſante pour venir empeſcher le bien vniuerſel de tout le Pays. Dit qu'il faut auſſi conſiderer la neceſſité qui eſt au Pays d'auoir Vniuerſité, car audit Pays y a grand nombe de Gens qui ont enfans capables pour eſtre promeus aux Arts Liberaux, qui n'ont de quoy les enuoyer au Pays loing-tain és autres Vniuerſitez; car le plus prochain eſt de cinq journées où ils n'ont facultez les enuoyer pour leur pauureté, & ſi ladite Vniuerſité eſt à Iſſoire, facilement les y pourroient enuoyer qui eſt la grande vtilité de tout le Pays, & non ſeulement dudit Pays, mais des Pays & Prouinces circonuoiſines qui y pourroient venir eſtudier en ladite Vniuerſité. A ce que leſdites lettres ſont *ſubreptices præſumpta mente principis*: Car il n'eſt vray ſemblable que le Roy ait voulu oſter aux

—— " Oppoſans leurs Iuriſdictions Patrimoniales, dit qu'il n'y à propos à ce
1520. " dire, car tout eſt donné à entendre au Roy par leſdites Lettres, & en
" toutes Commiſſions faites par les Princes, eſt à preſumer qu'elles ſont
" octroyées pour bonnes & juſtes cauſes, *l. fin. ſi contra Iur. vel vtili Parti*
" *& C. ex tuarum, de act. & vſu Pallij.* Et outre les cauſes contenuës eſdites
" Lettres ſont ſuffiſantes pour auoir meu le Roy à eriger ladite Vniuerſité.
" ALLEGVE *Franciſ. Patricium in 2 lib. 1. art.* où il dit, *Curabunt igitur qui*
" *Remp. adminiſtrant, vt quæque Artes ſuos Præceptores habeant qui publicè inſtituant, non enim ſingulis Facultates ſuppetunt ad alimenta Liberis præſtanda*
" *& mercedes Præceptoribus præſtandas.* Et pour ces Cauſes le Roy a fait ladite erection. Et n'eſt à conſiderer l'intereſt particulier de Parties, autrement ſeroit empeſcher tout le bien public; car on a veſcu en ce
" Royaume en cas ſemblable au temps du Pape Iean XXII. que de l'Eueſché de Toulouſe, il en fit 7. autres & erigea ledit Eueſché en Archeueſché; de Clermont en fit deux, dont S. Flour eſt, & de Poitiers trois,
" dont Maillezais & Luçon ſont de preſent, ce qui n'euſt eſté toleré ſi on
" euſt voulu auoir egard au profit particulier de ceux qui y pouuoient pretendre intereſts, *imò*, dit qu'vn Prince, *propter vtilitatem publicam*, pourroit faire acte qui redonderoit *ſecundario*, à l'intereſt d'autruy. Alleguent
" à ce propos *l. quæro de Op. liberto ff.* où eſt dit que *non ſit iniuria Patrono ſi*
" *libertus in Colonia in qua Patronus moratur, eandem Artem exerceat.* A ce
" propos y a autre texte in *l. liberta ingrata ff. de Obſequijs à liberto & liberta*,
" où eſt dit que *liberta ingrata non eſt quæ exercet artem quam Patrona exerceat*,
" toutefois on entend aſſez que tant moins il y a d'Artiſans d'vn Art, le
" proufit en eſt plus grand à ceux qui l'exercent. Et ſi eſt permis à vn chacun de faire.

" A ce que les Cauſes des Subjets du Pays ſeroient traittées pardeuant
" les Conſeruateurs de ladite Vniuerſité, dit que cela n'empeſche que le
" Roy ne l'euſt pû faire alors, mais il n'euſt pû donner Priuilege aux autres Vniuerſitez. Et meſme *l'Vniuerſité de Paris a prins ſon commencement*
" *du temps de Charlemagne, & auparauant n'auoit aucuns priuileges.* Et ſi pouuoit ladite Erection porter preiudice aux autres Vniuerſitez qui lors
" eſtoient inſtituées. Et ſont les Eſcholiers ſous la protection du Prince.
" Allegue l'Authentique *Habita.* Ioint que le Roy ne baille iamais tant
" de Iuriſdiction à ſon inferieur, qu'il n'en ait autant retenu à luy, *ſicut eſt de*
" *radijs ſolis qui ſunt inſeparabiles à ſole.* Allegue le *C. Cum Venerab. de Relig.*
" *Dom* où Iean André dit, que *ſicut radij ſolis ſunt inſeparabiles à ſole, ſic Iudices à Principe ſupremo.* Ainſi Parties ne peuuent pretendre intereſt aux
" Conſeruateurs de ladite Vniuerſité.

" A ce que les Conſeruateurs auroient connoiſſance de toutes leurs cauſes, dit que les Parties n'y peuuent pretendre intereſt; *imò* eſt leur grand
" proufit & de leurs Subjets, car ils ſeront moins trauaillez d'eſtre traittez à Iſſoire dedans le Pays, que quand les Eſcholiers dudit Pays qui ſeroient és autres Vniuerſitez les y traitteroient; car ladite Vniuerſité
" eſtant à Iſſoire, l'argent y demeure & les Subjets ſont ſoulagez plus que
" venir és autres Vniuerſitez loing-taines. Et non ſeulement quant aux
" Eſcholiers du Pays parties y auront proufit, mais auſſi de ce que pluſieurs
" Eſtrangers viendront eſtudier en ladite Vniuerſité & y feront conuenir
" pluſieurs Perſonnes hors dudit Pays.

" A ce que Parties ont parlé de la Limagne d'Auuergne, dit que cela ne
" merite, & ſe auoit lieu, faudroit dire que les Grecs à *quorum fontibus*, toutes bonnes Lettres ſont yſſuës, Italiens & autres hors de France, ſeroient
" Barbares. Et auſſi cela fait contre les Parties, veu qu'ils ſont du Pays &
" n'eſt à preſumer qu'ils ayent donné charge à leur Aduocat de plaider, &
" conclud comme-deſſus & que leſdites Lettres ſeront verifiées & enterinées, & demande deſpens domages, & intereſts.

" LE LIEVRE pour le Procureur General du Roy, dit qu'il eſt queſtion
" de l'Erection d'vne Vniuerſité à Iſſoire où il y a pluſieurs Oppoſans, dont
l'intereſt

l'intereſt par eux allegué, conſiſte en l'emolument de leurs Iuriſdictions. " 1520.
Or de eux oppoſer qu'il n'y ait Vniuerſité, ne le peuuent faire. "

Quant à ce que les Eſcholiers ayent priuilege pour traitter leurs Cauſes pardeuant leurs Conſeruateurs, dit que les Lettres ſont fondées ſur 3 ou 4. points que ladite ville d'Iſſoire eſt ſituee en la Limagne d'Auuergne, qui eſt vn des meilleurs & fertiles Pays de France, où il y a grand nombre de Peuple, qu'il y a bel air, & que on y pourroit facilement enuoyer les Enfans pour eſtudier, & ſous ombre de ce, le Roy a donné le priuilege d'auoir Vniuerſité, ainſi qu'en autres villes de ce Royaume & ordonne que le Bailly de Montferrand ſera Conſeruateur des priuileges Royaux, lequel ſera tenu auoir ſon Lieutenant reſident audit Iſſoire. Auſſi y a vne Bulle octroyée par le Pape, qui approuue ladite Erection faite par le Roy & donne aux Eſcholiers priuilege, tel qu'ont les autres Vniuerſitez de ce Royaume, & comme l'Eueſque de Clermont Conſeruateur des priuileges Apoſtoliques, lequel met ſon Vicegerent ou Lieutenant audit Iſſoire. Tout l'intereſt des Oppoſans eſt pour raiſon des emolumens de leurs Iuriſdictions, parce que leurs Subjets ſeroient traittez deuant leſdits Conſeruateurs, & *ſic* leur emolument Iuriſdictional ſupprimé, *ſaltem* grandement diminué. Il faut ſçauoir ſi c'eſt le but & vtilité de tout le Pays, car l'intereſt de l'emolument de la Iuriſdiction n'eſt receuable pour empeſcher que le Roy ne puiſſe eriger ladite Vniuerſité : car on void que és autres lieux où les Vniuerſitez ſont erigées, les Iuriſdictions ſont auſſi Patrimoniales, & neantmoins cela n'a pû empeſcher l'Vniuerſité eſtre erigée. Et *ſic* ledit intereſt particulier n'eſt receuable. Mais on a voulu l'Vniuerſité d'Angouleſme de ce regne à la requeſte de la Ducheſſe d'Angouleſme mere du Roy, qui eſt autant priuilegiée & recommandée que nulle autre : Et neantmoins aprés que on a veu les difficultez que on a faites, elle s'eſt deſiſtée de la pourſuitte de ladite Vniuerſité. Auſſi on void celles de Bourges qui eſt ceans en different. Mais parce que les faits de Parties, *reſpiciunt commodum*, cela ne ſe peut vuider ſans en informer, & qu'il ne peut entendre que ce ne ſoit le bien dudit Pays qu'il y ait Vniuerſité, veu que les Enfans à moindres frais pourront eſtudier & prendre leurs degrez audit Pays. Allegue Panorme *ſi dilig. de foro competenti*, où il dit que vn Eueſque n'eſt receuable comme *oppoſant à ce que vn Recteur des Eſcholiers n'ait Iuriſdiction ſur eux, parce qu'il eſt leur Iuge ordinaire.* Et pour ce requiert que les Parties ſoient appointées à informer *ſuper commodo vel incommodo*, & ce fait, il prendra ſes Concluſions. Quant à l'intereſt particulier des Oppoſans, dit que cela n'eſt receuable.

A dit Bruſlart, que en la choſe publique y a trois Eſtats, l'Egliſe, les Nobles & le Commun. Or icy il n'y a Oppoſans que aucuns Particuliers, qui ne ſont receuables à empeſcher le bien vniuerſel.

Lautier pour le Duc de Bourbon deffendeur, dit que ſes Cauſes d'oppoſition ſont bien receuables & ſuffiſantes pour empeſcher la verification des Lettres deſdits demandeurs. Dit que de la pourſuite du Prince, comme il a dit, n'en veut departir, mais *hoc deficit ex præſumpta mente*, qui veut eſtre reglée de raiſon. Or il a monſtré par ſes Cauſes d'oppoſition qu'il n'y a raiſon de faire ladite Vniuerſité, *imò* que ce ſeroit le grand domage du Pays *in vniuerſo*, & de tous les Oppoſans, & ſi c'eſtoit le bien public du Pays, il ne le voudroit empeſcher, *imò* le procurer comme bon Prince & Seigneur naturel. Or Parties confeſſent bien intereſt priué du Duc ; car l'Vniuerſité eſtant erigée, l'emolument de ſa Iuriſdiction ſeroit diminuée de la plus grande partie, au moyen des Conſeruateurs Royaux qui connoiſſent de pluſieurs matieres, & que leurs Sentences ſont executées nonobſtant l'appel par les Ordonnances où les Habitans du Pays iront plus facilement plaider que deuant les Iuges ordinaires du Pays. Or il eſt tout clair que on ne luy peut oſter tout ſon domaine, auquel il eſt fondé de droit commun & és Iugemens de la Cour de ceans, *de iure com-*

„ *muni Rex in terra Baronum*, ne peut exercer *Iuriſdictionem*. Et de ce il y a
1520. „ *Io. Fabri de A. Tut. & Bar. Paul de Caſtro & alij communiter in l. 1. §. Et*
„ *poſt operis. ff. de operis noui n.* Qu'il ne puiſſe eſtre la Iuſtice ordinaire, il y a
„ Arreſt touchant la Chambrerie de France, que le Roy Iean bailla en fief à
„ ceux de Bourbon & ont la Iuriſdiction & connoiſſance ſur les 17. meſtiers
„ à Paris *priuatiuè*, contre les Officiers du Roy. Et puis 8. ou 9. ans en çà les
„ Fermiers vouloient attribuer la viſitation au Preuoſt de Paris, & par Ar-
„ reſt de la Cour, fut dit qu'elle appartenoit à Bourbon *priuatiuè*, contre
„ les Officiers du Chaſtelet. Y a autre Arreſt donné contre ceux de Billon,
„ qui s'efforçoient faire eriger vne Vniuerſité. Bourbon s'y oppoſe, &
„ par Arreſt ceux de Billon en furent deboutez.
„ A ce que Parties parlent que l'Vniuerſité concerne le bien public,
„ dit que non, & ne parlent Parties que *de commodo Burſali*, mais Bour-
„ bon parle *pro educatione animarum*: c'eſt à ſçauoir à ce que les Eſcholiers
„ ſoient mieux inſtruits, qui eſt l'edification des Ames, qui eſt trop plus
„ precieux que les biens & l'argent dont Parties ſe plaignent ſeulement.
„ Or il a ja remonſtré que s'il y auoit à Iſſoire Vniuerſité, iamais ceux du
„ Pays n'enuoyeroient leurs enfans aux autres Vniuerſitez, & par ce ne ſe-
„ roient inſtruits, comme s'ils alloient aux autres Vniuerſitez fameuſes &
„ anciennes, qui ſont tout au tour de la ville d'Iſſoire, tellement qu'elle eſt
„ quaſi *in centro*. Le Philoſophe dit que *centrum ſe habet ad omnes ſuas circum-*
„ *ferentias*. Ainſi Iſſoire & le Pays d'Auuergne qui eſt *in centro*, peut auoir
„ accez *ſuis circumferentijs*; qui monſtre qu'il n'y a neceſſité de l'eriger. Da-
„ uantage on void à celle de Bourges qui eſt en vne groſſe ville & cité, &
„ que la queſtion y pend pour les Oppoſitions qui furent lors formées.
„ Ceux d'Angouleſme de ce regne ont obtenu ſemblables lettres d'ere-
„ ction d'Vniuerſité. Et ſi eſt Cité; & neantmoins voyans qu'il y a aſſez
„ d'Vniuerſitez en ce Royaume, ils ont tout laiſſé.
„ A ce que Iſſoire eſt aſſis en la Limaigne qui eſt bon Pays, dit que Sain-
„ tonge eſt auſſi bon ou meilleur, joignant lequel eſt Angouleſme, & neant-
„ moins ceux d'Angouleſme n'ont voulu perſiſter à l'authentique *Habita*,
„ alleguée par les demandeurs. Dit qu'elle fut deliberée *de conſilio duorum*
„ *Procerum, Abbatum & aliorum de conſilio Imperatoris*, ainſi qu'il faut faire
„ en telles grandes & arduës negoces, & conclud comme deſſus, & que Par-
„ ties ſeront deboutez de leurs lettres.
„ Bovchard dit qu'il y a diuerſes Vniuerſitez en ce Royaume, qui ſont
„ en groſſe reputation *non ſolum* icy, *imò in toto Orbe*, meſmement l'Vni-
„ uerſité de Paris, dont les Concluſions ſont tenuës pour Deciſions en
„ Theologie. Et ſi on fait tant d'Vniuerſitez, celle de Paris ſeroit abolie,
„ & allegue *Multiplicaſti Gentem, non magnificaſti lætitiam*. Et par ce eſt be-
„ ſoin laiſſer les choſes ainſi qu'elles ſont. Dit que *nouiſſimè*, en plaidant,
„ commendant ceux d'Auuergne, dont ſont venus de grands Perſonages,
„ & y a eu pluſieurs Papes en Auuergne, *ſunt enim patientes laboris & inediæ*,
„ & ont fait de grands fruits; mais la raiſon principale eſt pour l'education
„ qu'ils ont eu és autres Vniuerſitez hors leur Pays, *à teneris annis ad com-*
„ *ponendum linguam*. Et à ce propos allegue Aretius de *ingenuis liberis*, &
„ s'ils demeurent au Pays d'Auuergne ne viendront à faire tel fruit qu'ils
„ font quand ils ont eſtudié és autres Vniuerſitez, & conclud comme deſſus.
„ Charmolvë employe ce que Lautier a plaidoyé. A ce qu'on a di-
„ uiſé pluſieurs Eueſchez, dit que les tutelaires n'ont *in patrimonium*, com-
„ me ont les Oppoſans leur Iuriſdiction, ainſi n'y a propos à ce alleguer.
„ Le Lievre pour les Seigneurs de Condognac, Cardoüillac & autres
„ dont ils baillerent les noms au Greffe, employe ce qui a eſté plaidoyé par
„ Lautier La Cour appointe les Parties à mettre par deuers elle & au Cōſeil.

Die 10. Octob. animaduerſum eſt in Cordigerum, qui vt habetur in Actis Facultatis Medicinæ habuerat *orationem coram populo apud S. Germanum Altiſſiodorenſem in die & hora qua celebrabatur proceſſio Vniuerſitatis*. Sed & alia cauſa litis fuit contra Cordigeros qui in titulo cuiuſdam libri falsò

aſſeruerant fuiſſe illum ab Vniuerſitate approbatum. Ac proinde concluſum die Nouembris vt ſcedulæ contra ipſos affigerentur, à qua affixione ipſi appellarunt, vt legitur in Actis Procuratorijs Nat. Gall. & in Actis Facultatis Medicinæ. Ad 21. Martij legitur congregatam fuiſſe Vniuerſitatem ad audiendum ea quæ acta fuerant in Parlamento contra Cordigeros. 1520.

Hoc quoque anno die 17. Nouemb. in Comitijs Generalibus Vniuerſitatis confirmata eſt forma Nominationum quâ deinceps iuxtà legem Concordatorum vtendum eſſet. Id habetur in Actis Nat. Gall. ad diem prædictam. Vbi tertius art. *fuit de forma Nominationum quæ approbata fuit per prædictam Vniuerſitatem, & fuit publicè lecta hac die à Procuratore Generali.* Itaque 22. Decemb. apertus eſt Rotulus à 2. annis aperiri intermiſſus. Clauſus verò 2. Martij in Comitijs Mathurinenſibus, vt legitur in prædicto Codice. *Quantum ad 1um. art. concluſum eſt quod Rotulus Nominatorum & Nominandorum ſolito more clauderetur, eorum quidem in Artibus Magiſtrorum Pariſijs Regentium, aut reſidentium. Nam Theoſophiſtarum, Canoniſtarum & Medicorum Rotuli ob inſtantes abuſus Deputatis viſitandi committerentur.* FORMA NOMINATIONVM.

In eodem Codice ſic legitur de Quinquennio Superiorum Facultatum quod ſolebat ſigillo Facultatis Artium ſigillari. Anno prædicto, die Martij 22. conuocata eſt per D. Rectorem apud S. Iulianum Pauperem Præclara Artium Facultas ſuper 3. art. 1us. ſuper noui Rectoris electione. 2. ſuper aliquibus honorem Facultatis Artium tangentibus 3. tritus & communis.... Quantum ad 2um. remiſit ad Deputatos negotium & materiam Reformationum dicta Natio Gallic. ſuper ſigillandis litteris Quinquennij aliarum 3 Facultatum, Theologiæ, Decretorum & Medicinæ, prudenter conſiderans & dijudicans litteras Quinquennij alterius Facultatis, ob frequentes abuſus non fore ſigillandas ſigillo Facultatis Artium niſi primitùs teſtentur ac fidem faciant de ſuo ſtudio Quinquennali per ſigillum ſuæ Facultatis.

Hoc quoque anno actum ſæpè & repetitis vicibus de Reformatione Vniuerſitatis, maximè verò Facultatis Artium: quam in rem confecti ſunt Codicilli quatuor & Procuratoribus Nationum traditi, vt eos accuratè legerent, atque ad Nationes ſuas referrent. *Item decretum quod ſummarentur FF. Prædicatores per Procuratorem Generalem ſuper celebratione Miſſarum & aliarum Exequiarum pro defunctis Regentibus & Magiſtris Vniuerſitatis Pariſ. ad quas quidem faciendas litteris obligatorijs tenentur & adſtringuntur. Item quod Religioſi S. Germani de Pratis cogerentur per euocationem, aut via Iuris, intereſſe Proceſſionibus Vniuerſitatis. Item & breuiter quod Procurator Generalis diligenter ſollicitaret & procuraret cæteras materias Vniuerſitatis honorem & vtilitatem concernentes. Item Proceſſus & cauſas dictæ Vniuerſitatis ſedulò perſequeretur, curaret haberi Arreſtum ſeu Sententiam ad honorem & vtilitatem Vniuerſitatis nuper latam contra FF. Franciſcanos; etiam perſequeretur materiam inchoatam aduerſus FF. S. Crucis.* Ita legitur in Actis diei 23. Martij, ſcribente Lud. Picot Nat. Gall. Procuratore.

Eodem anno Colonienſis & Louanienſis Academiæ plurimos Lutheri libros flammis dignos iudicarunt; eorumque plurimi in Germania quoque combuſti; in eas protinus exardeſcit Lutherus & grauiſſimis inuehitur conuicijs & calumnijs. *Prima*, inquit, *fiducia pronunciandi Magiſtris noſtris ſiue veris, ſiue Perſonatis adimenda eſt, oſtendendumque quantis ſit opus firmamentis vt credatur iis qui rarò pronunciarunt benè, frequenter autem ac fere ſemper pronunciauerint malè. Quin cum ſemel malus ſemper præſumatur malus iuxta Iuris regulam, nuſquam, nunquam, in nulla re credendum erit Magiſtris noſtris quibuſlibet; quorum iudicium conſtat iam à multis annis fuiſſe non modò inconſtans & præceps; ſed & erroneum, hæreticum, temerarium & cæcum; cui nemo fidere debeat tutò, niſi quem Deus iratus operationibus erroris mandet illudi.* In cuius rei fidem adducit exempla quædam, puta quòd iniuſtè damnaſſent Guill. Oxamum, quem Scholaſticorum Doctorum ſine dubio Principem DE LVTHERO.

vocat & ingenioſiſſimum; Io. Picum Mirandulanum Comitem, Lauren-
1520. tium Vallam & poſt eos Ioan. Reuchlinum.

Academia Pariſienſis ſubſtitit aliquandiu, nec ſuper Propoſitionibus Lutheri quidquam ſtatuit hoc anno. Exſpectabatur eius Iudicium ab omnibus, vt teſtatur Eraſmus Ep. ad Gerardum Nouiomagum data Louanij 5 id. Sept. Et Ep. ad Laurentium Campegium Cardinalem data ſimiliter Louanij die S. Nicolai, *Ex tot Academijs*, inquit, *duæ duntaxat damnarunt aliquot Lutheri paradoxa. Nec hæ prorſus inter ſe conſentiunt: immò nec alterius Theologi inter ſe ſe prorſus conſentiunt.* Exſpectabatur ſententia Pariſienſis Academiæ, *quæ ſemper in re Theologica non aliter principem tenuit locum, quàm Rom. ſedes Chriſtianæ religionis Principatum.*

Ad eam ſcribit Fridericus Saxonum Dux Lutheri fautor, Facultatemque Theologicam conſulit, quid de eius doctrina ſentiendum eſſe putaret. M. Natalis Bedda rem ad Vniuerſitatem defert die 2. Martij apud Mathurinenſes congregatam. Et ita ea de re legitur in Actis Nat. Gallic. *Quantum ad ſupplicationem M. noſtri Beddæ conſulentis Vniuerſitatem ſuper litteris Ducis Saxoniæ ad dictam Vniuerſitatem Pariſ. tranſmiſſis, de approbandis aut reprobandis quibuſdam Martini Lutheri Concluſionibus, decretum eſt nullas litteras reſponſiuas dari dicto Duci Saxoniæ, aut cuiuis alteri niſi prius habito ſuper his conſilio à quatuor Facultatibus.* Ita ſcribit Lud. Picot eiuſdem Nationis Procurator.

Interim Leo Pontifex Romæ Lutherum damnat. Lutherus Ius Pontificium Wittembergæ palam & publicè comburit. Papam vocat temerarium, væſanum, ſuperbum, tyrannum. Ab eo ad Concilium prouocat. Principes ſcriptis Epiſtolis hortatur ad executiendum Papale iugum. Edit librum cui *Captiuitatis Babylonicæ* nomen imponit. Carolus Imperator flammis quoque damnat Lutheri libros peruerſa dogmata continentes. Incendium vbique.

Ad illud reſtinguendum habetur Wormaciæ Imperialium Conuentus, ad quem publica fide data, vocatur Lutherus; ille cauſam ſuam agit, impudenterque reſpondet ſe neque Papæ, neque Conciliorum Decretis poſſe cauſæ deciſionem ſubmittere, quia ſæpè falluntur; ſed ſoli ſacræ ſcripturæ. Fridericus Saxonum Dux ei patrocinatur: cæteri hominem proſcribendum cenſent, ex quorum conſilio Carolus Cæſar eum vt hæreticum vult haberi. Fridericus hominem in arce Alſtadiana abſcondit; ibi plurimos ille libros conſcribit, hortatur adoleſcentes Philoſophiam deuitent, ac Theologiam Scholaſticam, miſſam priuatam abrogat, demum Fratres Auguſtinenſes Conſodales ſuos hortatur vt idem faciant.

1521. Anno 1521. Rectore M. Ioanne le Coincte Theologica Facultas Lutheranarum Concluſionum cenſuram edit tandiu exſpectatam, cuius autoritatem Sleidanus conatur eleuare & imminuere, expoſitis Baccalaureorum diſputationibus & clamoribus, Magiſtrorumque noſtrorum intra cancellos de doctrina regaliter iudicantium Cenſuris. Promulgatur ergo Determinatio prædicta 15. Aprilis, & eſt eiuſmodi.

Determinatio Theologicæ Facultatis Pariſienſis ſuper doctrina Lutheriana hactenus per eam viſa.

» DEcanus & Facultas Theologiæ Generalis Scholæ Pariſienſis omni-
» bus Chriſti fidelibus cum ſincero Catholicæ veritatis amore ſalu-
» tem. Paulus ille vas Electionis, Euangelicuſque tubicen & Gentium Do-
» ctor Timotheum inſtituens, vt curet ſeipſum operarium inconfuſibilem
» & probatum exhibere Deo rectéque tractantem verbum veritatis pro-
» fana hortarur & vaniloquia deuitare, quoniam hæc multum proficiunt ad
» impietatem. Nam ſi ſemel recepta fuerint, mox ſerpet venenum & ob-
» ſoleſcet Catholicæ doctrinæ vigor. Siquidem hæreticorum ſermo ſi ani-
» mos aliquando ſimplicium occuparit, ſemper latius diffundetur, eoſque
» fallacibus errorum inuolucris quaſi tenaci viſco inuoluens ſenſim à veri-

tate ad impietatem nimiam deturbabit, & perinde ac cancer morbus ſerpet: qui vbi corpus viuentis attigerit, non deſinit paulatim vicinas oc- 1521.
cupare partes, donec intulerit exitium. Pleraque huiuſce rei exempla recenſere perfacile eſt. Nam cum adhuc in adoleſcentia ſua Eccleſia Chriſti ſponſa florere cœpiſſet, ſurrexere viri mendaces & impij, qui à veritate excidentes fidem illius ſubuertere molirentur, quales fuerunt Hermogenes, Philetus, Hymenæus; & poſt illos Ebion, Marcion, Apelles: deindè Sabellus, Manichæus, Arrius. Seneſcente verò eadem & paulò ante tempora noſtra, Waldo, Wicleff & Ioannes Hus. Hac etiam tempeſtate de progenie illa viperarum ſuborti ſunt proh dolor! filij nequam qui ſpecioſæ matris non habentis maculam, neque rugam vnionis vinculum ſchiſmaticè diſcindere conantur; verè ſimiles viperulis: vt enim illæ corroſis matrum viſceribus non exeunt priuſquam eas extrinxerint: ita hi parentem Eccleſiam exitiali ſuorum dogmatum peſtilentique veneno, multiplici nouarum inuentionum fœtura, dum iuuare videntur & venerari (licet inextinguibilem) potius tamen quantum in ſe eſt, interimunt: non ferentes cum ipſi ſint & ancillæ filij & illegitimi, imò diaboli genimina Matris Eccleſiæ liberos legitimoſque, niſi eos ſuis peſtiferis doctrinis inficiant & venenatis iaculis contorqueant; ſatagentes ſpeciem matris ac decorem temerare & contaminare. Cuius tamen facies ſemper eſt & erit gratiarum plena, ſplendidiſſimuſque ornatus. Ipſa enim veluti Regina à dextris ſponſi ſui in veſtitu adſtat deaurato circundata varietate, Legum, Ceremoniarum, Sacramentorum & bonorum omnium ad præſentem futuramque vitam conducentium. Hinc virulentis ſuis ſcriptis & ſermonibus illam lacerare non ceſſant, & pro viribus deturpare ſatagunt. Inter quos vnus vel præcipuus exiſtit quidam Martinus Luther, quantùm ex ſcriptis compluribus eius nomine diuulgatis coniectare licet, ſi modo titulo credendum eſt. Ipſe enim prænominatorum hæreticorum dogmata (inſtar præuaricatoris Ahiel qui contra Ioſue imprecationem reædificauit Hierico) inſtaurare ſtudet & noua confingere; qui cum ad ſobrietatem ſapere minime didicerit, plus vnus ſapere præſumit, quàm cœteri omnes qui in Eccleſia ſunt aut fuerunt. Omnium nempe Vniuerſitatum Scholis ſuum auſus eſt præferre Iudicium; priſcorum quoque vel ſanctorum Doctorum Eccleſiæ ſententias contemnit; & vt ad impietatis cumulum addat, ſacrorum ſanctiones Conciliorum eneruare contendit; quaſi ſcilicet ad fidelium ſalutem neceſſariã Luthero ſoli Deus reſeruarit, quæ præteritis ſeculis neſciuit Eccleſia, & ad hæc vſque tempora in tenebris & errorum cœcitate ſuam ſponſam Chriſtus dimiſerit. O impiam & inuerecundam arrogantiam vinculis, cenſuris, imò ignibus & flammis coërcendam potius quàm ratione conuincendam! Nonne enim qui ita ſentit & ſcribit, prima fidei principia abnegat & impietatem palam profitetur? Nonne impium ſe prodit & infidelem quiſquis Orthodoxæ fidei, ſanctis Eccleſiæ Doctoribus ac ſacris Concilijs credere dedignatur? Is nempe cui credet, qui Catholicæ Eccleſiæ fidem habere detrectat? aut quomodò Catholicis adſcribetur qui Eccleſiam non audit; cum ex ore veritatis dictum ſit; ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus? Porro iſta eſt peculiaris hæreticorum inſania, vt ſcripturas pro voto contorquentes ſeſe eas ſolos credant intelligere, ſolos ſe ad veritatem Euangelij putent ambulare, ſolos ſe & quos falsâ religione ſeducunt, ſalutem conſequi arbitrentur, nec cuiuſcunque Doctoris quamtumuis ſancti aut eruditi, ſed nec ipſius Eccleſiæ authoritatem ſuſcipere velint contra eam quã ſemel ſibi præfixerint Scripturarum intelligentiam. Hoc comprobat inſanus Montanus cum ſuis Priſca & Maximilla S. Spiritus aduentum in ſe completum impijſſimè credens magis quam in Apoſtolis. Hoc & impius Manichæus qui vanitate Luciferi ſeductus vſque adeò delirauit, vt ſe Spiritum S. à Chriſto miſſum aſſereret. Hoc item Secundinus eiuſdem Manichæi diſcipulus, qui Auguſtinum & Catholicos cæteros errare confidenter aſſeuerans, quaſi eidem condolens Auguſtino ſcripſit ſe

" non inuenire quidnam ante æterni Iudicis tribunal poſitus, deſerto Ma-
1521. " nichæo, reſpondere valeret. Mos nempe iſte eſt hæreticorum. At verò
" dum Eccleſiam audire nolunt, nec ferunt ſuaui Chriſtianæ diſciplinæ
" iugo colla ſubmittere, illudentibus ſibi ſpiritibus mendacij & erroris, in
" manifeſtos corruunt errores, & pro fide execrandas profitentur blaſphe-
" mias: quod Luther ipſe, ſeu author quiſquis eſt opuſculorum illius edito-
" rum nomine, luce clarius demonſtrat: qui dum Eccleſiæ & SS. Patrum
" ſalutaria reſpuit documenta, & hæreſiarcha factus eſt & virulentus vete-
" rum hæreſum innouator. De libero namque arbitrio differens Mani-
" chæos ſequitur. De Contritione & ijs quæ eam præcedunt, Huſſitas; Wi-
" cleſiſtas verò de Confeſſione. De præceptis Begardos, Catharos de pu-
" nitione hæreticorum, de immunitate Eccleſiaſticorum & de Euangelicis
" Conſilijs Waldenſes & Bohemos. De Iuramento conſentit hæreticis
" qui ſe iactitant de ordine Apoſtolorum. De obſeruatione Legalium,
" Ebionitarum hæreſi propinquat. Cæterum de Sacramentali abſolutio-
" ne, ſatisfactione, præparatione ad Euchariſtiam, Scripturas non aduer-
" tens, ſed peruertens: item de peccatis, de pœnis Purgatorij: de Genera-
" libus Concilijs non ferendos diſſeminat errores. Sed & de Philoſophiæ
" præclaris inſtitutis perperàm loquitur ignarus: ſicut de poteſtate Eccle-
" ſiaſtica & de Indulgentijs multa. Nec tamen peſtiferam doctrinam euo-
" muiſſe contentus, librum inſuper edidit, ſi titulo creditur, cui de Capti-
" uitate Babylonica nomen indidit, vſque adeo varijs reſperſum erroribus
" vt iure cum Alchorano conferri mereatur. In eo ſiquidem extinctas hæ-
" reſes & funditùs extirpatas, quarum ne veſtigia quidem vlla ſuperſta-
" bant, ſuper his præſertim quæ ad ſacramenta Eccleſiæ ſpectant, ſuſcita-
" re, ac in lucem reuocare totis animi viribus contendit. Scriptor quicun-
" que is eſt Eccleſiæ nimirum Chriſti hoſtis pernicioſus & antiquarum blaſ-
" phemiarum inſtaurator execrandus. Bohemorum namque Albigenſium,
" Valdenſium, Heracleonitarum, Pepucianorum, Erianorum, Lampe-
" rianorum, Iouinianiſtarum, Artotyritarum, cæterorumque id genus
" monſtrorum inſaniæ, per auctorem in eodem comprobantur libro, com-
" mendantur, extolluntur. Quare noſtræ profeſſionis eſſe agnoſcentes
" huiuſmodi pullulantibus peſtiferis erroribus magiſque ac magis in dies
" excreſcentibus toto conatu obuiare, quid tandem nobis de huiuſmodi
" Doctrina viſum ſit, planè aperire volumus, & noſtram ſuper ea ſententiam
" Chriſtianis omnibus publicare, ne quod abſit eliminata iampridem tam
" multiplex impietas, quantum in nobis eſt, vlterius ſerpat, & Doctrina
" fallax à Patre Mendacij exorta fidelem inficiat populum Dei.
" Sollicitiùs itaque per nos examinata ac maturiùs vniuerſa doctrina Lu-
" theriano aſcripta nomini, & ad plenum diſcuſſâ, execrandis illam errori-
" bus ſcatere certò deprehendimus & iudicauimus, fidem potiſſimùm con-
" tingentibus & mores. Quodque ſimplici populi ſeductiua ſit, omnibus
" Doctoribus iniuria, poteſtati Eccleſiæ & Ordini Hierarchico impiè de-
" rogatiua, apertè Schiſmatica, ſacræ Scripturæ aduerſa, & eius deprauа-
" tiua, atque in Spiritum ſanctum blaſphema; & ideo veluti Reipublicæ
" Chriſtianæ pernicioſam cenſemus omnino exterminandam ac palam vl-
" tricibus flammis committendam. Authorem verò ad publicam abiuratio-
" nem modis omnibus à Iudicibus compellendum.
" Vt autem id clariùs cunctis innoteſcat, aliquot ex præfatis ſcriptis ex-
" cerptas propoſitiones ordine quodam digeſſimus: & noſtram cuique ad-
" iecimus cenſuram Patrum noſtrorum morem imitati, qui alienus vtique
" non eſt ab obſeruata per Apoſtolos lege definiendi. Propoſito namque
" de Legalium obſeruatione dubio, quid ſentirent, ipſi paucis explicue-
" runt, rationibus cur ita definirent, nullis ſcripto mandatis: quem mo-
" dum quoque decernendi ſacra conſueuerunt tenere Concilia. Materiæ
" verò per nos diſcuſſæ hæ præſertim quas impræſentiarum edere conſtitui-
" mus, ſecundum ſuas inuicem connexiones ſequenti monſtrantur Indice.

Index Materiarum ex varijs Lutheri libris excerptarum per Theologiæ Vniuerſitatis Pariſ. Facultatem. Et 1. ex lib. de Captiuitate Babylonica. 1521.

DE Sacramentis. *De Conſtitutionibus Eccleſiæ. De operum Æqualitate. De votis. De diuina Eſſentia.* Materiæ ex alijs eiuſdem Lutheri libris excerptæ. 1. Propos.

De Conceptione B. & glorioſæ Virginis. De Contritione. De Confeſſione. De Abſolutione. De ſatisfactione. De accedentibus ad Euchariſtiam. De certitudine Charitatis habita. De peccatis. De præceptis. De Conſilijs Euangelicis. De Purgatorio. De Concilijs vniuerſalibus Eccleſiæ. De Hæreticorum pœna. De Legalium ceſſatione. De Bello aduerſus Turcas. De Immunitate Eccleſiaſticorum. De libero Arbitrio. De Philoſophia & Theologia Scholaſtica.

Propoſitiones ex lib. Lutheri, qui de Captiuitate Babylonica inſcribitur Collectæ & per Theologorum Pariſ. Facultatem damnatæ. Scribuntur autem Propoſitiones ipſæ maiuſculis & condemnationes minoribus Characteribus.

DE Sacramentis. *Recens eſt Inuentio Sacramentorum.* Hæc propoſitio innuens recenter ab hominibus inuenta eſſe Sacramenta & non à Chriſto inſtituta, eſt temeraria, impia & manifeſtè hæretica.

2. *Sacramentum Ordinis Eccleſia Chriſti ignorat.* Hæc propoſitio eſt hæretica & eſt error pauperum de Lugduno, Albigenſium, & Wicleuiſtarum.

3. *Omnes Chriſtiani habent eandem poteſtatem in verbo & Sacramento quocumque.*

4. *Claues Eccleſiæ ſunt omnibus communes.*

5. *Omnes Chriſtiani ſunt Sacerdotes.* Quælibet harum trium propoſitionum eſt Ordinis Hierarchici deſtructiua & hæretica: & eſt error præfatorum hæreticorum & ſimul Pepucianorum.

6. *Confirmatio & Extrema-Vnctio non ſunt Sacramenta à Chriſto inſtituta.* Hæc propoſitio eſt hæretica, & pro prima parte eſt error Albigenſium & Wicleuiſtarum pro ſecunda verò Heracleonitarum.

7. *Miſſa paſſim creditur eſſe Sacrificium quod offertur Deo: inde Chriſtus hoſtia Altaris dicitur. Sed Euangelium non ſinit Miſſam eſſe ſacrificium.* Hæc propoſitio quoad ſecundam partem ſcilicet. Sed Euangelium, &c. eſt impia: in ſacroſanctum Euangelium blaſphema ac hæretica, prout vocabulo Miſſa cum Gregorio vtimur.

8. *Manifeſtus eſt error Miſſam applicare ſeu offerre pro peccatis, pro ſatisfactionibus, pro Defunctis aut quibuſcumque neceſſitatibus ſuis aut aliorum.* Hæc propoſitio eſt in Eccleſiam Catholicam Chriſti ſponſam contumelioſa & hæretica. Et eſt Erianorum hæreticorum & Artotyritarum erroribus conformis.

9. *Non eſt dubium vniuerſos hodie Sacerdotes & Monachos cum Epiſcopis & omnibus ſuis Majoribus eſſe Idololatras in ſtatu periculoſiſſimo agentes, ob Miſſæ ſeu Sacramenti ignorationem, abuſionem & irriſionem.* Hæc propoſitio eſt falſa, maximè ſcandaloſa, vniuerſo Eccleſiaſtico ſtatui contumelioſa, arroganter & ſtultè prolata. Et in eo quod prætendit neminem in ſtatu ſalutis eſſe niſi qui huiuſmodi erroribus acquieſcit, cum Donatiſtarum, Aſcitarum, & Apoſtolicorum perfidia conueniens, aſſerentium non niſi apud ſe remanſiſſe Eccleſiam Dei.

10. *Credo firmiter panem eſſe Corpus Chriſti: ait Luther.* Hæc credulitas Lutheri eſt abſurda, hæretica & olim damnata.

11. *Negare Laïcis vtramque ſpeciem eſt impium & tyrannicum.* Hæc propoſitio eſt erronea, ſchiſmatica, impia, & ex damnato errore Bohemorum elicita.

» 12. *Bohemi hæretici & ſchiſmatici non ſunt nominandi, ſed Romani.* Hæc
1521. » propoſitio eſt falſa: perfidiæ Bohemiæ impiè defenſiua, & Eccleſiæ Ro-
» manæ contumelioſa.
» 13. *Matrimonium non eſt Sacramentum diuinitus inſtitutum, ſed ab homi-
» nibus in Eccleſia inuentum.* Hæc propoſitio eſt hæretica & olim damnata.
» 14. *Coniunctio viri & mulieris tenet, quocumque modo contra leges hominum
» contigerit.*
» 15. *Debent Sacerdotes ea omnia Matrimonia confirmare quæ contra Eccle-
» ſiaſticas vel Pontificias leges fuerint contracta: in quibus Papa poteſt diſpenſare
» & quæ non ſunt in ſcriptura ſacra expreſſæ.* Vtraque harum propoſitionum eſt
» falſa, Eccleſiæ poteſtati impiè derogatiua, & ex damnato Valdenſium
» errore procedens.
» 16. *Tota efficacia Sacramentorum nouæ legis eſt ipſa fides.* Hæc propoſi-
» tio eſt efficaciæ Sacramentorum nouæ legis impiè derogatiua & hæretica.
» 17. *Quidquid credimus nos accepturos eſſe reuera accipimus, quidquid agat,
» non agat, ſimulet aut iocetur miniſter.* Hæc propoſitio eſt abſurda; ex erro-
» neo ſcripturæ intellectu aſſerta & hæretica.
» 18. *Periculoſum, imò falſum eſt opinari pœnitentiam eſſe ſecundam tabulam
» poſt naufragium.* Hæc propoſitio eſt temerario errore ac fatuè aſſerta; ac
» B. Hieronymo illam ponenti iniuria.
» 19. *Qui ſponte confeſſus ſiue correptus veniam petierit & emendauerit coram
» quouis priuatim fratre, non dubito à peccatis ſuis illum eſſe abſolutum.* Hæc pro-
» poſitio innuens laïcos tam viros quam mulieres poteſtatem clauium ha-
» bere, eſt falſa, Sacramentis Ordinis & Pœnitentiæ contumelioſa & hæ-
» retica cum errore conueniens Valdenſium & Quintilianorum.

De Conſtitutionibus Eccleſiæ.

1. Propos. » *Neque Papa, neque Epiſcopus, neque vllus hominum habet ius vnius ſyllabæ
» conſtituendæ ſuper Chriſtianum hominem, niſi id fiat eiuſdem conſenſu, &
» quidquid aliter fit, tyrannico ſpiritu fit.* Hæc propoſitio eſt à debita ſub-
» ditorum erga Prælatos & Superiores ſubiectione & obedientia retractiua,
» legum poſitiuarum ſeditioſè deſtructiua, ac in fide & moribus erronea,
» & eſt error damnatus Valdenſium cum errore Erianorum conueniens.

De operum æqualitate.

Propos. » *Opera nihil ſunt coram Deo, aut omnia ſunt æqualia quantùm ad meritum
» attinet.* Hæc propoſitio eſt falſa, ſacris eloquijs aduerſa atque er-
» rori Iouinianiſtarum conformis.

De Votis.

1. Propos. » *Suadendum vt vota prorſus omnia tollantur, aut vitentur.* Hæc propoſitio
» eſt Chriſti doctrinæ & SS. Patrum obſeruationi qui vouere conſu-
» lunt, contraria: ex errore procedens Lamperianorum, Wicleuiſtarum &
» eorum qui ſe iactabant de ordine Apoſtolorum.
» 2. *Probabile eſt vota hodie non valere niſi ad operum iactantiam & præſum-
» ptionem.* Hæc propoſitio eſt falſa, ſtatui Religionis contumelioſa & præ-
» fatis erroribus conſona.

De diuina Eſſentia & forma Corporis humani.

Propos. » *Iſtis nouiſſimis 300. annis multa perperam determinata ſunt, quale eſt Eſſentiam
» Diuinam, nec generari, nec generare: & animam eſſe formam ſubſtantialem
» corporis humani.* Hæc propoſitio eſt falſa, & ab homine qui alienus eſt à
» Catholica Eccleſia, arroganter aſſerta, ac ſacris Concilijs Generalibus
» iniuria.

Propoſitiones

Propoſitiones excerptæ ex alijs Lutheri libris damnatæ vt premiſſum eſt. Et 1. De Conceptione B. Mariæ Virginis. 1521.

C*Ontradictoria huius propoſitionis: B. Virgo eſt concepta ſine peccato Orig. non eſt reprobata.* Hæc propoſitio eſt falſa, ignoranter & impiè contra honorem immaculatæ Virginis aſſerta.

De Contritione & ijs quæ eam præcedunt.

L*Ege manifeſtata aut in memoriam reuocata, mox ſequitur augmentum peccati ſi gratia deſit.* Hæc propoſitio loquendo de gratia gratum faciente eſt falſa, à rectâ ſacræ ſcripturæ intelligentia aliena, & à meditatione diuinæ legis retractiua. 1. Propos.

2. *Lex ante Charitatem non operatur niſi iram & auget peccatum.* Hæc propoſitio eſt falſa, piarum aurium offenſiua, in Deum & eius legem blaſphema, nec intentioni Pauli conformis.

3. *Opera quæcumque ante Charitatem ſunt peccata & damnabilia & indiſponentia ad gratiam.* Hæc propoſitio eſt falſa, temerariè aſſerta, perfectorum ab emendatione retractiua & ſapiens hæreſim.

4. *Qui bonum opus aut pœnitentiam à peccatorum deteſtatione ante dilectionem Iuſtitiæ incipit, nec in eo peccari aſſerit; inter Pelagianos numerandus eſt.* Hæc propoſitio eſt falſa & ignoranter aſſerta, capiendo dilectionem Iuſtitiæ pro ea quæ Charitatem ſeu Gratiam gratum facientem ſequitur.

5. *Contritio quæ paratur per diſcuſſionem, collectionem & deteſtationem peccatorum qua quis recogitat annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ, ponderando peccatorum grauitatem, multitudinem, fœditatem, amiſſionem æternæ Beatitudinis, ac æternæ damnationis acquiſitionem: hæc, inquam, contritio facit hypocritam, imò magis peccatorem.* Hæc propoſitio eſt falſa, viæ ad pœnitentiam impeditiua, Scripturis ſacris & doctrinæ ſanctorum diformis.

6. *Neque timore, neque amore poteſt homo ſe erigere ad capeſſendam gratiam Dei.* Hæc propoſitio eſt in fide & moribus erronea, omnem præparationem ad pœnitentiam impiè auferens.

7. *Sine Gratia primò remittente culpam, nec votum remiſſionis quærendæ homo poteſt habere.* Hæc propoſitio eſt falſa, impia, & peccatorum ad deſperationem inductiua.

8. *Chriſtus nunquam Peccatores coëgit timore ad Pœnitentiam.* Hæc propoſitio capiendo cogere pro inducere, ſicut capitur frequenter in Scriptura ſacra, eſt hæretica.

9. *Bonus eſt timor & vtilis, licet ſit inſufficiens per quem paulatim fit conſuetudo Iuſtitiæ.* De his verbis Auguſtini ſequitur Iudicium Lutheri, *Hoc eſt*, inquit, *meo iudicio conſuetudo deſperandi & odiendi Deum ſi excludatur gratia.* Iudicium Lutheri de illo dicto Auguſt. Bonus eſt timor, *&c.* eſt falſum, temerarium & impium, accipiendo Gratiam vt ſupra pro Gratia gratum faciente, ſicut eam accipit Scriptor.

10. *Si Ioannes ſcilicet Baptiſta docuiſſet timorem eſſe initium Pœnitentiæ, non ideo ſequitur Pœnitentiam incipere à timore.* Hæc propoſitio eſt manifeſtè erronea, in Chriſtum & inſpiratam Præcurſoris eius doctrinam contumelioſa.

De Confeſſione.

A*Rs Confitendi qua huc vſque docti ſumus arenam numerare, ſingula peccata diſcutere, colligere atque ponderare ad faciendam contritionem, eſt ars inutilis, imò ars deſperandi & perdendi animas.* Hæc propoſitio eſt falſa, impia, ſchiſmatica, & confeſſioni quæ eſt ars lucrandi animas, iniuria. 1. Propos.

2. *Confeſſio illa quæ nunc agitur occultè in aurem, nullo poteſt diuino iure probari, nec ita fiebat primitus.* Huius propoſitionis prima pars eſt falſa & ex ignorantia iuris diuini aſſerta. Secunda eſt temerariè poſita.

3. *Spiritualis defectus eſt ſoli Deo aperiendus.*

1521. 4. *Si oportet confiteri occulta cordis, tantùm ea quæ pleni ſunt conſenſus in opus, homines debent confiteri.*

5. *Peccata contra duo vltima præcepta Decalogi commiſſa ſunt prorſus à Confeſſione ſecludenda.* Quælibet harum trium propoſitionum eſt in fide erronea, & impiè confeſſionem dimidians.

6. *Nullo modo præſumat homo confiteri peccata venialia.* Hæc diſſuaſio innuens præſumptionis eſſe confiteri peccata venialia, eſt temerarij animi indicatiua, ab opere bono retractiua & ideo pernicioſa.

7. *Non iuſtificamur operibus, neque Pœnitentijs aut Confeſſionibus.* Hæc propoſitio, loquendo de operibus bonis fidem Mediatoris non excludentibus, eſt erronea, Pœnitentiæ & Confeſſionis contemptiua & ſanæ diuinæ ſcripturæ intelligentiæ aduerſa.

De Abſolutione.

1. Propos. *Abſolutio eſt efficax, non quia fit, à quocumque tandem fiat, erret ſiue non erret, ſed quia creditur.*

2. *Crede fortiter te eſſe abſolutum, & abſolutus verè eris, quidquid ſit de tua Contritione.*

3. *Eſto per impoſſibile quod Confeſſus non ſit Contritus, aut quod ſacerdos non ſerio ſed ioco abſoluat, ſi tamen credat ſe eſſe abſolutum, veriſſimè eſt abſolutus.* Hæ tres propoſitiones ad ſenſum Scriptoris ſunt falſæ, impiæ, ignoranter & diformiter ad ſanam Sacræ ſcripturæ intelligentiam aſſertæ. Et in hoc quod dicitur, à quocumque tandem fiat, erret ſiue non erret; & in eo quod ſubditur, non ſeriò, ſed ioco abſoluat, ſunt piarum aurium offenſiuæ, Sacramenti Pœnitentiæ irriſoriæ & Conciliorum Generalium determinationibus contrariæ.

4. *Quilibet Sacerdos debet abſoluere à pœna & culpa, aut peccat.* Hæc propoſitio ad ſenſum ſcribentis eſt falſa: obſeruationis & doctrinæ vniuerſalis in his quæ concernunt ſacramentum Pœnitentiæ contraria.

De ſatisfactione.

1. Propos. *Peccata Deus & ſemper & gratis remittit atque condonat, nihil à nobis inuicem requirens quam vt in poſterum bene viuamus.* Hæc propoſitio eſt à ſententia ſanctorum Doctorum aliena: Fideles vana & ſtulta confidentia à debita ſatisfactione pro peccatis retrahens & hæretica.

2. *Sententia eſt Apoſtoli pœnam & culpam ſimul finiri.*

3. De induſtria damnat Propheta ſententiam probantium ſatisfactionem, dicens. Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem, holocauſtis non delectaberis.

4. *Irridet Micheas Propheta eos qui per opera ſatisfacere volunt.* Prima harum propoſitionum eſt in Paulum. 2. in Prophetam. 3. in Micheam contumelioſa: & omnes falſæ, impiæ & in Spiritum ſanctum blaſphemæ.

5. *Virtute Clauium iactant quidam ſolui pœnas per diuinam iuſtitiam requiſitas; quod non credo verum, nec probabitur.* Hæc propoſitio quâ negat virtute Clauim pœnas per diuinam juſtitiam requiſitas ſolui, eſt falſa, ſcandaloſa, poteſtati clauium derogatiua, & in hoc quod dicit, quod non credo verum, nec probabitur, eſt animi temerarij indicatiua & arrogantis.

6. *Commentum & futile cauillum eſt dicere quod dicunt quidam, quia Sacerdos ignorat menſuram Contritionis abſoluendi: ideóque forte non imponit tantam ſatisfactionem quantam diuina Iuſtitia requirit, quod propterea neceſſe ſit diuinæ Iuſtitiæ ſatisfieri vel proprio opere, vel indulgentijs.* Hæc propoſitio eſt falſa, ritui Eccleſiæ & eius doctrinæ aduerſa & pœnitentialis ſatisfactionis eneruatiua.

7. *Pœna qua Deus vult peccatum punire, non poteſt auferri per hominem vel*

per Papam. Hæc propoſitio eſt authoritati Eccleſiæ à Deo conceſſæ « impiè & ſchiſmaticè contraueniens & ſapiens hæreſim. « 1521.

Huic materiæ annectitur vna propoſitio de Sacramentis in genere. «

8. *Hæretica ſententia eſt quâ Sacramenta nouæ legis Gratiam iuſtificantem dare dicuntur illis qui non ponunt obicem, cum ſit impoſſibile Sacramentum conferri niſi iam credentibus & dignis.* Hæc propoſitio eſt falſa, temeraria & præſumptuosè aſſerta. «

De accedentibus ad Euchariſtiam.

1. Propos. *Magnus & pernicioſus error eſt ſi quis accedat ad Sacramentum Euchariſtiæ ea nixus fiducia quod confeſſus eſt; quod non ſibi conſcius peccati mortalis: quod orationes & præparatoria ſua præmiſerit, omnes hi iudicium ſibi manducant & bibunt.* Hæc propoſitio eſt impia; à debita Sacramenti ſuſcipiendi præparatione maximè retractiua; ad deſperationem inducens & doctrinæ Pauli contraria: nec Fideles ea nixi fiducia ſecludunt diuinam miſericordiam. «

2. *Probatio qua homo peccata ſua diſcutit atque ponderat, non pertinet niſi ad inſenſatos & craſſos Sacramenti contemptores.* Hæc propoſitio eſt temerariè & arroganter aſſerta, impia & ſcandaloſa.

De Certitudine Charitatis habitæ.

1. Propos. *Peſſimè docent Theologi, quando dicunt nos neſcire quando ſumus in Charitate.* Hæc propoſitio, intelligendo neſcire certitudine fidei, de qua loquitur Scribens, eſt falſa, ſacris Doctoribus diſſona & ſanæ intelligentiæ Scripturæ. «

2. *Caueat omnis Chriſtianus ne vnquam incertus ſit, an Deo placeant opera ſua: qui enim ſic dubitat, peccat, & perdit opera ſua cuncta, fruſtraque laborat.* Huiuſmodi Conſilium loquendo de certitudine vt ſupra, eſt temerarium, pernicioſum & ſacris eloquijs diforme.

De Peccatis.

IVſtus in omni bono opere peccat.

2. *Omne opus bonum optimè factum eſt Peccatum Veniale.* Vtraque harum propoſitionum eſt falſa, piarum aurium offenſiua, ac bonorum operum infamatiua. « 1. Propos.

3. *Quod non omni tempore pœnitemus & reſipiſcimus, vitium eſt.* Hæc propoſitio vt vitium dicit culpam ad ſenſum Scribentis, eſt falſa, irrationabiliter & ex erroneo Scripturæ intellectu aſſerta. «

4. *Hoc eſt mortalium mortaliſſimum non credere ſe eſſe damnabili & mortali peccato obnoxium coram Deo.* Hæc propoſitio eſt falſa, impia, deſperationis inductiua & ſapiens hæreſim. «

5. *Theologi docentes regulâ ſuâ venialia peccata eſſe diſtincta à mortalibus ad inſaniam perditiſſimè nituntur trahere hominum conſcientias.* Hæc propoſitio eſt ſtultè & præſumptuosè aſſerta, ſacris Doctoribus iniuria, & in quantum prætendit venialia non diſtingui à mortalibus, eſt hæretica. «

De Præceptis.

1. Propos. *QVi negat Deum nobis impoſſibile iuſſiſſe, peſſimè facit: & qui hoc falſum eſſe dicit, pluſquam peſſimè facit.* Hæc propoſitio eſt ſcandaloſa, impia; legis Chriſtianæ infamatiua, ac authore Auguſtino, in Deum blaſphema. «

2. *Sola duo vltima Decalogi præcepta ſunt: quæ à nullo quantumlibet ſancto aliquo modo implentur: cætera omnia implent. Sed in his duobus manent rei & Peccatores, quia nihil de iſtis implent.* Hæc propoſitio eſt erronea, impia, in legem & Legiſlatorem blaſphema & in Sanctos contumelioſa, «

De Bello contra Turcas.

1521.

PROPOS. » *PRæliari aduerſus Turcas eſt repugnare Deo viſitanti iniquitates noſtras per illos.* Hæc propoſitio vniuerſaliter intellecta eſt falſa, nec ſacris eloquijs conformis.

De immunitate Eccleſiaſticorum.

PROPOS. » *SI Imperator vel Principes reuocent libertatem datam perſonis & rebus Eccleſiaſticorum, non poteſt eis reſiſti ſine peccato & impietate.*

» Hæc propoſitio eſt falſa, impia, ſchiſmatica, libertatis Eccleſiaſticæ eneruatiua, ac impietatis tyrannicæ excitatiua & nutritiua.

De libero Arbitrio.

1. PROPOS. » *LIberum Arbitrium non eſt dominus actuum ſuorum.*

» Hæc propoſitio eſt falſa, ſacris Doctoribus, ac omni doctrinæ morali aduerſa cum Manichæorum errore conueniens ac hæretica.

» 2. *Fruſtra garriunt Sophiſtæ actum bonum totum eſſe à Deo, ſed non totaliter.*

» Hæc propoſitio eſt ſanctis Doctoribus eam ponentibus iniuria, Ambroſio potiſſimum, Auguſtino & Bernardo: quos hîc Sophiſtas appellat; & quantum ad id quod prætendit actum bonum eſſe totaliter à Deo & nullo modo à libero Arbitrio, eſt hæretica.

» 3. *Liberum Arbitrium, dum facit quod in ſe eſt, peccat mortaliter.*

» Hæc propoſitio eſt ſcandaloſa, impia, in fide & moribus erronea.

» 4. *Liberum Arbitrium ante Gratiam nihil valet niſi ad peccandum, non autem ad pœnitendum ex Auguſtino de ſpiritu & littera.*

» Hæc propoſitio accipiendo Gratiam pro Gratia gratum faciente, de qua loquitur Scriptor, eſt erronea; errori Manichæorum conformis, à ſacris eloquijs aliena, peruersè & truncatè ex Auguſtino allegata.

» 5. *Liberum Arbitrium ante Gratiam tanto magis appropinquat iniquitati quantò fortius intenderit actioni ex Ambroſio.*

» Hæc propoſitio, accipiendo Gratiam vt prius, eſt falſa, piarum aurium offenſiua, à bonis operibus retrahens, iniquè & mutilatè ex Ambroſio excerpta.

De Philoſophia & Theologia Scholaſtica.

1. PROPOS. » *PHiloſophia Ariſtotelis de virtute morali, de obiecto, de actu elicito talis eſt quæ nec in Populo doceri poſſit, nec eſt ad ſcripturæ intelligentiam vtilis, quia continet duntaxat portenta verborum non niſi ad Contentiones verborum conficta.*

» Hæc propoſitio quantum ad omnes ſuas partes, loquendo de Philoſophia Ariſtotelis, in his maximè in quibus à fide non diſcedit, eſt falſa, & tanquam ab inimico ſcientiæ arroganter ac inſipienter aſſerta.

» 2. *Omnes virtutes Morales & ſcientiæ ſpeculatiuæ non ſunt veræ virtutes & ſcientiæ, ſed peccata & errores.*

» Hæc propoſitio quantum ad primam partem, quod virtutes morales ſunt peccata, eſt eodem modo qualificanda, ſicut prius fuit illa qualificata. Opera quæcumque ante Charitatem ſunt peccata. Quantum autem ad alteram, quod ſcilicet ſcientiæ ſpeculatiuæ ſunt errores, eſt manifeſtè falſa.

» 3. *Theologia Scholaſtica eſt falſa Scripturæ & Sacramentorum intelligentia, & exulem nobis facit veram & ſinceram Theologiam.* Hæc propoſitio eſt falſa, temerariè, & ſuperbè aſſerta: ac ſanæ doctrinæ inimica.

» 4. *In ſermonibus Ioannis Tauleri lingua Teutonica conſcriptis plus reperio, dicit Luther, Theologiæ ſolidæ & ſinceræ quam in vniuerſis omnium Vniuerſitatum Scholaſticis Doctoribus repertum eſt, aut reperiri poſſit in omnibus ſuis ſententijs.* Propoſitio quam Luther aſſerit, eſt manifeſte temeraria.

5. *Quo tempore cœpit Theologia Scholaſtica, id eſt, illuſoria, eodem euacuata* “
eſt Theologia Crucis, ſuntque omnia planè peruerſa. Hæc propoſitio eſt fal- “ 1521.
ſa, præſumptuosè & irrationabiliter aſſerta & errori Bohemorum dam- “
nato vicina. “

6. *Libidinem corrumpendæ Scripturæ iam ferme 300. annis patitur Eccleſia* “
incomparabili damno ſuo à Doctoribus Scholaſticis. Hæc propoſitio eſt falſa, “
ſtultè & maliciosè aſſerta. “

7. *Theologi Scholaſtici Ariſtotelis Moralia prorſus conuenire mentiti ſunt cum* “
Chriſti Paulique doctrina. Hac propoſitione impudenter & falsò Theolo- “
gis Scholaſticis imponit Scriptor, quod non eſt verum: ſiquidem ſatis ex- “
ploratum in multis Moralia Ariſtotelis cum Chriſti Paulique doctrina “
conſentire. “

Additur & hæc ex lib. de Captiuitate Babylonica.

I*N Dionyſio qui ſcripſit de Cœleſti Hierarchia, nihil fermè eſt ſolidæ eruditio-* “
nis: Et omnia illius meditata in Præfato libro ac ſomnijs prope ſimillima. In “
Theologia autem myſtica pernicioſiſſimus eſt Platonizans. Hæc propoſitio eſt “
falſa, temerariè & arroganter aſſerta ac viro S. inſigni eruditione claro “
iniuria, quem Damaſcenus diuinum Areopagitam, Pauli diſcipulum, ſa- “
cerrimum & Dei loquentiſſimum appellat. “

CONCLVSIO.

NOs *Præfati Decanus & Facultas Præmiſſa hæc omnia tempore multo examinauimus: & quid de his ſentirent Eccleſiaſtici Doctores, quidue ſacra Concilia, quid inſuper in Scripturis caueretur, diligenter annotauimus. Poſt quod Examen noſtrum apud Sorbonam ſæpius frequentatum, à pleriſque noſtris per Iuramentum vocatis & factis Concionibus vnanimi omnium voto fuerunt concluſa ac definita. Ac demum ex abundanti in Generali noſtra Congregatione apud S. Mathurinum rurſus per Iuramentum ſuper his ſpecialiter denunciata, hæc eadem poſt Miſſam more noſtro celebratam, iterum concordi omnium aſſenſu laudauimus, comprobauimus, ac rata habuimus: laudamus comprobamus & rata habemus; & vt talia inconcuſſè tenenda noſtra ſententia definimus & decernimus. Acta fuerunt hæc an. ab Incarnatione Domini 1521. 15. April. In quorum teſtimonium ijs Inſtrumentis quæ in Archiuis & Scrinijs noſtris ad perpetuam rei memoriam reſeruamus, Sigillum noſtrum duximus apponendum. Ad quorum exemplar de Mandato noſtro præſentes fuiſſe fideliter impreſſas teſtamur.* IO. LE COINCTE.

Cenſuræ iſtius cum fuiſſent in Germaniam delata quædam Exemplaria, Philippus Melanchton iuuenis adhuc & Luthero plenus, edidit cum Cenſura Lutheri Apologiam cum hoc titulo, *Aduerſus furioſum Pariſienſium Theologaſtrorum Decretum.* In illa autem Apologia Doctores Pariſ. vocat Sophiſtas & Calumniatores: aitque Lutetiæ natam eſſe Profanã illam Scholaſticen; qua admiſſa nihil reliquum ſit; Euangelium obſcuratum, fides extincta, recepta operum doctrina; ab hac Academiâ Theologiam Scholaſticam accepiſſe quaſi per manus reliqua Europæ Gymnaſia: & ſic terram Idolis fuiſſe repletam. Parum id Luthero viſum eſt, addidit ipſe longè plura Conuicia: & vt eſt apud Cochlæum, *Academia*, inquit, *Pariſ. in parte ſupremà quæ Facultas Theologiæ nuncupatur, eſt à vertice vſque ad plantam mera, & vt nix alba, lepra, veræ, nouiſſimæ Antichriſtianæque & capitalis hæreſeos, Mater omnium errorum in Chriſtianitate, maxima meretrix ſpiritualis; quam ſol vnquam vidit, & vera poſtica inferni. Prophetatum eſt temporibus Antichriſti omnes hæreſes quæ vnquam fuerunt, in vnam Camerinam confluxuras, mundumque perdituras. Id ego oſtendere intendo de Pariſijs, Papæ veri Antichriſti maximo fornicationis cubiculo; atque probare eos eſſe peiores*

Montanis, Ebionitis & omnibus quoſcunque commemorauerunt hæreticis, Deo
1521. *volente*, &c.

Eiuſdem Lutheri fautores ridiculum ediderunt Libellum, nomen Facultatis Theologicæ Pariſ. præferentem, continentemque primùm Determinationem quandam in Apologiam Melanchtonis: deinde rationem Determinationis prioris. Demum quaſdam Regulas intelligendi Scripturas. *Sola alma Facultas elucidat omnia* (inquiebant) *primò ſcripturas: poſt hoc, patres: vltimò ſcribentes, & non poteſt errare; quia liripipium & almutium non ſunt ſigna fallibilia. Malè ergo faciunt qui Scripturas nudas ſequuntur: peius, qui nudos Patres; peſſimè, qui ſcribentes; quia procedunt de obſcuritate in obſcuritatem, donec iſtis omiſſis Almam Facultatem audierint, & liripipio firmiter adhæſerint. Ibi eſt lex mundi & regula fidei; & morum infallibilis*, &c.

Porro Lutherus in Arce Alſtadiana deliteſcit menſes decem. Hinc Carolſtadius Vitēbergæ debacchatur, ſacras Imagines de templis deijcit, reſcindit vota Monaſtica, Coniugia Sacerdotum permittit & ſuadet. Et primus omnium Bartholomæus Bernhartus Feldkirchius Præpōſitus Kembergenſis vxorem ducit; ſequitur Carolſtadius. Martinus Bucerus Dominicanus cucullam abijcit. Ita reformatur Eccleſia.

Interim obit Leo X. & ſuccedit Adrianus VI. Caroli V. antea Præceptor, ambo viri docti & litteratorum amantiſſimi: vt videre eſt in Epiſtolis Bembi & Longolij.

Die 28. Maij conuocatis apud Mathur. Deputatis, lectæ ſunt litteræ ad Vniuerſitatem miſſæ à Curia Subſidiorum Rotomag. de quodam Nuncio Lexouienſi: & 1. die Iunij habitis Generalibus Comitijs eædem litteræ lectæ, quibus petebant Generales, an Quidam nominatus Marguerie Nuncius eſſet Vniuerſitatis pro vrbe Lexouienſi; & conſultis Commentarijs ſeu Rotulo Officiariorum, reſponſum eſt verum eſſe Nuncium, ipſiſque actæ gratiæ quod Vniuerſitatis priuilegia ſarta tecta eſſe vellent.

In ijſdem Comitijs Dominicani iuſſi ſunt celebrare ſacra pro Magiſtris Vniuerſitatis quæ celebrare tenentur *ratione donationis ſuæ manſionis*, vt legitur in Actis Nat. Gall. Et cùm Prior Conuentus reſpondiſſet ſe non ita pridem electum in Priorem potuiſſe tam citò diſcere quodnam ius eſſet Vniuerſitatis, propterea quod Fratres ſui negabant illi tale ius eſſe quod petebatur, Vniuerſitas ſtatuit contra eos agendum eſſe omni via modoque congruente.

In ijſdem Comitijs auditi ſunt plurimi Primarij ſuper Collegiorum ſuorum ſtatu & ſtatutis, quibus opus erat ad integrandum Reformationem; inter alios verò M. Petrus Vvarnier Collegij Atrebatenſis Primarius iuſſus exhibere fundationem & ſtatuta, negauit ſe vlla habere; quamobrem decreuit Vniuerſitas ſcribere ad Abbatem S. Vedaſti Burſarum Collatorem.

Die 10. Iunij quæ eſt Vigilia feſti S. Barnabæ idem Cointius Rector adijt Indictum, & luſtrauit comitatus more ſolito, ibique, vt legitur in Reg. Vniuerſitatis, *expoſuit cauſam comparitionis.* Ægrè autem tulerunt Magiſtri, *quod illi de S. Dionyſio non oſtenderint Relliquias, nec miniſtrarint vinum more ſolito.* Obierunt tamen ibi Pergamenarij Iurati ſua Officia & diligentiam probarunt.

Die 13. eiuſdem menſis apud Mathurinenſes in Comitijs Generalibus lectum eſt quoddam Regis Mandatum prohibitorium, ne Librarij aut Typographi venderent, aut ederent aliquid, *niſi autoritate Vniuerſitatis & Facultatis Theologiæ & viſitatione facta.* Quid verò in eo præciſè contineretur, non habetur in Reg. ſed id ſolum vnanimiter concluſum non eſſe *Commiſſionem illam executioni demandandam*, donec eſſet emendata cum conſilio Conſiliariorum, de quo negotio inter cætera inſtructus eſt M. Claudius le Maiſtre nouus Rector die 26. Iunij. Scilicet curaret emendari, præſertim quoad viſitationem quam nolebat Vniuerſitas fieri per alios quàm per ſuos.

Die 1.

Die 1. Iulij conuenit Vniuerſitas iubente M. Claudio le Maiſtre Recto- 1521.
re, ad prouidendum ne quid à Collegijs exigeretur nomine rei caducariæ, ſeu vt vocant *Amortizationis*; quoniam Exactores nemini parcebant; id autem erat omnino in deſtructionem fundationis Collegiorum. De hac re ſic legitur in lib. membranaceo Rectorum. *Durante hac Rectoria, fuerunt miſſi nonnulli Commiſſarij à D. Rege pro colligendis pecunijs feudorum aut prædiorum non amortizatorum. Et quod hi neque Suppoſitis Vniuerſitatis, neque Collegijs, neque etiam ipſi Vniuerſitati parcerent, miſit Vniuerſitas Legatos ad D. Regem qui ſua gratia voluit Vniuerſitatem eximi.*

Eodem Rectore cum inuentum fuiſſet Inſtrumentum publicum, quo Dominicani certum Miſſarum numerum celebrare tenebantur pro defunctis Regentibus, veriti ne contumaciæ pœnas darent, acceſſerunt ſupplices die 23. Iulij; vt habetur in eodem Codice his verbis. *In hac etiam Rectoria eſt inuenta Obligatio FF. Prædicatorum quâ tenentur celebrare certum numerum Miſſarum pro animabus eorum Regentium qui regendo obierunt. Et quod prædicta obligatio fuiſſet per annum amiſſa, denegabant Miſſas Vniuerſitati. Ea ergo inuenta, præſentauerunt D. Rectori Supplicationem quâ petebant quod benignè cum eis ageretur offerebantque aliqua ſeruitia, fuit tamen concluſum quod ſecundum formam & tenorem obligationis aſtringerentur ac celebrarent ſeruitia omiſſa pendente proceſſu.*

Die 13. Aug. conuenerunt Deputati apud S. Mathurinum ad videndum legendumque Senatus Decretum aduerſus Minoritas latum de cuiuſdam libri impreſſione, vt legitur in Reg. Vniuerſ. & in Codice Rectorio. *In hac etiam Rectoria habuit Vniuerſitas Arreſtum contra FF. Minores qui impreſſerant nomine Vniuerſitatis Librum quendam editum à Fratre Franciſco Lucheto.*

Eodem menſe Auguſto obijt Ludouicus de Villiers de l'Iſle Adam Epiſcopus Beluacenſis Priuilegiorum Apoſtolicorum Conſeruator & Vniuerſitatis olim Rector: quod vt reſciuit Vniuerſitas, M. Robertum de Valcourt cum Promotore Beluacum miſit, ad inquirendum de rei veritate & inhumatione: interim verò die Lunæ 26. Aug. Iuriſdictionem Conſeruationis in manibus ſuis retinuit, donec aut Conſeruatorem elegiſſet aut Viceſgerentem; quod valde notandum. Sic habent Acta publica Vniuerſitatis ad diem prædictum. Electio Conseruatoris.

Hodie attento obitu, vt fertur, defuncti Reuerendi Patris D. Ludouici Epiſcopi & Comitis Beluacenſis, dum viueret Conſeruatoris priuilegiorum Apoſtolicorum Vniuerſitatis & ab ipſa Vniuerſitate commiſſi fuit poſita Iuriſdictio Curiæ Conſeruationis dictorum priuilegiorum in manibus Vniuerſitatis & quouſque de alio Conſeruatore prouiderit vel de Viceſgerente. Et ordinatum fuit quod præmiſſa ſignificarentur D. Viceſgerenti ipſius defuncti, & quod habeat die craſtina publicare in Prætorio vel affigere ſcedulas. Et quod amodò non placitabitur, quo vſque alium Conſeruatorem elegerit, vel in caſu dilationis aliquem Viceſgerentem commiſerit Vniuerſitas.

" Eadem die poſt meridiem fuit ſignificata dicta Ordinatio D. Ioanni Bobau Viceſgerenti, qui parendo curauit ſcedulas affigi, & quod die Iouis fiet ſeruitium pro eodem defuncto Reuerendo Patre apud S Math. *&c.* Et notandum quod dicto tempore durante ſemper vacauit iuriſdictio Curiæ Conſeruationis, quia Vniuerſitas non elegerat, quia non conſtabat de inhumatione eiuſdem defuncti. Et etiam aliquem non commiſerat. "
Hæc ſcriba ad diem 29. eiuſdem menſis.

Die Lunæ 2. Septemb. Comitijs habitis expoſuit Rector ſupplicationes Epiſcoporum Meldenſis & Siluanectenſis pro Munere Conſeruatoris, quorum neuter aderat. Lectæ ſunt ibidem ternæ litteræ Regiæ in gratiam Arturi Fillon Epiſcopi Siluanectenſis: Pro quo etiam ſupplicauit M. Robertus du Gaſt Decretorum Doctor eiuſque ad id muneris capacitatem & idoneitatem perſuadere conatus eſt, incapacitatemque Guillelmi Briçonneti Epiſcopi Meldenſis. Verum, vt legitur in Actis Vniuerſitatis, *non fuit auditus, & Magiſtri Facultatum ſe leuauerunt & ad ſua loca ſe retra-*

xerunt ad deliberandum ſuper huiuſmodi electione. Quippe verita Vniuerſitas,
1521. *ne emendicato fauore Regio ſibi deinceps eligendi Conſeruatoris libertas eriperetur, ſeu quia Meldenſis longè pluribus abundabat meritis, vnanimi Facultatum conſenſu elegit ipſum in Conſeruatorem, ita referentibus pro Facultate Artium Rectore, pro Medicina M.* *Du Monceau* Decano, pro Conſultiſſima Facultate M. Gallichier, & pro Theologica Odoüart.

A qua Concluſione ipſa lecta coram D. Rectore, me præſente (Scriba) *ſupradictus M. Robertus du Gaſt pro & nomine dicti Reuerendi Patris appellauit ad illum vel illos, ex eo quod ipſa Vniuerſitas ſcienter elegit indignum & incapacem. Etiam quia non ſupplicuit nec pro eo fuit ſupplicatum; & etiam quia ipſa Vniuerſitas non voluit eum audire; & pro alijs cauſis loco & tempore declarandis etiam tam pro ſe quam pro ſuis adhærentibus. Et conſignauit 5. ſolidos Pariſ. pro releuamento ſuæ appellationis.*

Et eadem die circa horam 5. coram me Scriba comparuerunt MM. Petrus Gobert Decanus Siluanectenſis Eccleſiæ & Nicolaus Berthelemy Aduocatus in Parlamento ſtipulantes pro Reuerendo D. Epiſcopo Siluanectenſi qui petierunt reſponſum litterarum D. noſtri Regis traditarum D. Rectori & aliarum publicè exhibitarum in conſpectu Vniuerſitatis; & M. Euſtachius Yart Doctor in Theologia dixit & confirmauit non potuiſſe intrare ad locum Vniuerſitatis ad deliberandum. Quibus reſpondi Vniuerſitatem de dictis litteris nihil dixiſſe, nec concluſiſſe, & quod adeant D. Rectorem vel Vniuerſitatem quæ erat congregata, ad petendum reſponſionem. Et petierunt copiam actorum hodie quibus dedi.

Extant in Reg. Facultatis Medicinæ hæc verba Decani ad Rectorem ſuper iſta tota deliberatione & litteris Regijs quas & ipſa Facultas priuatim acceperat.

„ Digniſſime D. Rector! Saluberrima Medicorum Facultas ſuper pro-
„ poſitis in medium ita deliberauit; primùm habet & agit gratias ſupremo
„ D. noſtro Chriſtianiſſimo Regi de communicatione ſuarum litterarum.
„ Paratiſſima eſt facultas parere & obedire præceptis & mandatis eiuſdem
„ D. noſtri Regis in omnibus: ſed quia non exiſtimat ſe facturam Facultas
„ contra voluntatem Regis ſi delegerit D. Epiſcopum Meldenſem in Con-
„ ſeruatorem, vt pote quem ſperet futurum gratiſſimum D. noſtro Regi,
„ delegit & deligit à maiori parte prædictum D. Meldenſem in Conſerua-
„ torem priuilegiorum Apoſtolicorum noſtræ Vniuerſitatis. Quæ relatio
„ fuit gratiſſima Magiſtris Facultatis.

Die Iouis 12. Septemb. habitis Comitijs Generalibus, comparuit prædictus Meldenſis pluribus viris grauibus comitatus, ſupplicauitque præſens, & vnanimi omnium voto obtinuit Munus; quo facto per Rectorem miſſus in poſſeſſionem Lectis prius iuramentis & præſtitis. *Tum finita Congregatione, fuit ductus per D. Rectorem in Prætorio Curiæ Conſeruationis, & in Cathedra poſitus & inſtitutus in poſſeſſione dicti officij per D. Rectorem, in præſentia Decanorum Facultatum, Procuratorum Nationum & quamplurium aliorum aſſiſtentium.* Et accepta poſſeſſione per ipſum Reuerendum Patrem, publicè dixit quod continuabat omnes Officiarios Curiæ Conſeruationis, & rogauit D. Rectorem quod eos recipiat & faciat Congregationem ad eos recipiendum quamcitius fieri poterit. Et hoc facto aperuit placita more ſolito cum eodem præſentibus etiam Practicis dictæ Curiæ, nemine contradicente. Et vacauit Iuriſdictio Curiæ Conſeruationis à tempore obitus R. Patris Epiſcopi Beluacenſis defuncti vſque nunc, & erat in manibus Vniuerſitatis; in quibus remanebat quo vſque Viceſgerens & alij Officiarij recepti fuerint, prout de facto remanſit & fuit prolatum vſque in diem receptionis eorundem.

Recepti ſunt autem illi die 17. Septemb. exhibitis litteris ſuæ prorogationis à D. Meldenſi impetratis. Et exinde aperta eſt Curia Conſeruationis, & lites vt prius cauſæque iudicatæ. Ex his intelligimus antiquam conſuetudinem in receptione Conſeruatoris & Officiariorum obſeruari ſolitam: ſed inſuper hîc addere placet quod expoſuit M. Nicolaus Mail-

lart Rector in Comitijs Deputatorum 22. Octob. vt legitur in Faſtis publicis. *Expoſuit D. Rector ſtatuta & ordinationes ac concluſiones Vniuerſitatis de Officiarijs Curiæ Conſeruationis qualiter ſingulis annis decima Lectura poſt* 1521.
vacationes vindemiarum; tenentur legere & iurare Reformationem Vniuerſitatis circa Curiam. Qua die omnes tenentur adeſſe, ceſſante cauſa legitima & etiam Conſeruator in primo anno ſuæ Aſſumptionis, & quod bonum eſt quod Vniuerſitas vel Deputati ſignificent Viceſgerenti.

Die 22 eiuſdem menſis celebrata eſt ſupplicatio ſolemnis ad ſacram Ædem Eremitarum S Auguſtini, ita iubente Rege ob inſtans bellum Burgundionum; qua de re ſic in Faſtis Rectorijs. *In hac etiam Rectoria* (M. Claudij le Maiſtre) fuit iuſſum omnibus Primarijs quod facerent fundere preces in ſuis Collegijs pro D. Rege & Conſeruatione Regni (quod tunc Burgundiones Regnum Franciæ inuaderent) *fuitque facta proceſſio Vniuerſitatis apud Conuentum FF. Eremitarum.*

Die 3. Octob. accepit Vniuerſitas à Curia Pariſienſi admonitiones ſeu potius Increpationes quod tam ignauè pateretur edi & diuendi libros ſuſpectos & hæreſim ſapientes: impune enim proclamitari libellum Philippi Melanchtonis pro Martino Luthero aduerſus *Furioſum Pariſienſium Theologaſtrorum Decretum*; idque ferri ab Vniuerſitate; promittebat autem ipſa Curia opem auxiliumque & autoritatem, ſi ijs indigeret ad comprimendam Bibliopolarum inſolentiam. Legimus verò in Faſtis Rectorijs libellum eiuſmodi fuiſſe flammis mandatum. *In hac Rectoria fuerunt incarcerati nonnulli Bibliopolæ & Impreſſores imprimentes aut vendentes quædam volumina contra determinationem Facultatis Theologiæ datam in Martinum Lutherum, fueruntque vſti libelli omnes intitulati Aduerſus furioſum Pariſienſium Theologaſtrorum Decretũ Philippi Melanchtonis pro Luthero Apologia.*

Die 6. Oct M. Claudius le Maiſtre ſolemnem ſupplicationem pro more ſingularum Rectoriarũ habuit, non ſine tumultu. Quippe Epiſcopus Pariſienſi. ſuam quoque eadem die habuit eique Religioſos Ordines intereſſe iuſſit Pridie verò Capitulum Parif ad Rectorem miſerat è ſuis nonnullos cum M. Iacobo Merlini Doctore Theologo qui ad concionem habendam ab Epiſcopo delectus fuerat, deprecabaturque differri ſupplicationes Vniuerſitatis. Rector renuit, propterea quod mos is erat Vniuerſitatis, vt in fine ſingularum Rectoriarum fierent, nec id ab Epiſcopo ignorari poterat; deinde quia affixæ fuerant vbique ſcedulæ ſupplicationis Indices; prohibuitque Merlino ne concionem haberet; habuit nihilominus. Et hæc cauſa Comitiorum poſtridie & perendie ad deliberandum de contumacia; qua de re ſic habent Acta Nationis Gallic.

"8 Id Oct. congregata fuit Vniuerſitas Pariſ. ſuper nonnullis articulis; quorum primus & præcipuus tangebat prohibitionem factam Iacobo Merlin Doctori Theologo de non habendo verba ad populum in die Rectoralis Proceſſionis: quâ non obſtante & contemptâ in vilipendium Vniuerſitatis temerarius nimis concionatus eſt in Proceſſione Capituli Pariſ. veneranda Gallic. Natio cenſuit quod citaretur ille Merlinus coram D. Rectore allegaturus cauſas quare ſic inhibitioni D. Rectoris contrauenerit in detrimentum Vniuerſitatis, cuius ingratus erat filius."

Merlinus citatus non comparuit: itaque contra eum & contra Capitulum Pariſ ſtatuit Vniuerſitas: à cuius ſententia Merlinus appellauit & de iſta re cum alijs inſtructus eſt M. Nicolaus Maillart nouus Rector; ſed illa lis tandem intercedentibus viris grauibus ſopita eſt.

Quia autem hiſce temporibus bellis extraneis Regnum maximopere vexabatur, ſæpè fuſæ ſunt ad Deum preces ſolemnes; die quidem 25. Oct. in omnibus Collegijs; die 27. monita eſt Vniuerſitas iret ad S. Dionyſij, interfutura pro more deſcenſui SS. Corporum, & poſtridie interfuit per Deputatos, habitaque eſt ſacra Concio per M. à Quercu ab Vniuerſitate nominatum. Die 23. Nouemb. itum ad Eccleſiam FF. Prædicatorum, procedendo ſolemniter.

Die 6. Nouemb. audita eſt querimonia Bedelli Facultatis Decretorum

exponentis ſe à Præpoſito vrbis cogi ad portarum cuſtodiam. Item 13.
1521. alij Officiarij queſti ſunt quòd à Commiſſarijs Regijs, ſpretis priuilegijs Vniuerſitatis, iuberentur dare vaſa argentea & pecuniam numeratam mutuò ſi quam habebant. 15. in eandem rem habita ſunt comitia, & concluſum mittendum ad prædictos Commiſſarios Oratorem cum Rectore & ſingularum Facultatum Deputatis, qui immunitatem ab eiuſmodi mutuo, iuxta priuilegia Vniuerſitatis deprecarentur.

Die 5. Decemb. iterum expoſitum vexari multos eiuſmodi mutuo & concluſum eſt Regem ipſum adeundum, qui proximè in vrbem ferebatur aduenturus. E Nat. Gallic. nominati MM. Ioan. Bolu Grammaticorum Nauarricorum Primarius, & antiquus Primarius Marchianus. Orator electus Curio S. Andreæ Doctor Theologus. Actum in ijs Comitijs de celebritate feſti Regum. Quod negotium 4. Nationes & tota Artium Facultas ad Primarios remiſerunt; tres verò Facultates Superiores omnino ceſſare voluerunt ludos & facetias. Diſplicuit fuiſſe iſtud à Rectore propoſitum in Comitijs Vniuerſitatis, quod ad ſolam Artium Facultatem pertinebat. Itaque cum in fine Magiſtratus litteras petijt commendatitias, iſtud exceptum, *quod materiam Regum in Vniuerſitate, inconſulta Artium Facultate, poſuiſſet in medium*, vt legere eſt in Actis Nat. Gallic. Et tandem placuit omnium Nationalium conſenſu *more ſolito Regum ſolemnitatem celebrandam eſſe hac lege vt nullus auderet in ſanguinem Regium dicere.* Quæ porro materia ideo propoſita fuerat quod M. Bedda Theol. Facultatis Syndicus queſtus fuiſſet factam ſibi iniuriam in Comœdia Collegij Pleſſiaci, Primariatum eiuſdem gerente M. Roberto Dure aliàs Fortunato. Quod negotium ipſa Artium Facultas noluerat ſimiliter in Vniuerſitate proponi.

Die 13. apud Mathur. habitis Comitijs auditi legati à Rege miſſi, *vt in craſtino Rector & Vniuerſitas comparerent apud S. Dionyſium ad eleuationem Corporum Sanctorum; pro qua Legatione vnanimiter deliberatum quod in qualibet Facultate deputaretur vnus cum Decano & cum quolibet Procuratore vnus in ſua Natione.*

Die 16. electus Rector M. Io. le Sieurre Diœceſis Beluacenſis Socius Choletæus, 17. inſtructus de negotijs publicis, quæ plurima fuerunt. Imprimis redemptio Scholarium Captiuorum: pro qua neceſſe fuit adire ſæpè Franciæ Cancellarium. Aditus quoque Rex ipſo die Natali Domini, & ab eo benigniſſimè excepta Vniuerſitas. Veri Scholares, Hiſpani, Flandri & alij Captiui repetiti, & per Cancellarium libertati reſtituti. Permiſſum quoque Neruijs & Tornacenſibus, licet Hiſpano ſubditis Beneficijs ſuis frui in Gallia, Scholaribus frequentare Scholas & immunitatibus atque priuilegijs gaudere conſuetis. Quam in rem extant litteræ Regiæ, quas infra referemus.

De Lectura & Lectoribus Decretorum.

EOdem die 17. Decemb. agitata eſt in Curia Cauſa Decretiſtarum, incepta menſe Auguſto, continuata diebus 28. Nou. 3. Dec. & 17. Vniuerſitate ad litem accedente perorata. Quæſtio erat de Nominatione & Electione Legentium: item an Doctores ipſi docere & legere deberent, an verò Baccalarij: & ſi Baccalarij, an à Scholaribus, an à Doctoribus Lecturæ præfici deberent. Hac de re ſic habetur in Regeſtis Curiæ.

En la Cauſe d'entre M. Pierre Meſſier Syndic des Eſcholiers Eſtudians en la Faculté de Decret en l'Vniuerſité de Paris, appellant en pluſieurs Inſtances des Docteurs de ladite Faculté, & Meſſire François de Laage Chancelier Docteur és droits, Liſant l'Ordinaire en la Faculté de Decret, demandeur & requerant l'enterinement de certaine Requeſte d'vne part, & M. Nicole le Cirier, intimé, & leſdits Docteurs d'icelle Faculté, deffendeurs à l'enterinement de ladite Requeſte, d'autre part. 1521.

L'Avtier pour l'Vniuerſité de Paris dit, qu'il y a icy pluſieurs Parties à ſçauoir de Laage, le Cirier, le Procureur General du Roy, & ceux de Decret & les Adherans auec Laage & Cirier. Or en plaidant dernierement ceans ladite Vniuerſité oye, demanda le renuoy de la matiere à elle, veu que l'appel eſtoit interjetté de l'vne des Facultez; mais de Laage l'empeſcha & *veult dire que la Nomination & Prouiſion des Liſans en Decret appartient aux Eſcholiers & non aux Docteurs.* A quoy fut bien reſpondu par le Cirier, & parce n'y entrera. Auſſi veut dire de Laage, que les deux Pretendans à ladite Lecture & les autres doiuent eſtre receus à faire repetitions pour aprés prendre le plus ſuffiſant. Et à ce propos a allegué des Arreſts donnez par la Cour touchant les Docteurs Regens des autres Vniuerſitez. Auſſi fut requis que les Docteurs fuſſent contraints lire & continuer les Lectures. Et parce que cela eſtoit vne nouuelle demande à faire en ladite Vniuerſité, combien qu'il ſembleroit eſtrange *prima fronte*, le refuſer & excuſer, neantmoins il a charge de ladite Vniuerſité remonſtrer ce qu'il dira. Car elle eſt fondée en Statuts anciens, Droit, opinion des Docteurs, couſtume inueterée & Arreſt de ceans; & allegue ce que Cicero recite *in ſomno Scipionis*, ſur ce mot *iure ſociali* faut que les Vniuerſitez & Compagnies ſoient aſſociées par raiſon; & en ce conſiſtent les Statuts Municipaux & Locaux *loco iuris*. Et ſi la voye que Partie aduerſe veut pratiquer, auoit lieu, ce ſeroit peruertir toutes les Couſtumes & Statuts de ladite Vniuerſité en laquelle il y a 4. Facultez, à ſçauoir celle des Arts, de Medecine, de Decrets & de Theologie qui eſt la ſuprême, où il y a des manieres de faire; quant aux Lectures. On ſçait aſſez que la Faculté de Theologie à Paris eſt renommée *per vniuerſum Orbem*, & a plus de priuilege que nulle autre. Et en la Faculté les Docteurs Regens ordinairement ne liſent que vne fois en l'an qui eſt *in die Epiphaniæ; quâ die inchoant ſuas lecturas ordinarias.* Bien eſt vray qu'ils preſident és Actes de la Faculté. Auſſi *in Medecina*, les Lectures ordinaires ne ſe font par les Docteurs, *immò*, par les Bacheliers & ne font les Docteurs que preſider aux Actes. Quant aux Docteurs de Decret, il y à la Reformation faite par le Cardinal de Touteville, approuuée par la Cour de ceans, par laquelle ils ſont tenus faire certaines lectures, certains iours *ſingulis Menſibus.* Mais quant aux Lectures ordinaires, ils en ſont excuſez par couſtume approuuée par droit. Et eſt vne queſtion *vtrum Doctor Regens poſſit legere & deſeruire per ſubſtitutum in l. 1. C. adu. toll. Bal. in l. nemo eſt qui neſciat Innoc. & Chy.* Dit qu'il y a deux manieres de couſtumes qui excuſent les Docteurs Regens à lire *in propria*, la premiere *conſuetudo hominis, quando Doctor conſueuit per Subſtitutum legere. Ioan. Andreas in ſua Mercuriali, qui per alium facit, tenet quod vbi eſt conſuetudo, Doctor poteſt legere per Subſtitutum.* Or icy la couſtume eſt à Paris, que *Doctores per alium legunt*, qui n'eſt reprouuée, *imò*, approuuée de droit & par le Statut de la Reformation. Ainſi n'y a propos à vouloir immuer ladite couſtume. A ce que à Orleans, Tholoſe & autres Vniuerſitez, les Docteurs Regens ſont contraints faire les lectures ordinaires, dit que cela ſeroit la couſtume des lieux qui ne peut de rien ſeruir icy, où la couſtume eſt au contraire. *Et non mirum.* Car l'Vniuerſité de Paris n'eſt pour eſtre miſe au nombre des autres, *quia quod in excelſo poſitum eſt*, &c. & Nota.

1521. » à cette cauſe ladite Vniuerſité ſupplie à la Cour de luy garder ſes ancien-
» nes façons & manieres & qu'elle n'y ſoit troublée ny empeſchée.
» POYET pour la Faculté de Decret dit, que *nouiſſimè*, il a eſté dit que ladite Faculté viendra defendre aux Concluſions contre-elle priſes en plaidant ceans, & que l'Aduocat de l'Vniuerſité qui n'eſtoit icy Partie, a voulu plaider & alleguer pluſieurs raiſons qui ſeruent à ladite Faculté, & meſmement qu'il y a couſtume *quæ non reprobatur; imò de iure approbatur.* Dit que *in omni conſtitutione ſemper eſt cauſa inſpicienda, & nihil refert quid & ex æquipollentibus fiat ex eadem cauſa.* Or icy il n'eſt queſtion ſinon que les Eſcholiers & Suppoſts proufitent & ſoient inſtruits, car il eſt tout clair que les Eſcholiers proufitent plus ou autant aux lectures des Bacheliers experimentez que des Docteurs. Or il a trouué que en la Faculté de Decret il y a deux lectures, l'vne eſt de Grand Liſant, l'autre du ſecond qui ſe font *eadem hora & de eadem materia*, és Eſcholes qui eſt le lieu ordinaire pour les faire. Et cela n'eſt ſans propos, car il ſe fait pour connoiſtre l'experience & excellence des Liſans, à ce que le plus apparent & ſuffiſant ait le premier lieu. Et chacun an les Docteurs pouruoyent de Liſans; car aprés l'an expiré le Liſant eſt tenu remettre és mains des Docteurs ſa Liſance, qui en pouruoyent, leſquels ont accoûtumé de tout temps y pouruoir & faire l'approbation des Liſans. Auſſi cela eſt de droit. A ce propos dit *Aleazarus in l. 1. de Decretis ab Ordine faciendis.* Or les Docteurs ont inſtitué & mis les Liſans *ſine aliquo voto Auditorum.* Allegue la *Clement. 2. de Magiſtris.* Or la queſtion du jourd'huy eſt que le Cirier eſt inſtitué liſant par les Docteurs, en enſuiuant la couſtume, que Laage n'eſt éleu par les Docteurs, ne par les Eſcholiers, ne gradué de cette Vniuerſité, mais pretend qu'il eſt plus ſuffiſant que le Cirier mis par les Docteurs *concorditer & ſine reclamatione.* Et ſous ombre de ce Laage vient demander la reformation de ladite Faculté par vn ſoy diſant Syndic des Eſcholiers & a l'en requis que les Docteurs liſent *per ſeipſos*, vne fois ou deux le iour. Dit que la principale cauſe de l'exercice en la Faculté pour les Eſcholiers eſt & conſiſte és deux Liſances. Auſſi y a ſtatut que vn Eſcholier prins par Iuge Lay ne peut-eſtre requis, s'il n'eſt certifié par ſon Liſant, & ſans la certification des Liſans, les Docteurs ne baillent iamais de degré aux Eſcholiers. Dit que *Doctor videtur inuitatus ad legendum ſecundum antiquam obſeruantiam.* Allegue *leg. primam C. pro Socio. leg. C. ex orc. & l. C. Apoſtolicæ, de his quæ ſi. à Præla.* Auſſi per *antiqua ſtatuta nullus Doctor poteſt regulariter legere Decretales ſine diſpenſatione Vniuerſitatis.* Et s'il lit, *computatur inter Baccalarios.* Mais *Doctor tenetur legere Decretum ad honorem Collegij.* Et par ce *non ſine cauſa*, les Lectures ordinaires ſe font par les Liſans Bacheliers. Auſſi les Docteurs diſputent *per circulum quolibet anno*, & liſent du Decret 4. fois le mois. Faut conſiderer que ſi on vouloit à Paris ou la Faculté de Theologie eſt ſingulierement recommandée *ſuper Spec.* mettre auſſi grand exercice en la Faculté de Decret, comme és autres Vniuerſitez, ce ſeroit diminuer l'exercice de Theologie, par ce que pluſieurs iroient plutoſt en Decret que en Theologie. Qui plus eſt, les Docteurs de Decret n'ont aucun proufit ou bien petit. Car la Collecte qu'ils deuroient prendre, appartient aux Liſans. Tellement que les Docteurs ont laiſſé *propria ſtipendia*, aux Liſans qui font les Lectures ordinaires. Allegue *l. 1. de Magiſtris vbi ad Prælatum ſpectat electio Legentis niſi ſit conſuetudo in contrarium.* Et parce que auſdits Docteurs *quidant ſtipendia Legentibus*, l'élection leur en appartient, dit que incontinent que vn Eſcholier à icy vn petit eſtudié, il s'en va aux autres Vniuerſitez ſe faire Graduer. Et tellement que à Paris en vn an il n'en y a aucunefois que trois ou quatre Bacheliers par an. Et ſont les Docteurs tenus faire les Repetitions ſolemnelles, lire les 4. Decretales ſolemnelles & lire depuis la Pentecoſte iuſques *ad finem ſtudij.* Et ſi on leur vouloit faire faire autres Lectures, *deberent eis aſſignari propria ſtipendia, quia nemo tenetur proprijs ſumptibus militare.* Dauantage quand il eſt queſtion de faire immu-

Notez.

ration, il y faut *euidentem vtilitatem & vrgentem neceſſitatem*, qui n'eſt icy, "
veu ſon fait. " 1521.

Dit qu'il y a des iniures dites en plaidant par de Laage, aprés qu'il a veu "
que le droit luy failloit, & en ce il a ſcandaliſé la Faculté de Decret. Car " Nota.
il a dit que Dugaſt luy auoit dit, que le Cirier auoit promis neuf-vingts- "
eſcus pour la Liſance & que s'il luy vouloit plus donner, il l'auroit. "
Et a eſté dit, qu'il l'aduoüeroit ce qu'il n'a fait. Et par ce demande qu'il "
ſoit contraint l'aduoüer, & ſi l'aduoüe, perſiſte en ſes Concluſions. Auſſi "
de Laage a dit que les Docteurs luy auoient dit, *quid vultis mihi dare.* Et "
par ce requiert qu'il declare qui luy a dit, pour aprés prendre ſes Concluſions. "
Auſſi dit que les Docteurs liſent par breuet, qui eſt vne grande iniure "
& ſcandale à la Faculté. Et par ce requiert qu'il l'aduoüe, & s'il l'a- "
uoüe, requiert qu'il repare les iniures ſelon les Concluſions prinſes, & "
conclud comme deſſus. "

Bochard pour le Cirier intimé dit, qu'il eſt éleu en liſant par les Do- "
cteurs de Decret auſquels appartient y pouruoir. Et combien qu'il n'euſt "
pourſuiuy ne requis les defenſes, dont Partie eſt appellant; neantmoins "
Partie la fait intimer à appel. Dit que ceux de Decret *moti bona ratione*, "
ont ordonné que les Eſcholiers euſſent à frequenter les Lectures ordi- "
naires, *ſub pœna priuationis priuilegiorum.* Mais ce n'eſt à la requeſte ne "
pourſuite dudit le Cirier; ainſi follement intimé & demande deſpens. Et "
quand il ſeroit tenu plaider & defendre en la Cauſe d'appel, ſi dit-il, que "
veu ſon appellation ne ſeroit receuable d'appeller deſdites defenſes, "
car elles ſont iuſtes & raiſonnables, par ce qu'il faut que les Liſans con- "
noiſſent ceux qui frequentent les Lectures pour les certifier, pour acque- "
rir le degré & ioüir des priuileges. Auſſi il y a aſſez d'autres heures pour "
lire par de Laage s'il veut lire, mais à l'heure de la lecture ordinaire; il ne "
peut, & eſt cela prohibé. Et ne peut eſtre aucun Eſcholier promeu *ad* "
Gradum, ou ioüir des priuileges, s'il n'a la teſtimoniale du Liſant ordi- "
naire. Dit que à Orleans durant la Lecture ordinaire il n'eſt permis, *imò* "
defendu lire à quelconque Perſonne; & pour ce il ne ſeroit follement "
intimé, que ſi, conclud que Partie n'eſt receuable, *aliàs*, qu'il a mal ap- "
pellé & demande deſpens. "

Charmolvé pour Didier & cent ou 120. autres Eſcholiers declare "
qu'ils ont oüy les lectures dudit le Cirier, & l'ont pour agreable & adhe- "
rent auec luy, & ont baillé procuration pour deſaduoüer ledit Meſſier, "
ſoy diſant Syndic, & requierent que ſa qualité de Syndic ſoit corrigée. "

Lizet pour le Procureur General du Roy, dit qu'il a ja prins ſes Con- "
cluſions contre les Docteurs de Decret à ce qu'ils fuſſent reformez en "
enſuiuant la reformation du Cardinal d'Eſtouteville, & en ce faiſant te- "
nus lire & continuer les lectures chacun iour & faire les Repetitions cha- "
cun mois, pour le moins *in circulis*, & y auoit matiere de paſſer plus auant. "
Auſſi ont prins Concluſions touchant le Cirier à ce qu'il fuſt tenu faire "
Lectures, preſens deux Conſeillers pour ſçauoir s'il eſtoit ſuffiſant & que "
defenſes fuſſent faites à Laage ne le troubler. Oüy le Plaidoyé des Do- "
cteurs, dit, qu'il n'y a propos à dire, qu'ils ne ſont tenus faire les Lectures, "
car la Regence *eſt adminiſtratio publica valde neceſſaria*; tout ainſi que vn "
Office de Iuriſdiction. A ce propos allegue *L. Quotiens vbi ſena.* Or *præ-* "
cipuum munus Doctorum Regentium eſt Lectura, *aliàs*, ne peut eſtre appellé, "
Docteur Regent, *imò*, doit eſtre oſté du Catalogue. Allegue le §. *pro hac* "
parte in Proœmio ff. Glo. Auſſi Bar. qui ſe fonde *in l. 1. de Colleg. li. 11.* Dit "
que *ſi quis eſt aſſumptus ad aliquod opus publicum*, s'il ne l'exerce, *debet radi* "
de numero illorum. Allegue *l. 1 de anno Ciuili li. 1.* Et ceux qui ont priuile- "
ge ſous ombre d'vne adminiſtration, s'ils ne l'exercent, n'en doiuent ioüir. "
Et ad idem de Doctoribus Regentibus. Et ſemble que les Docteurs de Decret "
veulent eſtre honoraires, combien que leur eſtat ſoit *Munus publicum.* "
Quant aux couſtumes & deciſions par Parties, dit qu'elles ne ſeruent de "
rien à propos. Car quant aux droits, ils parlent des Docteurs d'Italie, "

» *vbi ſunt Doctores conductitij, vbi poſſunt legere per Subſtitutum*, il eſt requis
1521. » mettre vn Docteur, *æquè ſufficientem & eiuſdem qualitatis in l. 1. de Mancipijs.* Et *Colo. Paleſt. l. 11. in l. Parabolam*, où eſt dit, *per Subſtitutum eiuſdem*
» *qualitatis doctrinæ & Scholæ.* Et n'y à propos de dire que *Conſuetudo poſſit*
» *excuſare Doctorem à Lectura*, car telle couſtume ſeroit reprouuée & nulle,
» *etiam nemine reclamante, imò non meretur dici conſuetudo. Et tales Doctores*
» *debent priuari ſuis Regentijs.*

» A ce que l'Vniuerſité de Paris a la Faculté de Theologie, qui ne peut
» eſtre empeſchée par la Faculté de Decret, reſpond qu'il n'y a propos à
» ce dire. Car on ſçait que la Medecine eſt la pratique de la Phyſique, & *ad*
» *idem*, le Droit Canon la pratique de la Theologie. On ſçait aſſez que *ius*
» *Canonicum proceſſit ex fontibus Theologiæ & tendunt ad eundem finem. Imò* dit
» qu'il eſt plus requis ſçauoir le Droit Canon que la Theologie *in locis ſaltem*
» *non limitrophis.* Qui plus eſt, la Reformation du Cardinal d'Eſtouteville
» a voulu que la Faculté de Decret floriſt, *per Theologiam*, par ce qu'elle eſt
» neceſſaire aux Theologiens, & a voulu que les Docteurs liſent ordinaire-
» ment & que *non poſſint differre eorum lecturas, niſi per 15 dies.* A ce que les
» Docteurs ſont prohibez lire les Decretales; reſpond que cela s'entend
» des Docteurs eſtrangers. Dit qu'il y a deux Statuts en ladite Reforma-
» mation ſur le fait de faire Bacheliers & Licentiez, & ce que les Docteurs
» doiuent prendre d'eux. Et dit que le *C. quanto de Magiſtris*, parle de l'V-
» niuerſité de Paris, ainſi que tient Vincentius, par ce que ceux de Paris
» prennent & exigent grandes ſommes *de Graduandis.* Et dit-on *publicè*,
» que à Paris on y paſſe Bacheliers & Licentiez non ſuffiſans. Et par ce re-
» quiert que les Docteurs *de cætero*, ſoient tenus garder l'Examen rigou-
» reux, & defenſes de prendre *pro ſtipendijs vltra taxam*, de la Reformation
» d'Eſtouteville, & qu'ils ne paſſent aucuns Bacheliers ne Licentiez qui
» ne ſoient examinez *cum rigore iuris.*

» Quant au Cirier & de Laage, requiert que le Cirier ſoit tenu repeter, &
» cepẽdant que le Cirier iouiſſe de la Liſance parce que par l'ancienne coû-
» tume & reformation de l'Vniuerſité, l'Election & cõmiſſion des Liſances
» appartiẽt aux Docteurs. Et dit que chacun an le Liſant s'en demet & prend
» inſtitution des Docteurs. Et tellement que les Docteurs, *non ſolum ſunt*
» *teſtes, imò definitores*, par le Statut allegué *l. nemo C. de Aduocat. diuerſo Iud.*
» Or il trouue que les Docteurs ont pourueu aux Lectures; car ils y ont
» mis Darme, Preſide, Thebe, Charretier, Pericard & autres. *Et ex iſtis actis*
» *præſumitur*, qu'ils ont le droit d'y pouruoir & qu'ils ont éleu *idoneiorem*
» *C. miramur 6. diſt. 1.* Auſſi *non requiritur ſufficientiſſimus in Ca. Quanto* fait
» par Alexandre III. allegue le *C. fi. de offic. Can. Glo.* Ainſi le tient; *alias*,
» s'il falloit venir *ad ſufficientiorem*, il n'y auroit iamais fin. Et perſiſte en ſes
» Concluſions & defenſes cependant audit de Laage. Et outre que quant
» à l'appellation interjettée des defenſes faites depuis la plaidoyrie faite
» ceans au preiudice de la litiſpendence, il a eſté bien appellé.

» Laloyav pour Meſſier a recité ce qu'il a ja plaidé ceans & ſes re-
» monſtrances, & l'appointement au Conſeil donné par la Cour ſur l'appel
» & prouiſions requiſes *hinc inde.* Neantmoins les Docteurs de Decret *in-*
» *durati*, & faiſant pis que deuant, ſont venus faire publier *per compita vr-*
» *bis*, certaines defenſes par leſquelles ils ont defendu aux Eſcholiers, *ſub*
» *pœna priuationis priuilegij*, qu'ils ne frequẽtent les Lectures autres que dud.
» Cirier, qui eſt vn vray abus. Ainſi doiuent eſtre reuoquées & reparées
» comme attentat. Et dit bien appellé par luy. Or il eſt queſtion icy auquel
» appartient la Nomination & election du Liſant; pretend le Cirier que
» c'eſt aux Docteurs. De Laage pretend que c'eſt aux Eſcholiers & y a ap-
» pel interjetté ceans. Ainſi *pendente lite*, faut que *vterque gaudeat ſuo*
» *priuilegio. Doctores in l. ff. in eadem Prouincia. ff. de Officio Accenſo.* A ce que
» les Gens du Roy ont requis que le Cirier ſoit receu à repeter ſeul & non
» de Laage, dit que de Laage y doit eſtre receu & les autres, & ainſi a eſté
» dit. Quant aux autres Vniuerſitez, quand il a eſté queſtion des Docteurs
Regens,

Regens à ce qu'on puiſſe connoiſtre le plus ſuffiſant & vtile à la choſe publique. *Et ſic*, puiſqu'il eſt queſtion de *fauere Reipub. debet fieri extenſio de* 1521.
vno caſu ad alium ſimilem propter ſimilem fauorem publicum in l. hoc modo, ff. de Condi. & Demon. l. fi. in grant §. vtrum ff. ad Syllam. A l'adueu requis par Partie, dit que du Gaſt quand il liſoit, auoit ſon billet, & au partir de ſa Lecture il diſoit aux Eſcholiers que s'ils y vouloient auoir le double, qu'ils en priſſent la copie ſur ſon billet.

Aligret pour de Laage, dit qu'il a baillé ſa requeſte à ce qu'il fuſt receu à repeter & que celuy des deux qui ſeroit trouué le plus idoine & ſuffiſant, fuſt preferé. De preſent le Procureur du Roy a requis que le Cirier ſoit tenu repeter. Ainſi de Laage y doit eſtre receu. Dernierement il remonſtroit que la repetition eſtoit raiſonnable, que le Cirier ne la pouuoit refuſer *ſine ignominia.* A ledit de Laage leu par l'eſpace de 3. ans en la Faculté de Decret, au lieu du precedent Liſant, ainſi en ce approuué par les Docteurs. Et quant à Partie, ne leut iamais, & eſt *omnino* incapable. A ledit de Laage la nomination des Eſcholiers *quibus ſpectat*, & non aux Docteurs *quia ſoluunt ſalarium.* A ce qu'elle appartient aux Docteurs & qu'il y a preſcription pour eux, reſpond que non Et par ce cependant bailler à Partie la Prouiſion n'y a propos, *aliàs*, ſeroit *detrimentum Reipub. & Scholarium.* A ledit de Laage 200 Eſcholiers & plus, & Partie n'en a ſix. *Et licet in iudicio ſummario non debeant admitti exceptiones requirentes altiorem indaginem*, toutefois *quando in promptu poteſt conſtare, debent admitti.* Et offre que tels des Conſeillers qu'il plaiſe à la Cour ou autres viennent, aux Lectures de luy & dudit le Cirier pour rapporter qui aura plus d'Eſcholiers. Y a autre raiſon peremptoire où Parties n'ont reſpondu. Car par la vacance de la Liſance quand Charretier fut marié, il y eut deux Liſans, & il qui parle, fut mis tiers & chacun d'eux eut le proufit & emolument de ſes Eſcholiers & liſoient par concurrence. Auſſi puiſque leſdits Docteurs, *contrauenient Statuto per eos prætenſo, non poſſunt amplius ſe iuuare illo.* Ioint que de Laage pretend qu'il doit auoir la principale Liſance. Auſſi il faut entendre que ſi on faiſoit les defenſes, les Eſcoliers perdroient temps, car ils ſeroient contraints aller aux Lectures dudit le Cirier, qui *eſt omnino incapax.* Et quant ce ſeroit vne Chiéure, il y faudroit aller pour acquerir leur degré & priuilege. Car il en y a pluſieurs qui y vont plus pour acquerir priuilege & auoir Nominations que pour autre choſe. A l'adueu requis par Partie, ledit de Laage en perſonne a aduoüé le Plaidoyé d'Alligret; ainſi qu'il eſt contenu au premier Plaidoyé.

Poyet dit que les Docteurs qui ont fait les defenſes, n'ont fait que ce qui eſt contenu au Statut & chacun an ont accouſtumé eſtre faites, & a leu le Statut, & eſt dit par iceluy que les Lectures ſe feront *in Scholis Clauſi Brunelli*, ou ledit Cirier lit. Et quant à de Laage, il lit au College de Cambray & Conclud.

La Covr a mis & met la derniere appellation, & les defenſes dont a eſté appellé au neant, ſans amende & a reuoqué & caſſé, reuoque & caſſe les inhibitions & defenſes, cõme attentat au preiudice du Procés pendant ceans entre les Parties, & au ſurplus en enterinant quant à ce, la Requeſte du Procureur General du Roy, a ordonné & ordonne que les Docteurs Regens en la Faculté de Droit-Canon ſeront tenus ſur peine de priuation de leurs Regences, lire & continuer leurs Lectures tant de Decretales que de Decret, ſelon la reformation du Cardinal d'Eſtouteuille approuüée par la Cour de ceans, laquelle enjoint au Procureur General du Roy de faire executer ce preſent Arreſt par M. François de Loynes Conſeiller en la Cour qu'elle a cõmis & commet à ce faire, & qu'il certifie la Cour dedans ſept ſepmaines proche venant de l'entiere execution d'iceluy Arreſt. Et outre ordonne la Cour que information ſera faite, comment les Docteurs ont fait & continué par cy-deuant leurs Lectures pour l'information faite & veuë par la Cour, s'il ſe treuue aucun abus, y

y eſtre pourueu, ainſi qu'il appartienda par raiſon ; & en tant quetou-
1521. che l'autre Prouiſion requiſe par le Procureur General du Roy; La Cour a ordonné & ordonne, que ledit le Cirier & de Laage ſeront tenus dedans vn mois prochain venant, faire repetitions ſolemnelles, auſquelles aſſiſteront 3. ou 4. Conſeillers d'icelle Cour, qu'elle commettra à ce, pour aprés les Repetitions faites, & oüy le rapport d'icelles, eſtre fait droit ſur la Prouiſion. Et quant aux autres fins & Concluſions prinſes & plaidées par leſdites Parties, La Cour les a appointées & appointé au Conſeil, *hinc inde*.

Demum 16. April. Latum eſt Senatuſconſultum quod ſequitur.

Entre M. Pierre Meſſier Syndic des Eſcholiers eſtudians en la Faculté de Decret en l'Vniuerſité de Paris, Appellans des Docteurs de ladite Faculté & Maiſtre François de Laage Docteur en Droict, & Demandeur, requerant l'enterinement d'vne Requeſte, & Maiſtre Gille, Magiſtri, *auſſi demandeur requerant l'enterinement d'vne Requeſte, d'vne part, & Maiſtre Nicole le Cirier inthimé, & leſdits le Cirier & Docteurs de ladite Faculté, defendeurs à l'entherinement deſdites Requeſtes, d'autre part.*

VEv par la Cour les Plaidoyers faits en la Cour entre leſdites Parties le 20. Aouſt, 3. & 17. Decembre dernier paſſé, les Concluſions du Procureur General du Roy, Productions deſdites Parties, les Informations faites, tant à la requeſte dudit Cirier que dudit Syndic, & tout ce qu'elles ont mis & produit pardeuers ladite Cour, & oüy le rapport des Commiſſaires commis à oüyr les Repetitions deſdits Demandeurs & Deffendeurs, & tout conſideré.

Il ſera dit que ladite Cour a mis & met leſdites Appellations au neant ſans amande & a ordonné & ordonne icelle Cour, que ce dont a eſté appellé, ſortira ſon effet, & que ledit le Cirier joüira de ladite Liſance, juſques à ce iour, que par chacun an les Liſans ont accouſtumé d'eux demettre de la Liſance és mains deſdits Docteurs, & a inhibé & deffendu, inhibe & deffend la Cour auſdits de Laage & *Magiſtri*, ne faire Leçons au matin ne aprés diſner, aux heures que ſe font les deux Leçons ordinaires, & leur a permis & permet faire Leçons és autres heures, où & quand bon leur ſemblera: Et au ſurplus a enjoint la Cour aux Docteurs en enſuiuant les Statuts d'icelle Faculté, que d'oreſnauant pour chacun an és iours qu'ils ont accouſtumé de lire és deux Liſances de la Faculté, iureront es mains du Doyen de la Faculté, & le Doyen és mains du plus ancien Docteur de élire & pourueoir eſdites Liſances de perſonne vtile, idoine, ſouffiſant, & commode aux Eſcholiers & y pourueoir ſelon ce que deſſus eſt dit, & ce ſur peine d'amende arbitraire. Et quant aux autres Concluſions prinſes *hinc inde*, par les Parties : La Cour les a mis & met hors de Cour & de Procés, & ſans deſpens, & pour cauſe. Et a enjoint ladite Cour au Procureur General du Roy faire executer l'Arreſt donne touchant la Reformation de ladite Faculté & de l'en certifier dedans vn mois prochain venant. Et a permis & permet la Cour au Syndic de pouuoir requerir & aſſiſter auec le Procureur General à l'execution dudit Arreſt.

Die 20. Decemb. eiuſdem anni Rex in gratiam Neruiorum ſeu Tornacenſium edixit vt ſequitur.

FRANÇOIS PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE. A Nos Amez & Feaux les Gens de nos Cours de Parlement, Baillifs, Seneſchaux, Preuoſts & à tous nos autres Iuſticiers & Officiers, ou à leurs Lieutenans, ſalut & dilection. Comme à l'occaſion de la guerre ſuruenuë entre Nous & le Roy Catholique, pluſieurs Manans & Habitans en Benefices de Tournay & Tourneſis en grand nombre, tant d'Egliſe, Nobles, Marchands, Artiſans & autres ſe ſoient dés pieça retirez en celuy

" *turum?* Addit verò quædam Capita in quibus erraſſe arguebatur. *Gra-*
" *tum eſt*, inquit ad Beddam, *quod indicas locos in quibus videor tibi periculosè*
" *ſcripſiſſe, de Cleri Celibatu, de votis Monachorum, de Iejunijs & interdicto*
" *eſu carnium, de feſtorum obſeruantia, de Conſilijs Euangelicis, de libris ſacris*
" *in vulgarem linguam transferendis, de legibus humanis, de horis Canonicis, de*
" *fidelium diuortio, de Symbolis Eccleſiæ, denique de horum ſimilibus non paucis.* In
" his quid vos offendat, nondum ſcio, *&c.* Ad hæc omnia reſpondet; &
" tandem amicis verbis nec charitatem lædentibus claudit Epiſtolam.

Aliam ante ſcripſerat ibidem ad eundem 4. Kal. Maias, in qua poſtquam gratias egit de nonnullis annotatiunculis quas ad ſe miſerat, admonuitque ſuorum operum approbationem habuiſſe à multis Theologis Lo-

Contra Petrum Sutoris.

" uanienſibus & alijs, de Petro Sutore ſic loquitur. Quid enim dicturi ſunt
" Cordati doctique viri, cum legerint Petri Sutoris libellum, quondam
" Sorbonici Theologi, nunc Monachi Carthuſiani? quantum ibi maledi-
" centiæ, quantum faſtus, quantùm ſtuporis & inſcitiæ! Nihil toto opere
" crepat, niſi Theologaſtros, Rhetorculos, Sciolos, Aſellos, Tralariſtas,
" inſanias, temeritates, errores, ſcandala, hæreſes, blaſphemias. Et inte-
" rim tractat argumentum, in quo nihil intelligit, planè vetus prouerbium
" nobis referens, *Sutor vltra Crepidam*, aſſumit pro certis partim manifeſto
" falſa, partim controuerſa. Hanc tranſlationem Noui Teſtamenti eſſe
" Hieronymi, hanc eſſe proditam afflatu S. Spiritus, hanc vt talem ab Ec-
" cleſia receptam eſſe. Aſſumit me in hoc vertiſſe, vt mea tranſlatio cum
" autoritate legeretur, excluſa veteri. Ex his hypotheſibus ceu comper-
" tiſſimis colligit omnes Tranſlationes eſſe ſcandaloſas, hæreticas & blaſ-
" phemas. At non videt hanc contumeliam recidere in Thomam, Bedam
" & Lyranum qui frequenter citant diuerſam lectionem, nec reprobant,
" ſed interpretantur. Etenim quod in toto blaſphemum eſt, blaſphemum
" & in parte ſit oportet. Nec ſentit ſe dum iſta loquitur, blaſphemum eſſe
" in Pontificem, qui noſtrum laborem ſuo diplomate comprobauit. Ne
" quid dicam de Adriano VI. qui adeo non damnauit meam induſtriam, vt
" adhortatus ſit, vt idem facerem in veteri Teſtamento, quod feciſſem
" in nouo. Quid loquar de Epiſcopo Roffenſi, qui mihi non ſemel gratias
" egit, teſtificans ſe plurimum fructus ex hoc opere meo cœpiſſe, de Ton-
" ſtallo Epiſcopo Londonienſi, deque alijs innumeris virtute pariter ac
" doctrina præſtantibus viris. Planè ſentio Sutori noſtra non lecta eſſe;
" quid autem impudentius quàm ſic debacchari in alienas lucubrationes,
" nec legiſſe quod proſcinditur conuitijs? *&c.*

" Scribit & aliam Baſileæ 6. Non. Octob. in eandem rem: & de Carol-
" ſtadio ſubdit. *Nouam Tragediam cæteris omnibus atrociorem nobis hic peperit*
" *Carloſtadius: perſuaſit in Eucariſtia nihil eſſe præter panem & vinum.* Eam ſen-
" tentiam libellis aliquot editis confirmauit Zuinglius: proximè Oecolam-
" padius tanto ſtudio totque machinis argumentorum idem agit, & tantâ
" facundiâ, vt ſeduci poſſint ni veter Deus, etiam electi. Hæc Ciuitas va-
" cillat, ſed ſic vt videatur ſanabilis. Cogor itaque poſt ſe habitis meis om-
" nibus in hoc certamen deſcendere quanquam impar tanto negotio.

Contra Sutorem. Ad Io. Seluam Primum Præsidem Parlamenti.

Eodem anno poſtridie D. Bartholomæi dat Baſileæ litteras ad Ioannem Seluam Senatus Pariſienſis Principem, & contra Petri Sutoris libellum plenum acrimonia mittit; aliumque ei dedicat, Theologorum approbatione munitum, & apud eum queritur de tantâ inſolentiâ & impunitate. Ad eundem extat eiuſdem Eraſmi epiſtola 50. lib. 21. Scitè quidem, *inquit*, dictum eſt ab Antiquis Vir Clarissime, ex malis moribus natas
" eſſe bonas leges: cæterum illud certius exitium minitatur rebus humanis,
" quod viciſſim ex optimis legibus naſcuntur mores peſſimi. Etenim quæ
" ſupereſt ſpes ſalutis, ſi remedia vertuntur in venenum, & quæ morbo pro-
" pulſando reperta ſunt, morbum exaſperant? Id ne accidat, vix alia ra-

tione caueri poteſt; niſi pharmacum quod Medicus Doctus ac fidus præſcripſit, idem adminiſtret. Optima lex erat oppoſita temerarijs ac famoſis libellis, veluti peſſimo morbo gliſcenti ſalubre, neceſſariumque remedium. Cœterum rem ſaluriferam hominum peruerſitas vertit in magis malum, niſi qui legem tulerunt, ijdem adminiſtrent ac tueantur. Alioqui video futurum, vt cum Conſtitutio in hoc prodita ſit, ne quid excuderetur Lutetiæ niſi tali Academiâ talique Senatu dignum, exulent iſtinc optimi quique libri & excudantur impune tales, quales iam duos prouolaſſe videmus, quorum alter impudentiâ pluſquam ſcurrili corrupit Colloquia mea, additâ Præfatione falſo mei nominis titulo. Ibi me facit de me ipſo loquentem quicquid ipſi collibuit. Si vacabit opus inſpicere, videbis ingenium deploratum, quod nullum facinus exhorreſceret, ſi qua cauſa prouocaret, vel ad incendium vrbis, vel ad veneficium vel ad parricidium Si non vacat, ex operum meorum Catalogo quem nunc ſimul ad te mitto, poteris non multo tædio, quale ſit perdiſcere. Autor notus eſt, nec ignotus Typographus, vterque fruitur ſuo maleficio. Ea quoniam bene ceſſit audacia proſilijt Petrus Sutor cum ſuo libro. Sed hac de re verbum non addam. Tua prudentia ſi parum deprehendet ex Apologia noſtra quale ſit opus, qualis ſit Artifex, ipſe liber velut in ſpeculo repræſentabit tibi totum Sutorem. Non me clam eſt inter Theologos, eſſe quoſdam qui contenti ijs quæ iuuenes didicerunt, magno odio ferantur in linguas ac bonas litteras, adeo vt illis nihil placere queat quod ſapiat aliquid politioris literaturæ. Et inſtructi ſunt ſexcentis titulis & articulis innumeris. Qui ſi deſint, condunt pro ſuo arbitratu noua dogmata, quemadmodum hâc facit Sutor. Vel ipſi Paulo Apoſtolo mille locis calumniam ſtruere poterit, qui tot laqueis inſtructus talem animum adferat ad Cenſuram, qualem præſefert Sutor. Optima lex eſt quæ Schiſmaticorum & Hæreticorum impietatem, ſi ſanari nolint, coërcet. Sed quorundam peruerſiſſima mens eſt qui priuatis affectibus obſeruientes medicinam paratam ægrotis vertunt in perniciem bonorum, atque abutentes cauterio, quod ſanum eſt, exulcerant, rectiùs ſuo nomini conſulturi, ſi recentium libros cum candore legant, & linguas ac bonas litteras comiter in ſuum contubernium recipiant. Neminem tamen arbitror eſſe Pariſijs Theologum tam iniquum rectioribus ſtudijs, vt iſtam Sutoris debacchationem approbet. Quò ſecurius puniendi ſunt qui illudunt optimæ Conſtitutioni; quibus ſi licebit impunè quod libet, tales nimirum libros nobis dabit Lutetia. Si quis apparet abs ſe ſe depellere manifeſtam calumniam, aut aliquid edere quod conducat publicis ſtudijs, tum vigebit lex & vigilabit cenſura. Et ferè fit, vt in omni conſeſſu plus valeat paucorum improbitas, quàm multorum æquitas. Nec enim nouum eſt, ſi pars maior ſuperat meliorem. Hîc frequenter & minor & deterior ſuperat maiorem ac meliorem. Aduerſus horum peruicaciam malicioſam, ni Principum Virorum candor, & æquitas opituletur humanioris litteraturæ Cultoribus, futurum eſt vt oppreſſis elegantioribus diſciplinis, etiam illa collabantur quæ iſti ſola vellent eſſe in precio. Mors ornatiſſimi viri Franciſci Deloini, quali patrono, quali propugnatore orbauit optima ſtudia. Niſi fortuna nobis Regem Franciſcum ad tempus eripuiſſet, hac querimonia non obtudiſſem aures tuas, ipſum imploraſſem Muſarum vindicem aduerſus Barbarorum incurſiones. Interim tuarum Partium erit cum tui ſimilibus fortiter ſuſtinere cauſam Studiorum veſtraque æquitate Sutorum iniquitatem moderari. Siquidem complurium Eruditorum litteræ mihi perſuaſerunt te vnum eſſe, qui ingenij, doctrinæ, Iudicij vim admirabilem naturæ bonitate morumque comitate ſuperes. Quibus dotibus non mediocre decus apponis Senatui cum primis Auguſto, cui meritò præſides. Cœterùm hoc officio non ſolum conſulueris honeſtiſſimis ſtudijs, verum etiam nomini Theologico, quod nunc ob paucorum cerebroſorum iniqua callidaque Iudicia peſſimè audit apud plurimos; videmus quanto odio laboret vniuerſus Ordo Sacerdotum ob

1525.

» paucorum vitia. Videmus quàm indigna patiantur etiam boni Monachi
1525. » ob quorundam intolerabilem improbitatem. Itaque nemo magis con-
» ſuluerit Theologorum vel dignitati vel authoritati, quam qui tales ra-
» bulas, non Theologos, ſed ordinis Theologici Carcinomata vomicaſ-
» que compeſcuerit. Nec vlli facinori iuſtius applauſerint ſani probique
» Theologi. Erat mihi talis heros auſpicatiore quopiam argumento con-
» ueniendus, verum hoc in præſentia Sutor obtruſit auis inauſpicatiſſima.
» BENE VALE.

Hoc anno, menſe Martio Rex è captiuitate Hiſpanica redijt in Franciam, & paulò poſt ſuum in vrbem Lutetiam reditum liberari voluit è vinculis M. Ludouicum Berguinum virum litteratiſſimum, ſed Lutheraniſmi nomine ſuſpectum, datis ad Facultatem Theologiæ & ad Vniuerſitatem litteris. At ille Theologis offenſus, nihil non molitus eſt poſtea; ſcripſit ad Eraſmum conatuſque eſt eum in ſuas partes pertrahere, libros eius vertit in linguam vulgarem, quò plus erga Theologos odium, quippe id vetuerant, patefeceret. At Eraſmus non modo illi non gratias habuit, quin & maximè ſe læſum hoc facto reſcripſit Baſileæ poſtridie Bartholomæi anno 1525. neque ſe velle cum Theologicâ Facultate contendere. Addit *fortaſſe tu rectiùs conſulueris rebus tuis, mi Berguine, ſi concertationem ſemel ſopitam non inſtaures.* Idem iterum ac tertiò reſcripſit; ſed ille ſui impios eò tandem prolapſus eſt, vt ob ſuſpicionem hæreſeos publico Iudicio crematus fuerit an. 1529. vt ad illum an. referimus.

MISSA CAROLSTADII. Eodem anno Carolſtadius Witenbergæ vxorem duxit; quod factum adeo Wittenbergenſibus placuit, vt eius nuptias ſacrilegas omni honore celebrandas duxerint; atque in eius honorem Miſſam ſpecialem compoſuerint; quæ quanquam non pertinet ad hiſtoriam quam contexímus, hîc tamen locum non omnino extra rem, habere poterit. Talis fuit Introitus.

» Dixit Dominus Deus. *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum. Faciamus adiu-*
» *torium ſimile ſui.*
» Vers. *Adhærebit homo vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.*
» Collecta. *Deus qui poſt tam longam & impiam Sacerdotum tuorum cæcita-*
» *tem B. Andream Carolſtadium ea gratia donare dignatus es, vt primus nulla*
» *habitâ Papiſtici Iuris ratione, vxorem ducere auſus fuerit; Da quæſumus vt*
» *omnes Sacerdotes recepta ſanâ mente eius veſtigia ſequentes, eiectis concubinis*
» *aut eiſdem ductis, ad legitimi conſortium thori conuertantur.* Per Dominum
» noſtrum.
» Proſa ſeu ſequentia. *Deus in tuâ virtute Andreas Carolſtadius gaudet &*
» *lætatur thalamo copulatus.*
» *Piſcatio Epiſcopi ipſe primum factus Piſcator eſt vxorum.*
» *Sacerdotes Pornolatras diu ad normam reduxit Matrimonij*
» *Is legibus ius Romanum tuis Deus, victor ſtrenus ſubiugauit.*
» *Conſilium Pauli tui ſequens etiam bonum ſe oſtentans coniugem.*
» *Mirantibus inuitiſque Papiſtis vxorem quæſitam ædibus nuper ſuis intulit.*
» *Atque magno decore Sacerdos inſcripſit titulos coniugatos Domine.*
» *Illum Sacerdotem verè tuum credimus*
» *Chriſti filij tui atque fraterculum.*
» *Nos ergo Concubinis noſtris grauati te Deus, poſcimus.*
» *Vt illius qui Patres noſtros ſectatus antiquos, tibi placet.*
» *Nos imitatione gaudeamus in æternum.*
» Secreta. *Sacrificium noſtrum, quæſumus Domine, benignus ſuſcipias, vt quod*
» *tuæ Maieſtati in Andreæ Carolſtadij nuptialibus primicijs deuotè offerimus, eius*
» *efficias à cunctis ſcortationis defendamur periculis.* Per Dominum noſtrum.
» Poſtcom. *Sint nobis Domine auxilio ſumpti Sacramenti myſteria; & ſicut*
» *Andreæ Carolſtadij connubiali celebritate lætamur, ita fac quæſumus, Sacer-*

dotum Coniugia toto orbe feliciter auſpicentur, felicius ſuccedant, & quàm feliciſſimè finiantur. Per Dominum noſtrum Ieſum.

At miſerrimum habuit exitum eiuſmodi matrimonium; cum enim ille aduerſus Lutherum declamaſſet, adeo eius odio exagitatus eſt, vt Wittenberga profugere coactus fuerit, & per multos annos errare; eoque tandem miſeriæ adactus eſt, vt terram colere ad vitæ ſuſtentationem coactus ſit. Itaque ille ex Theologiæ Doctore & Archidiacono Wittenbergenſi miſer agricola & ruſticus indoctus factus, qui arare neſciens, per inopiam arare coactus eſt cum vxore ex nobili familiâ ortâ.

Eodem anno idem exemplum ſecutus Lutherus nuper eductam è Cœnobio Monialem Katharinam de Bore vxorem duxit: in cuius nuptias Hieronymus Emſerus carmen edidit, & 4. vocum concentu decorauit, perſonam Lutheranorum agens.

His Magiſtris licet nobis omne nefas, licet probis omnibus obſtrepere. Cum Iubilo.
Conculcare, Iura, leges. Infamare licet Reges, Papamque cum Cæſare. Cum Iubilo.
Sed & ipſos irridemus Chriſti ſanctos & delemus eorum imagines. Cum Iubilo.
At Priapum Lampſacenum veneramur, & Silenum, Bacchumque cum Venere. Cum Iubilo.
Hi ſunt veteres Coloni, noſtri Ordinis Patroni, quibus ille militat. Cum Iubilo.
Septa clauſtri diſſipamus, ſacra vaſa compilamus, ſumptus vnde ſuppetat. Cum Iubilo.
I. Cuculla, vale lappa, vale Prior, Cuſtos, Abba, cum Obedientia. Cum Iubilo.
Ite vota, preceſ, horæ, vale timor cum pudore, vale conſcientia. Cum Iubilo.
Io, io, io, io, Gaudeamus cum Iubilo Dulces Lutheriaci. Cum Iubilo.

Et in alio Carmine.

Vos etiam ſcurræ, Lurcones & Paraſiti
Quos male delectant Populi Ieiunia Chriſti,
Vos quoque lenones, periuri, ſacrilegique,
Virginitas quibus eſt flocci, votumque ſacrumque,
Denique Thraſones, Linguaces, Ardeliones
Quique diu acciſi Chriſtumque fidemque negaſtis.
Impuri, quorum deprauat lingua Sodales.
Perfida, & in ſenſum reprobum quos crimina ducunt.
Tu quoque fex vulgi cui ſunt nunc dura ſupernæ
Frena Poteſtatis, iuga quæ furibunda reſoluis
Cuncti fœdifragi celebrate Hymenæa Magiſtri,
Cuius vos faciunt votis documenta potiri,
Tu noua nupta tuo velum depone marito.
Rumpe pudicitiæ zonam, votumque fidemque,
Tam bene quàm Chriſto veſtrum ſacrauit vterque,
Conſpurcate thorum, mentemque & corpora veſtra,
Sacrilego inceſtu, per vos generabitur illa
Pernicies mundi, certiſſimus Antichriſtus.

Anno 1526. die 12. April. habitis Facultatis Artium Comitijs, 4. capita Reformationis à Selectis examinata ſingularum Nationum calculis confirmata ſunt, autore & promotore M. Radulpho Caſet Cenomano Nat. Gallic. Procuratore. 1. Ne quis eundem gradum in eadem Vniuerſitate bis aſſumeret, *niſi per nouam ſupplicationem in facie Facultatis.* 2. *Vt Curſus Regentiæ Artium compleatur ſpatio 3. annorum cum dimidio.* 3. Ne Scriba litteras expediat, niſi ex teſtificatione & ſyngrapha Bidelli; vtque 1526.

1526. Procurator & Bidellus Incipientium nomina diemque inſcribant. 4. Ne Scriba Triennalis aut Quinquennalis Studij litteras expediat, niſi ex teſtificatione Primarij & Regentis, quod quis tandiu ſtuduerit.

Die 16. decretæ ſunt ſolemnes ſupplicationes ob redditam Regi Franciſco libertatem & felicem reditum. Et in iiſdem Comitijs ſuadente M. Natali Bedda, delecti viri graues, qui Regi Academiæ Parenti ſalutem & felicitatem congratularentur, ſimulque cum eo agerent de eliminandis hæreſibus quæ vbique paſſim radices agere incipiebant. Et delecti MM. Cappel. & Godequin Doctores Theologi.

In iiſdem Comitijs, ſuaſore & impulſore Wldequino Thiuet Quæſtore ærarij publici inhibitum eſt Rectoribus & alijs Officiarijs Vniuerſitatis pecuniam communem deinceps recipere, iuxta id quod fuerat aliàs decretum. Iuſſique ſunt antiqui Rectores & inter alios M. Guill. Manderſton acceptam reddere & Quæſtori tradere, *ſub pœna priuationis ex tunc perpetuæ vel 100. librarum applicandarum ærario publico Vniuerſitatis*, vt legitur in Actis Nat. Germ. & Gallic atque iſtud Decretum die 19 eiuſdem menſis in Comitijs Mathurinenſibus tertiò confirmatum.

Die 14. Maij collatum eſt Officium Carthariatus Nicolao Pinette, *attenta probatione facta, quod eſt de ſtatu & vacatione ad onus.* Item autore Syndico Vniuerſitatis decretum fuit contra FF. Prædicatores, ſacra facere pro defunctis Præceptoribus & Doctoribus recuſantes.

His diebus iam non proluſorijs armis, ſed Decretorijs pugnabat Eraſmus aduerſus MM. Petrum Sutoris & Natalem Beddam Doctores Sorbonicos, à quibus hæreſeos Lutheranæ inſimulabatur: quam ſuſpicionem vt à ſe amoliretur, ſcripſit ad Senatum Pariſienſem, qua de re in Actis Curiæ ad diem 5. Iulij, vt ſequitur.

Ce iour M. Charles Guillard Preſident en la Cour de ceans, a dit que Eraſme Roterodam. a icy enuoyé vn homme, enſemble vne lettre qu'il a eſcrit à la Cour & vn petit Traitté qu'il a fait à l'encontre de M. Noël Bedda & Sutoris Docteurs en Theologie, leſquels il a exhibez. Enſuit la Teneur deſdites Lettres.

Auguſtiſſimo Senatui Pariſienſi Eraſmus Roterod. S. D.

EPISTOLA ERASMI AD PARLAMENTVM.

„ MAgnifici Domini Iuſtitiæ Principes, quæſo vt occupationes veſtras „ & grauiſſimas & ſanctiſſimas patiamini paucis interpellari. Viuo „ adhuc Franciſco Deloino Natalis Bedda notarat ex mea in Lucam Pa„ raphraſi loca quædam quibus offendebatur, quæ licet mihi non commu„ nicaſſet, ſed apud alios ſparſiſſet, tamen pro officio gratias egi, precans „ vt in alijs idem faceret, me curaturum vt nuſquam in me deſideraret of„ ficium hominis Chriſtiani. Deinde miſit alias aliquot, ſed nudas propo„ ſitiones, egi gratias ſperans fore vt res inter nos Chriſtianâ modeſtiâ „ tranſigeretur. Ad complures modeſtiſſimè reſponderunt. Mox vt ex lit„ teris deprehendi animum hominis exulceratum, miſi reſponſiones meas „ ad Sacratiſſimam Facultatem, vt viris nec odio, nec inuidia corruptis „ traderent eas legendas, & ſi illic iudicarent eſſe quæ ſinceritati doctrinæ „ Chriſtianæ aut pijs moribus officerent, admonerent fraterne, me vel „ correcturum, vel explicatione curaturum, ne quis ad illa poſſet impin„ gere. Cum autem mea Reſponſio nihil habeat ſtomachi, Bedda hoc ip„ ſo offenſus, quod auſus ſim vel priuatim reſpondere, extorto aut ſimula„ to conſenſu Facultatis, emiſit librum in me & Fabrum. Qualis ſit Fabri „ cauſa, neſcio, pro me reſpondeo. In Cenſuris Beddæ quibus taxat meas „ Paraphraſes eſſe pluſquam centum mendacia calumniaſque tam manife„ ſtas, vt digitis quod aiunt, ſentiri poſſint, vel à Calcearijs & fabris. „ Saltem debebat exſpectare Iudicium Collegij ſui, non præire: Sed odio „ præceps edidit ſuas calumnias, magno tam celebris Academiæ, magno „ Theologici nominis, magno demum ſuæ famæ dedecore, nec minore „ gaudio Lutheranorum, aut ſi qui ſunt Lutheranis peiores. Ego cum illis „ quos Theologi damnant, in acie ſtans depugnabam, libri teſtantur: & hoc

hoc agentem, idque iuſſu Cæſaris, Pontificis & aliorum Principum, non ſi-
ne capitis mei periculo Sutor & Bedda furioſis libellis adoriuntur à tergo; 1526
hoc eſt verè fauere Lutheranis. Emiſeram vnicam Reſponſionis partem
aduerſus Lutherum, alteram adornabam; quæ nunc mihi vix perfici pote-
rit ante Nundinas proximas. Quid autem dicent Lutherani, vbi lege-
rint Beddæ Cenſuras vndique ſcatentes impudentibus mendacijs & Su-
toris furias? Sunt iſti, inquient Theologi, qui damnarunt Lutheri dog-
mata? Tales ſunt quorum Cenſuris homines adiguntur ad ignem? talibus
Atlantibus nititur Eccleſia Romana? Nam vt ſunt hominum mores, ex
his qui libros emittunt præſertim autoritate publica, ferè æſtimantur cæ-
teri, ſi zelo pietatis ducuntur, cur in me qui pro pietate depugno, longè
virulentius debacchantur quàm in ipſum Lutherum? In meis libris ali-
quid erroris humani deprehendi poſſe non nego, nullus adhuc tamen er-
rorem damnatum potuit oſtendere; & qui id hoſtili ſtudio conati ſunt,
præter ſuſpiciones & calumnias nihil adferunt. Certè hunc animum ſem-
per præ me tuli, qui paratus eſſet corrigere, ſi quid excidiſſet, quod
vel pietati, vel hominum moribus officeret. Idque hactenus feci ſedulò,
ſi quis monuit, quod eſſet alicuius momenti. Ordinem Theologicum
ſemper ſum veneratus; eos qui verè Monachi ſunt, tum amo, tum ſuſ-
picio, nec apud vllos malim ætatem agere, niſi corpuſculi obſtaret imbe-
cillitas. Admonui quædam in ſcriptis meis, ad Theologos quoſdam ac
Monachos pertinentia, quæ iudicaui tum ad Ordinis dignitatem, tum ad
omnium ſalutem pertinere. Et ob id quidam vociferantur Schiſmata &
ſcandala. Si mihi ſchiſmata placerent & factiones, non tanta perpeſſus
eſſem ac perpeterer, ne eſſem talium rerum conſors. Malui namque ſo-
lus ab vtriuſque partis inſanioribus dilacerari, quàm eſſe tutus in parte
damnatâ. Quid autem futurum eſt tandem, ſi tales libelli quales ſcribit
Sutor & Bedda excudentur Lutetiæ, excluſis aliorum ſcriptis? Illis lice-
bit venenum effundere, Nobis non licebit adhibere Antidotum? Quid
fructus referat Iuuentus quæ Lutetiam confluit; vt eruditior ac melior
domum redeat, ex iſtiuſmodi ſcriptis; in quibus nihil eſt præter amaru-
lentiam & impudentes calumnias? Scio paucos eſſe Lutetiæ Theologos,
quibus Sutoris & Beddæ placeat amarulentia. Quid autem inutilius ad
victoriam quàm eos in caſtra Lutheri protrudere, qui à Luthero diſſen-
tiunt, & ſi conſentirent, poſſent totam renouare Tragœdiam. Iſtiuſmo-
di odijs hæreſiarcha factus eſt Arius, ab Eccleſia receſſit Tertullianus,
hoſtis Eccleſiæ cœpit eſſe Wiclefus. Theologorum eſt vel mederi vel
coarguere hæreticos. At iſtud eſt hæreticos facere, non coarguere: nec
hoc eſt ſopire excitatum per Lutheranos incendium, ſed iniecto in ca-
minum, vt aiunt, oleo magis excitare. Illud etiam magis arguit impo-
tens odium Beddæ, quod cum ego priuatim ad Propoſitiones ab ipſo no-
tatas reſponderim, eaſque legerim; ille tamen non exſpectato Theolo-
gorum iudicio præcipitauit ſuas Cenſuras, præſertim cum ad complures
ita reſponderim, vt oſtenderem quædam à me correcta proxima Editio-
ne, quæ tamen Typographorum errata fuerant non mea, quædam ita
refellerem, vt nihil illi ſupereſſet niſi manifeſta calumnia. Super his vi-
ſum eſt admonere veſtrum Auguſtiſſimum Collegium vt cognito pericu-
lo, veſtra prudentia veſtraque tum autoritas, tum æquitas conſulere di-
gnetur, vel iſtius Academiæ, vel Theologici nominis dignitati, vel Iu-
uentutis ſaluti, vel Studiorum tranquillitati. Satis huc vſque proceſſit
maledicentiæ rabies, ſeditionum parens. Notaui loca quædam præcipua
ex Beddæ Cenſuris, quæ ſi manifeſtam habent & vanitatem & calumniam,
ſicut habent, aut prohibete iſthic ſpargi venena, aut ſinite noſtræ inuehi
antidota. Si veris argumentis volunt eos reuincere qui defecerunt à ve-
ritate Chriſtiana, habebunt me commilitonem, ſine odio cœci nihil
aliud ſtudent quàm quouis pacto lædere, modeſtius eſſe duco à Senatu
Iuris & æquitatis Principe flagitare præſidium quàm rabire cum rabien-
tibus. Hæc de Beddis & Sutoribus duntaxat loquor, non de cæteris

Theologis. Venerabile veſtrum Collegium ſeruet Dominus Ieſus. Datum Baſileæ poſtridie, Id. Ian. an. 1526. ERASMVS ROTERODAMVS MEA MANV SVBSCRIPSI.

1526.

In eandem rem ſcripſit ad Franciſcum I. Galliarum Regem; multaque in Sutorem & Beddam dicit, quibus eos Regi inuiſos aut contemptibiles reddere conatur.

Ad Regem.

ERASMVS ROTER. FRANCISCO GALLIARVM huius nominis primo S.D. Quo grauius diutiuſque nos diſcruciauit Superiorum temporum calamitas, Franciſce Regum Chriſtianiſſime; hoc magis exhilarauit nos tandem reddita Serenitas. Meum quidem animum non ſimplex habebat moleſtia: nam & publicè dolebat duos præcipuos Chriſtianæ ditionis Monarchas inter ſe ſe commiſſos eſſe non ſine grauiſſimo totius Orbis malo, haud aliter quàm vbi Luna cum ſole commiſſa periclitatur genus mortalium; & priuatim angebar, eius Regis cuius propenſum in me ſtudium multis argumentis cognitum ac perſpectum haberem, animo ſummiſque virtutibus fortunam non ſatis reſpondiſſe. Itaque quemadmodum erat non ſimplex dolor, ita nunc multiplici perfundor gaudio, quod diuino fauore receperit Gallia Regem, Orbis tranquillitatem, Eruditorum ac Bonorum chorus Patronum. Merebatur quidem iſta tuæ naturæ benignitas, ingenij ſimplicitas & animi verè regia Celſitudo perpetuam in omnibus felicitatem. Nam tuæ Majeſtatis felicitas cum Orbi publicè, tum priuatim multis eruditis & optimis viris felicitatem attuliſſet. Quanquam autem nonnullis pax iſta ſeueris, ne dicam iniquis conditionibus videtur coiſſe, tamen confido futurum vt ſummus ille rerum humanarum moderator, ſuis arcanis & inſcrutabilibus conſilijs omnia vertat in lætum exitum. Nouit ille & ſolus nouit quid nobis expediat, ſolus artificio ſuo diuino & poteſt, & ſolet hominum inconſulta conſilia in euentus lætos ac bonos perducere. Si Chriſtianos Monarchas firma iunget concordia, minus audebunt Turcæ, & in ordinem cogentur, qui nunc huic Regi, nunc illi vtrumque commodum fuerit, blandientes, non aliâ re magis quàm veſtro diſſidio potentes ſunt. Hac ratione ſimul & optimis ſtudijs & Eccleſiæ iamdudum malis intolerabilibus laboranti poteritis mederi. Nunc vtraque pars habet aliquot cerebroſos ac nullius Iudicij rabulas qui clamoribus & furioſis libellis incendium hoc exagitant. *Sunt Pariſijs inauſpicata aliquot ingenia nata in odium bonarum litterarum ac publicæ tranquillitatis, quorum præcipui ſunt Natalis Bedda & Petrus Sutor Monachus Cartuſianus. Hi ſcriptis non minus indoctis quàm virulentis propinant ſeipſos mundo decidendos, pluſquam ſcurrilibus conuicijs debacchantes in Iacobum Fabrum & me. Ridentur à doctis & cordatis; ſed interim & apud Imperitos ac ſimplices lædunt famam noſtram, & ſtudiorum fructum à nobis tot vigilijs expetitum interuertunt.* Faber pro ſe reſpondebit. Quod ad me pertinet, in Cenſuris Beddæ poſſum oſtendere centum manifeſta mendacia calumniaſque tam inſignes, vt ſi res eſſet lingua populari prodita, Olitores & Calcearij poſſint iudicare hominem non eſſe ſani cerebri. Mitto loca aliquot paucis notata. Et iſti ſunt qui pronunciant de hæreſi, ad quorum delationem boni viri pertrahuntur in carcerem, & in ignem conijciuntur, quos quocumque modo malunt extinctos quàm ipſos conuinci de calumnia. *Si licebit illis tum manifeſtè mentiri de nobis, idque libris editis contra, nobis non licebit depellere calumniam, quid erit illa quondam celebris Academia niſi ſpelunca Latronum?* Hæc audacia ſi Phariſæis illis cedat impune; nullus bonorum virorum futurus eſt in tuto. Prætexunt fidei titulum, ſed re vera aliud agunt, moliuntur tyrannidem etiam in capita Principum. Huc tendunt per cuniculos. Niſi Princeps ipſorum voluntati per omnia paruerit, dicetur fautor hæreticorum, & deſtrui poterit per Eccleſiam hoc eſt per aliquot coniuratos Pſeudo-Monachos ac Pſeudo-Theologos. Hoc illos moliri per cuniculos ipſorum ſcripta declarant. Proinde conſultum fuerit initijs ſuccurrere. Non loquor de omnibus Monachis ac Theologis, ſed de quibuſdam, quorum indocta improbitas plus valet quàm alio-

rum docta modeſtia. Miſſi ſunt ad me articuli per neſcio quos delegatos " 1526.
ex libris meis decerpti quos verterat Ludouicus Berguinus non ita multò "
ſaniores quàm ſint cenſuræ Natalis Beddæ. Ob hos vir optimus pericli- "
tatur. Perijt Papilio non ſine graui ſuſpicione veneni. Perijt Franciſcus "
Molinius ac Dubletus. Periclitatus eſt Michaël de Arantuis: bis impe- "
tierunt Berguinum. Nunc Fabrum & Eraſmum aggrediuntur. In libris "
meis colligunt ſuſpiciones & calumnias, nullum adhuc locum oſtendere "
potuerunt, qui dogma habeat pugnans cum fide Chriſtiana. Pium eſt "
ſeditiones & impia dogmata ab Eccleſia ſecludere. Sed impium eſt hos "
in impietatis vocare crimen qui pugnant pro pietate Euangelica, & eos "
in caſtra hoſtium propellere quos vident pro ipſis aduerſus hoſtes dimi- "
care. Sed iſtorum tyrannis quomodo coërceri poterit, aliàs demonſtra- "
bo, ſi tua Chriſtianiſſima Majeſtas id clam fieri volet. Nam ita res ſuc- "
cedet felicius. Interim illud rogo vt tuæ Maieſtatis Autoritas aut coër- "
ceat furioſos Sutores & Beddas ne talibus mendacijs infament bonos, aut "
efficiat, vt patiantur noſtras Defenſiones excudi, legique Pariſijs. Iniquiſ- "
ſimum enim fuerit illis licere venena ſua ſpargere, nobis non licere ad- "
mouere Antidota. Scripſi liberius edoctam à multis Regiam Celſitudi- "
nem tuam ſimplicibus miniméque fucatis delectari. Quod ſcripſi, docebo "
veriſſimum eſſe, ac me quoque tacente res ipſa loquitur. Chriſtianiſſimam "
Majeſtatem tuam incolumem ac florentem ſeruet Omnipotens. Datum "
Baſileæ 16. Kal. Iulias, an. 1526. "

Hoc anno iterum coniectus eſt in carcerem Ludouicus Berguinus: Iacobus verò Faber Stapulenſis qui hæreſeos quoque delatus profugerat, redijt in Aulam; quâ de re ſic Eraſmus Ep. ad Bilibaldum. Ludoui- "
cum Berguinum Præfectum & Conſiliarium Regium iterum coniecerunt "
in carcerem, non ob aliud niſi quod libellos quoſdam meos vertiſſet Gal- "
licè, mater Regina bis ſcripſerat, vt exſpectarent Regis reditum. Dele- "
gati nihilo ſecius progreſſi pronunciauerunt eum Hæreticum. Articuli "
ſunt ad me miſſi, qui nihil aliud declarant quàm impudentiſſimas illo- "
rum ſycophantias & craſſiſſimam inſcitiam. Quibus reſpondit Rex vbi "
redijt, & quid eſſet actum cognouiſſet, miſit Caduceatorem, denuncians "
illis ſe velle Cognitorem illius cauſæ fieri. Scripſit per alium ſe vitam ac "
mortem Berguini ab ipſis repoſciturum, ſi quid eſſet factum. Quid deinde "
factum ſit neſcio. Iacobus Faber qui metu profugerat, non ob aliud niſi "
quod verterat Euangelia Gallicè, reuocatus eſt in aulam. Vale Friburgi "
poſtridie non. Iunij an. 1526. "

Die 27. Auguſti habitis Generalibus Comitijs apud Mathurinenſes, actum de redemptione Incarceratorum quorumdam Magiſtrorum qui à Proprætore Capitali detinebantur; in ijſdem Comitijs M. Wldequinus Thiuet Quæſtor ærarij Academici ſupplicauit ne Rectores deinceps 20. ſcholares immunes à Burſa publica inſcribere poſſent Albo Incorporatorum: ſolebant enim Rectores antiquitus omnium Iuratorum Scholarium Burſas tam ſuas quàm quæ ad Academiam pertinebant, recipere, earumque in fine Rectoratus rationem reddere, demptis viginti, quos immunes præſtare poterunt. At Thiuetus Artium Facultati offenſus ob repulſam muneris Quæſtorij, pluries vexauit Rectores ipſamque Artium Facultatem. Imprimis pecuniæ publicæ recipiendæ ius adimendo. Deinde immunitatis illius honore priuando. Ea autem de re dictæ ſunt ſententiæ variæ; annuentibus Facultatibus Superioribus, contradicentibus verò Nationibus, vt colligitur ex Actis Nat. German. *Petijt publicus Receptor, vt nullus Rectorum ea immunitate gauderet, vt 20. Scholaſticos incorporandos inſcribere poſſet, quin Vniuerſitati ſex Albos de quolibet daret. Sed id quoniam variè deliberatum erat, ſub dubio concluſum eſt: concluſit enim D. Rector vnicuique tribuendum ſuum ius.* — Ius Rectorum.

Paucis interjectis diebus, Rector in eandem rem Comitia habuit Facultatis Artium apud ædem San-Iulianenſem, propoſuitque Priuilegium conſeruandum, quo Rectores ſolebant *incorporare 20. Scholares, nihil dan-*

1526. *de Vniuerſitati.* De quo cum ſatis ſpectauiſſet Facultas, *quo Superiores Facultates tendebant (ſolent enim quoquomodo poſſint, ſemper Facultati Artium ſua imminuere priuilegia, ſanciuit Priuilegium illud ſemper eſſe conſeruandum.) Et ſi Superiores Facultates aliquid in præiudicium Facultatis tentarent, ab earum placitis prouocandum. Parum enim abfuit, quin Receptorem publicum à ſe priuaret, fuerunt enim qui illud Suppoſitum nec gratum, nec ratum habebant, quod talia in medium adduxerat. Injunctum præterea fuit D. Manderſtonio viro Rectorio, contra quem videbatur Receptor ille peculiariter agere, ne quicquam eius pecuniæ daret, quam Receptor illum debere dicebat.*

Die 10. Octob. electus eſt in Rectorem M. Io. Prothays Picardus Bellouacenſis Burſarius Choletæus & inſtructus die 11. quo Rectore die vltima Octob. accepit Vniuerſitas à Rege, ſeu eius nomine litteras de receptione Legati Saluiati Nepotis Papæ. Et eadem die, hora poſt meridiem 2. Rector, Decani Facultatum, 4. Procuratores & Deputati Facultatum & Nationum ad S. Stephani de Greſſibus conuenerunt, ibique M. Natalis Bedda nomine publico Saluiatum ſalutauit.

Fvnvs Clavdiæ Reginæ. Eodem Rectore 4. Nouemb. acceptæ litteræ de Exequiali pompa Claudiæ Reginæ celebranda, modoque celebrandi, nimirum vt Vniuerſitas extra Portam S. Iacobi, ad Molendina vſque numero ſaltem 200. procederet exceptura funus; eoque excepto, rediret per portam S. Marcelli cum Curia Parlamentæa: deliberatum ſuper ijs litteris & conclusum, *quod attento quod conformiter ad præeminentiam Vniuerſitatis & priuilegia & ſtatuta D. Rector nec Vniuerſitas non conſueuit ire extra portas S. Iacobi, & ob hoc quod Orator vna cum Procuratoribus Nationum & 4. Bedellis & Procuratore Vniuerſitatis præmiſſa remonſtraret.*

Ad hæc Præfectus vrbis qui magnas partes in adminiſtratione Regni cum Principe Senatus tunc obibat, reſpondit omnia velle Regem fieri quam honorificentiſſimè, Regentem ipſam proceſſuram & cæteros Principes ſtemmatis Regij; eſto Rector non exeat, nihil obſtare quominus alij procedant. Ergo eadem die proceſſerunt 200. Academici.

Die poſtera, nempe 5. Nouemb. apud Mathurin. expoſuit Rector ſibi declaratum per Scribam Curiæ, Ordinem Pompæ quem ipſa decreuerat. At illum non potuit accipere Vniuerſitas, quia contra morem antiquum poſtponebatur Vniuerſitas Capitulo Pariſienſi: placuit igitur ire quidem obuiam pompæ lugubri, ſed ſeruando ordinem à Maioribus inſtitutum & ſeruatum, nec incedendum, niſi *D. Rector incedat collateraliter cum Prælato faciente Officium.*

Itaque vbi ventum ad portam S. Iacobi, *Orta eſt quæſtio inter Capitulum Pariſienſe & Vniuerſitatem, quia Capitulum nolebat incedere cum Vniuerſitate; ſed volebat ſequi, & ſic poſt magnam controuerſiam Capitulum Pariſ. in latere dextro & Vniuerſitas in latere ſiniſtro remanſit, adeò quod D. Rector incedebat collateraliter cum D. Decano Pariſ. Nihilominus ſequebantur Domini Compotorum & Curia Parlamenti, ſic quod Vniuerſitas non fuit in loco ſolito: fuit tamen perverſus ordo datus per Curiam Parlamenti; Quia ponebat in dicto ordine dato Dominos de Compoto & Electos ac Curiam Generalium; & ſic ſatis ægrè tulit ipſa Vniuerſitas. Et iſta die fuit ductum funus vſque ædem Pariſienſem, & recubuit vna nocte in dicta æde Pariſienſi.*

Poſtridie cum Vniuerſitas locum occupaſſet conſultum ad ædem S. Genouefæ de miraculo Ardentium, poſtquam in æde ſacra Pariſ. operatum eſt, & procedendum fuit ad S. Lazari; iterum orta fuit controuerſia inter Curias Compotorum, Electorum & Vniuerſitatem; vt legitur in Reg. publicis. *De modo incedendi fuit orta magna controuerſia DD. Electorum & Compotorum & Curiæ Parlamenti. Et nihilominus poſt magnam controuerſiam non obſtante arreſto ordinatum fuit quod incederent omnes de Electis & de Compotis inter Capellanos & Canonicos & Capitulum Pariſ. in latere dextro, & Vniuerſitas in latere ſiniſtro; & D. Rector collateraliter reſpondebat Decano Pariſienſi. Et ſic Vniuerſitas progreſſa fuit in copioſo & excellenti numero: Vbi aderant Baccalarij in Artibus, Magiſtri & Regentes. Et progreſſum fuit vſque ad S. Lazarum.*

Controuerſiam iſtam fusè deſcribit Prothaſius Rector in Codice Re- " 1526.
ctorum his verbis: "

Cum priora imitari minus operoſum ſit futuris Regum Reginarumque " Franciæ funebribus Pompis ſequentia exemplaria ex compoſito hîc in- " ſcripſimus. A ſupremo Senatu vocatus eſt D. Rector ſuper cerimonijs " obſeruandis & diſpoſitione funeralis Pompæ Auguſtiſſimæ Reginæ Clau- " diæ, cuius anima cum Chriſto in pace requieſcat, lectaque ſunt Parla- " mentæa Regiſtra ſuper ordine Regum Reginarumque hactenus obſer- " uato, vbi non parum derogabatur priuilegijs noſtræ Academiæ Pari " ſienſis. Etenim multi, vt vulgo loquar, de Camera Compotorum Do- " mini, multi quoque Campſores & Theſaurarij & Rectori & Vniuerſitati " anteferebantur. Nacta itaque loquendi opportunitate, colendus Magi- " ſter noſter Gaillard tunc temporis Rectorem concomitans reſpondit il- " lum ordinem propoſterè & non fideliter ſcriptum, aſſeuerauitque ſeip- " ſum (vt qui Rectorium munus obibat) in exequiali Pompa Ludouici XII. " ſupremè vitâ defuncti, cuius itidem animæ Deus parcat, ſupremum lo- " cũ in parte ſiniſtra tenuiſſe & è regione Prælati funebre Officium princi- " paliter gerentis inceſſiſſe, non interpoſitis dictis Dominis de Camera Com- " potorũ inter Rectorẽ & funus. *Cui primus Præſes, in nullo veſtris priuilegijs de- " rogare, quin potius inuiolabiliter omnia conſeruare contendimus.* Secùs tamen " factum eſt, quoniam funeris die allata eſt Rectori Papyrus in quâ contine- " batur ordo quem ab Vniuerſitate Senatus jubebat teneri, adjecitque Pa- " pyri Gerulus hæc verba. *Significat vobis ſuprema Curia aut quod hunc Ordinem " ſcriptũ non varietis, aut funebri Pompæ non interſitis.* Lecta Papyro cum intel- " ligeret Rector ſupra nominatos Dominos ſibi & Vniuerſitati præponi, ſic " reſpondit. *Dubito poſſit ne tantæ Vniuerſitati Regum Francorum Primogenitæ " Senatus prohibere ne funeri Reginæ compareat, cum æquitati & naturæ iuri ab- " ſonum videatur à Matre filiam ſine cauſa eliminare. Itaque non aberit filia, " ſed honorem pro virili debitum Matri rependet.* Tamen ſuper ordine ſeruando " cæteros conſulet. Mox ſub iuramento ad Mathurinos Vniuerſitatem Re- " ctor vocat, quæ ſibi à Senatu aut vetita, aut mandata ſint, explanat; Sen- " tentiam aliorum exſpectat. Deliberatum tandem eſt priuilegiorum in- " tegritatem omni viâ defenſandam. Animatior hiſce factus Rector ſe ea- " dem priuilegia pro poſſe...... remorantes Vniuerſitatis Præceptores. " Comminationes Rectori fiebant, at intrepidus reſpondebat ſe non paſ- " ſurum priuilegia Vniuerſitatis cui tunc præſidebat, calcari & aboleri. Se- " dare diſcordiam procurabat Domina Regens. Ad ſe reuerſos Conſiliarios " Rector compellans quærit *vellent ne ſtirpitus euellere priuilegia Vniuerſitatis " quæ vnica eſt Franciæ gloria & potiſſimum fidei propugnaculum atque aſylum* " Fruſtra ſe conari intelligentes qui præerant Ceremonijs & pompæ diri- " gendæ præfatos Generales atque alios contra Vniuerſitatem conten- " dentes ambulare iuſſerunt. "

Producto funere ad ſacram ædem B. Mariæ ſedit Rector in Cathedra " D. Cancellarij Pariſ. ſederunt Decani, ſederunt Procuratores in Ca- " thedris ſequentibus. Altera die ſummo mane rurſus accerſita eſt ad præ- " dictos Mathurinos Vniuerſitas; Ibique mandatum eſt Præceptoribus, " Baccalaureis & Doctoribus, vt cum Cappis hora 12. conuenirent in ædem " B. Genouefæ de Ardentibus miraculis proximam templo B. Mariæ & " cum quamcopioſiſſima fieri poſſet honeſtiſſimaque Societate, comitandi " funeris cauſâ...... Congregata ergo Vniuerſitate hora 12. ad locum de- " ſtinatum, renouatum eſt diſſidium inter Rectorem & prælibatos Dominos " omni conatu moljentes Vniuerſitati præponi. Quas ob res conuenit " Rector Cerimoniarum Magiſtros, vt tanta confuſione altercationeque " ſopitâ, integra Vniuerſitatis priuilegia tutarentur; quod ſi forſan abnuiſ- " ſent, proteſtatus eſt Rector, cum capitis diſcrimine ſe non toleraturum " depreſſionem ſuæ matris Vniuerſitatis. Quibus diligenter attentis, ex " iuſſu eorum qui Cerimonijs præficiebantur, coacti ſunt ambulare qui " Rectori & Vniuerſitati præeſſe iniuſtè affectabant: Ita vt ſuperiorem lo- "

cum Rector in parte læua obtineret, nilque inter ipſum & funus medium
1526. foret.

„ Perducto ad S. Lazarum funere, iuſſit Domina Regens ſequenti die vt
„ Rector cum quibuſdam Deputatis, gratiâ impendendi honorem defun-
„ ctæ Reginæ ad S. Dionyſium ſe conferret. Quocirca Vniuerſitas ibidem
„ congregatur ne quid Rector inconſultò ageret. Super quo concluſum
„ eſt parendum eſſe D. Regenti; quod quidem altera die peractum eſt.
„ Hæc omnia notatu digna huic libro inſcripſimus, vt cum ad ſimile in
„ Senatum Rector vocabitur, omni formidine excuſſa aſſeueret ſe non per-
„ peſſurum derogari vel in minimo priuilegijs Matris ſuæ Vniuerſitatis, ſe-
„ que obſeruaturum ad vnguem ſuperius recitatum ordinem.

Die 29 Nouemb. conqueſta eſt apud Vniuerſitatem Normanorum Natio quod ſuæ Prouinciæ Prælati cæterique Beneficiorum Collatores ſeu Patroni Nominationes Magiſtrorum accipere nollent, poſtulauitque adiunctionem quæ vnanimi omnium Facultatum cæterarumque Nationum conſenſu ei conceſſa eſt, hoc tamen cautè & prudenter obſeruato, vt legitur in Actis Nat. Gallic. *quod non virtute Concordati à Rege aut ab alio quoquam robur Nominationum peteretur, & hoc ne derogaremus noſtræ Appellationi à dicto Concordato interiectæ; nec etiam vi Pragmaticæ-Sanctionis, ne Regem concitaremus; ſed ſolum & ſimpliciter exorandum eſſe Regem vt vim apud Normanos Studioſorum nominationes haberent.*

Die 16. Decemb. electus eſt in Rectorem M. Claudius Roillet è Natione Gallicana, & 17. inſtructus; quo Rectore pugnandum fuit Vniuerſitati aduerſus Exactores cuiuſdam Decimæ Clero impoſitæ. Et in hanc rem habita ſunt Comitia die 15. Ianu. nominatuſque Orator qui Regem ex Hiſpania reuerſum adiret, & priuilegia integra & illibata conſeruari procuraret. Quam in rem habita ſunt plura Comitia menſibus Februario & Martio, tandemque placuit ad ſummum Pontificem ſcribere, eique priuilegiorum Academicorum ſanctitatem inculcare.

Die 13 April. Rector cum Decanis, Procuratoribus & Bidellis ad San-Dionyſianam ſupplicationem profectus eſt, cui Rex ipſe intererat; cum autem paulò tardius adueniſſent, procedentibus Ordinibus ſe ſe immiſcuerunt, locumque & ordinem conſuetum reſumpſerunt, vt ſcribit M. Ioan. Alleaume tunc Procurator Nationis Gallicanæ teſtis oculatus. *Quia propter incompoſitam multitudinem*, inquit, *non potuit Rector conuenire Regiam Maieſtatem, ſe adiunxit Ordini Proceſſionis poſt ſacras Relliquias quas ſuis humeris deferebant Epiſcopi. Sequebatur Chriſtianiſſimus Rex cum multis Principibus, poſt quos ſequebatur Curia Parlamenti: Deinde D. Rector cum Deputatis Vniuerſitatis. At vbi ventum ad Chorum, ad latus dextrum ſedebant Senatores, ad ſiniſtrum verò D. Cancellarius Franciæ in 1. Subſellio. In 2. ſedebat D. Rector & per ordinem, Decani & Procuratores.*

Poſtridie eius diei, quia Rex voluit in vrbem Pariſ. ingredi, Rector, Decani, Procuratores cappati cum Bidellis faſces præferentibus obuiam ierunt vſque ad D. Iacobi Hoſpitalis, vbi ſedes poſitæ. Et ad Regem horâ 4. Pomeridiana elegantem habuit orationem Rector, cùm nullus è Theologis Oratoris munus obire voluiſſet. Ad quod tamen ſuſcipiendum video potuiſſe cogi, imò à Facultate Artium. Nam cum Rector eo ſe functurum munere pollicitus fuiſſet, *proteſtatus eſt ſe non intendere derogare Iuri Facultatis Artium, eo quod non eſſet illius Facultatis prouidere de Oratore, ſed Theologiæ*, vt ſcribit prædictus Aleaume.

Ad cuius rei confirmationem facit & id quod ſcribit idem Procurator ad diem 17. April. cum in Comitijs Mathurinenſibus approbanda fuerunt quæ apud San-Dionyſium & in vrbe geſſiſſet Rector. *Concluſum eſt præterea*, inquit, *quod Magiſter noſter Capel qui Oratoris munus ſubierat, inſtrueretur ad Oratoris officium exequendum coram Regia Maieſtate, quod vbi non poſſet exercere, rogabat Vniuerſitas D. & M. noſtrum de Molendino qui velit id oneris ſuſcipere; quod ſi recuſaſſet, ſignificaretur ei per Procuratorem Vniuerſitatis cum 2. Bidellis quod Vniuerſitas mandat ei, quatinus habeat Oratoris officium ſuſcipere.*

Eodem anno habitus percelebris Conuentus & Diſputatio inter Catholicos & Lutheranos in oppido Baden Heluetiorum. Lutheranorum 1526.
Principes duo erant Vlricus Zuinglius, & Doctor Ioannes Oecolampadius, ambo viri docti, Linguarumque Græcæ & Hebraïcæ peritiſſimi, qui Catholicam fidem apud Heluetios magna ex parte peruerterant. Catholicorum verò Partes tuebantur Ioannes Faber Conſiliarius Ferdinandi, Ioan. Eckius qui ante 7. annos Lipſiæ cum Luthero publicè diſputarat, Thomas Murrenus vel Murnerus. Quæ diſputatio communi 12. Pagorum ſeu Cantonum conſenſu inſtituta, & 4. Epiſcoporum authoritate approbata, qui ſuos ad eam Oratores & Theologos miſerant. Sed Zuinglius rejecta omni fide publica, ſaluoque Conductu qui ei offerebatur, nunquam voluit venire. Itaque, ne nihil tamen profuiſſe tam celebris Conuentus videretur, cum Oecolampadio, Iacobo Imeli, Berchtoldo Hallero, Vlrico Studerio diſputatum; quâ in diſputatione M. Ioannes Eckius ſemper victor euaſit. Ac proinde publico Heluetiorum Decreto & Edicto hæ propoſitiones confirmatæ fuerunt.

1. Verum Christi Corpus eiuſque Sanguis præſentia ſunt in Sacramento altaris.
2. Quæ & verè offeruntur in Officio Miſſæ pro viuis & defunctis.
3. Virgo Maria alijque ſancti Cœlicolæ inuocandi ſunt vt interceſſores.
4. Domini noſtri Ieſu Chriſti eiuſque Sanctorum Imagines delendæ non ſunt.
5. Poſt hanc vitam Purgatorius eſt ignis.
6. Pueri etiam Chriſtianorum in peccato Originali naſcuntur.
7. Baptiſmus Chriſti non Ioannis tollit Originale peccatum.

His ergo facta eſt conformis publici Decreti ſententia; quâ, vt ait Cochlæus, Lutheri doctrina velut peruerſa multiſque Iudicijs ſolemniter condemnata per Leonem Papam X. per Carolum Auguſt. V. Per præclaras Vniuerſitatem Pariſienſem, Louanienſem, Colonienſem, &c. Heluetiæ plebi interdicta, & antiqua Catholicæ fidei obſeruatio approbata, vetitumque ne quid immutaretur temerè in Miſſâ, in Sacramentorum adminiſtratione, in ſacris Ceremoniarum ritibus, Ieiuniorum, Orationum, Confeſſionum, Feriarum, Oblationum, Inuocationum, Exequiarumque pro Defunctis.

Anno 1527. die ipſo Paſchæ quæ erat 21. April. Officiarij Vniuerſitatis Pratum luſtrant; poſtridie verò Rector cum Rectore antiquo, Procuratoribus 4. Nationum, Receptoribus earundem, Intrantibus & alijs Regentibus & Magiſtris, *pro conſeruatione Iuris & Autoritatis Vniuerſitatis, & ſeruatæ fuerunt ſolemnitates requiſitæ & conſuetæ*; vt legitur in Actis publicis. 1527.

Diebus ſequentibus habita ſunt plura Comitia, & Selectorum & Generalia ad deliberandum ſuper inſtructione Oratoris ad Regem deſtinandi. Erant verò 4. potiſſimum capita nempe de extirpatione hæreſeon, de conſeruatione priuilegiorum, de litteris ad Papam mittendis & de redemptione Captiuorum Iuſſa Theologiæ Facultas Oratorem deligere prout tenetur, ſin faciat, rogatus Rector id muneris ſuſcipere. Ita legitur in Actis Procuratorijs Nationis Gall. ad diem 29. April. *Decretum eſt* " *vno omnium conſenſu*, Facultatem Theologiæ daturam eſſe Oratorem, vi- " rum ſermone & opere potentem ad Regiam Maieſtatem pro Captiuo- " rum redemptione, inter quos annumerabatur vir moribus & doctrina " præditus meritiſſimus Eccleſiæ Pariſ. Pœnitentiarius D. & Magiſter no- " ſter Merlin. *Quod ſi dicta Theol. Facultas nollet exhibere Oratorem, rogabat* " *tota Vniuerſitas digniſſimi D. Rectoris maſculum animum, quatenus habeat* " *Oratoris munus ſuſcipere.* Verum id oneris in ſe ſuſcepit M. de Molendino " Doctor Theologus, ſacræ Capellæ Regiæ Cantor. "

Die 1. Maij Rector, Decani, Procuratores, Officiarij & alij magna frequentia, præeuntibus Bidellis, Regem adeunt, orant nec omnino exorant. Itaque Reginæ Matris, Reginæ Nauarreæ, Cardinalis Lotharingi,

1527. Franciæ Cancellarij auxilium gratiamque apud Regem deprecantur & obtinent. Verum conſumptis in eam rem menſibus duobus, Rex motus Eraſmi litteris, quem virum plurimi ſemper fecerat & amabat, ſcripſit ad Rectorem & Vniuerſitatem, ſignificauitque ſe moleſtè ferre, fieri iniuriam Fabro Stapulenſi & Eraſmo, ſubiratus M. Natali Beddæ, quod articulos ex libris eorum non ſatis bonâ fide excerpſiſſet, & Cenſuræ Facultatis Theologicæ ſubieciſſet. Præterea mandauit, ſibique placere ſignificauit, per prædictum Epiſcopum, vt articuli illi examinarentur publicè non ab vnâ Facultate Theologiæ, ſed ab omnibus Facultatibus & Nationibus. Quibus litteris acceptis, Vniuerſitas Comitia ſua habuit 6. Id. Iulias, ſed ea die nihil video ſtatutum; ſic enim legitur in Actis illius diei. Anno Domini 1527. 6. Id. Iulij, congregata fuit præclariſſima Pariſienſis Academia apud Mathurinos hora 7. matutinâ ad audiendam lecturam Epiſtolæ Regiæ Maieſtatis ad Rectorem, DD. Doctores omnium Facultatum, nec non Regentes & Magiſtros, miſſam per Reuerend. Epiſcopum D. de Bazas. Petebatque D. Reuerend. litteris ne vernaculis an latinis reſpondendum putarent Regi nomine Vniuerſitatis. Nam D. de Bazas prædictus omnino petebat reſponſum Vniuerſitatis à prandio eius diei. Audita itaque lecturâ Epiſtolæ per Scribam coram omnibus pronunciata, intellexerunt Regiam Majeſtatem non parum aduerſus M. N. Beddam eſſe commotam ob articulos ex eius libro quem aduerſus D. Iacob. Fabrum Stapulenſem, & D. Eraſmum Roterodamum ſcripſerat, collectos ad numerum duodenarium vſque, tanquam orthodoxæ noſtræ fidei ex diametro, quod aiunt, repugnantes; ac ſine intermiſſione examinari, trutinari & expediri voluit non ſolum à Theologis quos in hac cauſa nonnihil habebat ſuſpectos, ſed ab omnibus Facultatibus ſimul. Viſum eſt itaque Nationibus interea dum expenderentur articuli M. N. Beddæ, Deputati aliquot adeſſent omnium Facultatum, ac litteris vernaculis Regiæ Maieſtati reſpondendum nomine Vniuerſitatis, habendaſque ei quammaximas gratias, quod non ſolùm Reipub. curam haberet, verum etiam orthodoxæ fidei noſtræ Chriſtianæ; litteræ verò Regiæ tales erant.

A Nos tres-Chers & bien-amez les Recteur, Docteurs, Maiſtres & Regens de noſtre premiere & aiſnée fille l'Vniuerſité de Paris.

Tres-Chers & bien-aimez, Nous enuoyons preſentement pardeuers-vous noſtre Amé & Feal, Conſeiller & Maiſtre de noſtre Oratoire l'Eueſque de Bazas auec vn Liure que luy auons baillé pour vous porter, vous priant & mandant bien expreſſément qu'ayez à faire & enſuiure ce qu'il vous dira de par Nous. Et ſur ce le croire tout ainſi que feriez noſtre propre perſonne. Donné à Eſcoüan le 9. iour de Iuillet. Ainſi ſigné, FRANÇOIS ET ROBERTET.

Intelligimus quoque ex Reg. Vniuerſitatis querimoniam talem feciſſe Epiſcopum nomine Regis, *quod D. Beddæ compoſuit vnum librum in quo dicebat plures errores contineri & præſentauit alium paruum librum per dictum Epiſcopum præſentatum ad viſitandum cum libro dicti Beddæ per Deputatos Vniuerſitatis ſingularum Facultatum, qui tandem habeant declarare eorum intentionem & quæ vera ſunt, & ſignare eorum declarationes ad præſentandum D. noſtro Regi, & quantocitius dare reſponſum.* Itaque Vniuerſitas ſecundùm poſtulata dedit Deputatos omnium Facultatum, vt ibidem legitur.

Die 12 Iulij conuenerunt Deputati ad deliberandum de modo examinandi libelli per ſingulas Facultates; qua de re ſic legitur in ijſdem Reg. publicis. In Collegio Sorbonæ conuocati & congregati fuerant Deputati Vniuerſitatis ad aduiſandum modum & formam procedendi in executione Mandati D. noſtri Regis, inſequendo concluſiones Vniuerſitatis, Domini deliberauerunt & omnibus conſideratis imprimis ordinauerunt quod Receptor Vniuerſitatis & expenſis eiuſdem habeat quantocitius eum librum de quo eſt quæſtio vſque ad numerum 50. ad contradendum

dendum Deputatis datis in ſingulis Facultatibus & viſitandum ad refe- « 1527.
rendum de modo procedendi, placet quod ſingulæ Facultates ſe retra- «
hant in ſuis locis ad viſitandum & deliberandum & facere eorum ſenten «
tiam ſeu aduiſationem, & tandem referre in Communitate omnium Facul- «
tatum, & poſtmodum ſi opus ſit, in Vniuerſitate. Et ad dirigendum hu- «
iuſmodi Actum placet inuocare auxilium Spiritus ſancti, & fiat iniunctio «
per ſingula Collegia, quod die craſtina habeant facere preces & cele- «
brare Miſſam de S. Spiritu. Et quia peruenit ad notitiam Vniuerſitatis «
quod dictus libellus publicè venundatur ſub titulo ſcandaloſo, placet «
quod Procurator Vniuerſitatis adeat D. Bazatenſem ad ſupplicandum «
quod dignetur procurare defenſiones fieri de non vendendo, aliàs quod «
nomine Vniuerſitatis porrigatur requeſta in Curia Parlamenti. «

Ex parte D. Rectoris & Deputatorum Vniuerſitatis. «

Significetur omnibus Primarijs Collegiorum, quatenus habeant præ- «
cipere omnibus ſuis Scholaſticis quod die craſtina fundant preces vt Al- «
tiſſimus faueat bene inceptis per Vniuerſitatem ad mandatum D. noſtri «
Regis in materia fidei & faciant celebrare Miſſam de Spiritu ſancto. Da- «
tum ſub ſigillo Rectoriæ die 12. menſis Iulij anno 1527. «

Hæc acta ſunt Rectore M. Oliuerio Moſcoſo Nat. Gall. electo 23. Iunij. Interim alij Magiſtri iuſſu Regis capiuntur & incarcerantur, quorum ad procurandam libertatem comparatur pecunia & ſuppeditatur à Theologiæ & Medicinæ Facultatibus, necnon à Nationibus Gallicana, Picardica & Normanica, quoniam exhauſtum erat planè ærarium publicum; idque concluditur 7. Aug. ita terror omnium animos occupat.

Cum autem reſciuiſſet Eraſmus damnatos fuiſſe & cenſura notatos nonnullos articulos è libris ſuis excerptos, dedit ad Theologos litteras, ſub hac Epigraphe, *Collegio Sorbonico:* Leguntur que inter eiuſdem Autoris Epiſtolas, his verbis.

Equidem expertus noui quàm non ſit tutum rumoribus credere, Ce- « EPISTOLA
LEBERRIMI PATRES, ſed pariter expertus noui quàm non ſit tutum ru- « ERASMI
mores ſubnaſcentes negligere. Erit igitur hoc æquitatis veſtræ vt ſi fal- « AD SORBONAM.
ſum eſt quod huc fama pertulit, exiſtimetis hanc epiſtolam vobis ſcriptam «
non eſſe. Sin verum eſt, roganda eſt mihi veſtra ſinceritas vt ſepoſitis «
interim affectibus priuatis non grauemini ſcriptum hoc attentè legere; «
quod niſi me prorſus fallit animus, non tam ad me priuatim pertinet, «
quàm ad veſtri Collegij dignitatem, ac publicam etiam Studiorum Reli- «
gioniſque tranquillitatem. Res adeo non eſt clam, vt vulgo quoque ia- «
ctatam Lutetiæ complures Amici perſcribant, nonnulli iſthinc huc pro- «
fecti voce referant, Natalem Beddam ingentem articulorum aceruum «
ex omnibus meis lucubrationibus collectum ad veſtram cognitionem de- «
tuliſſe, quorum aliquot iam veſtra ſententia percuſſos ferunt. Primum «
illud teſtor coram Deo qui ſcrutatur cordis humani ſinus, mihi inuiſam «
eſſe omnem impietatem, & quidquid diſcindit concordiam gregis Chri- «
ſtiani, totoque pectore abhorrere ab his qui ſibi contrahunt diſcipulos «
quos non agnoſcit Eccleſia Chriſti ſponſa. Id & conſtanter & ſat idoneis «
argumentis arbitror me declaraſſe. Siquidem hoc ſeculo non defuiſſent «
mihi vel ſodales vel Diſcipuli, niſi toto pectore deteſtarer omnem hære- «
ſim ac Schiſma. Iam vt ne commemorem quid operæ præſtiterim in hoc «
negocio priuatim Eccleſiæ Catholicæ, nulli poteſt obſcurum eſſe, quod «
libris editis declaratum eſt, me ſincerum & conſtantem militem præſti- «
tiſſe negocio fidei. Clamitant hoc Alberi, Othonis, Leopoldi, & ipſius «
Lutheri libri in me virulentiſſimè ſcripti. Contra meus de Euchariſtia li- «
bellus, & duo libri Hyperaſpiſtæ; qui demiror, ſi vos lateant, cum pro- «
ſtent & iſthic vænales. Itaque iure quis miretur & illud me factionum «
omnium aduerſarum odium meruiſſe, ſi veſtrum fauorem emereri ne- «
queam. Aduerſus maliciam calumniandi nihil eſt tutum, & fieri poteſt «
vt in ſcriptis meis aliquid impium exciderit. Certè animus vacat impie- «
tate, paratus iugulare quidquid officit ſinceritati Religionis. Proinde «

" qui conſpirat in me deuotis animis, in quem conſpirant niſi in Commili-
1527. " tonem ſuum, & cauſæ quam tueri ſe prædicant, propugnatorem? Cui " gratificantur niſi his quos ipſi judicant Eccleſiæ perduelliones, cuius " cauſam produnt priuatis affectibus. Porro cum veſtra prudentia norit " quanta ſit humanæ linguæ vanitas, quantumque venenum præſertim hiſce temporibus, magis credere debet ipſis factis, quam delatorum ſuſurris, aut ſi teſtes quærit, eos potius audire, qui me propius norunt, quorum eſt Lodouicus Berus, mihi quidem non inimicus, qui nulli mortalium eſt inimicus, ſed veſtræ ſodalitati addictiſſimus; adhæc vir doctus iuxta ac pius. Is è propinquo nouit & quid agam & quo ſim animo. Cæterum quò grauior eſt iſtius Ordinis autoritas, hoc oportet in Iudicando maiorem eſſe tum æquitatem, tum manſuetudinem, miniméque decet vt iſta dignitas ſeruiat priuatis hominum vel ſtultorum vel improborum affectibus. Mihi cum nullo vnquam Ordine bellum fuit, vt nec, ſpero, futurum eſt: tantum abeſt vt aduerſus eum Senatum, cuius oraculis ſemper prima tributa eſt autoritas, arma moueam. Quod natali Beddæ reſpondi, nunquam exiſtimaui ad veſtram Sodalitatem pertinere; verum ita mihi perſuaſeram, & adhuc arbitror illum vtrumque extorta edendi libri poteſtate vobis inſcijs ſuos affectus admiſcuiſſe. De cuius animo quid querar? Primum litteris meis humaniſſimè prouocatus, vt res inter nos Chriſtianâ moderatione tranſigeretur, emiſit librum plenum euidentibus mendacijs & blaſphemijs. Res in aperto eſt, diſſimulari non poteſt. Iam hoc ipſum facinus quàm indecorum ei qui Theologi & Cognitoris perſonam gereret? Quem ſi mea vrit reſponſio, ſibi debebat imputare, qui ne monitus quidem atque etiam rogatus à tali ſcribendi genere temperarit. Indocti, ſtupidi, fatui conuitium feram, impius ni ſim, dici non patiar, nec adeo pati debeo, ne quis exemplo meo fiat impius. Verùm vtcumque poterat hoc factum primo calori ſeu furori cuipiam condonari, vbi meâ reſponſione commonitus eſt quantum aberraſſet ab officio hominis Chriſtiani, quæſo num vllum pudoris aut pœnitentiæ ſignum dedit? Num fratrem ſic traductum ſtuduit reconciliare? Qui cum ſi vel leuis offenſa intercederet, iuberetur munus ante aram relinquere ac prius habere reditum in gratiam quam ſacrificium. Nunc cum talibus libellis impetere proximum, nihilo leuius ſit homicidio, & aliquot circunſtantijs etiam grauius, cum frequenter interim accedat ad ſacroſanctam Domini menſam, adeo non cogitat de reconciliando fratre, vt calumnias addat calumnijs, veſtram etiam autoritatem in ſuarum intemperiarum conſortium pertrahere moliens, quaſi parum hactenus peccatum ſit, niſi ſuum dedecus aſpergat pluribus. Atqui veſtræ grauitatis eſt, ô viri præclari? talibus ingenijs mederi non fauere, niſi quod hoc ipſum eſt verè fauere, mederi. Cum igitur Bedda præceps feratur vlciſcendi ſtudio, videtis cuiuſmodi ſit huius negocij fons. Neque me clam eſt, iſti camino vnde addatur oleum. Eduardus Leus in Hiſpania ſparſit librum in me ſcriptum multò indoctiorem, magiſque ſycophanticum quàm fuit ille prior quem Lutetiæ quondam edidit non abſque Beddæ præſidio, ni fallor. Ea res addit animum Monachis quibuſdam, qui me ſibi ſtultiſſimè fingunt hoſtem, cùm ipſi ſibi ſint hoſtes acerrimi. Primum orſi ſunt Tragœdiam in aulâ Cæſaris. Is impetus facilè coërcitus eſt. Rurſus eandem furioſis apud populum clamoribus inſtaurarunt Salamancæ Franciſcani. Motus hic præſulum autoritate vix ſedatus eſt; tandem extitit Petrus à Victoria Dominicanus qui Burgis concionatur, habet fratrem in veſtro Collegio. Is tantum excitauit tumultum, vt ſe iactarent nec Cæſaris, nec præſulum Edictis obtemperaturos, illo fretos, *oportet obedire Deo magis quàm hominibus.* Itaque Principes cum viderent rem ſpectare ad ſeditionem, nec aliter poſſe componi, permiſerunt vt Archiepiſcopo Hiſpalenſi exhiberent articulos, per viros eruditos miniméque ſuſpectos diſcutiendos. Exhibiti ſunt aliquot ex libro Lei decerpti, ſed quibus nihil poteſt eſſe ſtultius aut malicioſius. Miſiſſem illos cum meis Reſponſionibus, ni pror-

ſus iudicaſſem indignos veſtris auribus. Et hic eſt Leus quem Bedda pronunciat abſolutum Theologum, cum, quod conſtat, nunquam pedem 1527.
poſuerit in Schola Theologica. Id nec ipſe Leus poteſt inficiari, & ſi inficietur, Scripta ſatis arguunt. Huius inſulſis conuicijs quæ me dehortante prodidit, quoniam reſpondit licet longè moderatius quàm ille prouocarat: Hoc agit, vt quouis pacto dolorem vlciſcatur ſuum, non ſe purgans quo non poteſt, ſed ad lapides prouocans. Ingenium videtur concitandis ingenijs natum. In primo tumultu quem excitauit Louanij, nec meis inimicis placuit, & ſuis amicis apud Anglos vehementer diſplicuit. Talis fuit illius fabulæ cataſtropha. Huius tumultus quis ſit futurus exitus, neſcio. Certe complures ex Hiſpania ſcribunt Monachos illos nihil aliud proficere quàm quod ſibi lucrifaciunt plurimum odij apud Eruditos ac Principes, meumque nomen reddunt celebrius & gratioſius: quanquam nec ego moror hanc celebritatem, & iſtos cuperem omnibus ſuo merito quàm gratioſiſſimos eſſe. Verum ita viſum eſt illis, vi, clamoribus, improbitate, ſycophantijs, conſpirationibus rem gerere. Ego fiduciæ bonæ conſcientiæ ſecurus, tantum hoc doleo, me ſi non cauſam, certè occaſionem dare Chriſtianorum diſſidijs; quæ ſi meâ culpâ naſcerentur, graui cum onere conſcientiæ diem ſupremum exſpectarem qui non poteſt abeſſe longius, cuique me quotidie paro. Nunc cum hæc me renitente pro viribus, aliorum vitio contingunt, non poſſum quidem non dolere malum publicum; ſed moderatius fero reputans hæc ex Dei voluntate fieri, qui & me talibus modis purgari velit, & illorum improbitatem mundo innoteſcere, quo facilius liceat illis mederi. Interim ego quod Deo gratum eſſe iudicabo, præſtabo, euentum illius arbitrio committens. Non itaque dubito quin illorum autores tumultuum Beddam & huius ſodales inſtigent, vt ſuſceptam fabulam adiuuent. Videtis, Sapientiſſimi viri; fontem & ſeminarium huius negocij, vnde quid poteſt ſcatere dignum pietate Chriſtianâ? Atqui hactenus ea fuit iſtius fama Collegij, vt Mundus longè aliud exſpectet Iudicium, quàm Leus aut Bedda prodidit. Nec arbitror mihi tale quicquam à vobis metuendum niſi prorſus me mea de vobis fallit exiſtimatio. At è diuerſo, dum reputo quale ſit hoc ſeculum, quantulum nunc liceat audaciæ, linguiſque maledicis; ad hæc cum probabiliter coniecto, & in iſto Senatu ſedere qui Beddæ vel opinioni conſentiant, vel odio ſubſeruiant, rurſus alios inuidiæ metu, alios odio turbarum conquieſcere; itaque fieri frequenter vt pars deterior vincat meliorem; non abs re viſum eſt his litteris & veſtræ dignitati & meæ quieti, quantum in me eſt, conſulere. Quod ſi hic metus vanus eſt, tamen vobis ingratus eſſe non poteſt, vt qui partim ab odio diſſidiorum, partim ab Ordinis iſtius reuerentia proficiſcitur. Etiam atque etiam rogo boni conſulat veſtra ſinceritas, ſi videor liberius quod ſentio, proloqui. Veſtrum erit, hoc non arrogantiæ, ſed ſimplicitati bonæque conſcientiæ ſignum interpretari. Abſit hoc conſilium à tam graui Collegio, vt in gratiam Beddarum, Sutorum aut Pſeudo-Monachorum nam (probos vnicè ſemper amaui) cogitetis me turba articulorum obruere, nec lectâ Reſponſione mea, nec expenſo loco, nec habitâ perſonæ quam loquentem facio, ratione, nec collatis quæ præcedunt aut ſequuntur, nec vllâ redditâ ratione, quare videatur impium quod ſcriptum eſt. Non enim hoc Iudicium eſt eruditorum, ſed potius lapidationis genus. Et ſi id ius eſſet autoritatis veſtræ, longè tamen aliud eſt ius Chriſtianæ Charitatis, quæ vaſculum confractum non comminuit, nec linum fumigans extinguit. Videtis quâ manſuetudine ſit vſus Auguſtinus etiam in deploratos Hæreſiarchas; in eos qui vel à maioribus traditum errorem acceperunt, vel arte in fraudem illecti, vel perſuaſione in impium dogma inducti ſunt, vult omnem exhiberi lenitatem, docendos arbitrans, non obiurgandos. In me verò, qui pro meis viriculis ſtudui prodeſſe ſtudijs bonarum litterarum ac profectui Religionis, qui conſtanter ab omnibus abſtinui factionibus, qui pro Catholica Eccleſia eos in me prouocaue-

» rim quos habebam addictiſſimos, qui corpuſculum hoc & animum hunc
1527. » omnibus expoſui periculis, talibus debacchari modis qualibus iam cœpit
» Bedda, alijque nonnulli moliuntur, Papæ! quantùm abeſt ab exemplo
» Chriſtianæ lenitatis, quantum ob opinione quam hactenùs orbis Chri-
» ſtianus habuit de veſtro Collegio! Huiuſmodi tumultu D. Auguſtinus
» nec Hæreſiarchas opprimi vult, ne ſe prædicent vi victos, non veritate
» conuictos. Fortaſſe nihil facilius quàm Eraſmum obruere, *nec hinc vobis*
» *continget ſplendidus admodum triumphus, ſi tot Heroes coniuratis animis culi-*
» *cem vnum oppreſſeritis, etiamſi non ſum vſque adeo deſtitutus amicis, quàm opi-*
» *nantur quidam illi. Res inuicta eſt veritas & inexpugnabilis Chriſtus veritatis*
» *Patronus aduerſus quem ſtimulum iactare calces durum eſt.* Iſta autoritas, iſta
» eruditio, iſte conſenſus in eos potius expromendus eſt, qui veſtra dogma-
» ta palam deteſtantur, qui Ciuitates & regiones vobis adimunt, ſibi ad-
» iungunt; à quibus demiror vobis eſſe tantùm ocij, vt ſententiolis vel am-
» biguè prolatis, vel rectè propoſitis, niſi quod aliter quàm ſolent hodie
» loqui Scholaſtici, pleriſque deprauatis etiam vacetis excutiendis. Im-
» becillis eſt Eraſmus, fateor, ſed eſt potens veritas, contra quam abſit vt
» veſter conſenſus aliquid moliatur. Quod ſi fieret, maiore periculo ve-
» ſtræ exiſtimationis fieret quàm meæ. Etenim ſi ſexcenti Iudices pronun-
» ciarent poculum eſſe æreum quod eſſet aureum, Iudicum autoritas non
» efficeret vt aurum verteretur in æs, nec iacturam poculi ſentiret Domi-
» nus, ſed ipſi Iudices autoritatis ſuæ iacturam facerent. Ne quæſo com-
» moueamini, non tam malè de vobis ſentio, vt exiſtimem aduerſus euiden-
» tem veritatem prolaturos ſententiam. Quanquam ſunt in veſtro conſeſ-
» ſu Beddæ ſimiles aliquot, qui vel imperitia ſermonis quod dictum eſt non
» intelligunt, vel odio corrupti credunt eſſe falſum quod eſt veriſſimum:
» ſed arbitror & integros & eruditos falli poſſe, ſi de nudâ ſententiâ ali-
» cunde decerptâ ſine collatione locorum pronunciare conentur. Dabitur
» exemplum pro ſuo quiſque corporis affectu, veſcatur quibus velit modò
» ſobriè parcéque ſuper omnibus, gratias agens Deo. Hanc ſententiam ſi
» quis ita proponat nudam velut ex Eraſmi libris, Primùm imperitus Lati-
» ni ſermonis offendetur, exiſtimans me affectum corporis dixiſſe libidi-
» nem, vt quiſque veſcatur, quod corpus appetit; cum ego affectum di-
» cam habitum ac valetudinem corporis. Id eſſe verum declarat quod
» ſequitur, pro commoditate Corporis. Ad hæc in eodem capite multis
» verbis excipio Fratris offendiculum. Hoc ignorat ille qui de nuda ſen-
» tentia pronunciat. Ad hæc non Eraſmus iſta dicit, ſed Paulus. Hoc
» qui neſcit, exiſtimat me damnare Conſtitutiones Eccleſiæ de diſcri-
» mine ciborum. Hic enim quamlibet doctus, deceptus damnabit quod
» non intelligit. Atqui ea ſententia temporibus Apoſtolorum vſque ad
» ætatem Auguſtini piè dici poterat, cum vt opinor, Eccleſia nullum edu-
» liorum genus cuiquam interdiceret. Itaque cum Lector intelliget
» ſub perſona Pauli dici, nec adhæc tempora pertinere, cum videbit
» idem ab Apoſtolo locis compluribus tradi, quod ego explano, nonne di-
» cet abſurdè mihi velut impium impingi, quod ab Apoſtolo piè dictum
» eſt, ac ſentiet æquum, vt aut abſoluar cum Apoſtolo, aut mecum dam-
» netur Apoſtolus? Hoc autem cum tam craſſum ſit, vt etiam nauta poſſit
» intelligere, quid ſentient de illo Iudice! Quid? niſi illum inſigniter aut
» indoctum fuiſſe aut improbum? Paulus de ſe & Chriſtianis dicit: miſera-
» biliores ſumus omnibus hominibus. Idem ſcripſit: faciamus mala vt eue-
» niant bona: Rurſus inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides noſtra.
» Quid his vocibus magis impium ſi ſeparatim proponantur, non habitâ ra-
» tione perſonarum, nec collatis his vnde ea pendent? At nihilo verecun-
» dius quædam è meis ſcriptis decerpi tam euidentius eſt, quàm vt quiſ-
» quam ignoret. Et ſanè miror, quid iſti cogitent. An credunt in Mundo
» pro hominibus eſſe fungos, prorſuſque periſſe mortalibus ſenſum com-
» munem? Non vident quale ſit hoc ſeculum? putant omnes illico pro cœ-
» leſti oraculo habituros, ſi audierint: Bedda Theologus ſic iudicauit:

Fortaſſis ita cogitant, vociferabimur omnes ſimul & clamoribus obrue-
mus homunculum, Monachorum genus non aliter per Orbem ſparſum 1527.
eſt, quàm humor per Corpus humanum: hi publicè, priuatim, clam,
palam fingent, obſtrepent, obtrectabunt. Ille vnus eſt, nec quicquam
poteſt niſi Latinè, & ſi quid reſpondebit, opprimemus, ſi quid legetur, à
paucis legetur, Nos paucitate contemptâ, turbâ numeroque ſuperabi-
mus. At ego fauente Chriſto efficiam, vt etiam malicioſam iniquitatem
etiam vulgus hominum pernouerit, vt iam noſſe cœpit. Sed fingant op-
preſſum Eraſmum, an putant neminem exoriturum qui aduerſus tam ty-
rannicam maliciam tueatur innocentiam? Vt ceſſent homines, non co-
gitant Deum hæc videre qui malicioſa conſilia plerumque vertit in capita
molientium? Abſit vt huiuſmodi cogitatio execrabilis corripiat ſacra-
tiſſimam Facultatem: tantum admoneo, ne talia cogitantium affectibus
ſeruiens eleuet autoritatem ſuam, quæ ad ædificationem valere debet,
non ad deſtructionem. Doctores eſtis, Theologi eſtis, nihil à vobis ex-
ſpectatur niſi verè doctum ac Deo dignum. Ioannes Gerſonenſis rectè
monet Romanum Pontificem, ne paſſim, ne temerè vibret fulmen ana-
thematis, ne duobus modis veniat in contemptum, vel aſſuetudine, ſi
nimium crebrò fulminet; vel judicio, ſi feriat immerentes. Hactenus mul-
tum ponderis habuit hæc vox, *Sic Iudicauit Facultas Theologica Pariſien-
ſis.* Verùm hæc autoritas grauitate æquitateque judiciorum tuenda eſt,
idque eò diligentius quo ſeculum hoc procliuius eſt ad Autoritatis huma-
næ contemptum. Per me quidem ſi liceat, nihil decedet iſtius ſenatus
Maieſtati, malim aliquid accedere: qui ſi quid notabit, quod verè ſit
impium, ipſe confodiam errorem meum. Sin talia proferet judicia, qua-
lia ſunt pleraque Beddæ, indocta, iniqua, cæca, nihil ſpirantia niſi odium
impotens, & deſtinatam lædendi maliciam, exiſtimabo non Facultatis
eſſe ſententiam, ſed Beddaicorum. Hæreticus eſſe non poſſum niſi ve-
lim. Porro cum nec ſim, nec eſſe velim, innitar efficere, ne habear, con-
fidoque Chriſtum adfuturum certiſſimum Innocentiæ vindicem. Si iun-
ctis ſtudijs pariter negocium pietatis egerimus, fauebit conatibus noſtris
immortalis Eccleſiæ ſponſus. Sin mutuo contemptu, mutuis obtrecta-
tionibus nos inuicem lacerauerimus, quid ſupereſt, niſi vt iuxta Pauli
dictum, mutuis morſibus conſumamur; abunde ſatis tumultuum eſt in or-
be, ſatis diſſidiorum, & articulis calumnioſis plena ſunt omnia, adeo vt
illa quoque veniant in contemptum quæ contemnere fas non erat. Quan-
tò rectius nos vertemus ad Chriſtianam ſinceritatem, ſufferentes inuicem
& adiuuantes potius infirmos quàm opprimentes. Quibuſdam hoc vni-
cè ſtudio eſt, è meis decerpere lucubrationibus ſi quid ad Lutheri dog-
mata queat detorueri, ac peruerſis artibus etiam illa deprauant quæ ex
diametro pugnant cum illius dogmatibus; quantò fuerit vtilius ad Lu-
theranam factionem extinguendam, ſi decerpant quæ palam illius dog-
matibus contradicunt, quorum ingens vbique turba in ſcriptis meis ob-
uia eſt: tum ea quæ ſic dicta ſunt, vt ancipitem habeant ſpeciem, in diuer-
ſam interpretentur partem? Fortaſſis expediret ad quædam per incuriam
elapſa conniuere. Sunt quæ neglecta non lædunt, exagitata, graues ſuſ-
citant Tragœdias. Hoc ſi non putatis dandum meritis meis, ſaltem detis
cauſæ, quæ nunc agitur, detis Autoritati veſtri Senatus, detis hominum
de vobis exiſtimationi, vt ſi fieri non poteſt quin iſthic ſedeant Beddæ,
ſaltem fiat vt mundus intelligat non omnes eſſe Beddas, quamquam &
ipſum Beddam lubens recipiam in amicitiam Chriſtianam, ſi ſe conferat
ad magis ſobria conſilia. Satis ſuperque hactenus datum eſt odijs & glo-
rijs. Quoniam igitur quæ peto pertinent non ſolum ad exiſtimationem
meam, verum etiam ad publicam Eccleſiæ cauſam & ad veſtræ Faculta-
tis autoritatem, non committetis vt plus apud vos valeant quorundam
impotentes affectus quàm ſincera bonorum & eruditorum judicia. Quod
autem peto, hoc eſt, vt ſi fieri poteſt, res inter nos priuatis ac fraternis
admonitionibus tranſigatur. Etenim ſi quid in ſcriptis meis ineſt erroris,

1527. " nemo poterit efficacius mederi, quàm ipſe, ſi fuero commonitus. Id ſi
" fieri non poteſt, vt in judicando abſint priuati affectus, ſed Chriſtiana
" Charitas adhibeatur in conſilium, veſtraque autoritas Chriſto ſeruiat po-
" tius, quàm hominum odijs & compendijs. Ne grauemini legere locum
" vnde decerpuntur, quæ Bedda nimium Articulifex defert. Ne pigeat
" circunſpicere ad quod tempus, ad quam perſonam pertineant quæ di-
" cuntur, deinde ne ſit moleſtum euoluere quæ reſpondimus, hoc eſt co-
" gnoſcere penitus rem prius quam edatis ſententiam, ne cœcum prodeat
" judicium, quod vobis maiori dedecori ſit futurum quàm mihi. Si quid
" erit verè impium, habebit impietas me cumprimis vindicem. Ita nec
" ego lædar, & cauſæ pietatis rectè conſuletur, nec veſtra Autoritas expo-
" netur linguis hominum. Videtis quàm rem non iniquam petam, haud
" petiturus ſi veſtram contemnerem autoritatem, quemadmodum faciunt
" iſti qui fauent nouis dogmatibus. Rurſum non petiturus mihi ſcirem
" quantum valeat etiam inter probos improborum peruicacia. Si Mona-
" chis bene conſultum vultis, conſulite illis, vt omiſſis iſtis malicioſis mo-
" litionibus, conferant ſe ſe ad eam vitæ ſinceritatem, qua tantum Orbis
" fauorem promeruerunt. Nulla re citius mitigabunt inuidiam, quam iſtis
" tumultibus magis exaſperant. Si contemptis hominum Iudicijs rem gla-
" diatoria vi gerere deſtinant, cogitent huiuſmodi conſilia nec Monachis
" fuiſſe proſpera. Miſi Reſponſiunculas ad quoſdam Articulos, quos audio
" iam veſtro Iudicio periclitatos, quò de cæteris certius judicetis. Eas le-
" gere non grauabimini. Miſi & libellum Supputationum indicatis locis,
" quo vobis laborem quærendi adimerem: Precor vt Dominus Ieſus ani-
" mis veſtris inſpiret ea conſilia quæ & digna ſint iſto Collegio ſacratiſſi-
" mo & Reipub. Chriſtianæ ſalutifera. Repetam quod initio dixeram. Si
" rumor vanus hæc pertulit, exiſtimetis hæc vobis ſcripta non eſſe. Offi-
" cio meo non defui: ſi quid orietur tumultuum, alijs imputabitur. Datum
" BASILEÆ poſtridiè Natalis Martini an. Domini 1527.

Scripſit quoque eodem anno Baſileæ 18. Kal. Decemb. ad Senatum Pariſienſem, in eandem rem.

Si Negocium hoc priuatum ad me tantùm pertineret, Ornatiſſimi Iu-
" dices, iure fortaſſis alicui viderer improbus, qui & tantillus homuncu-
" lus & nullo officio vobis commendatus, Senatum vt multò omnium Au-
" guſtiſſimum, ita plurimis grauiſſimiſque negocijs occupatiſſimum non ve-
" rear interpellare. Verum, quoniam arbitror & veſtram prudentiam fa-
" cile perſpecturam id de quo ſcripturus ſum magis ad publicam Studio-
" rum ac Religionis tranquillitatem, & ipſius Theologicæ Facultatis digni-
" tatem pertinere quàm ad meam vnius exiſtimationem, non arbitratus
" ſum aliò magis confugiendum eſſe quàm ad veſtram autoritatem velut
" ſacram anchoram extremumque Iuſtitiæ præſidium. Ne verò vos lon-
" giore morer prooemio, Natalis Bedda, qui nuper & impotenter & infeli-
" citer edito libro ſic debacchatus eſt in me, vt Rex Chriſtianiſſimus, mox
" vbi rem cognouit, vetuerit codices diuendi, haud dubiè vetiturus ex-
" cudi, ſi tempeſtiuè monitus fuiſſet; maiore etiam, vt accipio, impetu; ſed
" alia via cœpit agere malè auſpicatam fabulam, impotenter iratus, quod
" ad tam impudentes calumnias auſus ſim reſpondere; quaſi in illius gra-
" tiam debuerim agnoſcere opiniones & blaſphemias, quæ mihi ne per ſom-
" nium quidem vnquam venerunt in mentem, cum ſumma ſit impietas,
" impietatis crimen agnoſcere, niſi culpam agnoſcas. Nec hîc tamen inſi-
" mulo Facultatem, cuius permiſſu liber excuſſus eſt: non enim dubito
" quin Bedda poſt inſcijs illis ſuum ſtomachum admiſcuerit. Sic autem
" temperaui Reſponſionem, vt ſciens nec verbum vllum protulerim aduer-
" ſus meam conſcientiam. At ſi non potui meam tueri innocentiam, niſi il-
" lius in calumniando vanitatem & impudentiam aperirem, ſibi debebat
" imputare qui prouocauit, non mihi, cui liberum non erat obticeſcere:
" præſertim cum ego litteris amantiſſimè ſcriptis hominem ad negocium
" Chriſtiana modeſtia tranſigendum toties inuitarim, omnia pollicens quæ

ſunt viro pietatis & concordiæ ſtudioſo digna. Nunc cum illius calumniæ “
ſint euidentiores, quàm vt diſſimulari queant, nouâ viâ molitur vindi- “ 1527.
ctam & hominem plus ſatis concitatum inſtigant quidam, vt hoc organo “
ſuum dolorem vlciſcantur. Congeſſit ingentem aceruum articulorum, “
talium planè, qualibus ſcatebat ille liber à Rege damnatus, quos non “
ipſe decerpſit è libris meis, ſed à Magiſtellis aliquot decerptos accepit. “
Nam ipſe mea nunquam legit, quantum ſanè diuinare licet. Eos ad Fa- “
cultatem Theologicam detulit condemnandos, & iam accipio pericli- “
tatos aliquot. Equidem hoc animo ſum vt ſi quid impiè dictum compe- “
riatur in ſcriptis meis, nolim mihi gratiam eius erroris fieri. Verum quid “
eſt tam circunſcriptè ſcriptum, quod non deprauare queat calumnia do- “
lis & odijs armata? Hæc felicitas nec Auguſtino nec Apoſtolis contigit. “
Porro niſi, Bedda prorſus diffideret ſuæ cauſæ, reſponderet ſaltem ad “
quædam loca tam impudenter calumnioſa, vanaque, vt res manibus, “
quod aiunt, ſentiri poſſit. Nunc hoc omiſſo quod in primis curatum opor- “
tuit, vim parat, concitat Facultatem, vt articulorum turba, ſuffragijs “
& autoritate me opprimat. Nec tam malè vel de me ipſo vel de Sacra- “
tiſſima Facultate ſentio, vt illius iudicium pertimeſcam. Cur enim id fa- “
cerem, cum hoc pridem ab illis flagitarim? Sed Beddæ judicia quàm cæ- “
ca ſint odio, ſatis declarauit ipſe. Et is in eo conſeſſu habet multos ipſi “
addictos, quoſdam vel inuidiæ metu, vel quietis amore obticeſcentes. Si “
quis quid æquius afferat, mox audit, Lutherano pejor: nonnullos poli- “
tioris litteraturæ rudes qui noſtra non intelligunt. Iam qui & integri “
ſunt, & docti, tamen falli poſſunt. Decerpitur ſententia nulla quæ ſola “
videtur impia, cui ſi iungerentur quæ præcedunt ac ſequuntur, eſſet pia. “
Proponitur ſub nomine Eraſmi, quæ dicitur ſub perſona Pauli, aut Euan- “
geliſtæ, confertur ad huius temporis Eccleſiam, cum congruat Eccleſiæ “
Priſcæ. Exempli cauſa, Paulus dicit de ſe & Chriſtianis: Miſerabiliores “
ſumus omnibus hominibus; quid magis impium ſi nihil addat? Verum ſi “
addas quod addit Paulus, ſi non eſt reſurrectio mortuorum, pia vox eſt. “
Item Paulus dicit, Eſca non commendat nos Deo. Hoc piè dicebatur ab “
Apoſtolo illis temporibus, quibus Chriſtianis erat periculum à Iudaïco “
delectu ciborum, & quibus nondum Eccleſia vllum cibi genus interdi- “
xerat. Hanc ſententiam alijs verbis ſub perſona Pauli in Paraphraſi ex- “
planatam ſic interpretantur, quaſi nunc Eraſmus doceat, contemptis Ec- “
cleſiæ Conſtitutionibus, cuiuis licere veſci quibuſlibet, quod ego ne ſom- “
niaui quidem hactenus. Hæc qui neſcit, damnabit eam ſententiam, quia “
mea non eſt, ſed Pauli, ſimulque pro me damnabit Apoſtolum. Ex hoc “
exemplo cætera conijciet veſtra Prudentia. Harum molitionum quo- “
niam fons ac ſeminarium eſt, odium, ira, liuor, & vlciſcendi cupiditas, “
quid aliud hinc naſci poterit, niſi tumultus ac diſſidia, cum horum ma- “
lorum in Orbe ſit plus iam ſatis; magiſque conueniret vt me pro viribus “
tuentem Eccleſiæ concordiam ſuo fauore ſubleuarent, eiuſque Colle- “
gij, quæ ſemper hactenus ſumma eſt habita autoritas, ſeruiret gloriæ “
Chriſti, non affectibus Beddarum, Sutorum & quorundam falſo nomine “
Monachorum; qui cum in ſola improbitate fiduciam collocarint, nihil “
reſpondent ad ea, in quibus tam inſignis calumniæ redarguuntur; ſed “
improbis conſpirationibus ac tumultibus rem aggrediuntur, non ob aliud “
magis infenſi nobis quàm quod nolumus in Caſtra Lutheranorum diſce- “
dere. Quicquid hactenus per Beddas ac Sutores inſanitum eſt, non arbi- “
tratus ſum ad Theologicam Facultatem pertinere, cuius autoritati ſem- “
per detuli primum, ſemperque delaturus ſum, ſi modò liceat. Verum ſi “
talibus modis pergant obruere, non dicam me, qui nihil ſum, ſed veri- “
tatem ac pietatem, qualibus olim Iudæi oppreſſerunt Ieſum, efficiam vt “
mundus intelligat, ea quæ velut impia damnantur ab iſtis, eſſe Chriſtianæ “
pietatis, & aut non fuiſſe intellecta, aut malicioſè deprauata, ruſtica- “
nam ac ſimplicem veritatem ſic exponam oculis hominum, vt Textori- “
bus etiam ac textricibus ſit conſpicua. Qua ex re quantum illis ſit ac- “

» ceſſurum gloriæ, neſcio. Optarem negocium, eius eſſe generis vt meam
1527. » innocentiam, ſaluâ illorum autoritate, tueri poſſim. Impietatis crimen » nemo prius debet agnoſcere. Et ſi mihi liceret agnoſcere, non expedit » alijs quos hæc opinio vel in errorem illiceret, vel in errore confirmaret. » Hîc igitur ſi veſtra Autoritas, qua maior ſecundum Regem in iſto Re- » gno non eſt, molitionibus iſtis tumultuoſis ac malicioſis imponat ſilen- » tium, primùm conſuleret & ſtudiorum quieti & Religionis Chriſtianæ » tranquillitati, denique Theologicæ Facultatis dignitati, ſi veſtro horta- » tu ſe digna geſſerit. Iam quo minore negocio rem omnem cognoſcatis, » mitto reſponſiunculas ad articulos aliquot qui iam in Conſeſſu Sorboni- » co dicuntur periclitari: Simulque mitto librum quo Beddæ calumnijs » reſpondeo, locis indicatis, quo magis ſint in promptu. Si veſtra Auto- » ritas incompoſitos tumultus cohibuerit, erit magnopere gratum. Sin & » illam negligent, huius calumniæ maliciam ſuis coloribus accuratiſſimè » depingam, ac Regi Chriſtianiſſimo mittam. Nec dubito quin is, vt eſt » veræ pietatis ſinceriſſimus amator, ac diſſidiorum oſor, ſit aliqua ratione » quietem indicturus iſtis qui in gratiam quorundam ſtolidorum Pſeudo- » Monachorum ſub titulo Religionis ac pietatis veros hoſtes agunt reli- » gionis ac pietatis. Auguſtiſſimum veſtrum Senatum incolumem, floren- » temque ſemper tueatur ille per quem Reges regnant, & Iudices iuſta » decernunt. Datum BASILEÆ 18. Kal. Decemb. an. 1527.

Biduo poſt ſcripſit ad Beddam, nec diſſimulauit quid de eo ſentiret, qui tam improbè ſibi bellum indixiſſet.

AD BEDDĀ DOCT. SORBONICVM.

» Eraſmus Rot. Natali Beddæ S. D. Vereor ne hoc operæ ſumam ina- » niter. Tamen Charitas quæ iuxta Paulum omnia ſperat, hortata eſt, vt » vel ſic experiar, an lucrifacere poſſim fratrem meum. Iam enim, mi Bed- » da! licet in te contemplari, non quod tu factis ac ſcriptis expreſſiſti; ſed » quod Chriſtianus Frater es, quod Sacerdotio ac Theologiæ profeſſione » Collega. Obſecro te, quis Spiritus agitat animum tuum, vt in gratiam » Lei qui ſimilem telam orſus eſt in Hiſpania, & in doloris tui vindictam » redeas ad veterem fabulam, & improbitate tua tuorumque, etiam Col- » legio tuo, quod ſemper hactenus habitum eſt venerandum graueque, » labores tuæ temeritatis labem affricare? Patent omnibus tot inſignes » calumniæ tuæ, tot manifeſta mendacia, tot impudentes blaſphemiæ, » quibus proximum tuum immerentem & ad amicitiam prouocantem » impetiſti. Et huiuſmodi floſculis ornatus incedis, nec te abdis, nec pu- » det in publicum prodire, nec cogitas de reconciliando fratre, & fortaſ- » ſis audes etiam cum iſto animo, horreſco referens! parricidiali ad Sacro- » ſanctam illam Euchariſtiam ac Synaxim accedere & illo ore ſumere cœ- » leſte Symbolum pacis, qui tale ſuſcitas diſſidium. Quî conuenit Eucha- » riſtiæ cum tanta maledicentia? Quî Synaxi cum tam impotentibus odijs? » Humanum eſt, inquit ille, peccare, quanquam ſic peccare, an huma- » num dici poſſit neſcio. Humanum eſt in mediocria prolabi mala. Hoc » quod tu ſciens, prudens peruerſo & obſtinato animo; facis, ſceleratius » eſt homicidio, execrabilius eſt veneficio. Sed ſit humanum ſemel, vel » temulentia, vel furore ſic in fratrem fuiſſe debacchatum, certè diaboli- » cum eſt perſeuerare. Iam mala malis addere, peſſima peioribus aggera- » re, obſecro te per baptiſmum tuum, quo nomine donabimus? Si quid in » te frontis eſſet, certè prius à calumnijs ac mendacijs te purgare debebas, » notioribus quàm vt diſſimulari poſſint, quàm ad nouas calumnias accin- » geris. Nunc adeo tibi non diſplices, vt vltro etiam ſupremam poteſta- » tem, hoc eſt Regiam incuſes, per quam non liceat adminiſtrare iuſtitiam. » At ſi iuſtitiam adminiſtraret tibi Rex, vir egregie, tu præmia ferres quæ » ſolent Calumniatores & Sycophantæ, quæ publicæ tranquillitatis hoſtes. » Mi Frater, miſerè timeo ſaluti animæ tuæ. Et quanquam me tibi fingis » hoſtem, te certe pluſquam hoſtem experior, tamen ita me Chriſtus bene » amet; hoſtis & talis me miſeret. Redi ad cor, mi Frater! reſipiſce, præ- » ſtat recurrere, quàm decurrere in præcipitium. Si contemnis hominum de

te judicia, ſi me ſpernis de tua ſalute ſolicitum, ſaltem reuerere Deum cordium inſpectorem, & omnium peruerſarum molitionum vltorem. 1527.
Vtinam mihi eſſet exorciſmus, aut incantatio quæpiam, quâ tibi iſtum ſpiritum deteſtabilem queam excantare. Saulum agitabat Spiritus Domini malus, ſed ex interuallis & incinente cithara Dauid, diſcedebat. Tu ſic perſeueras vt ſemper ruas in deterius, vt metuam ne vel Dauidica cithara animi tui furor non poſſit deliniri. Certè optarim mihi citharam inſigniter efficacem, vt iſti tanto malo tuo mederi queam: Video enim te in felle amaritudinis & in obligatione iniquitatis eſſe. Quando vnquam Auguſtinus, quem tu videris magnifacere, ſic debacchatus eſt in Donatiſtas aut Circumcelliones, vt tu debaccharis in Eraſmum, amicum, Fratrem, denique ſui capitis periculo dimicantem aduerſus eos, quos vt hoſtes Eccleſiæ deteſtaris. In cuius ſcriptis nihil adhuc inueniri potuit quod eſſet impium? Tantùm de ratione loquendi aut de verbis non intellectis, aut ex malicioſa deprauatione calumnia eſt. Et hîc tibi placet exemplum Lei, qui primo ſuo fauore nec meis inimicis placuit, & ijs magnopere diſplicuit, quos habebat in Anglia amiciſſimos. Nec adhuc ſatis quiſpiam credat apud Anglos illum hoc agere quod agit in Hiſpania. Et cum vocas abſolutum Theologum qui nunquam attigit limen Scholæ Theologicæ. Tantus eſt tibi non ob aliud, niſi quia odit Eraſmum. Et ſuſpicor priorem illum librum bona ex parte fuiſſe tuum quem Pariſijs excudit. Blandire tibi, voca quàm voles zelum fidei, crede mihi, manifeſtus furor eſt, Satanæ eſt energia. Chriſti ſpiritus longè alia profert, charitatem, gaudium, pacem, patientiam, benignitatem, bonitatem, longanimitatem, manſuetudinem, fidem, modeſtiam. Quî poſſit ab hominis pectore tantum mendaciorum, tantum blaſphemiarum proficiſci, niſi Satanæ ſpiritu eſſet occupatum? Tantum ad cor redi, mi Bedda, miſericors eſt Dominus & multæ miſerationis: ſi clames ad illum, impartiet tibi ſpiritum ſuum bonum, qui deducet te in terram rectam. Ego quod admiſſum eſt, facile condonabo, ſic interpretans tibi Dominum præcepiſſe, vt mihi malè diceres, quemadmodum olim præceperat Semei, vt malediceret Dauid. Sic fortaſſis illi viſum eſt purgare me. Et ſi quid forte acerbius in te ſcripſi, non grauabor petere veniam, & ſarcire pro mea virili. Omnes boni vno ore profitentur ſe ex nullo libro plus cœpiſſe fructus quàm ex meis Paraphraſibus. Id opus tu maximè impetis. An non ſentis hanc eſſe ſuggeſtionem illius ſerpentis qui inuidet hominum ſaluti? Quin potius te præbes organum ſpiritui Chriſti? Iactas te propugnatorem Eccleſiæ? At quibus tandem modis poſſis vehementius Eccleſiam oppugnare, quàm eum calumnijs opprimendo, quem aduerſariæ factiones ducunt pro hoſte capitali & noua diſſidia in orbe ſuſcitando? Scio quod tibi blandiantur affectus tui. Sed crede mihi, nihil eſt mendacius odio, nihil vanius irâ, nihil fallacius inuidiâ. Crede mihi, inquam, mi Bedda; peſſimis conſultoribus auſcultas. Sobrius charitatem & Chriſti ſpiritum in conſilium adhibe, & perſpicies in quod barathrum te rapere laboret Satanas, falsâ pietatis imagine deludens animum tuum. Nonne vides quantum ſit in orbe, diſſidiorum? Et tu, quaſi parum ſit, tam atrocem ordiris Tragediam. Si victus iniurijs deficerem ad hoſtes Eccleſiæ, vnde repeteret Deus hanc animulam niſi abs te? Quod hactenus perſtiti, non eſt mearum virium, ſed diuini muneris. Et eiuſdem præſidio perſiſtam vſque in finem, vti ſpero. Quis autem tam atrocibus contumelijs tamquam perpetuis non delaſſaretur? Id ſi fieret, nonne vides quem tumultum excitare queam? Nec reputas quàm latè pateat hoc malum quod nunc ſuſcitas? Non eſt tam inops amicorum Eraſmus, quàm tu credis. Et vt maximè ſit imbecillis, non cogitas quàm ſit res potens & inuicta veritas? Non perpendis quàm plerique ſint propenſi ad contemptum autoritatis & Conciliorum Rom. Pontificis & veſtræ? Quid iſti dicent, cum viderint prodire examen Articulorum, ad quos iam reſpondi, perinde quaſi nihil ſit reſponſum? Cum videbunt argutationes de verbis, depra

1527. » uationes ac malitioſas ſuſpiciones? Equidem dabo operam ne ſim cauſa » tanti mali, ac ne occaſio quidem, ſi queam. Eóque rurſus me offero ad » omnia quæ Chriſtanæ leuitatis ſunt ac modeſtiæ. Quod ſi ſurdus ad om- » nia monita pergis hoc incendium excitare, ego qui mihi nullius impie- » tatis ſum conſcius, impietatis calumniam fortiter à me depellam. Euen- » tus mihi non poterit imputari. Hæc Epiſtola me liberabit, & apud Deum » & apud homines. Orabo Dominum, vt det tibi mentem meliorem; qui » ſi meas preces exaudierit, & illius bonitati gratias agam, & tibi gratula- » bor, nec libebit ſuperiorum malorum meminiſſe. Vale. Datum BASILEÆ » 16. Kal. Decemb. an. 1527.

Die 4. Ianuarij edixit ſuprema Curia, ne vllæ fabulæ, Comediæ, ludive hiſtrionici in vllis Collegijs ederentur. Sic enim legitur in Actis ipſius Curiæ.

Ce iour oüy la Requeſte du Procureur General du Roy. La Cour a ordonné & ordonne aux Recteur & Chancelier de l'Vniuerſité de Paris, & aux Principaux de tous les Colleges d'icelle Vniuerſité, de ne ſouffrir & permettre ioüer eſdits Colleges & ailleurs par les Eſcholiers & Suppoſts de ladite Vniuerſité aucunes Farces, Momeries, ne ſottiſes à la feſte des Roys prochainement venant.

CVRIA CONSERVATIONIS.

Hocce tempore orta eſt inter Officiarios Epiſcopi Beluacenſis & Conſeruatorem Priuilegiorum Apoſtolicorum Vniuerſitatis diſcordia; propterea quod MM. Dominicus le Cirier & Ioannes Probi Curiones Parochiarum Diœceſis Beluacenſis ad Synodum Epiſcopi vocati non comparuerant, atque idcirco pœnis Eccleſiaſticis multati fuerant. Illi ſanctitate Priuilegiorum Academicorum ſe ſe tutantes, à Conſeruatore litteras Citatorias obtinuerunt. Hinc ad Curiam Parlamentæam lis delata, & ad ſuorum cauſam acceſſit Vniuerſitas. Res ſic ſe habet in Actis Curiæ.

Extraict des Regiſtres de Parlement.

» DV 2. Mars 1527. Entre l'Eueſque & Comte de Beauuais, Vidame » de Gerbroy, Pair de France, ayant pris la cauſe pour M. Dominique » de Petris, Pierre du Biez & Pierre Algarde ſes Officiers, Promoteur & » Scelleur en ſa Cour ſpeciale de Beauuais, Appellant comme d'abus de » l'octroy & execution de certaine Citation decernée par le Conſeruateur « des Priuileges de l'Vniuerſité de Paris, & de ce qui s'en ſeroit enſuiuy » d'vne part? Et M. Dominique le Cirier Curé de Beaumont ſur Oiſe & » Iean Probi Curé de Nozi ou Dioceſe de Beauuais, intimez d'autre.

» POYET pour l'Eueſque, Appellant, dit qu'il préſuppoſe la diſpoſition » du Decret *de Cauſis*, & que quand il eſt queſtion faire ceſſer, ſoit par ap- » pel, recours, nullité ou querelle aucunes procedures faites par le Iuge » ordinaire, meſmement dioceſain dedans ſon Dioceſe, *& præſertim*, pour » raiſon de l'adminiſtration des Sacremens, des Cures, d'Ames ou dépen- » dances de ce, il ſe faut & doit-on pouruoir par le Superieur Dioceſain, » & ne peut-on auoir recours meſmement touchant les Adminiſtrations » des Sacremens aux Conſeruateurs Apoſtoliques, ne Iuges deleguez en » pretermettant le degré des Superieurs des Ordinaires. Préſuppoſé auſ- » ſi que les Curez des Egliſes Parochiales ſont tenus comparoir aux Sennes » des Eueſques Dioceſains pour répondre de l'adminiſtration des Sacre- » cremens & Cures d'Ames, pour voir les Reformations qu'on voudroit » faire ſur les maluerſations qui pourroient eſtre faites par les Curez au » fait des Sacremens & Cures d'ames, & que l'Eueſque Dioceſain peut » proceder contr'eux, *mucrone Eccleſiaſtico & Cenſuris*, par Contumace & » refus de comparoir auſdites Sennes. Ce préſuppoſé, dit que Parties aduer- » ſes ſont Curez; à ſçauoir le Cirier de Beaumont ſur Oiſe & Probi de Me- » ris, au Dioceſe de Beauuais, leſquels ont eſté appellez au Senne de l'E- » ueſque tenu depuis certain temps où ils ne comparent. Au moyen de ce » l'EUESQUE en enſuiuant ce qui eſt premis, decerne contr'eux Contumace & » Commiſſion qui fait mention expreſſe de ladite contumace de comparoir

au Senne & la fait ſignifier à Parties. Or combien que ſi Parties pretendent eſtre greuez par la Contumace, Cenſure & Commiſſion decernée & executée, ils deuſſent auoir recours pardeuant le Superieur de l'Eueſque de Beauuais; neantmoins ils viennent prendre vne Commiſſion abuſiue & eneruatiue de la juriſdiction de l'Eueſque de Beauuais, contre le Decret *de Cauſis*, du Conſeruateur des Priuileges Apoſtoliques de l'Vniuerſité de Paris, tout ainſi que ſi les Cauſes y euſſent eſté deduites, & que le Conſeruateur euſt ſuperiorité ſur l'Eueſque, & *in vim*, d'icelle, Parties font citer pardeuant le Conſeruateur des Priuileges Apoſtoliques de Paris, l'Eueſque & ſes Officiers pour apporter lettres & Exploits *in vim*, deſquels on auoit contr'eux procedé par Cenſures, & pour voir caſſer & annuller icelles Cenſures & procedures faites contr'eux & ladite Commiſſion decernée & executée, *quamprimum*, l'Appellant en eſt aduerty, il s'en eſt porté pour Appellant ceans, comme d'abus, tant de l'octroy de la Commiſſion qu'execution, & pour ce conclud pertinemment à mal & abuſiuement decerné par le Conſeruateur, mal executé par ſon Appariteur & bien appellé par l'Appellant & demande deſpens, dommages & intereſts, & l'adjonction des Gens du Roy. 1527.

De Monthelon pour le Cirier intimé, les Recteur & Vniuerſité de Paris joints auec luy, dit que l'Eueſque de Beauuais Partie, eſt deputé par le S. Siege Apoſtolique, Conſeruateur des Priuileges Apoſtoliques de l'Vniuerſité; mais il luy pourroit dire ce que Ciceron recite contre Antoine, Philippique III. *O præclarum cuſtodem, vt iunt, ouibus lupum!* Car combien que le fait d'vn Conſeruateur ſoit de garder les Priuileges des Eſcholiers & Suppoſts à luy commis, neantmoins Partie fait le contraire, & eſt le ſeul Eueſque de France qui a commencé la voye dont eſt queſtion, tendant à la totale deſtruction des Priuileges d'icelle Vniuerſité.

Pour venir au fait, dit que l'Vniuerſité de Paris comme premiere & principale de toutes les autres, non ſeulement de ce Royaume, *imò*, de toute la Chreſtienté & de laquelle eſt fait mention en pluſieurs paſſages de Droict, a eſté & eſt dotée de pluſieurs beaux & grands Priuileges, tant Royaux que Apoſtoliques. Et entre autres il y en a deux: le 1. que tous les Regens de l'Vniuerſité, Eſcholiers & Suppoſts d'icelle ſont exempts de faire reſidence perſonnelle ſur leurs Benefices, priuilegiez de prendre les fruits *in eorum abſentia*. Et outre qu'ils ne ſont tenus comparoir aux Sennes des Eueſques, *imò* ſeulement leurs Vicaires deputez pour ſeruir leurs Benefices, & y enuoyer leur teſtimoniale, comme ils ſont Regens ou Eſcholiers en l'Vniuerſité. Et eſt ledit Priuilege conforme à droit commun. Quant aux Docteurs Regens en Theologie, le droit commun les priuilegie, *in C. fin. Clerici vel Monachi quocumque tempore rexerunt in Vniuerſitate famoſa*. Et eſt ſuruenu le Texte, *in C. 11. de Priuileg. l. 6.* Quant à la comparition perſonnelle aux Sennes, cela eſt de droict commun; qu'ils ne ſont tenus comparoir, attendu qu'ils ont priuilege de non reſider, *& ex vno ſequitur aliud*. Allegue de *Anchora. in C. quidem ſuper his de Major. & Obed. in C. ego 11. de Iureiur. in illis verbis vocatus ad ſurdum niſi legitima cauſa præpeditus comparebo.*

Le 2. Priuilege conforme à droit commun, que les Eſcholiers eſtudians & Suppoſts de l'Vniuerſité, ne ſont tenus plaider hors les murs de la ville de Paris, *imò*, ils ont leurs Conſeruateurs ordinaires, pardeuant leſquels ils ſont tenus plaider & non ailleurs, à ſçauoir touchant le fait de l'Egliſe, *inter Clericos*, Conſeruateurs Apoſtoliques, les Eueſques de Meaux, Beauuais & Senlis: Et pour la ſecularité le Bailly de Paris, & au moyen dudit Priuilege, quand aucun Eueſque, *cauſâ non cognitâ*, a voulu vexer vn Eſcholier, il la fait citer deuant ſon Conſeruateur Apoſtolique, pour voir caſſer & annuller toutes procedures, & defenſes de ne contreuenir aux Priuileges. Or il eſt aduenu qu'au Senne tenu dernierement à Beauuais, ledit le Cirier intimé, Docteur Regent & Doyen de la Faculté de Theologie, Curé de Beaumont a enuoyé à ſon Vicaire en

” ladite Cure ſa teſtimoniale; lequel Vicaire compare audit Senne & re-
1527. ” monſtre ſa teſtimoniale; Neantmoins les Officiers de Partie qui ont ac-
” couſtumé faire exactions & dont ils ont eſté repris, prennent ladite teſti-
” moniale qu'ils font lire, & pour la lecture font payer au Vicaire de l'In-
” timé deux ſols Pariſis: Et aprés la teſtimoniale receuë, l'Official ne dit
” mot. *Imò*, à l'inſtance comme il dit du Promoteur, il decerne Cenſures
” contre ledit Cirier intimé, pour n'auoir comparu au Senne & fait ſignifier
” les Cenſures audit lieu de la Cure de Beaumont. Si toſt que le Cirier en
” eſt aduerty, il ſe retire deuers ſon Conſeruateur, *implorat eius Officium*,
” & requiert commiſſion pour faire citer l'Official pour apporter lettres &
” Exploits, pour voir declarer les Cenſures nulles & les caſſer, au iour aſ-
” ſigné *in vim* de ladite Commiſſion l'Official compare & ſe porte pour Ap-
” pellant comme d'abus, pour luy & les autres Officiers de Partie, de l'o-
” ctroy de la Commiſſion & execution d'icelle, & dit que veu ſon fait il n'y
” a propos à l'appellation de Partie, qu'il n'y a abus, & que Partie eſt no-
” toirement non receuable comme Appellant ceans. A ce que Partie dit
” qu'il y a entrepriſes ſur les ſaints Decrets, dit que non & que la juriſdi-
” ction de ceux qui l'ont par priuilege Apoſtolique, n'eſt reuoquée, *imò*
” leur eſt permis d'en vſer. A ce que Partie dit, que par les ſaints Decrets
” & Ordonnances Royaux, il eſt prohibé aux Conſeruateurs connoiſtre
” des Cauſes d'appel de recours, & parce qu'ils ne peuuent non plus con-
” noiſtre, *per vim querelæ & ſupplicationis*. *Imò*, faut aller *ad Superiorem Or-*
” *dinarij*, tout ainſi que par appel. 2. Il dit qu'il eſt queſtion de Sacremens
„ & que les Conſeruateurs par l'Ordonnance n'en peuuent prendre con-
„ noiſſance.

„ Pour reſpondre au 1. point, dit qu'il eſt d'accord que quant aux Ma-
„ tieres d'appel les Conſeruateurs Apoſtoliques par l'Ordonnance n'en
„ peuuent connoiſtre. *Imò*, faut aller, *ad Superiorem grauantis*. Et fut l'Or-
„ donnance faite, parce que parauant celle de preſent ils en connoiſſoient
„ & vſoient. Mais quant à la voye de ſupplication ou querelle de nul-
„ lité, il n'y a deffenſes auſdits Conſeruateurs, *& in terminis iuris*, & de rai-
„ ſon *ſublata appellatione non tollitur via implorationis Officij vt in C. ex litteris.*
„ *iuncta Gloſſa de in integ. reſtit. Bald. in l. fin. C. de temp. appell. & in C. fin.*
„ *Paul. & Alex. de Editto D. Adrian. toll.* Et parce dire que ce ſoit contre
„ les ſaints Decrets, *nihil eſt*, *imò*, eſt permis aux Conſeruateurs connoî-
„ tre, *per vim querelæ, & ſupplicationis, quando turbatur eorum Iuriſdictio, vt pro-*
„ *batur in C. venerabili, vbi poſt Innocent. Panormitan. de Cenſ. idem Panormit.*
„ *in 6. ad Audientium.* Car veu que le Conſeruateur eſt Apoſtolique, & que
„ les Priuileges concedez par le Pape, outre que luy n'en peut connoiſtre
„ par le *C. cum veniſſem*, *de Iudicijs.* Et dit que Partie prend vn eſcu de
„ ceux qui ne comparent aux Sennes qui eſt vn cas qui requiert eſtre cor-
„ rigé. Vray eſt ſi l'Ordinaire doute du Priuilege, il le peut demander à
„ voir, *vt in C. cum perſona*, mais non pour en iuger & connoiſtre, *imò* ſeu-
„ lement, *ad informandum animum ſuum*, & ſeroit tel Acte extraordinaire,
„ *& vteretur Epiſcopus mucrone ſuo, vt in C. I. dilecto.* Et ſeroit vn Exploit
„ prou extraordinaire. Or puiſque c'eſt vn Acte extraiudiciaire, voyant
„ l'Intimé, l'Official eſtre ſa Partie, a peu recourir à ſon Conſeruateur &
„ obtenir de luy ladite Commiſſion. Auſſi *quando quis prætendit defenſionem*
„ *ſibi competere, debet implorare Officium Iudicis ſui.* Dauantage le Conſerua-
„ teur la pû faire citer pardeuant luy pour annuller les Cenſures. *Gloſ. &*
„ *Io. Andreas in Clement. Papæ de Priuil. in C. ſane 1. 2. de Off. deleg.*

„ A ce qu'il y a autre abus que le Conſeruateur ne connoiſt des Sacre-
„ mens, dit que Partie ne peut prendre connoiſſance contre l'Intimé pour
„ les Sacremens, car il a receu ſon Vicaire. Eſt l'Intimé excuſé & répond
„ le Vicaire *de Cura animarum*, & adminiſtrations Sacramentales. Auſſi
„ Partie en prend vn eſcu. Dit que les Cauſes des Sacremens ſont ſeule-
„ ment, *quando immediatè*, eſt queſtion, *de Adminiſtratione Bar. in lib. 1. de*
„ *Incommodo riui. & naufragio. Canoniſtæ in C. Cœterum, de Iudicijs.* D'abon-

dant, *Iudex competens poteſt mittere inhibitiones*, aux autres Iuges, *per C. tuam de Ordine Cog.* Icy il n'eſt aucunement queſtion *de Sacramentis*, *imò* 1527.
ſeulement *de comparitione*, aux Sennes. Et ſi l'Intimé appelloit dudit Eueſque de Beauuais *ad Superiorem*, luy faudroit trois Sentences & le diſtraire de ſon eſtude. Et n'y a voye plus propre que celle qu'il a prins deuant ſon Conſeruateur. Si dit qu'il eſt bien fondé, que Partie n'eſt receuable comme Appellant, & que defenſes luy ſeront faites de n'vſer d'Exactions; conclud comme deſſus, & demande dépens, domages & intereſts, & l'adjonction des Gens du Roy.

LIZET pour le Procureur General du Roy dit, que cette matiere eſt de grande conſequence & requiert communication des Procez, & temps pour y penſer. Neantmoins, pour ne dilayer la matiere, il en dira ce qu'il pourra : Dit que les Priuileges donnez par les Papes ſont à fauoriſer, neantmoins pour les abus que les Conſeruateurs des Priuileges Apoſtoliques commettent qui ont juriſdiction extraordinaire, *& ſic* odieuſe & à reſtraindre, *vt in Concilio Lugdunenſi per Gregorium, vt in C. fin. de Off. deleg.* Et au contraire ſa Iuriſdiction des Ordinaires eſt à employer, *in C. 1 de Offic. Vicar. per Io. Andr.* Le Roy Loüis deüment aduerty des abus qui ſe commettent par les Conſeruateurs, fit vne Ordonnance par forme de Criée, publiée & verifiée ceans, par laquelle eſt prohibé aux Conſeruateurs ne prendre connoiſſance des Cauſes d'appel, ne auſſi des Sacremens *& Cura animarum*, pareillement ne des abus. Icy eſt queſtion de l'Eſcholier qui n'eſt comparu au Senne de l'Eueſque, & y a contre luy contumace, Excommuniment & Cenſures qu'il veut faire ceſſer & annuller par ſon Conſeruateur, & à cette fin il y a citation de luy, de laquelle & execution il y a appel ceans comme d'abus. Dit que *prima facie*, il ſemble qu'il n'y ait abus contre ladite Ordonnance. S'il eſtoit queſtion d'vn ſimple Excommuniment où il n'y euſt ordre Iudiciaire gardé, & que ce fuſt vn Acte Extrajudiciaire que l'Eueſque euſt vſé, *mucrone ſuo, poſſet repelli alio Iudicio.* Mais quand il y a contumace par faute de comparoir, *& Cenſures*, ſi on le veut faire reuoquer, faut aller deuant le Superieur de l'Eueſque. A ce que *prohibita Appellatione non prohibetur recurſus per viam ſupplicationis*, dit que celuy qui eſt *Iudex Appellationis debet adiri per viam querelæ.* A ce que l'Eſcholier, *poteſt appellare ad Iudicem ſuum*, dit que cela s'entend, *reſpectu Iudicum Ordinariorum*, & non des Conſeruateurs, *qui habent Iuriſdictionem limitatam. Et ſi agitur de Iuriſdictione, tunc conceſſo principali & in omnibus dependentijs circa facta conceſſis, ſecus in Iudice delegato.* Et luy ſemble qu'il eſt mal decerné & bien appellé. Et que s'il plaiſt à la Cour luy faire communiquer le Procés, il dira ce qu'il appartiendra.

POYET dit qu'il eſt bien fondé, & qu'il a prompte réponſe aux Argumens de Partie, y a aprés deux Conſtitutions fondamentales pour ſa matiere. La 1. eſt le Droit qui prohibe aux Conſeruateurs ne connoiſtre des Cauſes d'appel, *imò* les faut releuer *ad Superiorem grauantis.* La 2. eſt l'ordonnance qui defend aux Conſeruateurs ne prendre connoiſſance des Sacremens ne dépendances. Quant à la prohibition de connoiſtre par les Conſeruateurs des Cauſes d'appel, il eſt notoire de Droit, *quod prohibita appellatione, etiam prohibetur via nullitatis & querelæ. Bar. in C. ſi expreſſum de appell. Canoniſtæ in C. cum ſit Romana in eodem tit. Nam vtrumque remedium tendit ad eundem finem : quare videntur eſſe correlata, & in materia correlatorum vno prohibito, aliud cenſetur ſimiliter eſſe prohibitum, maximè quando tendunt ad eundem finem, ſicut via querelæ & appellationis. Bal. & omnes in l. fin. C. de Iud. vidui. toll. ſi via nullitatis habuerit effectum ſuſpenſiuum & deuolutum, poſſet Iudex adiri per viam nullitatis*, tout ainſi que le Iuge d'appel. *Et in hoc omnes concordant*, que la voye de nullité eſt judiciaire comme la voye d'appel, *in d. l. ſi Expreſſim. Sicut remedium appellationis eſt introductum ad reformandum imperitum Iudicium; ſic via nullitatis & querelæ. Et habet remedium reſcindendi Iudicium.* Et dit que tout ainſi que par le Con-

cile eſt prohibé aux Conſeruateurs de connoiſtre des Appellations, auſſi
1527. des querelles & nullitez, *quæ ſe habent per modum Correlatorum. Ita quod diſpoſitum in vno ſiue prohibitiuè ſiuè proceſſiuè, cenſetur eſſe diſpoſitum in alio. Et in materia querelæ. Canoniſtæ in C. p. de Offic. leg. Et quæritur ſi per viam querelæ poſſit audiri Legatus*. Dit que non, *niſi poſſit per viam appellationis. in C. querelam. de procur. in C. dilecto de appellat. Imò ſi in C. cum contingat de Off. Deleg. in C. vnica de Expreſſis Cl. 12. vbi de materia Correlatorum in l. vnica de liber. toll. quare negatum in vno Correlatiuorum, negatur in altero, quia vterque eſt finis illorum*. La voye du nullité, *nihil aliud inducit quàm viam Superioritatis*. Auſſi *non poteſt niſi per Superiorem*. Ainſi *prohibita appellatione, prohibetur via querelæ & nullitatis*. A ce que Partie dit qu'il a pû appeller *ad Iudicem ſuum*, répond que Partie n'a Iuge *in illa cauſa*, plus propre que l'Eueſque de Beauuais, veu qu'il eſt queſtion *de Cura*. Ainſi le Curé vray ſubjet de l'Eueſque, *Imò* le Curé eſt reputé auoir ſon domicile au lieu de ſa Cure qui eſt *ſponſus Eccleſiæ. Et ibi citatio facta valet*, ſuppoſé que le Curé n'y reſide, *eo quod tenetur ibi reſidentiam facere ſecundum Innòc. in C. Dilectus l. 11. de Reſcript. Et in C. accedens de accuſat*. Auſſi ſi Partie pouuoit appeller *ad Iudicem ſuum*, s'entendroit *in Actibus Extraiudicialibus*, & non des Actes donnez *in forma Iudicij*, comme au cas de preſent. Or ſentence d'excommunication ne ſe peut donner *ſine cauſæ cognitione, & ſic eſt actus Iudicialis*. Auſſi eſt donnée par l'Official, *cauſa cognita & C. in forma Iudicij*. Et par conſequent faut que Partie vienne *ad Iudicem Superiorem*, dudit Eueſque de Beauuais.

A ce que ceux de ladite Vniuerſité ne ſont capables d'en joüir, meſmement ledit Probi intimé, qui a plus de dix-ans qu'il reſide en ladite Cure & à Beaumont. *Præterea priuilegia non extenduntur ad ea quæ dependent à Cura animarum, C. cum Cap. de priuileg.*

Quant au Cirier, ne veut entrer s'il en doit ioüir ou non, mais neantmoins il doit eſtre exempt de comparoir au Senne, veu que cela dépend *à Cura*. A ce que Partie dit que le Dioceſain peut voir le Priuilege *ad informandum animum duntaxat*, dit que Partie eſt Cenſuré *propter notoriam inobedientiam & contumaciam*. Et n'a iamais offert montrer ledit Priuilege *quamuis ad hoc teneatur. C. cum Perſon. de Priuileg. in 6*. Ou ſi la voye de Partie auoit lieu, ne faudroit qu'vn Eſcholier pour eneruer toute la Iuriſdiction ordinaire.

A ce qu'il n'eſt queſtion de Sacremens, dit que ſi, & faut entendre que les Sennes ſe font pour rendre raiſon par les Curez *de regimine animarum & adminiſtratione Sacramentorum*. Eſtant pour punir par l'Eueſque s'il trouue faute eſdites Cures, *C. ſuper his de Accuſat. Et diſpoſitum in Principali extendit ad omnia Acceſſoria etiam in materia Iuris communis. Bar. in l. ſolent ff. de Legat*. Auſſi *Iudex Præparatorij eſt Iudex præparantis, & contra Bar. in l. Societatem §. Arbitrorum ff. de Arbit. & in l. cum ſi §. ſi vero. ff. de Tranſac*. Et conclud comme deſſus. A ce que le Vicaire de Partie pouuoit reſpondre au lieu du Curé, répond que cela s'entend des Vicaires perpetuels & non temporels.

De Montheloh dit qu'il eſt bien fondé par tout nonobſtant choſe dite au contraire, tant par Partie que par le Procureur du Roy. Or de tout temps la voye de recours & querele & voye de nullité eſt pratiquée par les Conſeruateurs; & neantmoins par l'ordonnance depuis ſuruenuë, il n'en eſt aucunement parlé, mais ſeulement des Cauſes d'appel. Et par ce que par neceſſité leſdites voyes de querelle & nullité ſont demourées comme parauant l'ordonnance. Car ceux qui ont fait l'ordonnance s'il euſſent entendu l'oſter, ne l'euſſent obmis, *Vt ſcriben. dicunt in C. ad Audientiam de Decimis. Et facit regula quod non admittitur, quare iure prohibetur.*

Outre le Procureur du Roy confeſſe que l'Acte eſt Extrajudiciaire, que ledit Conſeruateur le pourroit caſſer, tout ainſi qu'vne iniure notoire, & en ce n'y faut aucun priuilege, mais ſeulement droit commun.

Quant aux Docteurs Regens en Theologie, *eſt ſuper ſpecul.* Ainſi le Con-
ſeruateur peut conſeruer ſon ſubjet par le *C. Romana*, ſi c'eſt acte Extra- 1527.
judiciaire, ledit Conſeruateur en a pû prendre connoiſſance, *per viam ſupplicationis Innoc. in C. venerabili*, quand il eſt queſtion entre l'Ordinaire & le Priuilegié. Et ſi l'Ordinaire ne fait aprés appeller le Priuilegié, mais ſans l'appeller fait proceder par Cenſures, *eſt actus Extrajudicialis.* Ainſi on y peut venir *per viam ſupplicationis*, audit Conſeruateur, comme au cas de preſent où l'Intimé n'a eſté cité aprés la Senne, *imò* aprés qu'il eut exhibé par ſon Vicaire ſa Teſtimoniale, ſans autre citation, eſt procedé contre luy par Cenſures.

A ce que le Procureur du Roy dit qu'il eſt queſtion des Sacremens & que les Conſeruateurs n'en peuuent connoiſtre, reſpond que *ſi ageretur principaliter de hoc*, y auroit apparence, mais il n'en eſt queſtion, *imò* ſeulement de comparoiſtre au Senne. A ce que cela auroit lieu s'il eſtoit queſtion *de Iudice ordinario*, qui eſt fauorable, reſpond que la Iuriſdiction dudit Conſeruateur eſt fauorable, *quia Iudex ad Vniuerſitatem cauſarum; & ſic æquiparatur Ordinario.* Auſſi *datur Iudex Perſonis*, qui eſt plus fauorable, que *Iudex datus rebus, in l. æſtimatur per Bal.* A ce que tout ainſi que *tollitur via appellationis & nullitatis*, répond qu'il a allegué les Deciſions Ordinaires. *Ioan. de Im. in C. ex conſuetudine Appella.* Et la raiſon d'oſter la voye d'appel au Conſeruateur, n'eſt pour oſter *viam querelæ & nullitatis*, parce que la voye d'appel va *ad ſuperiorem grauantis*, & l'a ainſi voulu l'Ordonnance; mais elle n'a voulu oſter *viam querelæ & nullitatis.* Auſſi l'Intimé pretend qu'il eſt greué par Partie, *mucrone ſuo, & ſic eſt actus Extrajudicialis. Et ſic*, n'eſt prohibé audit Conſeruateur en connoiſtre. Auſſi on voit que par *Committimus*, on peut renuoyer les Cauſes deuant les Ordinaires, ce que icy l'Intimé n'euſt pû faire deuant ſon Conſeruateur. A ce qu'il falloit venir par appel *ad Superiorem*, audit Eueſque, dit que non. *Imò*, a bien pû recourir *ad Conſeruatorem ſuum*, veu l'Intimé notoire à luy. Et auſſi il ne ſeroit tenu plaider hors les murs de Paris. A ce qu'il deuoit prendre complainte, dit que non, & ſeroit faire vn procez ordinaire pour delaiſſer par luy ſon Eſtude. A ce que c'eſt à l'Eueſque de connoiſtre *de Cura animarum*, répond que l'Eueſque prend les Vicaires des Eſcholiers. Et ſi en prend argent. Ainſi s'il y a faute, s'en doit prendre aux Vicaires, & conclud comme deſſus.

Dv Pvis dit que Probi eſt Regent & reſident en l'Vniuerſité de Paris.

La Covr a appointé & appointe leſdites Parties à mettre pardeuers elle & au Conſeil. Et ordonne que les pieces des Parties ſeront communiquées au Procureur General du Roy qui pourra adiouſter à ſon Plaidoyé. Et au ſurplus aura le Procureur General du Roy, commiſſion l'Informer des exactions qu'en pretend l'Eueſque de Beauuais & ſes Officiers faire. Et que ledit Probi ſera abſoult ſi abſoult n'eſt.

Anno 1528. die Dominicâ vltimâ Maij eiuſdem anni, de nocte res accidit omni abominatione execrabilior. Inuenta eſt mane ſtatua D. Virgi- 1528.
nis paruulum Ieſum complectentis capite reſecto: quæ ſtatua muro adhærebat pone ædem quæ vulgo Parui S. Antonij nuncupatur. Et quia tunc frequentes erant Lutetiæ, aut Hæretici, aut de Hæreſi Lutheranâ ſuſpecti, ſtatim vrbs tota cohorruit, ſeque periſſe exiſtimauit. Rex qui Bellaquei morabatur, admonitus, edicit vt quiſquis facinoris authorem deferret, à Ioanne de la Barre Præpoſito Pariſienſi mille ſcuta ſolaria acciperet, & impunitatem criminis, ſi quod perpetraſſet. Inſtitutæ quoque ſunt ad expiationem tam deteſtandi facinoris ſupplicationes; ſuaſque Vniuerſitas Pariſ. celebrauit à Mathurinenſibus ad S. Catharinæ Vallis-Scholarium, tranſiuitque per illum vicum, & eo loco vbi truncus ſtatuæ reſtabat, orationes ad Deum & D. Virginem fudit, vt Populum hac ratione ad deuotionem feruentioremque Religionis cultum excitaret. Quâ de re ſic legitur in Actis Curiæ.

1527.

Du 12. iour de Iuin 1528.

CE iour a eſté dit que les Recteur & Vniuerſité de Paris ont deliberé en leur Congregation nagueres faite, de faire vne Proceſſion generale partant de l'Egliſe des Mathurins pour aller à ſainte Catherine du Val des Eſcholiers & doiuent paſſer par ladite ruë & faire poſe & ſe arreſter au lieu où le cas dont eſt queſtion, a eſté commis, pour y faire Oraiſons & Prieres pour mitiguer l'ire de Dieu & auſſi pour induire le peuple, qui en eſt ſcandaliſé, à deuotion & ſont deliberez en faire remonſtrance au Roy, à ce que ſon bon-plaiſir ſoit faire prendre garde à ce que tels ſcandales & crimes abominables faits & perpetrez contre l'honneur de Dieu & la Reuerence de ſa tres-glorieuſe Mere, ſoient punis, & à cette cauſe ont baillé Requeſte à ladite Cour tendant à cette fin, laquelle a eſté rapportée, & dont la teneur s'enſuit.

A NOSSEIGNEVRS DE PARLEMENT. *Supplient humblement les Recteur & Vniuerſité de Paris, comme le plus proche refuge & moyen, que ayent tous bons Catholiques & humbles enfans de l'Egliſe enuers Dieu noſtre Createur, contre les tribulations & aduerſitez de guerre, mortalitez & famine ſoient les merites & interceſſion de la glorieuſe Vierge & Mere de Dieu & de tous les Saints, d'autant doit-on craindre de prouoquer & irriter par malice ladite Vierge noſtre Aduocate, & les Benoiſts Saincts, nos Interceſſeurs; Et ſoit ainſi que cette ſepmaine precedente à cette ville de Paris a eſté commis blaſpheme execrable contre le Fils de Dieu noſtre Sauueur & ſa ſainte Mere, en ce que leurs Images ou repreſentations, ont eſté rompuës, caſſées & miſes en pieces, en irriſion & contemnement de la reuerence que l'Egliſe a ordonné eſtre faite & exhibée aux Images de Noſtre Seigneur, ſa benoiſte Mere & ſes Saints.* CONSIDERE' *que quand de tels griefs & enormes cas notoires n'eſt faite publique & ſolemnelle reparation, Dieu a accouſtumé enuoyer ſur ſon Peuple grande perſecution. Il vous plaiſe donner telle Prouiſion oudit cas que verrez bon-eſtre, afin que tels ſcandales & offenſes de Dieu, & des Saints ne croiſſent & pullulent au grand detriment du ſalut des Ames & perturbation de la choſe publique Chreſtienne, & vous ferez bien.*

Signatum, LE ROVX.

Die 22. Iunij habitis apud Math. generalibus Comitijs actum de Colloquijs Eraſmi quæ à Facultate Theol. Cenſurâ fuerant notata; poſtulatumque vti Cenſura illa à cæteris Facultatibus approbaretur & confirmaretur. Qua de re ſic legitur in Reg. Nat. Ger.

VETANTVR COLLOQVIA ERASMI.

„ 9. Kal. Iulij apud D. Math. vernantiſſima Vniuerſitas Pariſ. duobus ſuperartic. conuocata fuit. Prior quædam negotia concernentia Remp. litterariam continet. 2 Supplicationes venatur. Quantum verò ad 1. art. colendiſſimus Magiſter noſter Beda explicuit quædam opera Eraſmica præſertim Colloquia à Theologica Facultate propter varios errores in illis deprehenſos damnata. Nihilominus Iuuentus butyro & melle fouenda his iſtis ipſis diebus alebatur; quamobrem ad preces & Sanctorum cultum tardi & ſegnes reddebantur. Audito ſermone D. Bedæ & Magiſtri noſtri Bartholomæi *in medium errores quoſdam ex illis citantis, D. Rector materiam ipſam Vniuerſitatis diſcuſſioni tanquam articulum propoſuit....* Quantum fuit 1. art. Facultas Decretorum & Medicorum ſimiliter conſentaneæ fuere ſacræ Facultati Theologiæ. Natio Gallic. Colloquia condemnauit. Germanorum verò prohiberi voluit, ne amplius legerentur Scholaſticis. Picardorum autem & Normanorum voluere vt Vniuerſitas ad deſiderium Eraſmum Epiſtolam mitteret indicatiuam errorum, exhortando illum ad errores ipſos retractandos, ſed D. Rector à pluralitate concludens conformiter ad Facultatem ſacram Colloquia & conſimiles libellos in quibus errores commiſcentur, condemnat.

Hocce Vniuerſitatis Decretum ſtatim à Ioanne Epiſcopo ad Eraſmum mittitur, ſimulque Capitum catalogus, quæ parum Catholica viſa fuerant: ille verò datis ad Ioannem litteris Baſileæ Kal. Septemb. eiuſdem anni ad omnia capita quæ damnata fuerant reſpondet: Rectorem verò

qui

qui tunc erat, accuſat conniuentiæ, quaſi cum Bedda & alijs conſenſiſſet
in eiuſmodi condemnationem: quâ de re ſic ille. Proferat aliquis vnam « 1527.
ſententiam malè Chriſtianam, ex omnibus libris meis, primus eam iu- «
gulabo. Theologi quidam aliquot loca damnarant priuatis duntaxat «
Iudicijs; ſed ea omnia fuerunt eius generis: vt aut non intellexerint, «
quod à me fuerat ſcriptum, aut attulerint inſignem calumniam. Non- «
nullas Euangelicas ſententias ex Paraphraſibus velut à me dictas im- «
probarunt. Quot mendacia demonſtraui in libro Beddæ, quot calum- «
nias, quot delirationes? Perfricant faciem, & perinde quaſi nihil reſpon- «
ſum ſit, pergunt facere quod faciunt. Fauſticias, Elegias & Poggij fa- «
cetias in omnem linguam verſas, atque adeo Priapeias obſcœnitates per «
iſtos licet prælegere pueris. Colloquia mea, linguæ puerorum expolien- «
dæ paratum opus, & Encomium matrimonij, Thema fictum, & in exem- «
plum Declamatoriæ Scholæ tractatum ferre non poſſunt, nec vllam gra- «
uem cauſam afferunt cur id faciant. Ad autoritatis ac turbæ præſidia «
confugitur. Prætexitur Sacratiſſima Facultas, & alma Vniuerſitas: quaſi «
neſciamus quibus technis ſoleant interdum eiuſmodi Senatuſconſulta «
condi. Plus vbique valet quorundam improbitas quàm cæterorum in- «
tegritas. Dux aliquis & Choragus talium fabularum habet ſibi Iuratos «
aliquot; horum quiſque trahit, quoſcunque poteſt, prece, pretio, pu- «
dore, vi. Et huic Gregi forte contigit Rector, qualem optat: quæritur «
tempus idoneum: curatur vt adſint, quos vel aſſenſuros, vel certè ceſ- «
ſuros putant, excluſis his quorum Iudicia ſciunt honeſto ſeruire potius «
quàm huius aut illius prauæ cupiditati. Ita fit Edictum ipſis bonum atque «
commodum. Reliqua tranſiguntur per iuratos amicos & Rectorem aſci- «
titium. Euge ſic vincit pietas: ſic triumphat Eccleſia Catholica. Quin & «
Principum ac Pontificum autoritate ad opprimendas hæreſes datâ abu- «
tuntur ad vltionem priuati doloris, & ad obruendas litteras, quaſcunque «
ipſi non didicerunt: idque præter Monarcharum ac Pontificum mentem «
votumque: quibus hoc propoſitum eſt, vt qui legitimè conuicti ſunt im- «
pietatis, Chriſtianâ lenitate ſanentur, ſi modò ſanabiles ſunt, nec mihi «
tentatis omnibus veniatur ad extremum ſupplicium, maximè cum hoc
fatale malum tam latè ſe ſparſerit.

Eadem de re ſcribit ad Alfonſum Valdeſium 12. Kalend. April. an. 1529.
Quidam Lutetiæ emiſit Epiſtolam ἀνώνυμον in mei patrocinium. Ea
res excitauit Beddam ſimpliciter furioſum, vt in me bilem ſuam rurſus «
euomeret. Itidem apud vos Epiſtola neſcio cuius excitauit Pſeudo-Mo- «
nachos qui Pantalabum Oratorculum ſubornarunt. Nihil vnquam erat «
mihi Tragediæ futurum cum Theologis Pariſienſibus, ni Berguini cuiuſ- «
dam vehementer, ſed imprudenter amantis ſtudium, illos in me prouocaſ- «
ſet ſuo pariter ac meo malo. Ducitur fortiſſimis conſilijs, ſed infeliciſſi- «
mis. De Colloquijs damnatis, Scholaſticus erat ludus. Colinæus quidam «
excuderat, vt aiunt, ad viginti quatuor millia Colloquiorum in modum «
Enchiridij, ſed eleganter. Id fecerat non ſtudio mei, ſed amore Quæſtus; «
Quid multis? Nihil erat in manibus præter Colloquia. Præceſſerat neſ- «
cio quis rumor, fortè à Typographo ſtudioſè ſparſus, fore vt hoc opus «
interdiceretur. Ea res acuit Emptorum auiditatem. Itaque Bedda forte «
Rectorem nactus ſuæ farinæ, & adhibitis aliquot Coniuratis, curauit hoc «
Edictum quod propriè pertinet ad ſolemnes Collegiorum Lectiones, per «
quas itur ad Gradus Scholaſticos. Nam quod in omnibus Collegijs iam «
traditur Grammatica, Quæſtus cauſa factum eſt, ſed magno ſtudiorum «
detrimento. Huiuſmodi technis ludunt frequenter. Edictum tamen nul- «
lam facit hæreſeos mentionem. «

Porro quanquam hîc nomen authoris Epiſtolæ ſupprimit, cuius occa- De Berguino.
ſione Beddam excitatum aduerſus ſe fuiſſe dicit, credibile eſt tamen eum
loqui de Ludouico illo Berguino, de quo diximus ad an. 1525. quique hoc-
ce tempore à Monachis & Theologis atque ab Vniuerſitate trahebatur
in ius, quòd multos famoſos libellos edidiſſet & parum ſanæ doctrinæ,

ſpem ſemper concipiens ampliſſimæ victoriæ. Quâ de re ſic Eraſmus Epi-
1527. ſtolâ ad illum data hoc anno Baſileæ. De vertendo facile reſponderint minore noxâ libros meos legi à doctis quàm ab Idiotis. Et haud ſcio an alia quæpiam obijciant tibi. Applaudo iſti tuæ de victoria fiduciæ; ſed illud male me habet, quod toties das nobis verba. Pontifex reuixit, habet ſuos Cardinales & potentes & addictos. Dominicani & Franciſcani paſſim incipiunt rem ſtrenuè gerere, & audio Iudicibus qui in te pronunciarunt, reſtitutum ius, &c. Quo fructu ſim Theologis reſponſurus neſcio qui mea non legunt. Et prorſus Beddaici quidam animis gladiatorijs ad me affectant viam. In Principibus quid ſpei ſit neſcio, qui ſi maximè fauerent, obruerentur ab improbiſſimis phalangibus. Si tantum poſſet mea Reſponſio, vt nemo poſthac crederet iudicio Theologorum, iam tot mendacia, tot manifeſtas calumnias, tot indoctas deliberationes Beddæ impegi in os, cuius librum vtrumque approbaſſe dicitur ſacratiſſima Facultas. Malim Facultatem ſic temperare Iudicia ſua, vt omnes illis credant, potius, quam efficere ne quis illis credat, etiamſi id poſſem.

Et alia Epiſtola ibidem eodem anno, 16. Kal. Ian. datâ eum vehementer reprehendit, quod ſe Lutetiæ oneraret inuidiâ, non ſatis prudenter: multaque ad hanc hiſtoriam pertinentia inſerit. Equidem te, mi Berguine, non poſſum ſic amantem non redamare: ſed tuus iſte amor, vtrumque excuſes, me non ferenda grauat inuidia, oſtentas litteras meas, quibus tecum in aurem ῥητὰ καὶ ἄρρητα communico. Prædicas me non fore mutum. Iſtis irritamentis, mihi crede, non erat opus, ſuapte ſponte plus ſatis accenſis. Animi tui fiduciam amarem, niſi viderem tam infelicem. Hactenus omnia tua ceſſerunt in diuerſum. Ediſti victoriam, me diſſuadente; vide vt ceſſerit. Verſiculis illis tuis, quam exiſtimabas vnicam eſſe viam placandæ inuidiæ, quæſo quid profectum eſt? Vnicus Epiſcopus cœpit meliuſculè de me ſentire. Quid actum Epiſtola? quid exhibitis 12. Propoſitionibus. Iſta nihil aliud ſunt quàm irritamenta Crabronum. Habes ad omnia bonas ac fortes rationes, ſed vtrique noſtrum parum proſperas. Maluiſti victoriam ſpecioſam quàm celerem. Faueo tuæ fiduciæ: ſed aut iſta te fallet, aut me fallet augurium. Satis odoror ex amicorum litteris Beddaicos aliquid atrox moliri.

Die 23. Iunij electus eſt in Rectorem M. Bertinus Myſſ. Primarius Collegij Beluacenſis Nat. Gallic. quo Rectore, Facultas Artium decreuit aduerſus M. Wlcanum Thyuet Quæſtorem ærarij publici qui Viros Rectorios Rectoratu defunctos perpetuis litibus vexabat, vt eos cogeret reddere Burſas à 20. Incorporandis receptas. Hac de re ſic legitur in Reg. Nat. Ger.

Die Septemb. 5. florentiſſima Artium Facultas apud S. Iulianum Pauperem 2. ſuper art. conuocatur. Prior concernebat quendam proceſſum quem ingratus Quæſtor Vniuerſitatis mouebat contra DD. Nicolaum Gombault, M. Oliuerium de Moſcoſo & varios alios qui tempeſtate ea quâ Rectorali functi ſunt munere, pecuniam ſolitam à 20. Iuratis leuarunt pro applicatione eiuſdem ad Burſam Vniuerſitatis. 2. Fuit tritus & communis. Quantum fuit prioris art. omnes Nationes in hoc conuenerunt quod ingratiſſimus Quæſtor obſtringeretur ad reintegrationem nominum Iuratorum quæ deleuit de Rotulo ſiue Regiſtro librorum Rectoralium conformiter ad concluſionem Vniuerſitatis ſuper hoc datam: Voluitque Facultas proceſſum ſuo nomine agitandum. Electuſque eſt ad onus illud D. Dolet Procurator Fiſcalis, cui iniunctum eſt vt eundem Quæſtorem de crimine falſi proſequeretur, qui etiam habet reſeruare pecunias quas obtulerunt DD. Nicolaus Gombault & Oliuerius de Moſcoſo & aliorum ſimiliter ad finem litis. Demum voluit Facultas vt ſinguli Rectores ſeruarent totam pecuniam quam habent à Iuratis ad calcem ſuorum Magiſtratuum, qui poſt terminum haberent illam reddere D. Dolet Procuratori Fiſcali. Et ita concluſum fuit.

Die 10. Octob. creatus Rector M. Petrus de Foſſis Picardus, cui cura

incubuit potiſſimùm procurare libertatem captiuorum & exemptionem à Decimarum perſolutione. Itaque 4. Kal. Nouemb. Deputati adierunt Cancellarium Franciæ, & 4. idus eiuſdem menſis retulerunt reſponſum; eaque die Decretum vt ad ſummum Pontificem mitterentur litteræ ad impetrandam exemptionem à penſitatione Decimarum. 1528.

In iiſdem Comitijs, vt legitur in Actis Germ. Nat. *Conqueſti ſunt duo Regentes per D. Rectorem, alter Collegij Bellonacenſis, alter Collegij Bonorum puerorum, qui ab Officiali R. Epiſcopi Pariſ. in ius vocati petierunt ſibi dari adiunctionem vt reſeruarentur ſuo Iudici, nempe D. Rectori. Voluit Academia tota eis dari, at Officialem tanquam in Matrem ſuam iniquum atque priuilegia opprimere conantem reputauit.*

Die 16. Decemb. electus eſt in Rectorem M. Natalis Bleyre Picardus à duobus Intrantibus, & à 2. alijs M. Renatus de Campis Gallus. Die 30. Decemb. Nationi Germanicæ placuit è tribus Tribubus ſeu Prouincijs duas tantùm conſtituere, Procuratore M. Roberto Fergushil Scoto: nam antiquitus tres erant, vna Superiorum; altera Inferiorum, ſeu Altorum & Baſſorum Germanorum, tertia Scotorum. At verò vt legitur in Actis ipſius Nationis, *placuit antiquum illud ſtatutum de 3. Prouincijs ob quotidianas diſcordias & contentiones ex Trinitate Prouinciarum prouenientes & ob vnitatem & concordiam perpetuò ſeruandam, nec non ob multas alias cauſas illic allatas duas conſtituere Prouincias, ſcilicet Germanorum & Britannorum: ſub Britannis complecterentur Angli, Scoti, Hiberni, Orcadenſes & omnes Inſulani Nationis, ſub Germanis autem omnes alij Nationis Baſſi & ſuperi.* Quæ Concluſio confirmata eſt 4. Non. Ian.

Die 12. Martij habitis Comitijs Generalibus duo proponuntur capita deliberationis. Primum ad conſeruationem Iurium Curiæ Conſeruatoriæ pertinens, contra Bullas & Scedulas triuijs affixas quibus ad lucrandas in Noſocomio Pariſienſi Indulgentias proponebatur Confeſſoribus poteſtas abſoluendi pœnitentes à Sententijs Excommunicationis tam à Iure quàm ab homine latis. Et id negotij remiſſum ad Conſilium. Alterum de adjunctione concedenda Doctoribus Cadomenſibus contra Prælatos Normanos, Graduatis Beneficia conferre detrectantes. Et conceſſa eo modo qui conſilio videretur expedire.

Anno 1529. die 24. April. habitis apud Math. Comitijs Generalibus ad reformationem ſeu correctionem ſchedularum quæ *ſolebant affigi pro Indulgentijs Domus Dei Pariſ.* quod negotium remiſſum eſt ad Theologos, vt legitur in Actis Facultatis Medic. decretum eſt fieri Supplicationes ſolemnes pro fidei Catholicæ incolumitate, non ſine tamen diſcordia. Nam quibuſdam placebat fieri priuatas in Collegijs, alijs verò publicas; & pro publicis concluſit Rector. Acta Medicinæ ſic habent. *Super Supplicationibus pro fide Catholica faciendis viſum eſt conſultiſſimæ Decretorum Facultati atque ſaluberrimæ Facultati Medicinæ preces debere fieri in Collegijs & Domibus priuatis abſque vniuerſali proceſſione; ſed ſacratiſſimæ Theol. Facultas cum præclariſſima Artium Facultate cenſuit celebrandam eſſe proceſſionem die Martis proxima ad ædem Auguſtinenſium.* Et pro eis ab æqualitate concluſit Rector. 1529.

Acta verò Germ. Nat. ſic habent. *Conſultatione factâ concluſit digniſſimus D. Rector* à Pluralitatis Parte, *ſcilicet ſacratiſſimæ Theologiæ Facultatis & Artium ituram proceſſionaliter ad D. Auguſtini Cœnobium Pariſ. Vniuerſitatem.* Et ita concluſum eſt. Sig. CLAVD. POLLATIVS, cum ſyng.

Die 11. Maij Germanorum Natio abrogatâ nouâ lege de duabus Prouincijs, antiquam in vſum reduxit, treſque voluit eſſe, ita ſcribente M. Roberto Wauchop Decano Nationis. *Retulit M. Robertus Wauchop Decanus Nationis qualiter pluries congregauerat Deputatos in vnum & quod eorum Sententia & Decretum fuerit ſub hac forma, quod Natio reſcinderetur & partiretur in 3. Prouincias, videlicet in 1. Altos collocando; in 2. Scotos, & in 3. Baſſos & Anglos; & quod hoc pacto Baſſi* (qui priuati fuerant propter inſolentias) *reciperentur omnes in vnionem Nationis: retulit etiam qualiter Scoti Deputati aliàs nullo modo voluerunt conſentire abrogationi Statuti de 2. prouin-*

1529. *cijs, ſed decreuerunt in eo ſtandum fore*, 16. Maij Concluſio prædicta confirmata eſt de tribus Prouincijs, & ſecundùm illam electus eſt M. Georgius Buchananus Scotus Nationis Procurator, die 3. Iunij. Ille autem ſcribit ad diem 19. Iunij diem ſupplicationis Academicæ ſeu Rectoriæ mutatum propterea quod mandante Rege, Epiſcopus Pariſienſis publicam & communem facturus erat, decretum ergo *vt Rectoria in diem Lunæ differretur, proteſtatione facta ne id in fraudem priuilegiorum Vniuerſitatis fieret.*

Die 23. Iunij creatus eſt Rector M. Hilarius Corteſius: quo Rectore in Comitijs Generalibus apud Mathur. die 23. Aug. habitis, M. Robertus Dugaſt Decanus Facultatis Decretorum & Primarius Collegij Coqueretici priuatus eſt Academicis priuilegijs, quod Pædagogum quendam non aditâ priùs Vniuerſitate Officialis Pariſ. carceribus detineri curaſſet. Sic habent ea de re Acta Germ. Nat. *Supplicuit Quidam præceptor Collegij Coqueretici Petrus Tillier nomine cuiuſdam Præceptoris eiuſdem Collegij qui iniuſtè in carceres Cenſoris Criminum coniectus erat. Item nomine cuiuſdam Pædagogi qui in carceribus Officialis Pariſ. detinebatur per virum inſigni crudelitate & auaritia Primarium Collegij Coqueretici ob panem vnius aſſis ab eo comeſtum*; & vtriuſque Epiſtolas ſuper ea re protulit Natio; ex conſenſu etiam totius Facultatis præfecit virum grauiſſimum M. Martinum Doletium, qui incarceratos repeteret; Primarium verò priuauit Priuilegijs Vniuerſitatis, quod contra ſtatutum feciſſet, quod prohibet quempiam Vniuerſitati ſubiectum vocari in ius ante alium Iudicem, priuſquam vocetur ante Rectorem. Et tota Facultas eundem Refractarium iudicauit, iuſſitque Reformatores adire Collegium Coquereticum & pro Magiſtratu agere & tumultus componere.

Die 26. eadem Facultate Artium congregata ſupplicauit M. Philippus Roguet Regens cogi prædictum Dugaſt, qui in *Actis auariſſima harpya* dicitur, reddere ſupellectilem quam detinebat: ob idque eum in ius apud Facultatem vocauit, ſed ille tum non comparauit.

Die 1. Septemb. M. Wldequinus Thyuet exoſum ſe cernens Facultati Artium propter vexatos à ſe Rectores eiurauit munus Quæſtorium in gratiam M. Yuonis Godeſcar Primarij Collegij Theſaurariorum. Et idem Godeſcar paulo poſt, nempe 27. Nouemb. idem munus ſuum eidem Wldequino reſignauit, vt habet Reg Med. vt Reg. Nat. Gall. reſignationem notat factam in fauorem D. Dinet.

Nota de æqualitate Nationum cum Facultatibus.

Die 11. Octob. Corteſio Rectori ſuffectus eſt M. Ioannes Præpoſitus. Præpoſito M. Petrus Auril Regens in Colleg. Lexouæo, die 16. Decemb. iſque Medicæ rei peritiſſimus. Et eo Rectore porrecti ſunt à Primarijs Collegiorum nonnulli art. ad reformationem pertinentes. Placuit itaque libellum ſupplicem offerri Curiæ, illamque rogari vti Reformationem autoritate ſuâ fieri iuberet. Curia verò Senatuſconſ. die 23. Dec. interdixit Primarijs ne ſuos more priſco vagari ſinerent Regaliorum diebus. Alio verò facto 26. Ianuar. 1529. præcepit è ſingulis Facultatibus duos viros nominari qui Reformationis articulos porrectos examinarent, tale eſt.

Sur la Requeſte baillée à la Cour le 14. de ce mois par les Maiſtres, Principaux des Colleges de l'Vniuerſité de cette ville de Paris, ſouſcripts en ladite Requeſte, par laquelle narration faite de l'Arreſt donné par la Cour le 6. Mars 1524. ſur la forme & maniere qu'on deuoit tenir & garder en l'élection du Recteur & autres Officiers de ladite Vniuerſité, & neantmoins depuis ledit temps l'élection deſdits Recteur & Officiers auroit eſté faite par brigue, & auroient preſenté cinq articles qu'ils auroient dit eſtre tres-vtiles à ladite Vniuerſité, leſquels il plaira à la Cour ordonner y eſtre obſeruez. Et tout veu. LA COVR *a ordonné & ordonne que commandement ſera fait au Recteur de ladite Vniuerſité d'aſſembler icelle Vniuerſité dans huitaine & au iour aſſigné en ladite Aſſemblée, en la preſence de M. Nicole Brachet & Loüis Roüillart Conſeillers en icelle Cour, ſeront leuës leſdites Requeſte & cinq articles & ladite lecture faite ſeront tenuz chacune des quatre Facultez d'icelle Vniuerſité élire deux perſonnages, auſquels perſonnages ladite Vniuerſité baillera pouuoir & puiſſance de deliberer & bailler leur aduis, en*

la preſence des deſſuſdits Conſeillers, ſur leſdites Requeſte & cinq Articles & autres articles qui pourroient eſtre faits concernans l'honneur & vtilité d'icelle Vniuerſité, & feront leurs aduis redigez par eſcrit, & outre, a ladite Cour ordonné & ordonne que par leſdits Conſeillers ou l'vn deux ſera informée ſuper commodo vel incommodo, *deſdits articles & ſur leſdits faits contenuz en ladite Requeſte & autres qui ſeront baillez par eſcrit, pour leurſdits aduis & informations veües, eſtre pourueu ſur le contenu de ladite Requeſte, ainſi que de raiſon. Fait le 26. Ianuier 1529.* 1529.

Diſplicuit Artium Facultati Decretum eiuſmodi, tum quia nolebat ipſa ab alijs Facultatibus reformari; tum quia Ius ſuum imminui dolebat; iuxta quod è ſingulis Nationibus tot debebant nominari Cenſores quot ex ſingulis Facultatibus. Hac de re ſic habetur in Actis Facult. Med.

Die 21. eiuſdem menſis Feb. conuocata eſt Vniuerſitas ad ædem Math. ad audiendum tenorem Arreſti, *præſentibus 2. Conſulibus per Curiam Parlamenteam ad id Deputatis*, ſcilicet prudentiſſimis viris & vtriuſque Iuris peritiſſimis DD. Brachet & Roulliard. Quod quidem Arreſtum cauebat deputandos eſſe ex vnaquaque Facultate duos *qui haberent audire quoſdam Articulos porrectos à DD. Primarijs Collegiorum ad Senatum cum quadam ſupplicatione.* Quibus perlectis Facultas ingentiſſimas habuit gratias ſupremæ Curiæ, præfatis quoque DD. Conſulibus pro zelo & bono amore, quem habebant erga Vniuerſitatem. Simulque iuxta tenorem Arreſti deputauit hon. M. Petrum Roſée vnà cum Decano, ac in abſentia prædicti Roſée nominauit hon. Mag. noſtrum Michaëlem du Monceau.

Acta verò Nat. Gallicanæ ſic habent. Anno eodem die menſis Feb. conuocata fuit Artium Facultas aſtrictione Iuramenti in æde S. Iuliani Pauperis 2. ob cauſas. Prior erat de modo procedendi *in defendenda cauſa Facultatis Artium in Vniuerſitate coram DD. Conſiliarijs.* Poſterior tritus & communis. De Priore indoluit plurimum Facultas quod contra morem & priuilegia Facultatis Artium voluiſſet ſuprema Curia à ſingulis Facultatibus dari duos Deputatos ad Reformationem Facultatis Artium. Etenim ſunt 4 Facultates ſorores indiuiduæ, quarum ſi aliqua deliquerit, per æqualem corrigi non debet. Itaque prædicta Facultas nihil magis habuit in votis quàm vt corrigerentur ſui abuſus ſi qui fuerint, ſed per ſeipſam correctionem huiuſmodi fieri voluit, neque aliam Facultatem mittere falcem in meſſem alienam æquum cenſuit.

Censvit inſuper eligendum eſſe patronum peritiſſimum à Deputatis Nationum qui Patronus in Vniuerſitate coram Conſiliarijs cauſam Facultatum, libertates & priuilegia tueretur, idque potiſſimùm diceret Conſiliarijs quo pacto laudabiliter obſeruatum eſt à maioribus noſtris. *Idque requirere priuilegia Facultatis vt in omnibus agendis Vniuerſitatis ſingulæ Nationes duos darent Deputatos.*

Conſtat verò ex Actis Nationis Germ. Curiam admonitam de Iuribus ipſius Facultatis, libenter annuiſſe, vti ſingulæ Nationes duos Deputatos ſeligerent. Sic enim habetur: *13. Kalend. Martias*, acutiſſima Artium Facultas apud S. Iulianum conuocata extitit ſuper 3. art. 1. erat *ad audiendum reſponſum Senatus ad ſupplicationem per Facultatem Artium porrectam.* 2. erat de eligendis Deputatis qui haberent tueri iura Facultatis coram 2. Conſulibus miſſis à ſuprema Curia ad Vniuerſitatem pro definiendis articulis Primariorum & tumultibus ſedandis, *qui in electionibus* Officiariorum Vniuerſitatis vſu veniunt. 3. communis. Supplicauit autem M. Bernardinus Georgius actu Artium Regens, quatinus Facultas in re illa per ardua Iuriſperitorum conſilium audiret, & vt id commodius fieret, vnaquæque Natio aliquam partem pecuniarum ſuppeditaret. Quantum ad 2. priores Articulos, *auditâ* reſponſione *Curiæ, ſingulæ Nationes duos elegerunt Deputatos*; Noſtra M. Robertum Wauchop ſacrarum litterarum Baccalaureum formatum & M. Bernardinum Georgium Artium Regentem qui vnà cum alijs peruigili cura libertates & iura Facultatis defenderent. Quoad 3. annuerunt ſupplicationi D. Bernardini. Et ita per D. Rectorem concluſum fuit.

" Die 22. eiuſdem menſis habita ſunt Comitia Vniuerſitatis in quibus ſe-
1529. " lecti à ſingulis Nationibus ſuis Duo-viri præſentibus Senatoribus adſciſ-
" cuntur ad opus Reformationis. Qua de re ſic legitur in ijſdem Reg. præ-
" dictæ Nat. Germ.

" 8. Kal. Martias florentiſſima Pariſiorum Vniuerſitas apud Templum
" Mathurinorum 3. ſuper artic. conuocatur. *Primus Deputatorum electionem*
" *ad Primariorum articulos definiendos & medium inueniendum* quo præpedian-
" tur controuerſiæ & iniuriæ contingentes in Electionibus Rectoris & alio-
" rum Officiariorum Vniuerſitatis; & hoc iuxta Arreſtum Senatus & co-
" ram 2. Conſulibus N. ad id abs Senatu miſſis. Secundus occultationem
" libri Nominandorum ob id quod in conſultatione præcedenti non erat
" ſpecialis articulus. 3us. ſupplicationes & iniurias concernebat. Quantum
" ad 1. art. *expoſita cauſa quonam pacto læderetur Facultas Artium ſi iuxta de-*
" *terminationem ſupremæ Curiæ ex ſingulis Facultatibus tantum duo Deputati eli-*
" *gerentur coram duobus Conſiliarijs, placuit Conſulibus quod ex ſingulis Natio-*
" *nibus in Artium Facultate ſeligerentur duo qui cum alijs haberent* poteſtatem
" approbandi & reprobandi articulos Primariorum qui concernunt Vni-
" uerſitatem, & per ſe ſine Superiorum Facultatum Deputatis ea quæ pe-
" culiariter tangunt Artium Facultatem, porrecta tamen prius ſupplica-
" tione Curiæ, ne aliquid fieret contra eiuſdem Arreſtum. Et ſic ex ſingu-
" lis *Superioribus Facultatibus & Nationibus ſelecti ſunt duo Deputati*, ex no-
" ſtra Procurator & D. Bernardinus ad omnia pro commodo & honore
" Vniuerſitatis peragenda. Quoad 2um. omnibus placuit quòd clauderetur
" liber Nominandorum conformiter ad præcedentem Congregationem
" ſine aliquo præiudicio quarumcumque cauſarum. Et ita per D. Recto-
" rem concluſum fuit. Procurator Nat. Ger. tum erat M. Ioannes Dou-
" glas, cui ſuffectus eſt M. Stephanus Chalton Anglus Couentrenſis.

Hinc accidiſſe videtur, vt nonnulli Procuratores Acta publica conſi-gnantes, Nationum Iura cautius poſtea conſcripſerint: nam cum eis obijceretur Vnitas Facultatis Artium, adeo vt quatuor omnino Facultates eſſent in Vniuerſitate, ita fatebantur vnam eſſe Facultatem Artium, vt tamen non vna ſuffragium vnum ferret, ſed quatuor ipſius Nationes, ſuumque ſingulæ locum ad deliberandum occuparent. Sic Petrus Torgatius Nat. Gall. Procurator ad 22. Decemb. 1530. *Vniuerſitate per Facultates diuiſa & Facultate Artium per Nationes tandem decreuit Gallorum Natio vt ſic.*

Et ad diem 12 Ian. *Partita Vniuerſitate per Facultates vt moris eſt, & Facultate Artium per Nationes, tandem Natio. Gall. dictam permutationem legitimè poſſe admitti ſtatuit.* Idem ad diem 20. eiuſdem menſis. Et ad diem 23. Decemb. an. 1534. *Vniuerſitate per Facultates diuiſa, & Artium Facultate per Nationes, tandem Gallorum Natio cenſuit*, &c.

An verò in ſupradictis Comitijs 22. Feb. 1529. aliquid turbarum interceſſerit, aut quid aliud, non comperi: ſed in Actis Curiæ legitur Procuratorem Generalem queſtum fuiſſe de Rectore & alijs quibuſdam, atque in eos decretum fuiſſe vt ſequitur 8. Martij.

Veu par la Cour les Charges & Informations faites à la Requeſte du Procureur General du Roy, à l'encontre de M. Pierre Auril Recteur de l'Vniuerſité de Paris, M. Mathurin Deſpenſier, Gabriel Pineau, Euſtache de Licques vn ſurnommé Picquet, vn appellé M. Bernardin, Iean Colier & leurs Complices, les Concluſions du Procureur General. La Covr *a ordonné & ordonne que ledit M. Pierre Auril Recteur ſera arreſté par cette ville de Paris & defenſes à luy faites de n'en partir: quant aux autres deſſuſdits, ordonne qu'ils ſeront pris au corps quelque part que apprehendez pourront eſtre hors lieu ſaint, & amenez priſonniers en la Conciergerie du Palais, pour eſter adroit. Et ſera ledit Recteur interrogé ſur leſdites Charges par M. Nicole Brachet & Iean Ruzé Conſeillers. Fait le 8. Mars 1529.*

Die 10. eiuſdem menſis in priuatis Comitijs Nationis Gall. ſuadente M. Martino Dolet eiuſdem Quæſtore, decretum eſt vnanimi omnium Pro-

uinciarum ſeu Tribuum conſenſu, ne deinceps 20. aurei ſingulis Quæſtoribus per annuas vices dari conſueti ex ærario Nationis, ijs penderentur. 1529.
Receptorem enim alijs contentum eſſe debere emolumentis quæ ex ſignatione litterarum obueniunt.

Eodem anno Ludouicus Berguinus, de quo ſupra diximus, exuſtus eſt in Grauia. Cuius ſupplicij cauſam & rationem fuſiſſimè exponit Eraſmus Epiſtola ad Carolum Vtenſiouium, datâ apud Friburgum Briſgoæ Calendis Iulijs an. 1527. Ludouicus Berguinus proximis ipſius ad me litteris promiſerat aliàs ad te ſcripturum. Eas litteras ne fruſtra exſpectes: nam 10. Kal. Maias vitam morte commutauit, exuſtus Lutetiæ in Grauia. De cauſa nihil certi hactenus cognoſcere potui. Tantum audiui Iudicibus 12. delegatam pronunciandi autoritatem. Quum inſtaret dies, hominem fuiſſe traditum carceri. Hoc parum felix augurium. Pronunciatum eſt, vt exuſtis libellis & abiuratis articulis, lingua illi ferro perfoderetur, mox perpetuo carceri dederetur. Is auditâ præter exſpectationem atroci ſententia, Regem appellauit & Pontificem. Iudices indignè ferentes appellandi verbum: Si non recipis, *inquiunt*, hanc ſententiam, efficiemus ne poſthac quoquam appelles; & poſtridie pronunciarunt illum flammis tradendum. Aiunt primum articulum fuiſſe, quod ſcripſiſſet in rem eſſe pietatis, vt ſacri libri in linguam vulgarem tranſlati legerentur à populo; id quod Senatus fieri vetuerat. Adhibiti ſunt ſatellites ſexcenti armati, qui cohiberent ſi quid oriretur tumultûs. Hæc qui retulit, præterea nihil certi potuit afferre, niſi quod aiebat Guillelmum Budæum, vnum, opinor, è Iudicum numero, triduò priuſquam damnaretur, priuatim egiſſe cum Berguino, vt ab inſanis, vt aiebat, erroribus reſipiſceret. Verùm hæc audiui tantùm, & quidem ab eo qui multa narrabat audita.

Montius noſter, cuius religioſam noſti fidem, nihil aliud auſus eſt ſcribere, niſi quod oculis ſuis cominus vidit. Aderat enim valde vicinus, cum curru veheretur ad ſupplicij locum. Nec vultu, nec vllo corporis geſtu dedit vllum animi perturbati ſpecimen. Dixiſſes illum in Muſæo de ſtudijs, aut in templo de rebus cœleſtibus cogitare. Ne tum quidem cum carnifex truculentâ voce crimen ac ſupplicium pronunciaret, quicquam de vultus conſtantiâ mutare viſus eſt. Iuſſus de curru deſcendere, nihil cōtatus deſcendit alacriter. Nec erat tale quicquam in eo vel audaciæ vel ferociæ, quale in maleficis nonnunquam gignit immanitas. Relucebat in eo mentis ſibi bene conſciæ tranquillitas. Ante mortem verba fecit ad populum, ſed vnde nemo quiſquam potuit aliquid percipere. Tantus erat Satellitum fremitus, quem datâ operâ putant excitatum fuiſſe. Cum ad palum præforaretur, nullus è turba acclamauit nomen Ieſu, quod parricidis etiam ac ſacrilegis acclamari ſolet. Sic omnium animos in illum excitarant, qui nuſquam non adſunt & nihil non poſſunt apud ſimplices & imperitos. Eat nunc qui volet, & Phormiones iſtos laceſſito. Aderat illi Franciſcanus quidam quem adijt Montius rem expiſcaturus num vel moriens agnouiſſet errorem; is aiebat agnouiſſe, aſſeuerans ſe nihil omnino dubitare quin anima illius tranſierit in quietem. At ego Franciſcani dictis nihil habeo fidei, præſertim cum hoc ſit iſtis ſolemne poſt extinctum hominem ſpargere rumores, quod in incendio cecinerit palinodiam quò ſimul & vindicatæ Religionis laudem auferant, & multitudinis inuidiam; calumniæque ſuſpicionem effugiant. Nam cùm Bruxellæ primitias immolaſſent exuſtis duobus Monachis Auguſtinenſibus, tertio in carcerem reducto & clam interfecto, cum mirâ conſtantiâ mortem oppetiſſent; quæ res Iudicibus grauem mouebat inuidiam, ſparſerunt ridiculam fabulam, vnum ex illis apparuiſſe cuidam Auguſtinenſi qui nunciaret animas illorum eſſe incolumes, quòd in extremis reſipuiſſent, videlicet iam in ipſo incendio: idque factum precibus Virginis Matris. Nam & pridie Viſitationis exuſti ſunt, & Nicolaus Carmelita magno ſtudio ſacrificium hoc procurarat. Rogatus Carnifex & quam pœnitentiæ vocem edidiſſent in rogo, negauit, ſe cum ducerentur ad palum, clarâ

voce teſtati ſunt ſe mori Chriſtianos & alligati palo admoto igni canere cœperunt Symbolum fidei, mox doxologiam, Te Deum laudamus, donec flamma vocem intercluderet. Habes Berguini conterranei tui fatum, cui mihi natus eſſe videtur. De Cauſa, quoniam mihi prorſus ignota eſt, non habeo quod pronunciem. Si non commeruit ſupplicium, doleo; ſi commeruit, bis doleo. Satius eſt enim innocentem mori, quàm nocentem. Illud non dubito, quin ſibi perſuaſerit eſſe pia quæ defendebat. Hinc illa vultûs tranquillitas. Verum vt ſcis, hominem de facie, nunquam noui. Ex his qui propiorem cum illo habuerunt conſuetudinem, diligenter ſciſcitatus ſum de ſingulis. Erant autem alioqui, quod ad cauſam attinet, Berguino parum æqui, qui aiebant illum annos natum plus minus 40. Berguinij Regionis Dominum, cenſu modico, fermè 600. quotannis Coronatorum, Laicum ac Cœlibem, ſed vitæ adeo puræ, vt ne rumuſculus quidem impudicitiæ ſit vnquam in illum exortus: mirè benignus in amicos & egenos: Conſtitutionum ac rituum Eccleſiaſticorum obſeruantiſſimus, putà præſcriptorum Iejuniorum, dierum ſacrorum, Ciborum, Miſſarum, Concionum: & ſi qua ſunt alia quæ cum pietatis fructu recepta ſunt. Alieniſſimus ab omni fuco, ingenio libero ac recto, quod iniuriam nec cuiquam facere vellet, neque à quoquam perpeti poſſet, duntaxat inſignem. Ab inſtituto Lutheri plurimùm abhorrebat. Quid multis? Negabant quicquam eſſe in vita quod non deceret Chriſtianam pietatem. Hoc aiebant in eo crimen eſſe grauiſſimum, quod ingenuè præ ſe ferebat odium in moroſos quoſdam Theologos ac Monachos non minus feroces, quàm ſtolidos. In hos palam debacchabatur, nec ſtomachum ſuum diſſimulare poterat. Fuerat illi pridem neſcio quid conflictatiunculæ cum Guillelmo Querno Theologo. Hinc ἀρχὴ τοῦ πολέμου. Mox ex libello quem, opinor, ediderat, decerptæ ſunt aliquot ſententiæ, quæ viderentur ad fidei negotium, ac perinde ad Theologorum cognitionem pertinere. Erant, quantum memini, huius fere generis: In Concionibus incongruè B. Virginem inuocari pro Spiritu ſancto, nec apte vocari fontem omnis gratiæ: & in Cantico Veſpertino, præter ſcripturarum conſuetudinem appellari ſpem & vitam noſtram, cùm hæc magis quadrent in Filium. Ob huiuſmodi nænias ductus eſt in carcerem, reus hæreſeos periclitatus eſt. At Iudices, vbi viderunt cauſam eſſe nullius momenti, abſoluerunt hominem. Qui detulerant, iactabant eum elapſum fauore Regis, ipſe prædicabat ſe iure victorem, & apparabat libellum triumphalem. In hoc articulo rerum mihi primùm cœpit innoteſcere. Scripſit ad me de cauſa ſua, deque Iudicio parum æquo quod Quercus & Bedda tuliſſent de quibuſdam ſcriptis meis. Ex Epiſtola viſus eſt mihi vir bonus; admonui tamen amanter ac liberè, ſi ſaperet, premeret ſuum encomium, ſineret crabrones, & ſuis ſe ſtudijs oblectaret. Deinde ne me inuolueret ſuæ cauſæ; quod vtrique noſtrûm foret incommodum. Ille vt habebat quiddam cum palmâ commune, aduerſus deterrentem tollebat animos. Eam cantionem ſemel atque iterùm occinui, ſed ſurdo, vaticinans illi futurum quicquid euenit poſtea; tametſi tam atrocem exitum non exſpectabam, magnum tamen omnino malum expectabam. Prorepſerunt interim libelli clam excuſi, quibus ex meis verbis interjecerat ſua quædam. Id vbi ſenſi, acrius expoſtulaui cum homine: quod nec prudenter ageret, ſibi pariter ac mihi verſiunculis eiuſmodi conflans grauem inuidiam, nullo fructu pietatis, nec ſatis amicè faceret, qui me plus ſatis grauatum pergeret magis etiam aggrauare. Si iuuaret ipſum eiuſmodi conflictatiunculis exerceri, mihi nihil minus eſſe cordi. Proinde ſuam cauſam ſic ageret, ne me admiſceret. Ille ſui ſimilis reſpondit me totâ errare viâ, cum diceret non aliâ ratione magis conflatam inuidiam poſſe opprimi, quàm ſi vulgus mea legeret. Tum enim deprehenſum iri Monachorum quorundam improbiſſimam vanitatem, qui ſuis Sycophantijs, fucis, ſuſurris, & malis artibus plurimorum animos in me concitaſſent. Addebat exemplum Epiſcopi cuiuſdam viri non mali quidem, ſed illiterati quem iſti

1529. De ſupplicio Berguini.

iſti ſicinflammarant in me, vt ne nomen quidem Eraſmi ferre poſſit. Huic "
tradidiſſe ſe pacis querimoniam Gallicè loquentem. Ea delectatum Epiſ- " 1529.
copum cœpiſſe in nos amico eſſe animo, & illos delatores vehementer "
deteſtari. Interim Beddaici quidam collectis pluribus articulis, curarunt "
hominem rurſus pertrahendum in carcerem. Horum aliquot ad me mi- "
ſit ſimul cum Cenſuris Iudicum. Erant, ni fallor, Monachi 3. Prior Car- "
tuſianorum, Prior Cœleſtinorum, tertius neſcio quis. Reſponſionem ad "
illum remiſi, declarans quàm illic nihil videretur impium. Cum ſubin- "
de mitteret noua Capita, ad quædam reſpondi, quæ decerpſerat è meis "
libellis; ad ea quæ ex ſe propoſuerat, nunquam reſpondi. Quid multis? "
Monachi pronunciarunt in carcere ſententiam definitiuam, iamque ni- "
hil ſupererat, niſi vt exuſtis libellis ac peractâ palinodiâ reciperet præ- "
ſcriptam ſatisfactionem quæ nunquam non immitis eſt à Monachis; aut ſi "
id recuſaret, iret ad ignem. Ille vir fortis, ne in vno quidem illis ceſſit; "
ac perierat, niſi quidam è Senatu Cordatiores, perſpicientes rem cali- "
dis Monachorum ac Beddaicorum odijs geri, reſpondiſſent ſe totam cau- "
ſam à capite vſque ac calcem denuo velle cognoſcere, idque non ſine "
fremitu eorum qui pronunciarant. Hoc enim nihil aliud videbatur quàm "
illorum ſententiam reſcindere. Id fauore Regiæ matris procuratum au- "
tumant. Dum hæc aguntur, Rex commodùm reuerſus eſt ex Hiſpania. "
Is admonitus Berguinum ſuum inter Monachos ac Beddaicos pericli- "
tari, primùm per Caduceatorem, mox per litteras denunciauit Senatui "
ne quid temere paterentur fieri in ſuum Conſiliarium, ſe breui adfutu- "
rum, ac diligentius de toto negotio velle cognoſcere. Aliquanto pòſt "
exemptus è carcere ſeruatus eſt in aula ſatis commoda, nihilominus ſub "
cuſtodia. Tandem ſuæ libertati redditus eſt, quò poſſet facilius ſuæ cau- "
ſæ conſulere. Ibi dictu mirum quantum fiduciæ conceperit animo. Non "
enim ſolum promittebat ſibi abſolutionem; verumetiam victoriam, & "
quidem ſpecioſam. Aiebat victoriam eſſe in manibus, ſed malle ſeriùs "
aliquanto finiri cauſam quò magnificentius triumpharet. Iamque muta- "
tis vicibus ipſam Facultatem ſacratiſſimam Monachos & Beddaicos Reos "
peragebat impietatis. Nam quędã arcana deprehenderat in illorum Actis. "
Quò magis ſibi placebat, eò magis timebam homini. Proinde crebris "
Epiſtolis hortatus ſum, vt vel arte quapiam ſemet extricaret à cauſâ, "
puta curarent amici, vt prætextu Regiæ Legationis longius proficiſcere- "
tur: fortaſſis Theologos paſſuros vt cauſa tempore euaneſceret, nun- "
quam paſſuros vt impietatis crimen, quod illis objciebat, agnoſcerent. "
Etiam atque etiam cogitaret qualis Excetra eſſet Bedda, quotque capi- "
tibus efflaret venenum: Tum expenderet ſibi cum immortali aduerſariâ "
rem eſſe; Facultas enim non moritur: ſimul illud cogitaret, qui cum tri- "
bus Monachis belligeratur, illum cum multis phalangibus habere rem, "
non ſolum opulentis ac potentibus, verum etiam improbiſſimis, & in om- "
ni malarum Artium genere inſtructis. Illos non conquieturos, donec ei "
procuraſſent exitium, etiamſi cauſam haberet meliorem quàm habuit "
Chriſtus, neque plus ſatis fideret Regis præſidio. Principum enim fauo- "
res eſſe temporarios, ac delatorum Artibus facilè in diuerſum trahi illo- "
rum affectus. Poſtremò, vt nihil horum accidat, Magnos etiam Princi- "
pes vel delaſſari talium improbitate, vel metu nonnunquam cogi, vt ce- "
dant, præſertim cum Franciſcus Rex, ipſe quidem humaniſſimus parum "
ſecundis fortunæ flatibus vteretur: Non eſſe tutum quamuis imbecil- "
lem hoſtem contemnere, nedum tam multos ac tam potentes. Obteſta- "
tus ſum, vt ſi ſuam incolumitatem pro nihilo duceret, vir doctus ac bo- "
nus, certè ſe ſeruaret ſtudijs & amicis, quibus intolerabilem excitaret "
inuidiam, ſi quid ſecus quàm vellemus, accidiſſet. Quod ſi nihil horum "
moueret illius animum, certè ſuam cauſam ageret ſeorſum, me neque "
cum Monachorum agminibus, neque cum Theologica Facultate velle "
habere diſſidium, ſi modò liceat. Quæris quid profecerim. Tot modis "
deterrens, addidi animum. Interim veteris Comœdiæ licentia ferebatur "

in Monachos ac Theologos, præſertim in Syndicum Beddam, ac prope-
1529. modum περὶ τῆς νίκης ἐγκώμιον peragebat. Mox impetratum eſt à Rege vt
Beddæ libros in Fabrum ac me ſcriptos diſtrahi vetaret. Ad hæc Impe-
tratæ ſunt Regis ad Theologicam Facultatem litteræ, vt 12. articulos,
qui in Beddæ libris viderentur habere manifeſtam impietatem, atque
adeo blaſphemiam, aut damnarent omnium ſuffragijs aut ſacrarum Scri-
pturarum teſtimonijs comprobarent. Hæc cum illi pollicerentur certam
Victoriam, ego reſpondi nihil aliud eſſe quàm irritamenta hoſtium, qui
ſuâ ſponte plus ſatis inſanirent. Nam frigidum Regis edictũ obfuit etiam
Fabri meæque cauſæ. Eò ſiquidem factum eſt, vt liber clam diſtractus non
niſi in hoſtium manibus verſaretur; ac ne quid haberet detrimenti Typo-
graphus, in Germaniam & Angliam deportaretur. Ipſum autem vehe-
menter errare, ſi crederet talibus nugis aduerſarios opprimi poſſe. Nihil
profeci Monitor, niſi quod illi magis ac magis accreuit fiducia. Interea
prodijt Edictum Gymnaſiarchæ ne Magiſtri Collegiorum diſcipulis præ-
legerent mea Colloquia. Hîc ſibi pollicebatur futurum, vt tantâ con-
tumeliâ prouocatus cauſam operâ communi capeſſerem: ac ſubornauit
quendam qui me vehementibus litteris eodem prouocaret, victoriam
eſſe in manibus, nec defutura Magnatum auxilia. Nunc eſſe tempus vt
Theologis in poſterum omnis detraheretur autoritas. Ambobus reſpon-
di me demirari illorum animos, qui crederent me, relictis omnibus ne-
gotijs per omnem vitam velle cum Theologica Facultate contendere:
imò ſic potius animatum eſſe, vt citius paſſurus ſim meos libros præter
æquum ab illis damnari, quàm hac ætate, quæ flagitaret quietem, ſine fi-
ne belligerari. Et ſi meæ poteſtatis eſſet, malle efficere vt omnes pluri-
mum tribuerent, Theologorum autoritati, quàm vt nemo quicquam illis
crederet. Omnibus Epiſtolis inculcaui meum animum mihi nihil lætum
præſagere, vtrumque ſibi plauderet; animaduertere ſpes illi adeſſe mi-
re pertinaces, ſed miſerè timere, ne fallaciſſimas, fiduciam adeſſe ſtre-
nuam, ſed mendaciſſimam. Obteſtabar vt ſibi conſuleret, ſi ſibi charus
eſſet: profugeret potius aliquo, vel in Germaniam, vbi nulli faceſſitur
negotium ob huiuſmodi articulos, ne apud Orthodoxos quidem, niſi ſi
quis palam profiteatur, populumque commoueat. Addebant me iamdu-
dum pigere noſtræ amicitiæ quæ mihi plus mali conciliaſſet, quàm mul-
torum capitales inimicitiæ. Hæc toties occinens nihil profeci. Poſthæc
tamen rarius ac frigidius ad me ſcripſit, præſentiens, opinor, non omnia
præclaris iſtis ſpebus reſponſura. Equidem dolebam hominis fatum, quem
arbitror, ſi quid errauit, cauſam enim, vt dixi, non noui, perſuaſione
erraſſe, non malitia. Sed quid facias homini vltrò morti deuoto, & ſuo iu-
mento, vt aiunt, ſibi exitium accerſente? Impoſuit illi ſua fiducia, no-
men, ingenuitas; neque minus nocuerunt quorundam inepti tumultus,
qui ad quamuis occaſionem geſtiunt ac triumphant. Vt igitur his coër-
cendis profuerit mors Berguini, ita periculum eſt, ne Beddis ſua ſponte
plus ſatis inſanientibus nimium accedat animorum. Inter errores & hæ-
reſes varia ſunt diſcrimina; neque parum intereſt inter eum qui perſua-
ſione ſeductus eſt, & eum qui malicioſa pertinacia tuetur impium dogma.
Rurſus refert, ſimpliciter ne quis erret, an colligendâ factione turbet
publicam tranquillitatem. Ob quemlibet errorem exuri hominem no-
uum exemplum eſt, ac miror vnde petitum. Gallorum tamen Religio-
ſam mentem vehementer approbarem, ſi quantum nunc propendet ad
ſuperſtitionem, tantum valeret iudicio ſpirituali. Certè hactenus ſe præ-
ſtiterunt Romano Pontifici frugi mancipia, digni principibus optimis,
qui qualeſcunque contigerunt, bona fide ſeruiunt. Et tamen fortaſſis in
hanc partem peccare præſtat, quàm effrenem licentiam moliri, quam in
aliquot Germaniæ Ciuitatibus exoriri videmus, in quibus Pontifex eſt
Antichriſtus, Cardinales creaturæ Antichriſti, Epiſcopi laruæ, Sacerdo-
tes Porci, monaſteria Conuenticula Satanæ, Principes tyranni. Summa
rerum eſt penes plebem Euangelicam, ſed armatam & ad pugnandum,

quàm ad diſputandum inſtructiorem. Tantum habui, quod de Berguino ſcriberem, qui ſi deceſſit, cum bona conſcientia, quod admodum ſpero, quid eo felicius? Damnari, diſſecari, ſuſpendi, exuri, decollari pijs cum impijs ſunt communia; damnare diſſecare, in crucem agere, exurere, decollare, bonis Iudicibus cum piratis ac tyrannis communia ſunt. Varia ſunt hominum Iudicia. Ille felix, qui Iudice Deo abſoluitur. Bene vale. Datum apud Friburgum Briſgoæ. Calend. Iulijs an. 1529. — 1529.

COLLEGIVM REGIVM.

Hoc anno Franciſcus I. Collegium ſuum regiũ tandem erexit, & primos Profeſſores Græcæ Hebraicæque linguæ nominauit; in Græca Petrum Daneſium & Iacobum Tuſſanum. In Hebraica Vatablum, qui adeò Hebraicè docuiſſe dicitur, vt Hebræos ipſos ſuperare videretur. Eloquentiæ verò Latinæ nullum tunc Profeſſorem deſignauit, obſiſtentibus Academiæ Pariſ. Gymnaſiarchis qui ſua Collegia deſertum iri putabant, ſi alibi quàm in ſuis Claſſibus Rhetorica doceretur. Itaque hocce Regium Gymnaſium primò Bilingue tantùm factum; de quo ſic loquitur Eraſmus Ep. ad Profeſſores Collegij Buſleidiani trilinguis apud Louanienſes inſtituti. Videris quanta ſit vobis aduerſaria parata, quantumque certamen ex Collegio Bilingui, quod Galliarum Rex Franciſcus inſtituit Lutetiæ ſumma omnium exſpectatione. Qualiſcunque erit euentus quem & opto & ſpero fore feliciſſimum, vobis certè laus hæc manebit integra, quod Priores negotium pulcherrimum ſitis aggreſſi, ac cæteros ad æmulationem prouocaueritis. Accedit & illud ad gloriæ veſtræ cumulum, quòd inuidiæ primos impetus excepiſtis ac ſuſtinuiſtis, ſequuturiſque Prouinciam tradidiſtis non paulò faciliorem. Quin hoc quoque nomine veſtra virtus erit celebratior, quod aduerſus excetram non eſt patrocinata Regij nominis authoritas. Si illi in hoc antecellunt, quod ſingulis linguis bini profeſſores deſtinati ſunt, idque ſalario, vt fertur, vberiore, Hieronymo Buſleidio non poteſt imputari, qui quod habuit, in ſolidum iſti negocio dedicauit. Cæterum quod apud Gallos linguæ Latinæ nullus deſignatus eſt Profeſſor, id adeò non improbo, vt vobis imitandum cenſeam, ſimulatque eius linguæ Profeſſor ſuo commodo ceſſerit, idque ſalarium cæteris duobus accreſcat. Hæc eò ſcribo vt priſtinæ veſtræ diligentiæ aliquam adjungatis acceſſionem & Auditorum frequentiam profitendi dexteritate retineatis. Rebus nouis magis plerique capimur, & Gàlliam pacatam habere cœpimus. Quod ſi vos deſtituant Auditores, fiet, vt & ipſi frigidiores ad profitendum reddamini. Contra hæc vobis omni cura & induſtria connitendum eſt. Hactenus pulchrè ſe habent primi Actus fabulæ. Protaſim excitabit æmulatio Collegij Regij, veſtra vigilantia imponet plauſibilem cataſtrophen. Bene valete, Friburgi Briſgoiæ ipſis Calendis April. an. 1530. vide an. 1534.

Extant plurimæ eiuſdem Eraſmi ad Tuſſanum Epiſtolæ; & præſertim duæ datæ Friburgi an. 1531. in quibus de hac præclarâ Franciſci Inſtitutione, deque Tuſſani ad Cathedram Græcam promotione loquitur; in priori quidem videtur ſe excuſare apud illum, quod nonnihil ei nocuiſſet ſuis Epiſtolis ad Regios Proceres: ſic enim ait. Quod ſcribis de magnificâ conditione, vnde mea cauſa excideris, publicè aſperſus, non ſatis quid ſibi velit, intelligo. Nec enim arbitror vnicam eamque perbreuem Epiſtolam tantùm apud Regios Proceres habere ponderis, vt ob eam veneris in periculum, ne Græca Regio ſtipendio profitendi munus non conſequereris, præſertim cum Budæum haberes tuum; cuius ſuffragium in eo negotio vnum plus cæteris omnibus valebat. Sed hæc vtcumque habent, ſatius eſt miſſa facere. Magis libet tibi gratulari, mi Tuſſane; qui ad munus iſtud longè pulcherrimum ſis delectus, hoc eſt in ampliſſimum Theatrum productus, vnde iam non Gallis tantùm, ſed vniuerſo Orbi iſtius eruditionis minimè vulgaris ſpecimen edas. Nec dubito quin tu pro tua dexteritate vigilantiaque ſis iſtam fabulam ita ſaltaturus, vt & à ſtudioſorum Cenſuris omnibus plauſum auferas, & optimi Principis, qui præclari Inſtituti eſt author, dignitati ſatisfacias; alioqui cohortarer te

vt ampliſſimo muneri parem animum ſumeres, &c.

1529. Quod verò huicce Inſtitutioni obſtiterit Academia Pariſienſis ab initio, conſtat ex eiuſdem poſteriore Epiſtola data Friburgi 3. id. Martij, quâ Tuſſano conſilium dat, vt pacificè audiat quæcumque aduerſus ſe iactabuntur: ſic enim futurum, vt aduerſantium inuidia contabeſcat. Ego ſemper, *inquit*, læti ominis inſtar habui quod linguis ac bonis litteris apud nos ſuboleſcentibus tam odioſè tamquam coniuratis ſtudijs reclamatum eſt. A talibus enim initijs ſemper exortæ ſunt res præclaræ, diuque regnaturæ. Huius excetræ ſibila ſi non primus, certè cum primis apud noſtrates excepi; ab ea te quoque nonnihil afflatum fuiſſe vehementer, mi Tuſſane! doleo. Verum vt hæc inuidia paulatim ipſo temporis progreſſu mitiganda citiùs conſopiatur, partim in nobis ſitum eſt, videlicet vt comitate, ciuilitate & officio noſmet in beneuolentiam omnium inſinuemus. Louanij Collegium Buſleidianum vix ſubſtitit, tanta erat eorum conſpiratio qui ſibi perſuaſerant hanc ſtudiorum acceſſionem ſuis rationibus fore incommodam. Itaque Profeſſoribus dedi conſilium, ne verbum in alios diſciplinarum Profeſſores dicerent, ſed comitate morum diligentiaque profitendi ſimul & Iuuentutem allicerent & hoſtes irreconciliabiles vrerent; nam hoc vindictæ genere non eſſe aliud pulchrius aut efficacius. Paruerunt, & poſt aliquot menſes faſſi ſunt ſibi rerum experientia compertum, id conſilium fuiſſe fauſtum ac felix. Eo conſilio nec veſtra prudentia, nec veſtri mores egent: & alioqui non paulò leuius certamen vobis erit cum Lerna, partim quod apud vos melioris litteraturæ ſplendor iam maximâ ex parte glorioſæ inſcitiæ nebulas diſcuſſit; partim quod tantum principem habetis iſtius pulcherrimi negotij profeſſum authorem non minus humanum ac benignum quàm potentem, qui videtur hoc penitus habere perſpectum, quantum hac veræ gloriæ ſuis ornamentis, quantum vtilitatis vniuerſæ ditioni ſit acceſſurum. Louanienſe Collegium authorem habet Hieronymum Buſleidium virum ampliſſimâ fortunâ dignum, quæ non defuiſſet ſi viuere licuiſſet: ſed deceſſit & authoritate & re mediocri, adeo vt ſalaria vix alendis Profeſſoribus paria ſint. Illius tamen memoriæ nulla ſatis digna gratiâ rependi poteſt, qui quicquid erat facultatum, id vniuerſum ei negotio dedicauit. Quin & hoc cordatioris conſilij videtur quod iſthic duarum modò linguarum Profeſſoribus deſtinatum ſit ſtipendium, Græcæ & Hebraicæ, quandoquidem Latina iampridem ſic effloruit, vt peculiari Profeſſore non egeat. Iam illud regiæ benignitatis eſt; quod vtrique linguæ binos Profeſſores deſignauit, idque ſalario neutiquam exili, quo non tantùm commodè, verum etiam cum dignitate munus delegatum obire queant. Iſto nomine, mi Tuſſane! multo feliciorem iudico Galliam, quàm ſi tota Italiâ veſtræ ditioni fuiſſet adiuncta. Pulcherrimam Spartam ſortiti eſtis, nihil ſupereſt, niſi vt eam pro ſua quiſque facultate certatim exornetis.

Anno 1530. die vltima menſis Aprilis congregata eſt Facultas Artium
1530. ad eligendum nouum Procuratorem Fiſcalem per obitum M. Martini Dolet, cuius paulo ante fuerant exequiæ celebratæ; elegit autem M. Ægidium Parent, virum egregiè doctum, vt habent acta Nat. Germ.

Die 4. Maij cum M. Nicolaus Grinellus fuiſſet electus Nat. Gall. Procurator, M. Franciſcus Zampinus eidem inhians muneri interceſſit & ad Io. Morinum Balliuum Conſeruatorem priuilegiorum rem detulit: quod omnibus Ordinibus graue & moleſtum fuit, eique prouocationi refragata eſt totius Academiæ autoritas, & ad Rectorem eius cognitio reuocata.

Die 22. Maij habita ſunt Comitia apud Mathurin. in quibus poſtquam lectum eſt quoddam Philippi Regis priuilegium, deliberatum eſt contra Monachos San-Germano-Pratenſes Prati Academici portionem vſurpare conantes; qua de re ſic ſcribit Nat. Gall. Procurator Grinellus. *Collecta tota Vniuerſitas ſibi imprimis nonnullum ſtomachi tædium ſuboriri teſtata eſt, quod intelligeret Monachos S. Germani noſtræ poſſeſſioni Campi Clericorum derogare; igitur dum cogitarent nonnulli ea quæ aliquoties paruis orta ſunt prin-*

cipijs vaſtiſſimum ſæpenumero gignere incendium, fierique ſolere vt malum quod ab initio ceu leue negligebatur, paulatim auctum tandem erumpat in graue diſtrimen Reipub. vnaquæque Facultas Deputatos conſtituit. 1520.

Hiſce diebus lis in Curia verſabatur inter M. Iacobum Boucher Rationum Magiſtrum abdicati Scribatus Curiæ Conſeruatoriæ apud ſummum Pontificem compotem, ſeu vt vocant Reſignatarium, & M. Guill. Briçonnetum eiuſdem Officij ab Epiſcopo Meldenſi Conſeruatore poſſeſſionem nactum. Difficultas in eo ſtabat, vtra collatio, Romana an Conſeruatoria præualere deberet. Curia ampliauit, in cuius Actis legitur quod ſequitur, ad diem 26. Maij 1530.

LIS DE SCRIBATV CONSERVATORIA.

Extraict des Regiſtres de Parlement.

ENtre M. Iacques Boucher Conſeiller du Roy & M. Ordinaire de ſes Comptes, appellant des Gens tenans les Requeſtes du Palais d'vne part, & M. Guill. Briçonnet Eueſque de Meaux Conſeruateur des Priuileges Apoſtoliques de l'Vniuerſité de Paris, & M. Guill. Briçonnet Scribe de la Conſeruatoirie deſdits Priuileges, Intimez d'autre.

DE THOV pour l'Appellant dit, que feu M. Artus Salligot en ſon viuant a eſté Scribe de l'Vniuerſité de Paris, & premier Notaire de la Conſeruation d'icelle Vniuerſité, & aprés auoir ioüy long-temps de l'Office de Scribe, paſſé Procuration pour le reſigner à l'Appellant qui a eſté admiſe, *in manibus ſummi Pontificis*, auquel en appartient la Collation, ainſi qu'il apparoiſt par Arreſt donné *in indiuiduo*. Et à ce titre de reſignation *aut alio quouiſmodo*, eſt l'Appellant pourueu de l'Office de Scribe, leuës ſes Bulles qui depuis ſont preſentées au Recteur de l'Vniuerſité de Paris, eſt receu & inſtallé à l'Office de Scribe. Or par ce que Partie aduerſe a pretendu eſtre pourueu d'iceluy Office par l'Eueſque de Meaux, comme Conſeruateur de l'Vniuerſité s'efforce ioüir, forme l'Appellant contre luy complainte pardeuant le Preuoſt de Paris, ainſi qu'il eſt accouſtumé faire quand tel cas eſt aduenu & en a Arreſt; prennent les Parties delay pour apporter leurs titres. Apporte l'Appellant le ſien, ainſi fait Partie le ſien, par la mort de Salligot Et quand eſt queſtion de proceder ſur le fourniſſement de complainte, ſuſcite Partie l'Eueſque de Meaux qui ſe joint auec luy & fait renuoyer la Cauſe aux Requeſtes du Palais pardeuant les Gens tenans leſdites Requeſtes, perſiſte l'Appellant au fourniſſement de Complainte. Et combien que Partie n'euſt vn ſeul moyen pour inſiſter & qu'il n'en allegue vn ſeul, mais ſeulement allegue poſſeſſion contraire à celle de l'Appellant, toutefois les Gens tenans les Requeſtes appointent les Parties au principal contraire & a eſcrire par vn brief *intendit*, & ſur la recreance en droit & à eſcrire, par aduertiſſement & informer, combien que le fourniſſement de Complainte ſe deuſt vuider promptement, dont l'Appellant appelle, conclud à mal iugé, demande deſpens & que les qualitez ſoient corrigées.

CHOMEDEY pour les Intimez dit, que combien que la matiere qui s'offre, ſoit de ſon coſté ſi tres-claire, que par la ſeule lecture de l'appointement dont eſt appellé, ils puiſſent gagner leur cauſe ſur le champ, & qu'il penſe n'auoir iamais veu plaider en la Cour de ceans vne ſi friuole appellation, toutefois encore pour mieux faire apparoir du tort euident de Partie, préſuppoſe l'Erection & Creation de l'Vniuerſité de cette ville de Paris & les Priuileges à elle octroyez, tant par les Papes que par les Roys, entre leſquels appert & eſt tout notoire qu'aux Suppoſts de l'Vniuerſité a eſté donné vn Conſeruateur Apoſtolique pour connoître & decider des Cauſes des Suppoſts. Et ont les Suppoſts droit d'élire ledit Conſeruateur, en éliſant pour iceluy l'vn des Eueſques de Meaux, Beauuais & Senlis, en telle maniere que toutesfois & quantes que leur Conſeruateur eſt allé de vie à treſpas, auſdits Suppoſts appartient de élire pour nouuel Conſeruateur l'vn des trois Eueſques, & l'élection de

" l'vn d'iceux faite & confermée par le Recteur, le Conſeruateur éleu ad-
1530. " miniſtre & exerce l'Eſtat & Office de Conſeruateur, ſans ce qu'il luy
" ſoit beſoin d'auoir autre titre ne prouiſion. Tellement que le Pape n'a
" que voir ne que connoiſtre en l'Election dudit Conſeruateur. Entre au-
" tres droits à luy appartenans à cauſe dudit Office a droit de commettre
" ſous luy pour l'exercice de ſa Iuriſdiction, cinq Officiers, *à ſçauoir ſon Vi-*
" *cegerent, ſon Scribe qui eſt l'Eſtat dont de preſent eſt queſtion, ſon Promoteur, ſon*
" *Appariteur & vn Scribe des Commiſſions Appellatoires.* Leſquels cinq Eſtats,
" Commiſſions & Offices, ſi Offices *mereantur nominari*, ſont en la pleine
" diſpoſition du Conſeruateur, en telle maniere qu'à luy ſeul *priuatiuè*, au
" Pape & à tous autres appartient d'y pouruoir & non à autre. Et ſont les
" Eſtats ou Offices reuocables *ad nutum*, dudit Conſeruateur, tout ainſi
" qu'vn Iuge, Greffier, Procureur & autres Officiers d'vn haut Iuſticier
" autres que du Roy. Et de ce ledit Conſeruateur eſt en poſſeſſion, non pas
" ſeulement triennale, mais immemoriale, de laquelle ſur le champ, par
" Extraits faits deuëment *parte vocata*, il fera apparoir à ſuffiſance; car il a
" au poing extraits par leſquels appert que toutefois & quantes que vaca-
" tion eſt aduenuë dudit Office de Conſeruateur, leſdits cinq Officiers ont
" touſiours prins nouuel don ou nouuelle Commiſſion de leurſdits Eſtats
" dudit Conſeruateur éleu par l'Vniuerſité, s'il ne les a voulu reuoquer &
" en commettre d'autres en leur lieu. Et iuſques à ce qu'ils ayent eſté de
" nouuel par luy commis, n'ont iamais adminiſtré ne exercé leſdits Eſtats,
" ne ſemblablement n'ont iamais adminiſtré en iceux quand ils ont eſté re-
" uoquez par ledit nouuel Conſeruateur, en telle maniere que quand le cas
" s'eſt offert que ledit nouuel Conſeruateur a voulu receuoir de nouuel
" auſdits Eſtats en reuoquant les Anciens Commis par ſon Predeceſſeur,
" meſmement qu'il a voulu reuoquer ceux par luy meſme commis, & que
" leſdits Anciens y ont voulu bailler empeſchement, leſdits nouueaux pour
" ueuz par ledit Conſeruateur ont touſiours joüy, *adeo quod ita ſemper fuit*
" *obſeruatum.*

" Que ainſi ſoit, fera apparoir par leſdits Extraits qu'en l'an 1458. l'E-
" ueſque de Beauuais pour lors Conſeruateur à ſa nouuelle promotion du-
" dit Office, donna l'Eſtat de Scribe, qui eſt celuy dont de preſent eſt que-
" ſtion, à vn nommé Chambetin, qui exerça ledit Eſtat tout paiſiblement
" iuſques au decez dudit Eueſque de Beauuais qui fut l'an 1461. Et alors
" du Drac Eueſque de Meaux fut éleu Conſeruateur, qui ne voulant con-
" tinuer audit Eſtat ledit Chambetin, ains en le reuoquant y commit vn
" nommé Mazenguerbe, lequel auoit requis eſtre receu, *vt moris eſt.*
" Chambetin le cuide empeſcher par deux moyens, le 1. parce qu'il diſoit
" que ledit Eſtat de Scribe eſtoit perpetuel & qu'il n'auoit pû eſtre reuo-
" qué par ledit Conſeruateur nouuel; le 2 parce qu'il pretendoit auoir ti-
" tre du Pape dudit Eſtat; & auparauant le don fait audit Mazenguerbe,
" mais nonobſtant toutes ſes remonſtrances, ledit Mazenguerbe fut receu
" par l'Vniuerſité audit Eſtat reuocable *ad nutum*, dudit Conſeruateur; Et
" outre qu'il déplaiſt à l'Vniuerſité que ledit Chambetin pretend ledit
" Eſtat eſtre perpetuel, elle le declare reuocable à volonté, tellement que
" par le moyen dudit don & reception ledit Mazenguerbe ioüit touſiours
" iuſques à ſon decez, qui fut l'an 1485. par la mort, auquel auoit eſté pour-
" ueu par feu M. de Bar lors Eueſque de Beauuais & Conſeruateur, feu M.
" Michel Salligot pere de feu M. Artus Salligot dernier paiſible poſſeſſeur
" dudit Eſtat & beau-pere de Partie aduerſe, lequel M. Michel auoit joüy
" dudit Eſtat, iuſques à ce que de Villiers l'Iſle-Adam, Eueſque de Beau-
" uais auoit eſté éleu Conſeruateur en l'an 1500. qui deſlors en reuoquant
" ledit M. Michel Salligot auroit commis audit Eſtat de Scribe vn nommé
" M. Iean Bar, ce que ledit M. Michel Salligot voulut empeſcher, ſoy di-
" ſant eſtre continué *ad vitam*, par prouiſion Apoſtolique: toutefois ledit
" Salligot connoiſſant que ladite continuation & prouiſion Apoſtolique
" eſtoit nulle, s'en ſeroit deſiſté & y auroit renoncé pardeuant ledit Eueſ-

que de Beauuais, lequel à la Requeſte de ſes Parens & Amis, & auſſi "
moyennant certaine ſomme de deniers à luy baillée par ledit Salligot, au- " 1530.
roit baillé de nouuel ledit Eſtat de Scribe à Michel Salligot, & par ver- "
tu du nouuel don ledit M. Michel Salligot ſe ſeroit *ſecundario*, fait rece- "
uoir par l'Vniuerſité audit Eſtat de Scribe, comme il appert par extraits "
authentiques, lequel Salligot ioüiſt dudit Eſtat de Scribe, iuſques à ce "
qu'il l'auroit fait tomber en la perſonne de feu M. Artus Salligot ſon fils "
qui en auoit eſté pourueu l'an 1503. par l'Eueſque de Beauuais lors Con- "
ſeruateur: par le moyen de laquelle Prouiſion & non d'autre, ledit M. "
Artus Salligot auroit eſté pourueu en l'Vniuerſité & ioüy iuſques à ce "
que l'Eueſque de Meaux l'vn des Intimez auroit eſté éleu Conſeruateur "
en l'an 1521. par le decez de l'Eueſque de Beauuais. Au moyen de quoy "
voyant ledit M. Artus Salligot, que par la nouuelle promotion dudit "
Eueſque de Meaux à l'Eſtat de Conſeruateur, ſon Eſtat de Scribe eſtoit "
vacant, trouua moyen par amis d'auoir nouuel don dudit Eſtat de l'Eueſ- "
que de Meaux lors Conſeruateur, *& in vim* d'iceluy eſt de nouuel receu "
à l'Eſtat de Scribe, comme auſſi ſont les autres 4. Officiers dudit Con- "
ſeruateur reuocables à volonté, leſquels ledit Eueſque de Meaux auroit "
continuez en leurs Eſtats, ſans en vouloir deſtituer vn ſeul & iuſques à ce "
qu'ils fuſſent receuz par vertu de la Prouiſion dudit nouuel Conſerua- "
teur, n'auroient aucunement exercé leſdits Eſtats depuis la mort dudit "
Eueſque de Beauuais, & ceſſa l'exercice de la Iuriſdiction iuſques à ce "
qu'ils fuſſent receuz par vertu des nouuelles prouiſions dudit nouuel "
Conſeruateur, comme il eſt accouſtumé faire en toutes les autres vaca- "
tions des autres Conſeruateurs. "

3. Préſuppoſe que l'Eſtat de Scribe eſt vn eſtat profane, ſeculier & "
temporel, & qui a accouſtumé d'eſtre tenu & exercé par Gens laiz, com- "
me il eſt tout notoire, & ne pourroit Partie dire le contraire, attendu "
qu'il eſt pur Lay, marié & M. Arthus Salligot ſon Beau-pere dernier pai- "
ſible poſſeſſeur eſtoit non ſeulement pur Lay, *imò* bigame, *imò* M. Mi- "
chel ſon pere marié comme pluſieurs autres. "

4 Préſuppoſe que Partie eſt Officier du Roy, à ſçauoir M des Com- "
ptes Ordinaire, ainſi qu'il eſt notoire & en appert par la qualité par luy "
priſe en l'appointement dont eſt appellé auec l'ordonnance, par laquel- "
le il eſt prohibé à tous Officiers du Roy de n'auoir aucun autre Eſtat, ne "
Office, &c. *Et ſic*, préſuppoſé l'incompatibilité & incapacité de Parties. "

Ces choſes préſuppoſées dit que feu M. Arthus Salligot dernier pai- "
ſible poſſeſſeur dudit Eſtat & Beau-pere de Partie, ſeroit tombé malade "
au mois d'Aouſt dernier paſſé, & luy eſtant *in extremis*, paſſa quelque "
Procuration pour reſigner ledit Eſtat de Scribe au profit de Partie, ainſi "
qu'il veut dire, en enuoye Procuration en Cour de Rome pour admet- "
tre la reſignation à ſon profit, tout ainſi que ſi ç'euſt eſté vn Benefice, & "
auant que enuoyer ladite Procuration, marchande à quelque Banquier "
de luy faire faire la dépeſche *in Curia*, dedans certain temps conuenu en- "
tr'eux. Toutefois, *Mors præoccupauit illum diem*, en telle maniere que "
deux iours aprés qu'il auoit enuoyé de cette ville ladite Procuration, "
ledit Salligot va de vie à treſpas. Voyant Partie que ſon entrepriſe eſtoit "
faillie & qu'il n'y auoit remede d'auoir ce qu'il demandoit, combien que "
quand ladite dépeſche euſt eſté faite *durante vita*, du defunt, n'euſt valu "
comme il dira cy-aprés, & apert parce qu'il a dit, toutefois en commet- "
tant cas digne de reprehenſion & de perilleuſe conſequence recele la "
mort dudit defunct Salligot, fait feindre iceluy eſtre touſiours viuant "
ſans vouloir permettre que homme quel qu'il fuſt, entraſt en la chambre "
où eſtoit mort le défunt, horſmis ſa mere & quelques autres de ſes fami- "
liers qui eſtoient participans dudit recellement, & qui aidoient à joüer "
le myſtere pour feindre qu'il eſtoit mort Et en cet eſtat, gardent le corps "
mort trois ou quatre iours iuſques à ce que le jour dedans lequel le Ban- "
quier auoit promis que ladite dépeſche ſeroit faite *in Curia*, fuſt eſcheu "

" & aduenu ; auquel iour penſant que par tel recellement ils auroient tout
1530. " gaigné, publient la mort du defunct. Toutefois pour empeſcher que la
" viſitation ne fuſt faite du corps mort, ferment les portes de la maiſon,
" tiennent Gens en armes, comme Imprimeurs & autres, par leſquels le
" corps fut conduit iuſques au lieu de la Sepulture, comme les Intimez
" pretendent eſtre verifié *per examen*, à futur eſtant deuers la Cour, tant
" ſur la mort dudit Salligot & garde d'iceluy, que ſur les poſſeſſeurs & au-
" tres faits pertinens en cette matiere propoſez en Iugement par les Inti-
" mez, que l'Appellant & M. Denys Gron ſon Procureur n'ont voulu eſtre
" inſerez en l'Appointement dont eſt appellé, diſans que cela leur eſtoit
" ſcandaleux & que l'on deduiroit les faits par les Eſcritures. Or quelque
" recelement qu'ils ayent pû faire, toutefois *communis fama fert*, que ledit
" Salligot eſtoit decedé, comme la verité eſtoit, 4. iours auparauant ; tel-
" lement que pluſieurs enuoyerent auparauant ladite publication parde-
" uers l'Eueſque de Meaux Conſeruateur pour auoir ledit Eſtat, lequel il
" donne, & commet M. Guill. Briçonnet Seigneur de Glatigny, qui eſt
" l'autre Intimé, lequel repreſente ſes lettres à l'Vniuerſité pour eſtre re-
" ceu audit Eſtat, auquel il eſt receu *vna voce & cum gratiarum actione*, &
" joüit tout paiſiblemẽt cinq mois & iuſqu'à ce que Partie voulãt dire eſtre
" pourueu *in Curia*, par la reſignation dudit defunct, ſe ſeroit conſtitué
" demandeur & complaignant pour raiſon dudit Eſtat ou Office, parde-
" uant le Preuoſt de Paris, à l'encontre dudit M. Guill. Briçonnet qui
" s'oppoſe, enſemble ledit Eueſque de Meaux Conſeruateur, lequel par
" vertu de ſon *Committimus*, fait renuoyer la Cauſe pardeuant les Gens des
" Requeſtes. Et aprés qu'il eſt dit que la cauſe y demeurera, Partie perſi-
" ſte en ſa complainte, afin d'eſtre maintenuë, & cependant requiert four-
" niſſement, au contraire remonſtrent les Appellans que Partie doit eſtre
" debouté ſur le champ quant audit fourniſſement, mais auſſi audit Prin-
" cipal, à ſçauoir de par fin de non receuoir ; parce qu'en telles matieres
" d'Eſtats & Offices temporaires on n'eſt receuable y venir par complain-
" te, ainſi qu'il eſt tout notoire & qu'il a eſté iugé par infinis Arreſts: meſ-
" mes que ledit Eſtat ou Office n'eſt qu'vne ſimple Commiſſion reuocable
" *ad nutum & voluntatem Conſeruatoris*. Dauantage que outre la fin de non
" receuoir *conſtabat in promptu de euidenti nullitate*, du titre pretendu par
" Partie, qu'il diſoit eſtre pourueu par le Pape, par la reſignation dudit de-
" funct, combien que autres n'ayent eſté receus en ladite Vniuerſité, ne
" ioüy ne exercé ledit Eſtat iuſques à preſent que les Pourueus par les
" Conſeruateurs, auſquels ſeuls appartient d'y pouruoir, en alleguant
" quant à ce poſſeſſion, non ſeulement plus que triennale, mais immemo-
" riale pour non ſeulement debouter l'Appellant du fourniſſement, mais
" de ſa Complainte, deſquelles poſſeſſions les Intimez auoient la preuue
" prompte par Extraits authentiques qu'ils offrent exhiber & auſſi de ce ve-
" rifier par teſmoins, *&c.*
" Le Maistre pour l'Vniuerſité de Paris dit, qu'à ce matin le Recteur
" & Suppoſts de l'Vniuerſité luy ont enuoyé vne Concluſion ſignée & ſcel-
" lée ſur les tumultes & brigues qui ſe font dudit Office, ne peut-on auoir
" expedition des Actes de la Conſeruation. Car l'Appellant d'vn coſté
" veut ſigner, auſſi veut l'Intimé, y a grand deſordre, requiert que la
" Complainte ſoit fournie ou que l'Office ſoit ſequeſtré & y ait Commis à
" l'exercice du Greffe pendant ledit procez. La Covr ordonne que les
" Parties adiouſteront à leur Plaidoyé, & appointe les Parties au Conſeil,
" ſans contredits, & ſera le tout communiqué au Procureur General du
" Roy, qui baillera ſes Concluſions par eſcrit.

Nihil amplius de hac lite in Actis Curiæ, quod legerim. At in noſtris habemus prædictum M. Guill. Briçonnetum admiſſum fuiſſe ad Sacramenta conſueta die 15. Aug. non ſine tamen altercatione, vt habent Acta Medicinæ. *Poſt multas proteſtationes ab aliquibus vltro citroque factas admiſſus eſt ad Iuramentum quidam vocatus Briçon, cui contulerat D. Meldenſis*

Epiſcopus

Epiſcopus Priuilegiorum Conſeruator. Acta verò Nat. German. notant Officium Scribatus vacaſſe per obitum M. Saligot, non obſtante facta Reſignatione quadam eo ægrotante. Ita verò concluſum. *Audita D. Epiſcopi Meldenſis Priuilegiorum Conſeruatoris Collatione, præſentationeque lecta, recipiatur & admittatur in Officij munere D. Briçonnet, non impediente ſummi Pontificis Prouiſione. Qui quidem Briçonnet recipitur in Scribam Conſeruationis Priuilegiorum Vniuerſitatis Pariſ.* Idem quoque teſtantur Acta Nat. Gall. Scribente Nicolao Grinello Procuratore. *Ex Prouiſione D. Epiſcopi Meldenſis noſtrorum Priuilegiorum Conſeruatoris non pœnitendi collatum eſt Officium Grapharij Magiſtratus eorundem Priuilegiorum honeſto & Parentum ſplendore Illuſtriſſimo viro D. Guill. Briſſoneto, qui vt vetuſto more receptum fuerat, adhibito totius Vniuerſitatis ſuffragio ad Iuramenta admiſſus eſt.* 1530.

Paulo poſt tamen, ſeu cedente Guillelmo, ſeu aliam ob cauſam, prædictus Boucherius ab Epiſcopo Meldenſi Conſeruatore obtentis litteris Præſentatorijs, ſe ſe exhibuit Vniuerſitati die 3. Dec. Et 15 ad Sacramenta ſolita admiſſus eſt *ſine Iuris alieni detrimento*, vt ferunt Acta Nat. Gall. quibus concordant Acta Nat. Germanicæ. In lib. verò Rectorio ſic legitur. *M. Iacobus Boucher Proto-Notarius ſeu Scriba Curiæ Conſeruationis,* Iuramenta præſtitit Rectore M. Claudio de Mailly.

Eodem menſe Auguſto cum Senatus Pariſienſis Princeps mandaſſet Vniuerſitati vt ſuos in rem Reformationis conficeret Articulos, Facultas Artium de Theologia potiſſimùm conqueſta eſt, quod omiſſis Euangelijs & SS. Eccleſiæ Doctoribus, Cypriano, Chryſoſtomo, Hieronymo Auguſtino & alijs Sophiſticen neſcio quam & Dialecticen quandam nouam profiteretur. Paulo poſt verò Senatus decreuit, vt deinceps nulli admitterentur ad licentiã qui non audiuiſſent diuinas ſcripturas, nouum & vetus teſtamentum. Interpretationes Magiſtri ſententiarum, *&c.* quâ de re ſic legitur in Actis noſtris. Anno D. 1530. menſe Auguſto. Prætermitto, à digniſſimo D. Primo Præſide Senatus Pariſienſis ex vnaquaque Facultate Deputatos conuocatos fuiſſe, vt prudentibus fidiſque conſilijs toti Academiæ proſpicerent, in quâ tranquilliſſimè bonarum litterarum ſtudia nonnullis tamen tumultibus agitata floreſcerent. Nam dum, neſcio quo fatali tumultu ſurſum deorſumque omnia illius Iudicio miſcerentur, ſiue Chriſtianæ Religionis ſtatum inſpiceret, ſiue Rerumpubl. conditionem reputaret, ſiue ſtudiorum ac litterarum rationem intueretur, nonnullas obuerſantes nugas ſummâ fide, mirâ diligentiâ, parique dexteritate ex Regis Decreto reformare ſtatuit. Quâ ex re dum à nonnullis Theologis peterentur Reformationes Facultatis Artium, ita & certè ſcripto obtulerunt Deputati Facultatis Artium eidem D. Primo Præſidi noſtram hanc Academiam Pariſienſem ludibrio hactenus exteris Nationibus fuiſſe, non aliam ob cauſam quàm quod omiſſis Euangelijs & SS. Eccleſiæ Doctoribus Cypriano, Chryſoſtomo, Hieronymo, Auguſtino & ſimilibus Sophyſticen neſcio quam ac Dialecticen in qua non placuit Deo ſaluare ſuum populum, noſtrates tamen Theologi profiterentur, contra id quod habetur in Cap. Nonne, & penè per totam 37. diſtinct. Itaque petierunt Deputati Facultatis Artium vt præteritis emendatis, dum nimiâ ſocordiâ vniuerſum linguarum Iudicium neglexiſſent, nullus in futurum ad hunc gradum Facultatis Theologiæ admitteretur, niſi omnibus his doctrinæ generibus affatim inſtructus eſſet, iuxta Clement. I. de Magiſt. & in C. vt veterum ex diſtinct. Signatum N. Grineav cum ſyngr.

Contra Theologiam Sophiſticam.

Die 1. Octob. conuocata Vniuerſitate apud Math. actum eſt potiſſimùm de lite proſequenda aduerſus Monachos San-Germano-Pratenſes qui & feneſtras quaſdam fieri curauerant proſpectum habentes in Pratum, & 14 libras annui reditus non penſitabant; concluſum itaque vt lis vrgeretur. 3. Octob. 4. Procuratores, cum 4. Cenſoribus ſeu Reformatoribus à Rectore euocati audierunt querelas Præceptorum & Diſcipulorum Collegij Caluici conquerentium de Burſarijs Sorbonicis, *qui vt habetur*

in actis Nat. Gall. conſpiraſſent è publica Domo & litterarum Officina priuatam domum & obſcuram facere. Luſtrant illi Domum & Primarium conſtituunt M. Franciſcum Zampinum.

1530. Die 10. Octob. à 3. Electoribus ſeu Intrantibus in Rectorem electus eſt M. Claudius de Mailly Gall. Nationis, & à M. Iacobo Hollerio Stampano Diœceſ. Senon. Nationis Gall. Procuratore tum Intrante renunciatus eſt. Scribit enim ille ſe, quod publicam dignitatem ſuſtineret, ex antiquiſſimo ſtatuto denunciaſſe interceſſionem ſi quis alius à ſe Intrans nominaretur, addit hæc verba. *Aduenit interim Deus propitius æquitatis fautor. Prætor Ioannes Morinus qui præterquam quod nouerat Iuris eſſe Procuratorij eo honore eligendi Rectoris præſertim eius qui Inſtituto congruit donari, permouit tamen vniuerſam Concionem vt in eam ſententiam nemo non deſcenderit, vt videlicet publicum ius retineretur nec ſingulorum in ſuffragijs libertas imminueretur.* In lib. Procuratorum Nat. Gallic. idem Hollerius alibi ſic ſcribit, vbi de quodam ſtatuto anni 1335. *Anno Domini 1530. Nos Iacobus Hollerius Procurator Nat. Gall. data poſtulatione in ſupremo Senatu vt ex iure ſtatuti quod fol. 113. exſcriptum eſt, nullus alius deſignaretur Rectoriæ dignitatis Renunciator; atque nos obtinuimus vt retinendo Iuri noſtro Ioannes Morinus Prætor* (Proprætor) *Pariſinus committeretur. Itaque ex Mandato Senatus adfuit & ita præfuit vt nihil imminuto ſtatuto Rectoris Elector Procurator diceretur. Quod cum in publicum bonum confectum ſit, id vt ne prætermittatur, quibus occaſio ceſſerit, obteſtor. Sig.* HOVLLIER *Procurator.*

Die 16. Octob. in Comitijs Generalibus tria potiſſimum propoſita ſunt. 1. eiuratio ſeu Reſignatio Capellaniæ Sauoiſianæ facta per M. Ioan. de Campis in gratiam M. Ioannis Adami Gymnaſiarchæ Becodiani, quam admiſit tota Vniuerſitas. 2. Lis intendenda contra Officialem Eccleſiæ Lingonenſis qui vt habetur in Actis Nat. Gall. *neglectis priuilegijs Vniuerſitatis Excommunicatum per Conſeruatorem priuilegiorum abſoluebat, abſolutum excommunicabat.* 3. *Notarij Vniuerſitatis poſtularunt Iuratorum Catalogo adſcribi & obtinuerunt.*

Die 29. conqueſtus eſt apud Vniuerſitatem M. Guill. Emericus Doctor Theol. quod à M. Petro Gerard Primario Collegij Mignonij ad forum ſeculare tractus eſſet, petijtque adiunctionem contra ipſum ſibi concedi; res ſic legitur in Actis Nat. Ger. 1us. art. concernebat controuerſiam » & Iurgium ortum inter Magiſtrum noſtrum Guill. Emery ſacræ Paginæ » Profeſſorem & M. Petrum Gerard Primarium Regij Collegij de Mignon, » de occupatione plurimorum cubiculorum eiuſdem Collegij. Præfatus » M. Petrus prætendebat inconueniens eſſe Magiſtrum noſtrum tot occu- » pare cubicula in quorum vno conſtituere decreuit alium. Magiſter no- » ſter nolens cedere. Petrus præfatus conuocauit eum in ius ſeculare ex- » tra limites Vniuerſitatis ad ſupremam Curiam, irrumpendo priuilegia al- » mæ Vniuerſitatis; quod derogat quidem indultis fori Iudiciarij Vniuer- » ſitatis. Ideo maturiori conſilio omnium Facultatum celebrato viſum eſt » concludi M. Petrum non poſſe compellere Magiſtrum noſtrum extra Iu- » dicium limitum Vniuerſitatis; ſed ſi quæ iurgij cauſa ſit, conuenire ha- » beat coram Vniuerſitate, ſeu Rectore, ſeu Conſeruatore, cum ipſi diſ- » cutere habeant ea quæ contingunt in Suppoſitis Vniuerſitatis. »

De Foro Vniverſitatis.

Die 15 Decemb. electus eſt in Rectorem M. Petrus Waſbourg Primarius Collegij Marchiani, fuitque omnibus Nationibus acceptiſſimus; quo Rectore exceptus eſt ab Vniuerſitate Legatus Pontificius apud quem cùm Orator dixiſſet ipſius Vniuerſitatis nomine, Legatus reſpondit his verbis quæ leguntur in Actis Germ. Nat. *Quas mihi tribuitis laudes, viri humaniſſimi! minime agnoſco. Scio tamen quod velletis me dignum his laudibus. Quod autem aſſeritis me autore Galliam recepiſſe Regem Franciſcum & liberos eius ab Hiſpanis, mihi non eſt tribuendum. Non nobis Domine, non Nobis, ſed nomini tuo da gloriam. De Priuilegijs autem vobis abreptis, Ego loquar cum D. Rege & partes veſtras deinceps pro viribus tuebor.*

Eodem Rectore Regina Eleonora noua Franciſci Regis coniux Vrbem ingreſſa eſt. 7. quidem Martij apud Math. habitis Comitijs deliberatum an more maiorum eandem Reginam præſtolatura eſſet Vniuerſitas ad ædem D. Genouefæ de Ardentibus an longius extra vrbem proceſſura. Et concluſum moribus antiquis inſiſtendum, niſi Rex aliud iuberet. Edixit verò poſtridie, iret Vniuerſitas ad D. Lazari. 1530.

Die 16. Martij quo ingreſſa eſt Regina, Vniuerſitas iuit ad D. Lazari eam exceptura magno quidem comitatu, ſed paulo confuſiori propter inamœnum tempus & ortam inter Scholaſticos & pediſſequos rixam turbamque. Academicæ Proceſſionis Ordinem pompamque deſcripſit verbis Gallicis Guill. Rochetel Secretarius Regis, qualem ipſe viderat proprijs oculis. INGRESSVS REGINÆ.

Aprés-diſné la Reine ſe preſenta ſur vn Eſchaffaut dreſſé deuant S. Ladre, & s'aſſit dans vne chaize couuerte de velours azuré, ſemé de Fleurs-de-Lys d'or, pour la receuoir & oüir les Harangues des Deputez de l'Egliſe, de l'Vniuerſité, Corps de la ville, Chaſtelet, Generaux de la Iuſtice, des Comptes & Cour de Parlement de Paris...

Aprés marcha l'Vniuerſité & deuant alloient en ordre deux à deux bien trois mille Eſcholiers : puis aprés marchoient les Bacheliers és Arts, en Medecine, en Decret, en Theologie reueſtus de Chappes noires. Aprés ſuiuoient les Regens és Arts & les Receueurs des Nations auec leurs Epitoges. Aprés les 4. Procureurs deſdites Nations veſtus de Chappes rouges; deuant leſquels eſtoient les 4. petits Bedeaux deſdites 4. Nations auec leurs Maſſes d'argent. Aprés marchoient les Docteurs en Medecine auec leurs Chappes rouges, & deuant les deux Bedeaux de leur Faculté. Item, *Aprés les Docteurs en Decret auec autres Chappes rouges, & auſſi deuant eux les Bedeaux de leur Faculté. Puis les Docteurs en Theologie reueſtus de Chappes noires & deuant-eux leurs Bedeaux. Aprés venoit le Recteur de ladite Vniuerſité accompagné du Doyen de la Faculté de Theologie; & deuant luy les 4. grands Bedeaux des 4. Nations auec leurs Maſſes d'argent. Lequel Recteur eſtoit ſuiuy des Conſeillers & Officiers de ladite Vniuerſité.*

Die 21. Martij Vniuerſitas Reginam adijt ſalutatura apud Luparam, & Oratore vſa eſt M. Nicolao Bochardo Theol. Profeſſore eminentiſſimo, cuius oratio, vt legitur in Actis Nat. Gall. *partim è ſacris litteris, partim è profanis hiſtorijs & Annalibus non illepidè locupletata erat. Tota autem miro ingenio & excellenti artificio elaborata fideliſſiméque tradita memoriæ & tantâ Reginæ Principumque & totius Coronæ Aulicæ circunſtantis admiratione pronunciata & fauore & gratiâ vt nemo maiore vnquam potuerit. Vt planè dicas in illius labris & lingua flexanimam illam ſuadam ſeſſitaſſe, quæ Auditorum mentes atque animos quocumque flectat. Cumque peroraſſet Bochardus, voluit Regina, vt reſponderet quidam è primo Ordine Aulicorum ſuorum.* Habent etiam Annales noſtri Reginam maximè percupiſſe Vniuerſitatis tantopere apud ſuos commendatæ Pompam majeſtatemque videre.

Die 23. electus eſt in Rectorem M. Nicolaus Meduntanus, ſeu vt legitur in Reg. Nat. Gallic. Nicolaus à Manta, alibi Mantanus dicitur: quo Rectore Natio Germanica ad duas Tribus redacta eſt. Senatus quidem « iuſſerat vt durante diſcordia ſuffragantium vota ferrentur indiſcriminatim ſeu viritim & in cumulum non habitâ ratione Tribus vllius; Decanus « verò qui tunc erat M Robertus Wauchop Procuratorium munus gereret. At 7. Aprilis Germani quos vocabant Baſſos, Procuratorem dixerunt M. Iacobum Omphalium vi turni: hinc lis delata ad Balliuum Conſeruatorem, & certatum acriter 21. April. Patronis hinc inde cauſam agitantibus. Dicebant Germani antiquitùs fuiſſe diuiſam Nationem in 3. « Prouincias; idque præterea ſancitum ſtatuto Nationis. Negabant Scoti, « niſi à 30. circiter annis; ob idque ſemper fuiſſe in Natione diſcordiam. « Cum ergo de facto non conueniret inter eos, iudicatum; vt Tabularium « ſuum luſtrarent cauſamque publicis inſtrumentis confirmarent. « DE NATIONIS GERMAN. TRIBVBVS.

Ergo die 24. congregata Natio ſelegit viros qui inuiſerent Archiuum, ex ijs qui in famoſis Collegijs habitabant ſine fraude, non alios, quoniam

1530. vt ibi legitur, *per Arreſtum & ſtatutum Vniuerſitatis in eo contentum Habitantes extra Collegia ſunt inidonei ad vota tam actiuè quàm paſſiuè.* Ex Germanis delecti MM. Martinus Biſardus, Gerardus Myreus, Iacobus Omphalius, Deſiderius Finantius: ex Scotis MM. Robertus Fergushil, Io. Duglas Regentes Artium, Dauid Hendegh & Andreas Borthiç.

Illi die 29. April. luſtrarunt Tabularium, inueneruntque per 200. annos Nationem obſeruaſſe cumulum, & à 30. tantum circiter annis diuiſam in 3. Prouincias. Viſum eſt tamen illis eam ad duas ſatius eſſe redigere quàm reducere ad cumulum. 5. Maij Natio congregata probauit acta Deputatorum, iiſque iniunxit vt ampliùs ſuper ea re deliberarent: 16. iterum conueniens duas Prouincias omnino conſtituit. Quâ de re ad annum ſequentem.

1531. Anno igitur 1531. die 16. Martij in frequentibus Comitijs prædictæ Nationis, vbi Deputati retulerunt qualiter frequentibus vicibus congregati fuerint apud Collegium Cenomanum in cubiculo D. Decani, & articulis inſcriptis datis hinc inde inter Alemannos & Scotos, tandem concluſerunt attentis omnibus & conſideratis Natio partiretur in duas prouincias; in 1. collocando altos Alemannos & Baſſos; in 2. verò Scotos, Anglos, Hibernos & huiuſmodi. Et quod Alemanni non poſſent redire » ad duas Prouincias niſi per 2. annos continuos ſine vlla fraude & dolo fue- » rint in duplo plures cæteris omnibus, quod ſi diuidantur iterum in duas » Prouincias, non poterunt reuniri niſi ab alijs fuerint per duos annos ſu- » perati etiam ſimili modo. Et non licebit Scotis ex ſuis Suppoſitis in quo- » cumque numero fuerint, facere duas Prouincias, nec Alemannis ex » ſuis ſupra duas, & nunquam eatur ad cumulum quantumuis diminuatur » numerus vnius prædictarum Prouinciarum. Quod ſi propter bellum » altera Prouinciarum nullum habuerit Suppoſitum Pariſijs, tres redeun- » tes iure poterunt repetere ſuam Prouinciam. Natio ſemper vocetur » Germanorum & ſeruabuntur arma conſueta. *Et quod Decanus Natio-* » *nis erit antiquior Regens Artium totius Nationis, non habito reſpectu Prouin-* » *ciarum*, qui habebit deliberationem & cætera emolumenta conſueta tam » in Natione, quàm in Facultate & Vniuerſitate Pariſ. percipere. In Of- » ficijs Procuratoris, Receptoris, & Intrantis ſeruetur ordo turnorum & » recepta proxima ventura in profeſto S. Mathæi pertinebit ad Prouin- » ciam Scotorum. *In Electionibus Bedellorum & ſtatutis condendis vel abro-* » *gandis quoad in vnum conſentiant Prouinciæ, nihil concludatur; ſic quod ſi vna* » *Prouincia totalis alteri diſſentiat, concluſio ſit nulla.* In omnibus alijs Con- » gregationibus fiet Concluſio à pluralitate, ſicut ſemper obſeruatum eſt. » Inſuper domibus Nationis addantur tituli antiqui. Quoad viciſſitudi- » nem autem Rectoriarum, *Germanorum* erit eligere Intrantem in Vigilia » proxima S. Ioannis: *Scotorum verò & aliorum Inſularium* in feſto Remigij, » *& Germanorum* in ô Sapientia: *Scotorum verò*, in feſto Paſchæ & S. Ioannis. » Et ſic viciſſim. Sic qui habent Turnum in feſto Paſchæ, habebunt etiam » in Rectoria ſequenti. Nullus Magiſter adducat graſſatores ſub pœna » priuationis, nec Suppoſita alterius Nationis ad interturbanda ſuffragia » Nationis. Quæ omnia maximè toti Nationi placuerunt vnanimiter. Et » ita ſtatutum & ordinatum fuit pro prima Congregatione.

Tribvs Nation. German.

Die 19. eiuſdem menſis celebrata ſunt altera Comitia eiuſdem Nationis, & placuit quod deliberatum fuerat à Deputatis. Item die 26. præſente Scriba Vniuerſitatis, lecta ſunt Capita ſupradicta, & ipſius Nationis iuſſu conditum ſequens inſtrumentum; poſtea verò deſcriptum in membrana, cui ad maiorem fidem appenſum eſt Sigillum & in Arca communi apud S. Coſmam ſeruatur.

Statutum Nationis concluſum per M. Robertum Waucop Scotum Decanum Nationis & Procuratorem, pro tunc commiſſum à Bailliuo Pariſienſi tempore Controuerſiæ inter Almanos & Scotos ſuper Electione Procuratoris M. Ioannis Duglas in cumulo facta tangens perpetuam concordiam Suppoſitorum Nationis anno Domini 1531. die 26. Maij, bis in anno legendum. 1531. Reg. Nat. Germ. 1531.

VNiuerſis præſentes litteras inſpecturis Procurator & Natio Germaniæ in alma Vniuerſitate Pariſienſis ſtudij ſalutem in Domino ſempiternam. Ne prolixa temporum diuturnitate ea quæ inter contrahentes & concordantes aguntur obliuionis defectui ſubiacerent, ſagax illa humanæ naturæ diſcretio hominum memoriæ labilitate librata in ſcriptis redigere conſueuit, vt poſteris geſtorum remanerent monumenta & prolixiori haberentur memoriæ. Animaduertendum igitur quod concordia res paruæ creſcunt, diſſidio autem magnæ dilabuntur, nullaque Communitas poteſt magnum ſuſcipere incrementum, niſi ſalubribus fulciatur legibus, ac optimis quibuſdam ſanctionibus & ſtatutis directa florere, infractione verò dilabi nouiſque emergentibus ſeditionum ac diſcordiarum contentionibus illis eſſe noua remediorũ antidota adhibenda, notum venit omnibus. Cum enim hac tempeſtate varijs circa Rectoris, Procuratorum & Officiariorum electiones occurrentibus diſcordijs & diſſidijs inſtantibus in ipſa Vniuerſitate & appellationibus ad ſupremam Curiam Parlamenti per diuerſa ipſius Vniuerſitatis Suppoſita interiectis, dicta Curia præmiſſis prouidendo ſuum dederit Arreſtum & Sententiam (an. 1514.) quod ſub pœnis priuationis, carceris & aliarum mulctarum in eodem appoſitarum decreuit eſſe obſeruandum. Cuius Arreſti & aliorum ſtatutorum Vniuerſitatis tenore in dicta noſtra Natione quotidie ex diuiſione Prouinciarum in tres, in quarum altera nulli vel pauci inueniuntur Magiſtri ſaltem iuxta huiuſmodi Arreſtum & ſtatuta Vniuerſitatis capaces & idonei, in reliqua verò multi; occaſione cuius in huiuſmodi Officiorum eligendorum Comitijs plurima ſuboriuntur diſſidia & ſeditiones inidoneis propter Suppoſitorum paucitatem in vna Prouincia ad officia Procuratoris, Intrantium, Receptoris admiſſis, cęteris verò Magiſtris Regentibus & Suppoſitis in reliquis Prouincijs ingruente multitudine huiuſmodi ſupremi Senatus & ſtatutorum Vniuerſitatis ſanctiones & decreta neglectis & rejectis: & varij propterea coram Bailliuo Pariſienſi & alijs Iudicibus fuiſſent iam intentati proceſſus, multique quotidie moueri ſperabantur, dictos Magiſtros perturbantes & eorum ſtudia, interponentes nouas querelas, diſcordias, ſeditiones, iurgia generantes. Volentes igitur huiuſmodi quotidianis diſcordijs, querelis, murmurationibus, ſeditionibus & proceſſibus tam ipſi Nationi quàm præfatis Magiſtris Regentibus & Suppoſitis ſcandalum generantibus ſalubriter obuiare, & ad concordiam perpetuam & vnitatem redire, ſeruetúrque Pax & concordia inter huiuſmodi Magiſtros, decretaque ipſius ſupremæ Curiæ & Vniuerſitatis inuiolabiliter obſeruentur; vti in huiuſmodi Electionibus primitùs ſolet de huiuſmodi ſeruandis Sacramentum iuramento firmatum apponi, ex maturis deliberationibus trina vice apud S. Mathurinum per Iuramentum ſolemniter conuocatis & congregatis Primiſque viris ipſius Vniuerſitatis & alijs peritis & prudentibus conſultis, Nos vnanimi conſenſu & decreto, nemine reclamante & Spiritus ſancti inſpirante gratia ſanximus, decreuimus & concluſimus ac articulos ſequentes pro ſtatutis iuramento per nos omnes & Magiſtros Regentes & Suppoſita & Nationem firmatos confirmauimus, approbauimus, laudauimus, confirmamuſque laudamus & approbamus ac perpetuo robore obſeruari volumus & numquam venire in contrarium. Quorum articulorum tenor ſequitur.

1. Vt fiat ex duabus Prouincijs Altorum & Baſſorum vna, & Scoti com-

" plectantur ſecum in Prouincia ſua Magiſtros Anglicos, Hibernos cæte-
1531. " roſque Inſulares omnes Maris Britannici.

" 2. Germani Magiſtri cum fuerint per duos annos continuos in duplo " plures ſine interruptione & abſque vllo dolo & fraude, Scotis, & alijs In" ſularibus Maris Britannici, tunc poſt illos duos annos liberum erit illis " redire ad duas Prouincias, quarum altera vocabitur rurſus altorum, alte" ra Baſſorum, nec Scotis & alijs licebit mentionem facere de illis rurſus " ad vnam Prouinciam redigendis niſi numero duplo etiam per duos annos " continuos ſine fraude illos ſuperauerint; quod ſi fiant per conditiones " ſupra ſcriptas tres Prouinciæ, agatur cum Anglis more conſueto, addan" tur Prouinciæ in qua pauciores ſunt Magiſtri pro illo tempore.

" 3. Scotis nunquam licebit ex ſuis Suppoſitis duas facere Prouincias, " quamtumuis numerus illorum creſcat, nec Germanis plures duabus etiam, " quamtumuis numerus Germanorum accreuerit.

" 4. *Numquam licebit ad cumulum ire quamtumuis alterutrius Prouinciæ nu" merus diminuatur, etiamſi in altera fuerit vnus ſolus, in altera verò centum & " vltra.* Quod ſi propter bellum aut quamcumque occaſionem altera Pro" uinciarum nullum reliquerit Suppoſitum in Vniuerſitate Pariſienſi, tum " tres redeuntes ad dictam Vniuerſitatem vel de nouo promoti in dicta Vni" uerſitate repetentes ſuam Prouinciam & turnum, nemine reclamante, ob" tinebunt.

" 5. Altorum & Baſſorum Prouincia in litteris per Nationem conficien" dis priorem locum obtinebit & in ornamentis, extructionibuſque ponen" tur arma conſueta, vocabiturque ſemper Natio Germanorum.

" 6. *Decanus Nationis erit antiquior Regens totius Nationis, non habito re" ſpectu Prouinciarum qui habebit primò deliberare & cætera emolumenta conſue" ta in Natione, Facultate & Vniuerſitate Pariſienſi percipere.*

" 7. In Officijs Procuratoris, Intrantium & Receptoris ſeruetur Ordo " Turnorum. Et quoniam Alti & Baſſi Germani poſt Scotos Quæſtoris mu" nere functi ſunt, in vigilia B. Mathæi proxima, Scotorum erit eligere Re" ceptorem In Electionibus autem Bidellorum & nouis Statutis conden" dis aut antiquis abrogandis, quoad in vnum conſentiant Prouinciæ, nihil " concludatur. *Quod ſi vna Prouincia integra ab alia aut alijs diſſentiat, Con" cluſio erit nulla.* Quare in illis duobus caſibus concluſio fiet à pluralitate, " modò tota vna Prouincia non obſiſtat. In alijs verò Congregationibus " Nationis, Facultatis aut Vniuerſitatis fiant concluſiones à pluralitate, " vt ſemper obſeruatum eſt.

" 8. Nomen Prouinciæ iam ex duabus copulatæ quandiu fuerit vna, " vocabitur Altorum & Baſſorum Germanorum.

" 9. Domibus noſtræ Nationis ex quarum reditibus communiter gau" demus, addantur tituli antiqui ſi qui fuerint reperti vel in Inſtrumentis, " vel in antiquis annalibus expenſis Nationis.

" 10. Quoad viciſſitudinem Rectoriarum, Germanorum erit Intran" tem præſentare pro Rectore eligendo in feſto Ioannis proximo. Scoto" rum autem & aliorum Inſularium in feſto Remigij Germanorum rurſus " in feſto Natiuitatis, Scotorum vero in feſto Paſchatis, Et Ioannis. Ger" manorum rurſus in feſto Remigij, Scotorum autem in feſto Natalis Chri" ſti. Germanorum rurſus in feſtis Paſchatis & Ioannis. Scotorum autem " poſt eos in feſto Remigij, & ita in perpetuum ſimilis viciſſitudo obſerua" bitur, vt vtracumque Prouincia Intrantem in feſto Natiuitatis habuerit, " altera verò duos immediatè ſequentes habeat, ne alias vni & eidem " Prouinciæ eædem ſemper contingant Intrantiæ. Et ne ob hoc querelæ " ſuboriantur contra ius diſtributiuum.

" 11. In receptionibus nouorum Suppoſitorum nullus admittatur dein" ceps nouus Baccalarius aut Magiſter ex *Diœceſibus ambiguis, cuiuſmodi ſunt " Trajectenſes, Tullenſes, Lauſanenſes, Metenſes, &c.* niſi conſultis Fratribus " quorum intererit, quique loca illa & terminos nouerint, ne videamur " mittere falcem in meſſem alienam; ſpectant enim Diœceſes illæ partim

ad Picardos, partim ad Germanos, partim ad Gallos vt habetur in limitatione per Vniuerſitatem confirmata an. 1358. 1531.

12. Si quis in Electionibus Officiariorum aut quibuſcumque alijs Congregationibus adduxerit Graſſatores aut quoſcumque Externos ad vim alicui inferendam aut vota interrumpenda, aut ſi quis Nationis alterum percuſſerit, aut quouis modo vim intulerit in Congregationibus, priuetur in perpetuum. Et vbi tota Prouincia, quod abſit, iſtud fecerit, priuabitur turnis vnius anni ab alia Prouincia atque ea gaudebit. Illud autem erit indicium quod adduxerit, ſi illis præſentibus deliberauerit quantumuis etiam iurauerit contrarium. Et ſi omnes deliberauerint illis præſentibus, vno dempto & ſe opponente, concluſio erit nulla, omneſque alios vt periuros accuſare poterit & pœna arbitraria plectere.

13. Arreſtum datum à ſuprema Curia Altis & Baſſis obſeruetur vbi opus fuerit.

14. Licitum erit alteri Prouinciæ aut maiori parti eiuſdem ad quodcumque Officium alteri Prouinciæ Magiſtrum capacem & idoneum præſentare, ne interdum contra præſentatum inidoneitatem & incapacitatem quiſpiam obijciat.

15. Omnia antiqua Statuta noſtræ Nationis quæ his repugnant, abrogamus & reuocamus: alia autem omnia in forma approbamus & obſeruari volumus. Hæcque noua cum illis in libro Procuratoris inſcribi & in plena Congregatione congruentibus temporibus bis in anno legi & publicari vt à Poſteris inuiolabiliter obſeruentur; quæ omnia & ſingula perpetuis temporibus obſeruari & ad maiorem ipſorum firmitatem ab Vniuerſitate confirmari, laudari & approbari volumus, nonobſtantibus quibuſcumque Statutis Antiquis ſeu conſuetudinibus dictæ noſtræ Nationis. In quorumque & ſingulorum fidem & robur præmiſſorum has præſentes ſigno Scribæ dictæ Vniuerſitatis ſignari ſigillique noſtri Magni appenſione muniri mandauimus. Datum Pariſijs in noſtra Congregatione apud S. Mathæum per Iuramentum ſolemniter & trina vice conuocata & congregata, anno Domini 1531. die 26. menſis Maij. Sign. Le Rovx.

Collatio facta fuit cum Originali in forma.

Nos Robertus Wauchop in Theologia Licentiatus & prædictæ Nationis Decanus certificamus omnia & ſingula prædicta fuiſſe per nos concluſa vnanimi conſenſu totius Nationis, anno & die ſupra dictis teſte noſtro ſigno manuali hîc appoſito 10. Feb. 1531. R. Wavchop.

Die 1. Iunij actum de commenſuratione Prati Clericorum eiuſque tuitione contra Monachos partem parui Prati vſurpare conantes; actum quoque de quodam Iudicio à Balliuo Conſeruatore contra Pergamenarios lata. Item Magiſter quidam à Natione Germanica deputatus ſupplicauit fœdus inter Germanos & Scotos factum ab Vniuerſitate approbari. Sed in eam rem nihil determinatum, eo quod Vniuerſitas huiuſmodi fœderis eſſet ignara.

Die 16. Iulij, habitis generalibus Comitijs, duo fuerunt præcipua Capita deliberationis. 1. de quibuſdam litteris Regijs omnium cauſarum Beneficialium ad Magnum Conſilium euocatorijs; quo pacto Vniuerſitatis priuilegia minuebantur; alterum de Satiſdatione Rectorum in ingreſſu ob perceptionem Burſarum. *Cenſuit Natio Germanica conformiter ad alias Nationes & Facultates vt per Procuratorem Generalem Aduocatoſque Vniuerſitatis diligenter perſcrutarentur quid eſſet in litteris illis, eaſque deſcriptas Deputatis Vniuerſitatis oſtenderent, ne conquereremur apud Regem priuſquam verè nos læſos ſciremus.*

Quantum ad 2um. *Supplicuit D. Procurator Generalis vt DD. Rectores deinceps darent initio Muneris ſui fideiuſſores ſe Vniuerſitatis nomine nullas accepturas Burſas à Scholaſticis: atque vt 4. Nationes Facultati Artium ſatisfacerent ea quæ expenſa erant in lite aduerſus Pergamenariorum inſolentiam, propterea quod lucrum ea re vni Rectori cederet, quoniam ex Artium Facultate ſolummodo eligitur. Quæ omnia à D. Nicolao Mantano concluſa ſunt, niſi*

quod Artium Facultas dixit ſe nolle Rectorem in re tam leui fideiuſſores con-
1531. *ſtituere.*

Videtur ad diem vſque 18. Iulij dilata fuiſſe Electio Rectoria, neſcio quam ob cauſam; eo die ei ſucceſſit M. Hieronymus Picartus, Claſſicus Cenomanicus, fuitque ad Collegium Cenomanicum deductus. Quo Rectore nihil video actum valde dignum memoria. Ei ſuffectus eſt 10. Octob. M. Ioannes de Gagny vir, vt legitur in Actis Nat. Gall. omnibus animi & corporis dotibus abſolutus. Quo Rectore, celebratæ ſunt Exequiæ Ludouicæ de Sabaudia Franciſci Regis matris, die 18. Octob. obſeruatuſque Ordo in proceſſu qui ſolebat obſeruari.

Die 6. Nouemb. cum Proconſeruator Priuilegiorum Apoſtolicorum obiſſet, nec ab Epiſcopo Meldenſi Conſeruatore miſſus fuiſſet ſucceſſor, Vniuerſitas M. Ioanni des Marais hanc Prouinciam ad quindenam commiſis; animo ſubſtituendi Vice-gerentem & nominandi, ſi prædictus Conſeruator alium nominare & præſentare cunctaretur. Verum 4. Decemb. Ludouicus Mommiralius ab ipſo nominatus ab Vniuerſitate receptus eſt, ſed his conditionibus, vt legitur in Actis Germ. Nat. *vt ſuis expenſis proſequeretur proceſſum ſportularum quas recipere ſolent Conſiliarij pro dijudicandis cauſis Iuratorum Vniuerſitatis. Item vt Doctores & Præceptores non eo modo quo prædeceſſores Vice-gerentes diuexaret in efflagitandis eiſdem ſportulis.*

Die 17. Decemb. in Rectorem electus eſt M. Landericus Maciot Nat. Gallic. (Acta Nationis Germ. eum vocant Theodoricum Melchionem) deductuſque eſt ad Collegium Bonorum puerorum. Et eo die vetitum legere Pſalmos Dauidicos Gallicè verſos à Maroto; ſic enim Acta Germ. Nat. *Quum autem certi ſuppullularent hæreſeos libri carminibus Dauidicos Pſalmos complectentes 17. Kal. Ian. apud Mathurinorum ædem habita Comitia, ne poſthac diuenderentur huiuſmodi libri.*

Die 23. Decemb. apertus more ſolito Rotulus Nominandorum. In ijs Comitijs, vt legitur in Actis eiuſdem Nat. Quæſtor Vniuerſitatis ſuo more in Hilarium Corteſium debacchatus eſt, & pleroſque alios Rectoriâ dignitate perfunctos, viros inculpatiſſimos detentarum Vniuerſitatis pecuniarum, Commentariorum, item nomenclaturam Iuratorum & res geſtas complectentium non exhibitorum accuſauit, ſed lis iſta remiſſa eſt ad Deputatos. In ijſdem Comitijs queſtus eſt Procurator Vniuerſitatis, quod in quadam Comœdia Præceptor quidam dixiſſet Gymnaſium Pariſ. Monſtro fundamenta inieciſſe; quibus verbis M. Natalem Beddam ſatis indicabat. Decretum verò vt in autorem fabulæ inquireretur.

Anno 1532. 16. Iunij, Arnulphus Monart Procurator Vniuerſitatis ſup-
1532. plicauit effici vt cauſa quædam quæ agebatur in Senatu, reuocaretur ad Vniuerſitatem. 18. actum de reſignatione Officij Scriptoris Vniuerſitatis qui iam affectâ erat ætate. Item vt Sacerdotes quidam qui cauſam ad Senatum non aditâ prius Vniuerſitate, detulerant, exterminarentur. Item vt Pratum Clericorum proſcriberetur aut locaretur.

3. Idus Iulij conuocatur Artium Facultas, vt legitur in Actis Germ. Nat. ad Oratorem Deputatoſque eligendos qui haberent excogitare quid reſpondendum foret Senatus Principi ſuper noua Reformatione, prius oſtensâ Rectori & Nationum Procuratoribus. In Oratorem eligitur M. Hilarius Corteſius Rhetor multum vehemens & in dicendi arte promptiſſimus.

Ad 6. Kal. Septemb. ſcribit Iacobus Omphalius Procurator Nat. Ger. habita fuiſſe Comitia duobus ſuper nominibus; quorum 1um. erat, vt D.
» Ioannes Boſſard Curiæ Parlamenti Aduocatus Officium ſuum, bona to-
» tius Vniuerſitatis Facultatiſque Artium pace ac fauore ſuo Genero An-
» tonio Minard reſignaret, hac conditione, vt vter illorum poſterius vita
» frueretur, is eo Officio perfungi poſſit. Cum ibi D. Ioannis Boſſard ſtu-
» dia multa atque ampla in ipſam Vniuerſitatem magnâ fide & diligentia
» collata commemorarentur, viſum eſt vt pro ſua voluntate & fauore
» omnium dicti Officij communionem ſuo Genero faceret. Alterum fuit
de

de reſignatione cuiuſdam Officij, quod vulgus Papyriatum vocat. Siquidem Guill. Paſſard conſtituit Procuratorem Fiſcalem Ioannem (Arnulphum) Monart qui hoc Officium per reſignationem delegaret Iacobo Matoliard. Hæc reſignatio omnium autoritate & conſenſu permiſſa eſt; atque id ad iſtum modum fuit concluſum. 1532.

Idem Omphalius ad 3. id. Septemb. ſic ſcribit. *Nicolaus de la Blanck Capellaniam quam vocant, beneficio ac fauore Facultatis Artium reſignauit Petro le Renard, cuius Pater in magno ſemper apud omnes bonos honore fuit, propter egregia in Vniuerſitatem collata Beneficia, quorum etiam gratiâ factus eſt voti ſui compos.* Iudicatum etiam vt propter multorum graues querimonias Facultatis Artium Quæſtor ſupra ducentos francos quos tum ad manus habere dicebatur, ex æquo diuideret, communicaretque Artium Facultati & Nationibus, Bedello Medicinæ & Fiſcali Procuratori, qui eo die pecuniam ſibi debitam repoſcebant. Vt item ratio eorum haberetur, *qui autoritate Facultatis Artium electi ac Iurati, ſuo Officio egreſſi Papyrum contaminarent; bibulam atque impuram, inutilemque paſſim diuenderent.* Cautum itaque eſt vt Papyro Vniuerſitatis inſignia ex parte altera imprimerentur, quorum indicio adulterina Papyrus internoſceretur. Occaſione reſignatæ capellæ cautum etiam eſt per Nationem Germanicam, vt quoniam eiuſmodi Capellarum reſignationes pertinere viderentur ad fundationis interitum, caueretur deinceps, ne ordo ille ac vices aliqua ex parte vel temporis iniuria vel hominum obliuione impedirentur. Hæc OMPHALIVS.

Nota de Papyro.

Idem ſcribit ad 10. Octob. electum fuiſſe in Rectorem M. Ioannem Morin Collegij Nauarrici Primarium; quo Rectore D de Montelon vnus è Patronis Academicis apud Senatum die 5. Nouemb. volente Vniuerſitate, Officium fratri ſuo reſignauit Petro Seguierio, viro ad dicendum apto natoque, vt referunt Acta Facultatis Medic. Et eadem die, vt legitur in Actis Nat. German. addita eſt controuerſia Quæſtoria (Wlcani Thyuet contra Rectores) *quæ multorum aures grauiter vulnerauit:* eò tandem deducta vt ne quid Deputatorum Iudicijs integerrimis detraheretur contra quos multa ille palam locutus, conſtitutum proinde fuit ne quid vectigalis publici illius fidei prius committeretur quàm Nationibus atque Facultatibus ab eo eſſet ſatisfactum.

Die 22. Nouemb. congregata eſt Vniuerſitas ad iudicandum è duobus Notarijs vter eſſet recipiendus. Vnus eorum collationem afferebat à Legato Pontificio, alter à Conſeruatore; ſed prælatus qui à Conſeruatore. Qua de re ſic legitur in actis Nat. Germ. Cum per mortem viri celeberrimi Notariatus vacaret, in æde Mathurinorum habita ſunt Comitia maiora 9. Kal. Decemb. vbi collatio per Conſeruatorem facta rata eſt habita, & Notarius quaſi per reſignationem electus Mathurinus Thouroude à D. Conſeruatore deſignatus, præterito Competitore, qui D. Legati autoritate nitebatur.

Ad diem 12. Dec. legitur in Actis Facultatis Medicinæ vocatam fuiſſe Vniuerſitatem apud Math. 1. ſuper exemptione à Decimis. 2. Super lite quorundam Papyropolarum. 3. Super abuſibus Collegiorum. Expoſitus quippe eſt morbus penè letalis, vt dicebant Theologi, nempe *poſthabito Ariſtotele Germani cuiuſdam (Eraſmi) & Agricolæ adoleſcentibus libros exponi.* Concluſum verò vt ad Regem mitterentur Oratores pro exemptione à Decimis & ſuper Collegiorum Reformatione.

Ad diem 22. Feb. notant eadem Acta receptum fuiſſe ab Vniuerſitate 25um. Librarium Gaufridum Torier dono Regio; eaque die admiſſam reſignationem Curionis S. Coſmæ, ſine præiudicio turni & permutationis causâ.

In Actis Curiæ ad 12. Feb. legimus repreſſam fuiſſe Facultatis Decretorum licentiam, poſtulante M. Roberto Dugaſt Decano, eo quod contra ſtatuta promouere vellet extra numerum Doctores qui nunquam in ea gradum obtinuiſſent. Res ſic ſe habet.

" Ce iour aprés que Maiſtre François Roger Procureur General du Roy
1532. " & M Nicole Dorigny Conſeiller & Preſident és Enqueſtes en la Cour de " ceans & Chancelier en l'Vniuerſité de Paris, frere Nicolle Marnier Religieux & General des Mathurins & Robert Dugaſt ont eſté oüys ſur la " Requeſte le iour d'hyer baillée par ledit Procureur General à la Cour, " par laquelle il diſoit auoir eſté aduerty, que ceux du College de la Faculté de Decret vouloient contre leurs Statuts & la reformation de Touteuille promouuoir en la dignité Doctorale & Regence de la Faculté, " juſqu'au nombre de dix ou douze, leſquels iamais n'étudierent en icelle " Faculté, ne firent aucunes repetitions, & ſi ne ſont Licentiez ne Bacheliers, qui ſeroit au ſcandale de ladite Vniuerſité & preiudice de la Republique, tendant à ce que leſdits de ladite Faculté fuſſent tenus mettre " pardeuers ladite Cour ou luy leurs Statuts, reformation dudit de Touteuille, & Arreſts donnez en cette matiere, pour iceux veus, prendre telle concluſion qu'il verroit eſtre à faire par raiſon, pour l'obſeruation & " entretenement de ladite reformation & ſtatuts, bien & profit de ladite " Republique, & deffenſes cependant leur fuſſent faites de ne proceder " à ladite Promotion, iuſques à ce que par ladite Cour autrement ſoit ordonné, la matiere miſe en deliberation, *&c.*

" La Covr a ordonné & ordonne que dedans huy, leſdits de la Faculté " de Decret mettront deuers elle leurs Statuts, & reformation dudit de " Touteuille & le Procureur General du Roy, les Arreſts donnez en cette matiere, pour le tout veu & ledit Procureur General oüy, ordonner " par ladite Cour ce qu'elle verra eſtre à faire par raiſon, *& interim:* leur " fait ladite Cour inhibitions & deffences de ne proceder à aucune Promotion en ladite dignité Doctorale & Regence. "

1533. Anno 1533. die 22. April. Rectore M. Mathæo Pauiot, habitis Comitijs apud Mathur. lectæ ſunt Regiæ & Legati Apoſtolici litteræ ad Reformationem Vniuerſitatis pertinentes; cuius rei mentio fit in actis Medicinæ in quibus legitur ad reformationem illam peragendam fuiſſe nominatos ex vnaquaque Facultate Duo-viros; at Acta Nat. Germ. fuſius rem complectuntur ſic ſcribente Baldvyno Procuratore.

Anno ab Orbe redempto 1533. 3. Kal. Maij habita ſunt Comitia in æde Mathurinorum, vt audirentur quædam litteræ Regiæ, nec non à D. Legato Galliæ Mandatum aliquod, quibus pium ſuum & paternum affectum " erga Remp. litterariam ſignificarent dolentes ſupra modum ob abuſus " quoſdam quos paſſim fieri audiebant, quibus ne incrementum aut ſer-
Reformatio. " pendi maior locus daretur, omne negotium colendiſſimo Epiſcopo Siluanectenſi & Regio Confeſſori crediderunt, eumque *delegerunt qui ſuffragia & deliberationes Facultatum & Nationum exciperet*, parendum-ne " eſſet Regi Chriſtianiſſimo per eum abuſus huiuſmodi è medio tollere & " vt dicunt reformare volenti. Aderant & viri Conſulares harum deliberationum ſpectatores qui in re tam pia dicto non audientes lenire ac " comprimere pro ſuo iure potuiſſent. Horum ſingulis gratias omnium " Nationum nomine retulit ſpectatæ grauitatis & eloquentiæ vir Mathæus " Pauiot Rector Vniuerſitatis digniſſimus, & imprimis fidei Regiæ ſinceritatis, qui tum ſuæ virtutis inſignem & ſui nominis gloriæ defenſorem " acerrimum præſtare ſe ſe videatur, quique daret operam vt quod audiret, eſſet, hoc eſt in re Chriſtiana Chriſtianiſſimus. Cui cum ſemper paruerint, tum in hoc negotio & obedire & ſuffragari vellent maximè Nationes. Et ad hanc rem celerius & *fidelius peragendam duos Deputatos nominauit inclytæ Nationis Germaniæ Procurator*, ex ſuperiore Germania non " vulgari doctrina virum Ioannem Tiſlinum, ex Scotorum Prouincia Ioannem Duglaſſium, virum cùm Philoſophum, cum verò ſtudioſiſſimum. Et " ne rem tam ſacram temere aggrederentur, aut inauſpicatò, in Dominicam ſequentem Ædem Dominicanorum publicis precibus adire decreuerunt quibus Deum omnipotentem alioqui ſe ſuis vltro offerentem omnibuſque obuium & facilem nobis conciliaremus, vt ſic ſpiritum ſuum

per noſtra organa operari faceret; vt quidquid loqueremur aut agetemus, id omne ad ſuam vnius gloriam referri poſſit neque permittat nos in hoc mundo quicquam aut ſapere, aut ſperare extra eum, Cui ſoli honor & gloria. Cæterum D. Rectori in tam perturbato rerum ſtatu auxilium & fauorem præſtiterunt omnes Nationes. 1533.

In Actis Curiæ legimus ad diem 2. Maij Senatores quoſdam ſelectos ad opus Reformationis retuliſſe, in Facultate Decretorum nullum obſeruari ſtatutum.

Ce iour Maiſtre René de Bellay & Leonard de la Guionnie Conſeillers en la Cour de ceans, ont dit que Maiſtre Denys Poillot auſſi Conſeiller & Preſident en ladite Cour, & eux auec quelques autres auoient eſté Commis par le Roy à la Reformation de l'Vniuerſité de Paris, & que ja ils auoient commencé & auoient veu les Statuts de la Faculté de Decret, & trouuent qu'il n'y a pas vn ſeul Article d'iceux gardé, & que par l'vn deſdits Articles eſtoit expreſſément deffendu, ſur peine d'Excommuniement prendre plus haut de dix eſcus pour la Doctorerie d'vn fils de France, & de ſept eſcus pour le fils d'vn Prince; que neantmoins en ladite Faculté on faiſoit grandes exactions & ſuperflus banquets, & que demain ils eſtoient deliberez en ladite Faculté en receuoir aucuns & faire leurs Veſperies, combien qu'il y ait deffenſe de la Cour de n'en receuoir, que préalablement ne ſoit diſcuté de la Requeſte entre le Procureur general du Roy & eux, & ſe vanteut auoir eu permiſſion de ladite Cour; pour ce ont requis reiterer les deffenſes à ceux de la Faculté, de ne paſſer outre iuſques à ce que la reformation ſoit faite.

Ad diem 7. eiuſdem menſis ita legitur.

Ce iour aprés que Maiſtre Iacques de la Barde, René de Bellay, Nicolle Quelain & Leonard de la Guionnie Conſeillers ceans, Commiſſaires deleguez à la reformation de l'Vniuerſité de Paris & Facultez d'icelle d'vne part, & Maiſtre Nicolle Dorigny auſſi Conſeiller ceans, Preſident és Enqueſtes, Docteur Regent en la Faculté de Decret en ladite Vniuerſité pour ladite Faculté, ont eſté oüys ſur la Requeſte faite Samedy dernier en leur plaidoyé, tendant à ce que juſques à ce qu'ils euſſent fait ladite reformation, les deffences faites par ladite Cour aux Docteurs & Regens de ladite Faculté, de ne receuoir aucun au degré Doctoral ou Regence en icelle Faculté, meſmement les Doctorandes qui s'étoient preſentez tienſiſſent, & que iceux deleguez ont requis qu'il leur fuſt permis corriger & adjouſter à leurdit plaidoyé, & au ſurplus dit qu'il ſe trouueroit que leſdits Doctorandes ou aucuns d'eux auoient eſté Bacheliers & Licentiez en vn meſme iour, combien que iamais ils n'y étudierent, ne firent aucune repetition ou lecture en ladite Faculté de Decret, & pour eſtre admis audit degré doctoral auoient baillé trois mille francs ou autre groſſe ſomme, & ſi les Docteurs, Regens ne faiſoient *quotidie* la lecture ou les repetitions, comme ils eſtoient tenus faire par leurs Statuts & la reformation du Cardinal de Touteuille, *aliàs ipſo facto priuabantur*, & pour ce auoient deliberé à commencer la priuation contre les Docteurs, Regens.

A quoy à reſpondu ledit Dorigny, qu'il eſtoit content que ladite reformation fuſt faite & qu'il ne ſe trouueroit point telles exactions que leſdits Deleguez pretendoient & ſi faiſoient leſdits Docteurs ou l'vn d'eux la lecture ordinaire & les repetitions à vn iour ſolemnel en l'an & que ſoubs luy Maiſtre Iean Dugué Aduocat ceans auoit reperé.

Outre ont dit iceux Deleguez qu'auant ladite reformation de Touteuille auoient eſté faites trois autres reformations par trois autres Cardinaux Legats en France, leſquelles reformations eſtoient pardeuers ledit Dorigny ou ſes Compagnons, requerans qu'ils fuſſent contraints les exhiber auec tous les Statuts de ladite Vniuerſité & mettre pardeuers ladite Cour, pour aprés les auoir veus, proceder au fais de leur reformation: la matiere miſe en deliberation.

1533. Ladite Cour a ordonné que leſdites Parties corrigeront & adiouſteront à leur Plaidoyé dedans trois iours & mettront leſdits de la Faculté enſemble les Reformations, tant dudit Cardinal de Tourenille que des autres Cardinaux Legats en France, dont ledit Dorigny & autres de ladite Faculté ſeront tenus ſe purger par ſerment pardeuant Maiſtre Nicolle Brachet & Louis Roillard Conſeillers en ladite Cour qu'elle commet, quant à ce & par eux ſeront leſdits Doctorandes interrogez & ſera informé *ex officio*, dedans huictaine ſur les Articles, que leſdits deleguez bailleront par Eſcrit, leſquels deleguez nommeront & adminiſtreront les teſmoins, par leſquels ils entendent leurs faits eſtre prouuez, pour ce fait & rapporté pardeuers ladite Cour, faire droit auſdites Parties, ainſi qu'il appartiendra par raiſon, & cependant ordonne ladite Cour, que les inhibitions & deffences d'icelle tiendront. Fait en Parlement le 7. iour du mois de May 1533.

Die vltima Maij, vt legitur in Actis Medicinæ, vocata eſt Vniuerſitas ad Math. ſuper libellis famoſis à quibuſdam licentiâ maledicendi ſpargi & affigi ſolitis. Item & de litteris ad Legatum mittendis ſuper ſigillatione litterarum iam à Secretario Regis obſignatarum pro exemptione à Decimis.

Die 23. Iunij electus eſt in Rectorem M. Andreas Goueanus Luſitanus Collegij San-Barbarani Primarius: quo Rectore 3. nonas Iulias habitis Comitijs concluſum Oratorem eſſe ad Legatum mittendum, ad obtinendam exemptionem à Decimis, iuxta litteras Regias: quippe ille ſigillum quoque ſuum apponere morabatur. Annuit quoque Vniuerſitas ſupplicationi Facultatis Theologicæ pro reuocandis Bedda & alijs Theologis ab exilio. Poſtulauit quoque Decanus Theol. vt nomine publico mitterentur viri graues ad Epiſcopi Pariſ. Vicarios, quò ſignificarent per Parœcias plebi, vt ſi quis ex prædicatione aliqua Quadrageſimali ſcandalum aliquod paſſus eſſet ex maleſana aliqua prædicatione, referre cogeretur; quod conceſſit Vniuerſitas. Ita habent acta Medicinæ.

Die 13. Iulij latum eſt Senatuſconſultum contra Theſes cuiuſdam Monachi nomine Grandis. vid. libert. Gall. tom. 2. cap. 35.

Die 10 menſis Octob. electus eſt in Rectorem M. Nicolaus Copus Pariſinus in Medicina Baccalaureus in Coll. San-Barbarano Præceptor: quo Rectore die 24. eiuſdem menſis habitis apud Math. Comitijs, lectæ ſunt litteræ Regiæ, quibus poſtulabatur Vniuerſitas reddere rationem quamobrem librum quendam ſub hoc titulo *Speculum animæ Peccatricis*, damnaſſet: At illa rei ignara reſpondit ſe nec librum damnaſſe, nec vidiſſe; Theologorum id forte factum, à Theologis repetendum; idque apertè Epiſcopo Siluanectenſi litterarum Regiarum latori ſignificauit. Hac de re ſic habent acta Medicinæ. *Die veneris 24. Octob. vocata eſt à Rectore Vniuerſitas ad Math. pro audiendis* litteris Regijs quibus continetur vt Vniuerſitas daret cauſas propter quas repoſuiſſet libellum quendam Gallicum inſcriptum, *le Miroir de l'Ame pechereſſe*, inter reprobatos; deleretque propoſitiones ſi quæ eſſent hæreticæ. *His lectis, Facultas dixit ſe neſciuiſſe id de quo eſſet in litteris ſermo, vultque vt de cætero in his quæ tangunt fidem, Theologia agat ſuo nomine, & non vniuerſi Collegij; fuitque concluſum vt mitterentur ad Regem litteræ excuſatoriæ.* Idem planè legitur in Actis Procuratorijs Nat. Gall. *Scriptum* ad Regem, *librum illum nunquam ab Vniuerſitate damnatum eſſe, nedum viſum; qui tamen ſi taxatus eſſet ab aliquibus, idque iuſtè aut iniuria, cauſam ſuam oportere eos tueri & defendere qui id feciſſent, vtpote horum omnium ignaram.*

Die quæ vocatur omnium Sanctorum, M. Nicolaus Copus Rector cum publicè concionem ad populum haberet; accuſatus eſt à Franciſcanis emiſiſſe nonnullas propoſitiones hæreticas, & eo nomine non ad Vniuerſitatem, ſed ad Senatum ab ijs delatus. Itaque ille die 19. Nouemb. Comitia habet apud Mathurinenſes, remque declarat; nec ſine tumultu deliberatum eſt; vt in Actis Medicinæ continetur. *Die Mercurij 19. Nouemb.*

Rector accuſatur Hæreſeos.

congregata eſt Vniuerſitas ad Mathurinos duobus ſuper art. Alter fuit ſuper iniuria Vniuerſitati illata non contemnenda. Alter ſuper iniurijs & ſupplicationibus; pro priore expoſuit D. Rector iniurias ſibi illatas à Franciſcanis, quòd propoſitiones quaſdam extraxiſſent ex ſermone quem habuerat in feſto Sanctorum omnium, quas ſuas eſſe negauit. Vnam tamen ex omnibus confeſſus Rector. Siquidem ad Superiorem Iudicem vocatus erat, omiſſo medio & neglecta prima Vniuerſitatis Iuriſdictione, vt ſuper propoſitionibus reſponderet. Supplicuit itaque idem Rector vt vindicem ſe præberet Vniuerſitas iniuriarum Vniuerſitati illatarum & ſe ſe adiutricem in eo negotio præſtaret. Tumultus ſanè in ea Congregatione fuit, horreſcoque dum refero: ſed tamen per Facultatem ita eſt concluſum vt hoc pacto referretur: *Ægrè fert Facultas iniuriam Vniuerſitati toti illatam quod tractus fuerit ad Superiorem Iudicem, omiſſo medio ſummus ſuus Magiſtratus. Et eam obrem cenſet Facultas vt eius Accuſatores & qui ſupplicationem ſuperiori Iudici porrexerunt, citentur in facie Vniuerſitatis, cauſas rei allaturi.* 1533.

Nationes pollicitæ ſunt in agendis auxilium & fauorem, citra omnem iniuriam & fraudem. Nihil tamen auſus eſt Rector concludere, renitentibus quippe Theologiæ & Decretorum Facultatibus; verituſque carceres, abſtinuit deinde publico, nec apud ſenatum comparuit. Quamobrem ſollicita Facultas Artium quid eſſet actura, conuocante Procuratore Nat. Gall. apud S. Iuliani ædem conuenit, & deliberauit ſuper Sigillo Rectorio eiuſque neceſſitate, ſed non concordantibus ſuffragijs nihil concluſum. Reuera Copus ſuſpectæ cœpit eſſe fidei; & quia Pater eius Guillelmus Regis Medicus parum ſanè ſapere credebatur; & quia cum hæreticis familiariter conuerſari compertus eſt. Vnde poſtquam reſcitum eſt eum fugiſſe, Ioannes Morinus Balliuus Caluinum qui tum in Collegio Forteretico morabatur, alioſque eius familiares inquiſiuit ad prehendendum; ſed illi ſimiliter fuga ſibi conſuluerunt. Dilapſo Copo, præpoſitus eſt Arnulphus Monart Procurator Vniuerſitatis, excipiendis interim Iuramentis, ne quid detrimenti publica res caperet.

Die 22. Decemb. conuentum apud Mathurinenſes & deliberatum an abſente Rectore fieret ſupplicatio conſueta, an omitteretur; placuit omitti, fierique ſupplicationem in Clauſtro Mathurinorum. *Videbatur ſiquidem ſatis abſurdum* (vt habent acta Medicinæ) *monſtroſumque, vt tot viri abſque capite per vrbem progrederentur.*

Die 29. Decemb. acceptæ & lectæ ſunt Regiæ litteræ de corrigendis abuſibus & praua quæ inualuerat, diſciplinæ Scholaſticæ conſuetudine. Rex enim recuperatis liberis, partaque pace, ſuadentibus Bellaio Epiſcopo Pariſ. & Budæo, reſtituendis poſtliminio litteris animum omnino applicabat, & ſuo præſertim Collegio viros inſignes comparabat: ſed cum illi Tranſlationibus è Græco & Hebræo paulò fortè ſtudioſiùs quàm tempora ferebant, incumberent, à M. Natali Bedda Theologicæ Facultatis Syndico ad Curiam delati ſunt, in cuius Actis quæ dicta fuerint in vtramque partem, legitur ad diem 15. Ianu.

Extraict des Regiſtres de Parlement.

SVr la Requeſte preſentée à la Cour, tendant à ce que deffenſes fuſſent faites à M. Pierre Danes, François Vatable, Paul Paradis & Agathie Guidacier liſans du Roy en l'Vniuerſité de Paris, & à tous autres en general de ne entreprendre à lire & interpreter publiquement la ſainte Eſcriture, ſinon que premierement ils ſe fuſſent preſentez à la Faculté de Theologie de ladite Vniuerſité & n'euſſent permiſſion d'icelle de faire leſdites Lectures. Aprés que le Procureur general du Roy en perſonne a perſiſté à l'enteriment de ladite Requeſte & conclu ſelon icelle, M. Noël Bedda Docteur & Syndic de ladite Faculté de Theologie à Paris, dit que ce qui l'a meu à aduertir les Gens du Roy de la Cour de ceans, a eſté non Contra novos Profeſſores Regios.

1533\. " pour empeſcher la lecture des Langues Grecques & Hebraïques, deſquelles il loüe le ſçauoir & doctrine, mais principalement craignant que les Profeſſeurs deſdites Langues qui peut eſtre n'entendent la Theologie, ne taxent ou derogent à la tranſlation de la Sainte-Eſcriture dont vſe l'Egliſe Romaine & Occidentale, & par icelle approuuée il y a enuiron 1100. ans, & que Gens ſçauans en ſciences humaines, qui ſe ſont mis à traitter de Theologie, & preſumans corriger ladite tranſlation comme Eraſme, Fabry & autres ont fait, ne faſſent vne grande playe en la Chreſtienté. Car Gens curieux ſuiuent la diuerſité deſdites Tranſlations, chacun ſelon ſa fantaiſie; & qui les croiroit, n'y auroit certaine regle de la Sainte-Eſcriture. *Item*, & où ils entendroient la Sainte-Eſcriture en tranſlatant, ils peuuent induire les Auditeurs à douter de noſtre Tranſlation dont vſe l'Egliſe, parce qu'ils dient, le Grec ou l'Hebrieu a ainſi. *Item*, les Liures Grecs ou Hebrieux en la Sainte-Eſcriture, viennent la pluſpart des Allemagnes, où peuuent auoir eſté les Liures changez. Et quand à l'Hebrieu pluſieurs Iuifs qui font imprimer leurs liures Hebraïques, ſont Lutheriens, parquoy on craint qu'ils n'ayent varié les Liures; parquoy ne ſoit ſuffiſant argument, *ita habent Hebræa*. Et ceux qui ont fait diuerſes Tranſlations, ſont toutes differentes l'vne de l'autre. Pour ces raiſons ſupplioit à la Cour, que ſi elle permettoit auſdits Liſans en Grec & Hebrieu de continuer leurs Leçons en la Sainte-Eſcriture, que deffenſes leur fuſſent faites de ne taxer, reprendre ou deroger à la Tranſlation dont vſe l'Egliſe, & qu'ils euſſent à ſe garder de dire ou ſemer choſes fauorables à la Secte Lutherienne.

" Marilhac pour les Deffendeurs, dit qu'il y a quatre ans que le Roy *delegit ſibi viros doctrina, fide & probitate ſpectatos*, pour multiplier les Lettres humaines, *plus ſolito floreſcentes*, en ſa Cité de Paris, ville Capitale de ſon Royaume, eſperant par ce moyen, comme auſſi il eſt à eſperer, que ſon Royaume ſe peuplera de Gens ſçauans & Lettrez, & parce florira par ſur tous autres, *quale Imperium Romanum litteris demũ virtute bellica vniuerſo Orbi legimus præfuiſſe*. Et entr'autres le Roy a éleu ces 4. Perſonages pour interpreter les Langues Grecques & Hebraïques, aprés auoir eſté deüement aduerty par Gens ſçauans en tous ſçauoirs, *quorum ingenti frequentia aſciſcitur*, que c'eſtoient Gens de eminent ſçauoir, *quodque raros haberent conſocios & ſibi conſimiles*, auſquels il a donné pouuoir *docere ſtudioſam Regni ſui Iuuentutem tali profecto Principe dignam & felicem litteras Græcas & Hebraïcas*, leſquels ſuiuant le bon-plaiſir du Roy, ont depuis ledit temps qui eſt de quatre ans, publiquement leu & interpreté leſdites Langues, vn chacun d'eux ſelon ſa profeſſion. *Danes litteras Græcas ex Ariſtotelis & cæteris Ethnicorum libris; cæteri Hebræas ex Sacrarum litterarum libris, quod ſoli lingua Hebræa ſunt ſcripti*. Et ne s'eſt point trouué que par ledit temps & eſpace de quatre ans aucuns d'eux, *qui Hebræas litteras ex ſacris illis fontibus ſunt profeſſi*, ayent iamais ſemé vne fauſſe doctrine, vn erreur, *aut aliud fidei noſtræ diſſonum. Nouiſſimè*, aprés auoir acheué quelques Liures de la Sainte-Eſcriture, les trois d'entr'eux ont mis des Billets & Affiches, *per compita quibus promittebant ſe lecturos*, en continuant leur vacation; l'vn *Prouerbia Salomonis*, les deux autres, *nonnullos ex Pſalmis*, du Prophete Royal Dauid, dont aduerty le Syndic de la Faculté de Theologie, auroit fait la denonciation telle qu'il a cy recité, donnant à entendre qu'il n'appartient à ſimples Rhetoriciens & Grammairiens Interpreter les ſaintes Lettres, meſmes aux denommez, aux billets par eux preſentez aux Gens du Roy, que prealablement ils ne fuſſent preſentez à la Faculté, *& probati eorum Ordini*, ils euſſent d'eux permiſſion de ce faire, *ad cuius denunciationem*, le Procureur General a baillé la Requeſte telle qu'il a fait preſentement, dont la Copie a eſté baillée auſdits deffendeurs par Ordonnance de la Cour, auec 4. billets mis & apportez par les Carrefours de cette ville par chacun deſdits deffendeurs. Par ladite Requeſte ledit Procureur General tend à ce que inhibitions & defenſes

ſoient faites aux denommez auſdits billets qui ſont les 4. deffendeurs, de ne lire publiquement les ſaintes Lettres que préalablement ils ne ſe 1533.
ſoient preſentez à la Faculté de Theologie & n'ayent permiſſion d'icelle. De l'ordonnance de la Cour, il a eſté enjoint aux Deffendeurs d'en venir ce iourd'huy 7. heures du matin. Or dient les Deffendeurs qu'en ce qui concerne les inhibitions & defenſes, ils s'en remettent entierement à la diſcretion de la Cour, deliberez d'y obeyr, *tanquam ſupremo Conſiſtorio Principis*. Et quant à ce qu'ils ayent à ſe preſenter à la Faculté de Theologie, & qu'ils prennent permiſſion d'eux, dient ſous correction de la Cour, que la Requeſte n'eſt raiſonnable : Car de deux choſes l'vne, ou les Gens du Roy entendent que la preſentation & permiſſion ſe expedient ſans connoiſſance de cauſe, ſans inquiſition, examen ou interrogatoire des Deffendeurs ou par le contraire : le premier eſt du tout fruſtratoire & inutile, & n'eſt beſoin d'authoriſer ceux qui *à Principe cuius eſt omnis autoritas & poteſtas*, en ce regard ſont autoriſez, deputez & deſtinez. *Si 2ᵃᵐ. quod veriſimilius eſt, quia quotiens peritorum requiritur conſenſus, is cum cauſæ cognitione requiritur. Barth. & cæteri in L. Theopompus de Dot. Præleg. in Pro. ff. & in l. 1. ſciendum per illum Text. de vent. in Pici.* La Requeſte n'eſt raiſonnable par trois conſiderations.

La 1. par la raiſon & Theorique commune de cette *l. 11. de Crimi. ſacri. Inſtar Sacrilegij eſt diſputare an is ſit dignus quem Princeps dignum putauit.* Et comme dit Bald. *ibidem, Cenſeretur quodammodo fieri iniuria Principi*, s'il falloit que ceux qu'il a deputez, fuſſent interrogez & approuuez par la Faculté de Theologie qui eſt *multo inferior quam Princeps, cum approbatus à Principe non debeat ab Inferiore non reputante Principem qualis*, eſt ladite Faculté, *reprobari. Panormit. & cæteri in C. Præſentium de Teſtib. moderni. in C. Cum venerabilis de Except.* Meſmement que ce ſont Gens ſi famez, renommez & ſi connus comme ſont les quatre, *quorum nomina non à Noſtratibus tantum, ſed à cæteris quibuſcumque extollantur, noti quippe & cogniti nulla egent approbatione, nec debent ſubijci examini*, dit le Texte, *in C. de Petro 47. diſt.* les Canoniſtes, *in C. Conſtitutus de Appellatio.* Ioint que leſdits Defendeurs, *ſunt quaſi in poſſeſſione docendi & publicè profitendi ſacras litteras*; car comme dit eſt cy-deſſus, il y a 4. ans qu'ils ont leu les liures de la Bible, au veu & ſçeu des Theologiens de Paris. Et y a pluſieurs grands Perſonnages, *qui eos eo ſunt dignati honore, vt voluerint ſe ab eis edoceri*, ſans ce que iamais le Syndic en ait fait plainte, denonciation ou Requeſte. Parquoy auiourd'huy de l'y vouloir contraindre à ſoy preſenter aux Theologiens & leur demander telle permiſſion, *quam non concederent*, ſans connoiſſance de cauſe, ce ſeroit contre la Theorique commune des Canoniſtes *in C. licet de Sim.* & douter de la ſuffiſance d'iceux, *qui tanto tempore digni & probati ſunt habiti, quoſque*, les Theologiens meſmes, *taciturnitate*, ont approuuez par les raiſons communes, *de quibus l. Barbacius Philoſophus de Officio Præt. Bald. in l. 2. de ſeruit. & aqu.* & taiſiblement, *eos reprobos ſaltem minus idoneos cenſere quos Principis autoritas, Tota ve Vniuerſitas, ſcientia & patientia, tot & tantorum Auditorum frequentia tam celebris, nominis eorum gloria & publicè erogata ſtipendia hactenus probauerunt*, contre la Theorique de la Loy, *Reprobari, de Excuſat. Tutor.* de la Loy, *vt gradatim. §. reprobari de Muneribus & honoribus*, & de la Loy *Grammatices, de Profeſſorib. & Medicis.*

La 2. Conſideration. Car ſi la Cour ordonne que leſdits Deffendeurs ſe preſenteront & auront permiſſion de la Faculté de Theologie auant que proceder à la lecture des Liures, *quos iam publicè polliciti ſunt ſe lecturos*, ce ne ſe pourroit faire, ſous correction de la Cour, ſans note & macule d'honneur des Deffendeurs, & ne pourroit-on autrement imprimer aux oreilles de ceux qui en ſeroient aduertis que la Cour ne l'auroit ordonné ſans cauſe procedant d'eux, & feroit-on illation d'auoir par eux fait quelque erronée & fauſſe interpretation qui ſugilleroit grandement leur honneur que la Cour ne doit tolerer à Gens ſi grandement meritez

» de la choſe publique conſiderée leur qualité, l'autorité du Prince, le long-
1533. » temps qu'ils ont fait la Profeſſion au veu & ſceu de tant de notables per-
» ſonnages & des Theologiens meſmes qui iournellement ont eſté & aſſiſté
» en leurs Lectures. Et ſans difficulté ce ne pourroit tomber en teſte d'vn
» homme bien cenſé qu'il n'y euſt faute de leur coſté qui les feroit auiour-
» d'huy ceſſer & requerir la permiſſion de la Faculté, à quoy il plaira à la
» Cour de auoir égard. Et s'il y auoit quelque information à l'encontre
» d'eux, *aut leui ſaltem coniectura vocarentur in ſuſpicionem quippiam dixiſſe*
» *quod à fide Chriſtiana & pietate eſſet alienum*, il y auroit quelque couleur
» faire ladite Requeſte, mais de tant d'Auditeurs & ſi frequens qu'ils ont
» eu depuis 4. ans, *nec vnus quidem prodit qui ſe dicat offenſum eorum interpre-*
» *tatione*. Parquoy il n'y auroit grand propos ſous correction de la Cour,
» *eos cogere venire in examen & exſpectare autoritatem*, des Theologiens de Pa-
» ris, *quæ ſine examinatione non concederetur nec ſine eorum contumelia*.
» La 3. Conſideration. Car de deux choſes l'vne, ou les Theologiens,
» *nouerunt litteras Græcas & Hebræas, aut non. Si 1um.* Soit qu'eux ou aucuns
» d'eux les entendent, ils ont pû aſſiſter aux lectures des Deffendeurs, ſça-
» uoir & entendre ſi leur Interpretation eſtoit contraire à celle qui a eſté
» receuë par l'Egliſe ou non. Si ainſi eſt, qu'ils en informent, *referant Prin-*
» *cipi, referant huic Supremo Senatui, referant alteri ad quem putarint eam rem*
» *pertinere*, & qu'on procede à l'encontre d'eux par voye de droict, non
» pas de prime face contraindre les Deffendeurs qui ſe ſont preſentez au
» Prince, d'aller encore aux Theologiens demander autre permiſſion. *Si*
» *2um*. La Cour entend quelle permiſſion, *cum cauſæ cognitione*, les Theo-
» logiens peuuent bailler aux Deffendeurs & quels Interrogatoires ils
» pourroient faire ſur la ſignification des termes Grecs ou Hebraïques.
» Par ces 3. moyens ſont les Deffendeurs en voye d'abſolution de la Re-
» queſte en ce regard. Ne fait riens ſi on vouloit dire qu'ils peuuent lire &
» enſeigner les langues Grecques & Hebraïques ſans lire les Lettres-
» ſaintes. Car quant à la Grecque, *ſolus Danes, vt dictum eſt, eam profitetur &*
» *publicè docet non ex ſacris Scripturis, ſed ex ſolo Ariſtotele*; les autres ne peu-
» uent lire autres liures en Hebreu que la Bible, ſi n'eſt quelque Grammai-
» re, *quæ tantum continet regulas & obſeruantias illas Grammaticulas*, par la le-
» cture de laquelle ſeule il eſt impoſſible, *docere linguam Hebræam*. Parquoy,
» *qui prohibuerit lecturam ſacrarum litterarum Bibliæ, per conſequens & He-*
» *bræas litteras quæ aliàs doceri non poſſunt*. Dont il s'enſuit, que tout ainſi
» que le Pape en conferant vn Benefice-Cure, *in neceſſariam conſequentiam*
» *permittit adminiſtrationem & interpretationem ſacrorum librorum*. En ſorte
» que tel pourueu d'vne Cure peut preſcher & interpreter les Saintes-
» lettres à ſes Parroiſſiens, ſans ſe preſenter autrement à la Faculté de
» Theologie, n'y en auoir permiſſion d'icelle, parce qu'il a l'autorité du
» Superieur. *Ita*, les Deffendeurs qui ſont deputez & deſtinez par le Prin-
» ce à lire les lettres *Hebrées, quibus in neceſſariam conſequentiam conceſſum eſt*
» *à Principe*, lire les Lettres-ſaintes, *cum nullæ aliæ ſint litteræ Hebraicæ*,
» les pourront ſans permiſſion de la Faculté de Theologie, lire & enſei-
» gner publiquement, *imò* par plus forte raiſon, *cum multo ſit perículoſius in-*
» *terpretari Epiſtolas Pauli coram indoctis & rudibus, quàm Prouerbia Salomo-*
» *nis, aut Pſalmos coram doctis & peritis, quales affluunt*, aux lectures des Def-
» fendeurs. Ioint qu'auiourd'huy on ſçait aſſez que ſans grande connoiſ-
» ſance de cauſe on pourroit faire aux Egliſes Parochiales de ce Royaume,
» ce que le Roy a fait en l'Election des Deffendeurs, car il a choiſi des
» plus ſçauans Gens, non ſeulement de ſon Royaume, mais de la Chre-
» ſtienté; par ces moyens conclut à fin d'abſolution.
» De Monthelon pour le Procureur general du Roy dit, que la con-
» jonction des lettres Hebraïques & Grecques, auec la Latine eſt tres-
» commode & expediente pour illuſtrer l'entendement humain & donner
» claire intelligence des choſes obſcures traittées par diuers Anciens en
» diuerſité de langues. Au moyen dequoy le Roy a fait office de vray Pere
à ſa

à ſa fille aiſnée l'Vniuerſité de Paris, d'auoir appellé en icelle & amplement ſtipendié Gens eſtrangers, experts & entendus eſdites Lettres 1533. pour les interpreter, elucider & les rendre intelligibles en ladite Vniuerſité laquelle on pourra dire cy-aprés eſtre, *nedum Latinarum Artium, verum & aliarum omnium totius Orbis famigeratiſſimum emporium. Commendatur à Suetone Iul. Cæſar quod Bibliothecas Græcas quas maximas poſſet Romæ congeſſerit; necnon & Veſpaſianus qui ita ingenia Arteſque excoluit vt è Fiſco Latinis, Græciſque Rhetoribus annua centena conſtituerit.* Par plus forte raiſon eſt digne de plus ſinguliere commendation, d'auoir par le Roy, non ſeulement les lettres Grecques, ains auſſi les Hebrées eſtably en ſa ville Capitale & Vniuerſité de Paris. Toutefois le Roy, *Princeps Chriſtianiſſimus ſimul & religioſiſſimus*, n'entend que par telles profeſſions des Lettres eſtranges puiſſe aduenir inconuenient, *ne minimum quidem*, à l'interpretation des ſaintes Lettres, receuë & approuuée par l'Egliſe vniuerſelle, & qui pourroit eſtre ſi les Interpreteurs de la langue Hebraïque vouloient interpreter les Liures de la Sainte-Eſcriture & qu'ils ne fuſſent bien fondez & entendus en la Faculté de Theologie. Car il ne ſuffit à bien interpreter, & traduire d'auoir la ſimple langue & interpretation en mots; mais il faut prendre, *ſenſum medullarem & myſticum, & non reddere verbum verbo, ſeu adhærere cortici verborum vt faciunt Iudæi, inquit Gloſſ. in l. fi. ff. de Exhib. Et pulchrè Horatius. Nec verbum verbo curabit reddere fidus Interpres.* Lequel ſens & entendement myſtique ne pourroit eſtre compris & delayé par celuy qui veut interpreter les Saintes-lettres s'il n'eſt docte en la Faculté de Theologie, & s'il auoit ſeulement la notice des Langues Hebraïques & Latines, ſans la parfonde doctrine de Theologie, il pourroit par ſon interpretation & derogeance nuire à la Tradition faite & receuë par l'Egliſe, dont ſuiuroit inconuenient merueilleux, *& daretur anſa calumniandi Lutheranis*, attendu la diuerſité des Auditeurs doctes & indoctes qui ſuiuroient leſdites Lettres & que leſdites deux qualitez ſont neceſſaires à vn bon Interpreteur & Traducteur des Saintes-lettres; ſe trouue que *tempore Ptolomæi Macedonum Regis*, quand il fut queſtion d'interpreter & traduire les Liures de la Bible, de l'Hebreu en langue Grecque, *Hieroſolymæ delegerunt ſibi 70. viros qui nedum Hebræas & Græcas linguas callebant, verum in ſacris Scripturis erant eruditiſſimi*, comme recite Euſebe en ſon Hiſtoire Eccleſiaſtique, au 5. l. c. 8. en demonſtrant que pour interpreter & traduire leſdites Saintes-lettres, ne ſuffit la ſcience des langues Hebrées & Latines, *ſed requiritur qualitas ſuperioris diſciplinæ*, qui eſt la Theologie, tout ainſi que ſi vn ſimple Orateur Latin vouloit interpreter les Saintes-lettres, on luy pourroit dire, *quod habetur in Communi Adagio: ne Sutor vltra crepidam.*

A ce que leſdits Interpretes dient qu'ils ont eſté approuuez par le Roy, comme ſuffiſans, & grandement lettrez: reſponſe qu'il ne s'enſuit ſi le Roy les a approuuez comme perits & lettrez en langue Hebraique, que pour ce il les ait approuuez eſtre doctes & entendus en la Faculté de Theologie, *plus eſt enim tale quam hoc ſimplex, nec ex primo ſequitur approbatio ſecundi, dicit Gloſſ. in Clementina Dudum, verbo Pacta de Sepult.* & le prouue le Texte, *in l. hoc Legatum ff. de leg. 3.* & ſi le Roy les auoit approuuez comme bons Theologiens, *abſit*, que ſon Procureur General voulſiſt dire ou penſer le contraire. Ne vaut dire qu'ils n'ont en langue Hebraique autres Volumes que les Saintes-lettres de la Bible, au moyen dequoy en leur permettant par le Roy interpreter lettres Hebraiques, *in quandam neceſſariam conſequentiam*, a permis interpreter leſdites Saintes-lettres. Car quoy qu'ils dient, n'eſt vray ſemblable qu'ils n'ayent pluſieurs Commentaires & Hiſtoriographes autres que de la Bible, & qu'il y en ait d'autres ſemble eſtre decidé en la Clementine *1. de Magiſtris*, par laquelle eſt ordonné qu'en chacune des Vniuerſitez fameuſes comme Paris, Boulongne & autres doiuent eſtre deputez Lecteurs & Interpretes des lettres Hebraiques & autres,

" pour les interpreter & traduire en langue Latine, ce qu'il faut neceſſai-
1533. " rement entendre des autres Liures que de la Bible, attendu que lors de la " Compilation de ladite Decretale, toute la Bible eſtoit traduite & la tra- " duction approuuée par l'Egliſe, *neque eſt veriſimile quod iam traductum iubeatur iterum traduci.* Faut auſſi conſiderer la malice du temps qui eſt à " preſent, que la reprouuée & damnée Secte Lutherienne, de laquelle le " Roy eſt totalement perſecuteur & extirpateur, & l'a touſiours montré " par effet, *paulatim repit, & virus ſuum effundit*, & pourroit eſtre que par " nouuelle Interpretatiō ou Traduction de Lettres-ſaintes, ils prendroient " quelque choſe à leur aduantage & en feroient mal leur profit, ainſi qu'il " eſt aduenu en traductions qui ont eſté faites du Pſautier, Euangile & autres ſaints Liures, du langage Latin en vulgaire. Dont s'eſt enſuiuy que " pluſieurs Ignorans ont preſumé entendre les Saintes-lettres, & ſont tombez en diuerſes erreurs; tellement que la Cour par ſon Arreſt a defendu " de ne faire doreſnauant telles Traductions. Car comme dit le Philoſophe " au 4. de ſes *Polit. cap. 8. Maximè omnium cauendum eſt in Repub. ab eo quod paulatim repit: latet enim ad tempus corruptio quod non tota ſimul ſit, ſed pedetentim ſucceſſit*, qui baille reſponſe à ce qu'ils dient qu'ils ont leu & interpreté les Saintes-lettres depuis 4. ans en çà, & n'en eſt aduenu aucun " inconuenient, car ſi inconuenient eſt aduenu, *neſcitur, forſan ad tempus latuit & paulatim repſit.* Quant à ce que leſdits Deffendeurs inſiſtent " qu'ils ne ſont tenus eux preſenter à la Faculté de Theologie pour eſtre " examinez & approuuez, le Syndic de ladite Faculté declare qu'il ne veut " & entend que ladite Faculté ait aucune approbation & examen ſur eux; " ainſi que le requiert ledit Procureur General, *verum quia eius eſt interpretari cuius eſt condere*, requiert qu'il plaiſe à la Cour tres-humblement ſupplier au Roy que ſon plaiſir ſoit declarer ſon vouloir & intention, à ſçauoir s'il a approuué leſdits Deffendeurs capables & ſuffiſans d'interpreter & traduire les Saintes-lettres, & iuſques à ce qu'il ait pleu au Roy " declarer ſon vouloir, que ſuiuant la concluſion du Syndic de la Faculté " de Theologie deffenſes particulieres leur ſoient faites de ne dire, ſemer " ou publier en leurs Lectures choſe qui ſoit contraire ou diſſonante à la " Traduction receuë & approuuée par l'Egliſe.

" La Covr a ordonné que dedans auiourd'huy les Parties pourront " corriger & adiouſter à leur Plaidoyé tout ce que bon leur ſemblera d'vne part & d'autre, pour le tout veu, faire ce qu'il appartiendra par raiſon.

De ea re nihil amplius in Actis Curiæ. Vt autem ſatisfieret litteris Regijs de Reformatione diſciplinæ Scholaſticæ, plura in eam rem habita ſunt Comitia, & tandem anno 1534. promulgata quædam capita Reformationis, quæ ſuo loco referimus.

Die 29. Ianu. in Comitijs Facultatis Artium lectæ ſunt litteræ ad eam datæ à Magno Franciæ Magiſtro in gratiam Cognati ſui Beluacenſis Epiſcopi, quibus illa nempe rogabatur prædictum Epiſcopum in Conſeruatorem aſſumere. In iiſdem Comitijs actum de Sigillo Rectorio quod Rector Copus aut abſtulerat excedens, aut amiſerat. Et decretum, ſi fieri aliter non poſſet, nouum eſſe conficiendum.

Die penultima Ianu. Epiſcopi Beluacenſis in Conſeruatorem Priuilegiorum Apoſtolicorum Electio ſeu deſignatio pridie facta omnibus Vniuerſitatis Ordinibus placuit. Et ille die 6. Feb. ſolita Iuramenta præſtitit; die verò 10. admiſſi ab eo Curiæ ſuæ Officiarij ſimiliter Iuramenta præſtiterunt.

1534. Anno 1534. in Profeſſorem linguæ Latinæ Collegio Regio aſſumptus, *Bartholomæus Latomus* Treuir, elegantem orationem habuit in laudem Regis & Guill. Budæi, cuius fauore aſſumptus fuerat, reluctantibus benè multis qui rem indignam eſſe putabant, quod vir Germanus, quo tempore Germania Hæreſes infinitas excitaret, Profeſſionem publicam Lutetiæ ſuſciperet. Conquerebantur quoque Gymnaſiarchæ de illa Inſtitutione Profeſſionis Latinæ in Rhetoricâ; quia futurum exiſtimabant, vt

ſua omnia Collegia deinceps deſererentur, atque ab ijs ad Profeſſionem Regiam & gratuitam conuolaretur. Qua de re ſic Latomus Epiſtola ad Eraſmum. Prouexit me Budæus ad Regiam Profeſſionem vir non litteris tantùm, vt tu noſti, ſed etiam humanitate colendus; mouebanturque inuidiâ, vt fieri ſolet, nonnulli, qui non putabant æquum eſſe in Gallia, vt Germano homini tantùm honoris deferretur. Itaque ego vt purgarem ambitionem meam, & ſimul vt clariſſimo viro gratias apud omnes agerem, paſſus ſum vulgari Orationem quam habui in auſpicandâ Prælectione publicâ, eademque re factum eſt, vt ad te quoque perueneret. Vtinam ſatisfacere poſſem gratulationi tuæ, Eraſme doctiſſime: quæ mihi non ſolum periucunda fuit, ſed etiam humaniſſima viſa eſt. Non enim credere potes quantum oneris ſuſtineam. Malè habet Primarios aliquot Collegiorum, quòd Latina Profeſſio publicè inſtituta ſit: tum verò tam multi figuli inuident; vt etiam quamuis bonum Artificem Artis pœnitere queat. Sed tamen obdurui, & ſatis feliciter proceſſi in hunc vſque diem: eſtque ſpes fore vt hoc Regium Inſtitutum in linguis & bonis Artibus prouehendis magno commodo ſit huic Academiæ. 1534.

Eraſmus verò reſcribens. Collegiorum, *inquit*, Primores nihil noui faciunt. Metuunt ne quid decedat ipſorum Quæſtui, quem plerique vnicum habent ſcopum; vix credas quibus machinis Louanij conati ſunt obſtare, ne Collegium Trilingue reciperetur. Quâ quidem in re ſtrenuam nauaui operam; ita plurimum inuidiæ mihi conflaui. Tornaci cœperat inſtitui Profeſſio Linguarum, ſed Academia Louanienſis & Franciſcani qui Tornacum incolunt, non conquieuerunt, donec quod inchoatum erat, omitteretur, *&c.* De Triplici autem hoc Profeſſorum genere eleganter Vulteius lib. 2. ad Stephanum Doletum. Epigrammate ad Franciſcum I.

Barbaries, Latij quidquid ſermonis habebant
Abſtulerat Gallis ruſticitate ſuâ.
Juſſiſti renouare artes & creſcere Linguas.
Te Duce ius retinet lingua Latina ſuum.
Auſonias, Græcas reſonat Gens Gallica voces:
Hebræaſque tuo munere docta colit.
Hoc miratur opus Terrarum maximus Orbis,
Et loquitur mores Barbara Terra tuos.

Die 1. Iunij actum eſt de Collegiorum Reformatione. 2. Actum de vrgenda lite aduerſus Monachos San-Germano-Pratenſes. 13. Iunij decreuit Senatus aduerſus Decretiſtas qui Doctorum ſuorum augebant numerum extra modum. Sic ergo ſe habet Senatus Decretum. Datum die Sabbati 13. Iunij, quod integrum habetur in Libertatibus Eccleſiæ Gallic.

Entre M. Iacques de la Barde, René du Bellay, Nicole & Nicolas de la Guyonnie Conſeiller en la Cour, Commiſſaires deleguez à la reformation de l'Vniuerſité de Paris, & Facultez d'icelle, & le Procureur de l'Vniuerſité de Paris: Demandeurs d'vne part, Et les Doyen, Docteurs, Regens en la Faculté de Decret de ladite Vniuerſité, Deffendeurs d'autre.

VEV par la Cour le Plaidoyé fait en icelle le 13. iour de May 1533. les Informations faites par ordonnance d'icelle Cour, les Concluſions du Procureur General du Roy, la Reformation de ladite Vniuerſité faite par le Cardinal d'Eſtouteuille Legat le 17. Decemb. 1451. entre les Eſcholiers eſtudians en ladite Faculté de Decret, & les Docteurs en icelle Faculté. La Requeſte verbale faite en ladite Cour par aucuns deſdits deleguez requerans que le plaiſir de ladite Cour fuſt pouruoir à ce que les Articles qui par eux ſeront faits pour la reformation de ladite Faculté & CIRCA DECRETORVM FACVLTATEM.

" pareillement de ladite Vniuerſité & autres Facultez d'icelle puiſſe eſtre
1534. " executée nonobſtant oppoſitions ou appellations quelconques & ſans
" preiudice d'iceux. Vne Requeſte baillée à ladite Cour, ce iourd'huy par
" M. Iacques Spiſſame Conſeiller en ladite Cour, & Chancelier en l'Égli-
" gliſe & Vniuerſité de Paris, par laquelle il requeroit qu'il fuſt ordonné
" par ladite Cour eſtre par luy procedé, comme Chancelier d'icelle Vni-
" uerſité, preſens & appellez tels qu'il plairoit à ladite Cour, meſmement
" les Reformateurs deputez à reformer ladite Vniuerſité, à la Reforma-
" tion d'icelle Faculté, ce qu'il ſembloit à ladite Cour eſtre expedient. Et
" tout ce que par leſdites Parties a eſté mis & produit pardeuers ladite Cour.
" Et tout conſideré.

" Il ſera dit que ladite Cour a ordonné & ordonne par maniere de Pro-
" uiſion & ſans preiudice de la future Reformation, & iuſqu'à ce que par
" leſdits Reformateurs deputez par le Roy & par le Cardinal de Sens Le-
" gat en France, à la Reformation de l'Vniuerſité de Paris, & Facultez
" d'icelle autrement en ſoit ordonné; en ladite Faculté de Decret y aura
" ſix Docteurs Regens, deſquels les deux liront les Decretales, c'eſt à ſça-
" uoir depuis la feſte de S. Luc iuſques à Paſques, des ſept heures iuſques
" à neuf, & de Paſques iuſques à la Noſtre-Dame de Septembre, des ſix
" heures iuſques à huit.

" Les deux autres Docteurs liront les ſixiéme & Clementines, & les
" deux autres Docteurs liront le grand Decret; & commencera la pre-
" miere Leçon à neuf-heures du matin, iuſques à dix-heures depuis la-
" dite feſte de S. Luc, iuſques à Paſques, & depuis Paſques iuſques à ladi-
" dite feſte Noſtre-Dame de Septembre commencera à huit heures du
" matin iuſques à neuf, & l'autre aprésdiſnée depuis trois heures iuſques
" à quatre. Et liront leſdits deux Docteurs qui ſeront deputez à faire leſ-
" dites lectures des Decretales *cum apparatu expedienti*, les Textes nota-
" bles; & en l'expoſition deſdits Textes ne permettront la diuiſion requi-
" ſe, les raiſons de douter & decider auec les préſuppoſitious conuenables
" pour l'entendement de la Decretale, & expedieront les Gloſes par or-
" dre & diſtinctement auec l'Apparat de Panorme & des autres Docteurs
" qu'ils pourront voir pour faire leurs Lectures, & ſeront tenuz lire leſdi-
" tes Decretales dedans deux ans. Et ceux qui liront l'apréſdinée des Si-
" xieſmes & Clementines; & les deux autres qui liront le grand Decret,
" expedieront les Textes & Gloſes ſans grand Apparat, lequel ils ſeront
" tenuz lire dedans deux ans; & feront leſdits Docteurs leurs Lectures és
" grandes Eſcholes de ladite Faculté de Decret publiquement. Et les
" Docteurs Regens ſeront pris & receus, en la maniere qui s'enſuit.
" C'eſt à ſçauoir que ceux qui voudront paruenir à ladite Doctorerie en
" ladite Faculté pour eſtre Regens, feront deux repetitions publiques és
" grandes Eſcholes en la preſence des Docteurs de ladite Faculté, & de
" deux Conſeillers, qui à ce par elle ſeront deputez & reſpondront publi-
" quement à tous voulans arguer contr'eux, ſoient Docteurs, Licentiez,
" Bacheliers ou autres: Et ce fait, & l'Inquiſition ſommaire préalablement
" faite par leſdits Conſeillers ſur la vie & mœurs de ceux qui voudront
" eſtre admis à la Doctorerie, & leur facunde; & s'ils ſont agreables aux
" Eſcholiers. Et icelle inquiſition veüe, & oüy le rapport deſdits Con-
" ſeillers ſoient pôur la premiere fois les trois qui ſe trouueront capables,
" receuz auec ceux qui à preſent ſont à ladite Doctorerie & Regence. Et
" aprés que le nombre de ſix ſera remply, vacant l'vne deſdites Regences,
" ſera pourueu en la maniere qui s'enſuit. C'eſt à ſçauoir que celuy qui
" voudra eſtre admis, ſera tenu faire les repetitions & réponſes en la ma-
" niere deſſuſdite, & ce fait les cinq Docteurs aſſemblez en la preſence
" deſdits deux Conſeillers qui ſeront deputez par ladite Cour, iureront
" ſolemnellement de élire en Docteur Regent, celuy qui ſera troué le
" plus idoine, capable & ſuffiſant, plus commode & vtile aux Eſcholiers &
" Auditeurs en ladite Faculté.

Die 23 Iunij electus eſt Rector M. Antonius Emery vir in Arte Medica perſpicuus; quo Rectore, propoſiti ſunt Articuli Reformationis præclaræ Facultatis Artium, qui deinde Regi oblati placuerunt: ſunt autem iſti. 1533.

Articuli circa quos prouidendum eſt pro Scholaſtica reparatione in ſtatum meliorem reformanda.

IMprimis circa lectiones Dialectici primo anno cum nonnullis Introductionibus Quæſtionarios addant quibus ad arguendum erudiri adoleſcentes poſſint. Poteruntque Præceptores nonnullas Quæſtiones ad partem vtramque probabiles pro more antiquo ſcribendas diſcipulis committere, vt in diſceptationibus repetentes certamina Scholaſtica iuxtà ritum ſeruent.

Item in Repetitionibus nullos libros legant; quin potius argumentis exerceant adoleſcentes, & eos qui ad benè arguendum ſunt alacres inuitent, tardos verò coarguant.

Item Logicis & Phyſicis fiet continua lectio textus Ariſtotelici, dum tamen eliciantur Quæſtiones & dubia & Concluſiones; ad quarum Partes vtraſque via ſit Argumentationis, deturque materia Diſcipulis in hoc ad exercitium ſuum non omiſſis etiam pro arbitrio Præceptorum Quæſtionarijs qui maximè ad veram textus intelligentiam conducunt.

Item Primarij circa diſceptationes iſtas ſcedulam nauare debent operam, nec eſſe ſegnes aut deſides vt ad vnguem ſeruentur, Præceptoreſque nullos admittant quos ſub iuramento ad huiuſmodi articulorum obſeruationem non adſtrinxerint vt nec ignorantia ducti repugnare audeant.

Item nil vſurpent ſupra Dialecticos Grammatici; quin potius ſuis ſe contineant terminis & Dialecticam Dialecticis relinquant.

Item ab impudicis Hæreticorum voluminibus quæ non ſolum adoleſcentiam perdunt, ſed & animam perimunt, omnino abſtineant & apud ſe nulla ſibi ſeruent, ne quis ignorantia excuſari valeat, quæ præterquam quod Senatorio Edicto ita & totius Vniuerſitatis conſenſu prohibita ſunt, Vniuerſitatis Procuratio recenſeat.

Item adoleſcentibus rudimenta legere non negligant, vt in his edocti facile ſuperædificari poſſint.

Item quod Præceptores ſint graues moribus & conditione probati, ornati veſtitu qui Regentem deceat, non decurtata veſte & fractis manicis, ſed ferant vt Maiores ſui Capitia ſine quibus nec legant, nec per gymmaſium incedant.

Item nullus Primatum ſeu Regentiam Pariſius adipiſcatur, niſi gradu ſit inſignitus.

Item ne prolixa barba, quod maximè indecorum eſt, legere permittantur.

Idem doceant diſciplinam bonam & caſtam cum pudore bono & grauitate honeſta, primique ad Diuinum cultum ſuos Diſcipulos inuitent.

Item quod Diſcipuli ſacrificio adeſſe cogantur ſimul ad horas Chriſtiparæ virginis dicendas, nec minus ad Pſalmos Pœnitentiales, Sanctorum Letanias, nec ceſſent à ſalutationibus ſolitis, nempe Salue Regina & alijs quæ longo vſu in Collegijs decantari ſolent; inſuetis autem orationibus Altiſſimum pro Rege deprecentur, fideique integritate & pro Defunctis omnibus: præterea exploretur ſi non precum loco ſeculares aliquot libros deferant.

Item quod omnes Lutheranæ factionis ſint immunes: quod ſi aliqui ſint aliquo pacto ſuſpecti, ſine mora eijciantur.

Item non vagentur Præceptores ad ludos & theatra Pilæ aut huiuſmodi turpia loca, aut forte ad Cauponas, nec Diſcipulis dent commeatum ad liberè exeundum à foribus Collegij, ne forte licentia abutentes ad ſimilia loca diſcurrant, verum illis verbo præluceant & exemplo.

Item cogant aſſiduè ſuos Diſcipulos Latinè loqui ſub graui mulcta &

cum eos docent, reſpondere permittant illorum potius quàm propriæ
1534. conſulentes vtilitati.

Item auſteritatem & ſeueritatem nimiam deuitent, vſque adeo tamen vt nec nimis lenes ſint, aut remiſſi in animaduerſione & correctione ſuorum ſubditorum.

Item poſt figuram, Sophiſma, Determinationes, reſponſiones nullus Regens permittat ſuos exire domum neue eos ducat ſeorſum.

Item tam Primarij quàm Regentes dent operam vt cogant omnes vulgo Portioniſtas dictos ad communem menſam venire.

Item quod ſecretè interrogentur Adoleſcentes, ſi inter eos immorigeri fuerint aliqui libros habentes ſuſpectæ Religionis qui alios in ſuam ſententiam trahere conentur.

Item quod omnes & Pædagogi gradu non inſignes & diſcipuli cincti, vt à Præceptoribus ſecernantur, incedant.

Item quod nullus ad Gradum recipiatur qui in Lectionibus aſſiduus nôn fuerit; quod ſi vagabundus paſſim ad publicas quæſtiones diſcurrere ſoleat, à curſu arceatur.

Item quod nullus admittatur ad actum Determinantium, niſi Pariſius ſtuduerit per ſpatium duorum annorum, aut in alia Vniuerſitate in qua duo anni pro vno numerantur.

Item nullus Primarius exigat à ſuis Præceptoribus pecuniam pro Regentia, aut paciſcatur cum illis; & iuramento adſtringantur ſi nunc obſeruent.

Item Primarij prouideant de victu ſalubri & ſano.

Item viſitent ſinguli Primarij aut qui horum vices gerunt, adiunctis ſibi vno, aut duobus grauioribus Regentibus, ſingula cubicula vt emendent quæ caſtiganda videbuntur.

Item implorandum eſt brachium ſeculare contra Trapezitas vulgo Banguiarios qui ſine titulo, ſed ſola vi occupant fundata Collegia, totum in ſuam rem conuertentes emolumentum ab omni gradu Vniuerſitatis alieni quique pro Burſarijs & Scholaſticis nutriunt nebulones, homicidas, meretrices & Collegia omnia olim benè fundata profanant.

Lecta, approbata & confirmata in vltimis Comitijs Vniuerſitatis apud S. Mathurinum 3. die Iulij, anno Domini 1534.

Sign. S. LE ROVX, cum ſyngrapha.

Authenticum ſeu originale pro ſua benignitate mecum communicauit M. Abrahamus Marlier Collegij Mont-Acutani Primarius.

Die 25. Septemb. obijt Clemens VII. ætatis 56. cui ſuffectus eſt Paulus III. ſeditque annos 15.

Die 10 Octob. fuit electus in Rectorem M. Hugo L'eſperuier Nat. Gallic. & inſtructus die 12. quo die vt legitur in Actis Germ. Nat. præſentata fuerunt antiqua ſigilla & condemnata, deciſumque fuit quod non remaneret niſi vnum.

Die Dominica 18. Octob. à Lutheranis & Zuinglianis ſparſi ſunt 4. affixi paſſim libelli execrabiles omnino & abomninabiles contra Sacroſanctam Euchariſtiam; inquiſitum in Auctores, multi capti.

Acta Medicinæ ſic habent ea de re ad 21. Nouemb. *Conuocata eſt Vniuerſitas per D. Rectorem apud Math. ſuper 2. art.* prior exponebat preces fundendas eſſe ad Altiſſimum pro exterminandis hæreſibus, *alter, tritius* & communis ſupplicationibus & iniurijs accommodus. Quoad priorem art. placuit Facultati, gratiæ agerentur & haberentur maximæ coram Deo Opt. Max. quod detecta fuiſſet audax nimis temeritas quorundam inconſultæ mentis hominum qui nocturno ſilentio & per profundas tenebras per compita totius fere vrbis Pariſ. chartas penè innumeras & libellos quoſdam affixerant doctrinam de ſacroſancto Euchariſtiæ Sacramento pluſquam Lutherana & iamdudum ab antiquis & ſanctis Eccleſiæ Doctoribus & viris Religioſis damnata refertos. Sed & gratias egit maximas Facultas Chriſtianiſſimo Regi Franciſco qui tam ſedulò tanquam alacri-

ter in fortitudine brachij ſui huius nouæ, & vt putatur, ſceleratiſſimæ factionis autores & fautores inſectatus fuerit, & à ſuo Regno penitùs 1534. exterminari vel ſtrictiſſimo mandato præceperit. Quoad 2um. art. ſupplicuit quidam Doctor Theologus cognomento Lullier vt mitterentur Oratores ad Regem nomine & expenſis totius Vniuerſitatis pro liberatione Natalis Bedæ & Nicolai Clerici Doctorum Theolog. qui tunc ex mandato Regis detinebatur captiui in Carceribus D. Pariſ. Epiſcopi, & cuiuſdam etiam Licentiandi Theologi cognomento Picard. Ad hanc ſupplicationem reſpondit Facultas vnà cum alijs Facultatibus rem maturo conſilio tractandam eſſe, neque ita præcipitanter Regem pro huiuſmodi negotio adeundum eſſe, ne oleum adderemus camino & moueremus Camarinam. Parata tamen fuit Facultas omnem fauorem & quod poſſet auxilium illis impartiri, data occaſione. Clerici & Picard liberati ſunt poſt aliquot dies, ſed Beda miſſus eſt in exilium, vnde iam ſemel fuerat reuocatus, factus prius Populo ſpectaculum, quòd multa vt ferebatur, inconſultè & auſu nimis temerario contra Regiam Maieſtatem & dicto & facto attentaſſet. Det Deus illi conſtantem animum & mentem ſanam in corpore ſano.

Ex ijs autem qui comprehenſi ſunt; comprehenſi ſunt autem plures, numero circiter 160. nonnulli faſſi ſunt Conjuratis vnam mentem fuiſſe, trucidare Catholicos Templis incubantes, dum ſacra fierent. Rex qui tum Bleſis erat, Conjurationem reſciuit, eoque nomine Lutetiam aduolauit. Animaduertit in plurimos qui viui traditi ſunt Wlcani ludibrio, vt ſcribit Nicol. Clenardus Epiſc. ad Vaſæum, & cruentiſſimum in omnes Nouatores fert Edictum. Concionatores in eiuſmodi fecem inuehebantur; quorum concionibus plebs inflammata ſæuijt in multos, poſtulauit alios ad ſupplicium, nonnullos profugere coëgit; præſertim verò Germani omnes hoc nomine potiſſimùm ſuſpecti ſibi valde timuerunt: quod hæreſis illa in Germania ortum habuiſſet: Et quòd Germani quidam hæreſim illam, veluti ſuæ patriæ decus tutarentur. Nihilominus ex ijs qui flammis publicè cremati ſunt, nulli Germani inuenti ſunt; vt ſcribit Bartholomæus Latomus ad Eraſmum; datâ Lutetiæ Epiſtolâ die SS. Petri & Pauli an. 1535. *De noſtris Concionatoribus vel potius de totâ turbulentâ concione nihil opinor opus eſſe ad te ſcribere, cùm non ſolùm omnia ex aliorum litteris qui ad te ſcribere ſolent, ſed etiam ex fama ipsâ cognoueris. Fuimus præteritâ hieme in magno periculo & inuidiâ Germani omnes in hac vrbe, propter quorundam temeritatem qui libellos ſeditioſos non ſolùm totâ vrbe Pariſiorum, ſed etiam in Aula Regis fixerant. Dederunt tamen illi pœnas, atque vtinam omnes dediſſent. Sed interim & alij complures eadem tempeſtate abrepti ſunt. Magnus terror erat & formidoloſa rerum facies apud omnes, vincula, carceres, tormenta, flammæ. Vidiſſes homines in altum ſuſpenſos ſubiectis ignibus viuos cremari, audiſſes voces inſultantis vulgi & increpantis damnatos inter ipſa ſupplicia cum magnâ atrocitate. Ita ſupra quatuor & viginti homines abſumpti ſunt, Gallici nominis omnes; nec quiſquam Germanus de capite periclitatus eſt. Bedda tuus fecit emendam, vt vocant, honorabilem cum hac confeſſione; quod contra veritatem & Regem locutus eſſet: quæ verba ante Ædem D. Virginis magno Populi concurſu, præeunte præcone, palam pronunciauit; ne fortè Lutheranum illum fuiſſe putes. Sed tamen detinetur adhuc in carcere detrudendus in Monaſterium aliquod, vt ferunt, vbi & quando Regi viſum fuerit. Cæterùm iam tranquilla ſunt omnia, eſtque fama Exules qui metu profugerunt, redituros eſſe, reſtitutis etiam bonis quæ fuerant à fiſco occupata.*

Hæc ſcribit, vt præmonuimus, an. 1535. Bedda enim qui iam propter linguæ proteruiam & ſeditioſas aliquot Conciones quibus ipſummet Regem hæreſeos inſimulare videbatur, expulſus fuerat; anno 1534. reuocatus iterum concionari cœperat, feruentiorique forſan zelo Populum accendebat; quamobrem poſtulatus ad ſupplicium; luit pœnas quas ſcribit Latomus. De eodem Studioſorum in vrbe Pariſienſi ſtatu ſic ſcribit Eraſmus ad Ludouicum Berum Præpoſitum Curienſem, inſignem

Theologum, & olim in hac Academia Theologalis laureæ primo loco
1534. donatum; quo tempore meritis dabatur. *Lutetiæ*, inquit, *terribili Edicto propoſito ſæuitur in Lutheranos, aliquot in carcerem coniectis, nonnullis metu profugis: quorum de numero quidam ſuſpicantur eſſe filium Copi, qui nunc agit Baſileæ, cum eſſet Rector Academiæ Pariſienſis; hoc an verum ſit, neſcio; ſed Baſileæ eſſe certum eſt: nam ad Berum ſcripſit è Baſilea. Bedda cum Collegis ſuis reuocatus eſt ac triumphat ſerio.*

Die 9. Decemb. agitata eſt in Comitijs Generalibus Quæſtio an liceret Doctoribus Iuris Canonici eſſe vxoratis. Annuit Facultas Medic. cæteræ refragatæ ſunt. Hac de re ſic legitur in Actis Medic. *9. die Decemb,* „ conuocata fuit Vniuerſitas per D. Rectorem apud S. Math. vbi nego„ tium Profeſſorum Iuris Canonici tractatum eſt, num ſcilicet Vxorati „ promoueri deberent ad gradum Doctoratus in prædicta Facultate. Ita„ que ſuper hac re cenſuit Facultas æquum & iuſtum videri ſi ſoli ſacris ini„ tiati aſſumerentur in Doctores & Regentes Iuris Pontificij, cum hæc „ profeſſio proximè accedat ad ſacratiſſimam Theologiam. Eiuſmodi ta„ men negotium remittebat omnino ſupremæ Curiæ, vt pro ſua æquitate „ & prudentia de hac re decerneret. *Concluſit tamen Rector à duabus Facul„ tatibus, nempe à Facultate Artium & Theologiæ vxoratos à Rectoratu & Re„ gentia arcendos eſſe, aliàs priuarentur ſua Regentia.*

In Actis Germ. Nat. ſic ſcribitur. *Concluſum eſt ex omnium votis, quia ea eſt antiqua ac vetuſta conſuetudo, vt huiuſmodi Lectores ſint ſacris Ordinibus initiati, ſupplicationem debere tradi ſupremo Senatui, aut Generalibus, vt ad id obſeruandum nobis ſuccurrerent; vtque illis facilius perſuaderemus, viſum eſt omnibus ſigilla noſtra debere ſupplicationi noſtræ affigi.*

De Nominationibus.

Idibus Decemb. electus in Rectorem M. Florentinus Iacquart Collegij Marchiani Primarius in Med. Baccal. quo Rectore, orta eſt noua difficultas à Doctoribus Facultatis Decretorum; petebant quippe ſinguli Regentes poſſe duodecim Baccalaureos ad Nominationes præſentare. *Videns autem id Vniuerſitas*, acta Nat. Germ. ſic habent, *tribus alijs Facul„ tatibus, nempe Artium, Theologiæ & Medicinæ maximè nociturum, cenſuit obuiandum; propter amicitiam tamen & concordiam inter Facultates retinendam, voluit rem deferri ad Arbitros: eam ob rem ſingulæ Facultates & Artium Nationes viros aliquot prudentes delegerunt qui id efficere tentarent.*

In Actis verò Med. ſic legitur. 4. idus Feb. conuocata eſt Vniuerſitas per D. Rectorem in Cœnobium Math. ſuper 3. art. quorum 1us. & præcipuus concernebat ſupplicationem Doctorum Iuris Pontificij qui petebant innumeram proponendam turbam Baccalaureorum admitti ad Nominationes, vt vocant in ſua Facultate; volebat enim quilibet Doctor in eadem Facultate præſentare 12. Baccalaureos, nominandos. Quibus viriliter reſtiterunt cæteræ aliæ Facultates, volueruntque vt quiſque tantum tres offerret pro more antiquo. Quod ſi contenderent plures offerre & nominare, iure ageretur contra illos, expenſis communibus Vniuerſitatis. *Iniunctum præterea illis eſt à D. Rectore, conſentientibus in hoc alijs 3. Facultatibus, vt ſuos Actus ſolemnes in poſterum celebrarent cum Cappis & habitu decenti, ad quos etiam inuitarent D. Rectorem Vniuerſitatis, eiuſque Dignitati honorem exhiberent & reuerentiam quam & cæteræ Facultates hactenus conſueuerunt exhibere, muneraque & birra offerrent conſueta.*

In Actis Nat. Gall. video iſti rei componendæ nominatos ab ipſa viros Clariſſimos Ludouicum Laſſeray Colleg. Nauarrici Prouiſorem & Guill. de Launay Colleg. Cenomanici Primarium; verùm nihil iſti nec alij Deputati profecerunt, vt retulerunt die 22. Feb. itaque ad Curiam lis fuit delata: de qua ſæpè in actis conſequentium annorum.

Quinquennale Stvdivm.

In iiſdem Comitijs 4. id. Feb. habitis ſupplicarunt Artium Minorum Profeſſores nempe Rhetoricæ & Grammaticæ, vti Nominationibus quoque gaudere poſſent; & eorum ſupplicationi fauit Procurator Generalis Vniuerſitatis; qua de re ſic in Actis Germ. Nat. *Supplicauerunt Profeſſores Primarum Artium nempe Grammaticæ & Rhetoricæ vt priuilegijs & denominationibus,*

minationibus, vt cæteri faciunt, gaudere poſſent. Vniuerſitas videns Grammaticen & Rhetoricen non minus eſſe Artes liberales cæteris, lubens ſupplicationibus Grammaticorum annuit. 1534.

Et in Actis Nat. Gall. Poſtremo ſupplicuit D. Procurator Generalis Vniuerſitatis vt adeſſet ſuis auſpicijs Præceptoribus Grammaticæ, qui ſtatim adepto gradu Magiſterij in Grammatica rexerunt, nec in ſuperiori Facultate ſtuduerunt pro abſoluendo Quinquennio temporis ſtudij. *Cenſuit Natio tales Præceptores qui regendo tempus Quinquennale abſoluiſſent, non minus admittendos eſſe ad litteras gradus Nominationis, necnon temporis ſtudij Quinquennalis, quàm qui vel in Superiori Facultate ſtuduiſſent, aut in Facultate Artium rexiſſent, admiſſis inter Artes Liberales Rhetorica & Grammatica.* Ita concluſum eſt.

Extant in Regeſtis Vniuerſitatis, quæ ſunt & dicuntur, *Certificationum & Atteſtationum Temporis ſtudij receptarum, Anno Domini 1535.* plurimæ teſtificatoriæ litteræ Quinquennalis Studij ante & poſt Magiſterium, tam ſub Magiſtro quàm in Regentia confecti.

Nos ſubſignati certificamus M. Ioan. Tauernier Clericum Diœceſis Nouiomenſis in Artibus Magiſtrum ſtatim & immediatè poſt adeptionem Gradus Artium Pariſius continuè ſtuduiſſe regendo in Collegio Caluico. *& frequentando Actus publicos & diſputationes, prout requiritur ad complendum tempus ſtudij de Quinquennio, ſine diſcontinuatione*, præterquam quod alijs ſubſequentibus annis rexit in dicto Collegio partim in Grammaticalibus, partim in Artibus vſque ad promotionem Baccalariatus Theologiæ: in cuius rei teſtimonium ſigna noſtra manualia hîc ſubſcribendo duximus apponenda, anno Domini 1535. die vero 11. Martij.

Item. Nos Nicolaus Sapientis Collegij Preſlarum Primarius, Franciſcus Camus, Io. Cauchié, Petrus le Beſque, Herlinus Sapientis in Artibus Magiſtri ac in eodem Collegio Regentes Sueſſionenſis, Nouiomenſis & Cameracenſis Diœceſis certificamus & atteſtamur honeſtum virum Ioannem de la Vacquerie Clericum Ambianienſ. Diœceſis in Artibus Magiſtrum Pariſius ſtuduiſſe in Artibus per triennium cum dimidio à Logicalibus incluſiuè in præfato Collegio ante adeptionem Gradus Magiſterij ſub vener. & diſcreto viro M. Petro Picard tunc temporis in eodem Collegio Regente *& Gradu adepto rexiſſe per annum cum dimidio, & adhuc regere* in præfato Collegio, frequentando Actus ac diſputationes Facultatis Artium, teſtibus ſignis noſtris manualibus hîc appoſitis anno Domini 1535. die verò menſis Ian. 4.

Nec omittendum hoc anno ad expiationem ſcelerum quæ ab Hæreticis contra auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum perpetrata fuerant, indictam fuiſſe à Franciſco Rege ſolemniſſimam Supplicationem à D. Germani Autiſſiodorenſis Eccleſia ad Baſilicam Pariſienſem B. Virgini dedicatam, cui omnes Vrbis Ordines, Rex, liberi eius & Aulici, Proceres interfuerunt. Pompam habes deſcriptam in Additionibus ad Nicolaum Gillium. Eandem in Regeſtis Facultatis Medicinæ ſic habemus conſignatam.

« Die 21. Ian. celebrata eſt Miſſa in æde Mathur de Sacramento Sacroſancti Corporis Chriſti, qua finita Doctores 3. Super. Facultatum vnâ cum Rectore & Bidellis Vniuerſitatis cappati ſuo ordine progreſſi ſunt ad Templum D. Germani vulgo dicti de Lauxerrois: quò innumeræ fere Reliquiæ & Sanctorum corpora delata ſunt, concurrentibus illuc Religioſis fere omnibus viris qui tunc Pariſijs habitabant, Canonicis & Presbyteris. Inde ſuo quiſque Ordine proceſſit ad Baſilicam Pariſ. quod Templum eſt D. Virgini Mariæ conſecratum. *Incedebat autem Vniuerſitas è regione Capituli Pariſienſis, hoc quidem à dextris, illa verò à ſiniſtris.* Poſtremo Rex Chriſtianiſſimus Franciſcus ſua ſtipatus Cuſtodia incedebat aperto capite, tædam albam in manu geſtans ardentem; quem ſtatim innumera Principum ac Nobilium caterua ſequebatur. Illum autem paucis paſſibus intermedijs præcedebat Reuerendus in Chriſto Pater

" Epiſcopus Pariſ. du Bellay multis alijs Epiſcopis & Cardinalibus ſtipatus
1534. " Cœlo aurea tela contexto velatus, manibus ſacram Hoſtiam magna veneratione portans. Cœlum autem geſtabant tres generoſiſſimi Regis liberi, nempe D. Delphinus, D. Aurelianenſis Dux & D. Dux Engoliſmenſis 4$^{us.}$ erat ingenuus filius D. de Guiſe. Cœterum hanc expiatoriam victimam Cardinales, Epiſcopos, Regem ac Principes anteibant tympana, fiſtulæ, ac buccinæ quarum ſonitu vel ſaxa moueri potuiſſent. Itaque illo tam pulchrè digeſto ordine, ea celebri pompa ac Religione proceſſum eſt via longiſſima in præfatam Ædem Baſilicam Deiparæ Virgini conſecratam, vbi Sacrum magna celebritate peractum eſt. Quo finito, iuſsit Rex ſignificari D. Rectori vt vna cum aliquot ex ſingulis Facultatibus Doctoribus ſuo Prandio aſsiſteret. Sed fruſtra id fecimus, ille enim hora à Prandio ſuo poſt habitam ad Nobiles, Cardinales, Epiſcopos, Præſides, Senatores & Scabinos vrbis elegantem & Rege dignam orationem qua omnes hortabatur ad fidei defenſionem & conſeruationem, nobis nec compellatis, nec auditis, in aliud cubiculum fatigatus ſeceſsit.

Orationem Regis legimus in Annalibus Aquitanicis, his verbis.

Oratio Regis ad Ordines Pariſienses.

La choſe ne vous ſera étrange, Meſſieurs, ſi ne trouuez en moy ce meſme viſage, contenance & parole, dont j'ay accouſtumé vſer les autresfois que ie vous ay fait aſſembler. Car ie l'auois par le paſſé fait, ou pour receuoir de vous telles graces, que comme Roy & Maiſtre ie vous pouuois demander, ou pour vous en departir des miennes, ou pour prendre deliberation ſur vos affaires particulieres, qu'eſtime miens, ou bien ſur les miens qui ne ſont autre que ceux du Royaume. Mais à preſent me conuient prendre autres ſtyle & parole auec viſage & contenance, car ie ne parle à vous comme Roy & Maiſtre fait à ſes Subjets & ſeruiteurs; mais comme Subjet & ſeruiteur moy-meſme, aux Subjets & ſeruiteurs comme ie ſuis, du commun Roy des Roys, & Maiſtre des Maiſtres, qui eſt Dieu Tout-puiſſant, auquel appartient l'honneur, reuerence & obeïſſance de toutes choſes, & auquel ce Royaume eſt obligé plus qu'aucun autre, veu que ja par l'eſpace de treize ou quatorze ans, il l'a de ſa grace entretenu en paix, repos & tranquilité auec les amis, & en victoire contre les Ennemis. Tellement & ſi grandement que ſi bien il l'a quelquefois voulu pour les fautes commiſes contre ſa diuine bonté, viſiter par afflictions & punitions és choſes temporelles, ce a eſté auec ſi peu de rigueur, & vſant de tel moyen qu'il n'a jamais excedé le chaſtiment, dont le benin & tres-gracieux Pere peut vſer enuers les fautes de l'humble & obeyſſant fils. Mais quant aux choſes ſpirituelles & qui touchent la Religion & la ſainte Foy Catholique, il ne l'a iamais abandonné iuſques-là que de l'en laiſſer tant ſoit peu déuier, ains luy a fait cette grace, que par voix commune luy ſoit attribué ce Priuilege, que la France ſoit la ſeule Prouince qui n'a iamais nourry de Monſtres, & qui ſur toutes autres porte le titre & nom de Tres-Chreſtienne. A laquelle conſideration vous & moy, & tous les Subjets de ce Royaume luy deuons honneur, ſubiection & deuotion. Et puiſqu'il a voulu tant nous honorer, & priuilegier; d'autant plus de regret & de déplaiſir deuons ſentir en nos cœurs, qu'en ce Royaume ſe ſoient trouuez au temps preſent, de ſi meſchantes & malheureuſes perſonnes, que de vouloir maculer ce beau Nom, y ſemant damnables & execrables opinions, en maniere que de plain ſaut ſont non ſeulement venuz aſſaillir l'honneur des choſes, que ce grand Roy a voulu eſtre honorées & tenuës en reuerence, mais pour faire ſi mal qu'ils ne laiſſaſſent à perſonne le pouuoir de pis faire, ſe ſoient venus addreſſer à luy-meſme & au ſaint Sacrement de l'Autel qui eſt ſi digne que ie ne le ſçaurois exprimer. C'eſt la memoire indeficiente de la Paſſion de Noſtre Seigneur Ieſus-Chriſt en laquelle il a voulu porter ſur luy les pechez du monde, & pour noſtre reconciliation offrir en la Croix à Dieu ſon Pere, ſon Corps en ſacrifice & ſon Sang pour le prix & redemption de nos ames.

C'eſt la chambre Royale, le Tentoire & Tabernacle de Dieu, auquel & " ——
par lequel Dieu eſt auec nous juſques à la conſommation des ſiecles, non " 1534.
ſeulement ſelon ſa Deité, mais auſſi ſelon ſon humanité à la conſolation "
& aide de la ſainte Egliſe, au merite de la Foy, à l'accroiſſement d'eſpe- "
rance, & à l'inflammation & embraſement de Charité. C'eſt le Sacre- "
ment des Sacremens contenant ſuauité de toute ſaueur & toute plenitu- "
de de graces. C'eſt l'humanité de Ieſus-Chriſt noſtre Sauueur, ſon Ame, "
ſon Sang & ſa Deïté ſous les eſpeces du pain & vin contenuës, & luy meſ- "
me qui pour nous mourut en Croix, reſuſcita, monta és Cieux, & vien- "
dra juger les vifs & les morts. C'eſt le pain de Vie que luy allant de ce "
monde à Dieu ſon Pere, nous laiſſa en ſa derniere Cene, pour eſtre di- "
gnement prins par tous les Fideles, en la commemoration de luy & pour "
noſtre ſalut. Et neantmoins aucuns meſchans blaſphemateurs, Gens de "
petite condition & de moindre doctrine auoient contre l'honneur de ce "
S. Sacrement machiné, dit, proferé & eſcrit pluſieurs blaſphemes, & "
damnables & inſupportables iniures, vſé de termes reprouuez & refuſez "
de toutes autres Nations, enuers leſquelles la noſtre & meſme cette bon- "
ne ville de Paris, qui depuis le temps que les Eſtudes y furent transferées "
d'Athenes, a touſiours eſté reſplandiſſante & en eſtime de bonnes & "
saintes-lettres, en pourroient demeurer ſcandaliſez & ſa lumiere obſcur- "
cie, s'il n'y eſtoit pourueu, & donné ordre; de ſorte que chacun puiſſe "
connoiſtre, que ſi aucuns ont eſté malheureuſement ſeduits de l'ennemy "
de verité, ce n'a eſté par ma faute, ne de ceux qui deſſous moy ſont com- "
mis à l'adminiſtration & gouuernement du Royaume; & qu'à cette cau- "
ſe j'ay bien voulu faire cette ſolemnelle Proceſſion pour inuoquer du "
commun conſentement de tous, la grace de noſtre Redempteur. Et veux "
& ordonne que rigoureuſe punition ſoit faite des delinquans, pour "
eſtre exemple à tous autres de ne tomber en ces damnées opinions, ad- "
moneſtant à ces propos les bons de viure & perſeuerer en leurs bonnes "
opinions, les varians de s'aſſeurer, & les déuoyez de retourner en la voye "
de la ſainte-Foy Catholique, en laquelle ils me voyent auec les Prelats "
ſpirituels & Princes temporels perſeuerer. Et vous prie & admoneſte, "
& tous mes Subjets que chacun endroit ſoy prenne garde, non ſeulement "
à ſoy-meſme, mais encore à ſa famille & ſpecialement à ſes enfans, pour "
les faire ſi bien inſtruire & endoctriner, qu'ils ne puiſſent tomber en mau- "
uaiſe & reprouuée opinion. *Sed ex orbita in viam.*

Anno 1535. 13. Kal. Maij, expoſitum, quid rerum ageretur in Senatu à ——
Decretiſtis, & quæſitum quid foret reſpondendum eorum argumentis & 1535.
rationibus; placuit verò omnibus aduerſus eos litem ſuſtineri viriliter. Retulit quoque Procurator fiſci vix poſſe cogi Pergamenarios Vniuerſitati Pergamenum ſuppeditare, vt moris eſt, concluſumque ſummo iure cum ijs agendum, ſumptibus tamen 4. Nationum Facultatis Artium, vt legitur in Actis Ger. & Gall. Nat. In ijſdem Comitijs Officium *Scriptoris* vacans per obitum M. Stephani Fuſée collatum eſt M. Antonio Guibert, viro non minus vigilanti quàm modeſto.

Die Mercurij 12. Maij cum congregata fuiſſet Vniuerſitas ad deliberandum de admittenda, aut reijcienda ejuratione Officij Procuratorij in Curia Parlamentea quam faciebat M. Dionyſius Gueron paralyſi totius partis dextræ laborans in gratiam amici cuiuſdam nomine Gohorry, eam tres Facultates, Artium, Medicinæ & Decretorum non admiſerunt propterea quod aliàs prædictum Officium concreditũ tantummodo fuerat ipſi Gueron, non pleno iure collatum, ſed ad tempus tantummodo donec filius D. Lallemant olim Procuratoris adoleſceret, receptuſque fuiſſet ad Sacramentum Officij Procuratorij in Curia exercendi. Ita legitur in Reg. Med.

Interim verò prædictus Lallemant obtinet à Curia mandatum inhibitorium, ne Rector Officium vacans alteri conferat; quam ob rem congregata Vniuerſitas die 15. eiuſdem menſis Leoni Boulantio illud confert

viro optimo & in cauſis forenſibus exercitatiſsimo, per modum tamen,
1535. vt vocant, prouiſionis & ſine præiudicio inhibitionis factæ à ſupremo Senatu, & donec aliter fuiſſet ab ipſo Iudicatum.

In præcedentibus verò Comitijs ſupplicauerat aliquis de numero Profeſſorum Iuris Pontificij, *vt Pariſiorum Academia concederet ſi quis in Iure Pontificio Profeſſor vxorem duceret, quo is publicè profitentis munere priuaretur. Cui quidem ſupplicanti Germanorum Natio dedit adiunctionem; idque ſumptibus Facultatis Iuris Pontificij. Et ita illata eſt concluſio: vt habetur in Reg. Nat. Germ.*

De Breviarii Ro. receptione.

Die 21. Iunij Comitia Generalia habita ſunt ad deliberandum de Precibus Horarijs, ſeu Breuiario quod ſummus Pontifex autoritate ſuâ munierat & fieri voluerat. Neque tamen ſtatim probauit Vniuerſitas illud euulgari, priuſquàm fuiſſet à Theologis examinatum. Hac de re, ſic legitur in Actis Germ. Nat. *21. Iunij ab Vniuerſitate Comitia facta ſunt de Horarijs precibus à ſummo Pontifice in Compendium redactis, vt cum ſupremo Senatu ageretur, porrecto ei libello ſupplicatorio, caueretur que ne antè in publicum prodirent, quàm eſſent à certis ad hoc delegatis Theologis comprobatæ.* Ait Sleidanus l. 9. fuiſſe Breuiarium illud iuſſu Papæ Clementis à Cardinale de S. Cruce emendatum, à Theologis verò Pariſienſibus tanquam Hæreticum damnatum: neque enim ab eiuſmodi hominibus cenſura notari ſolummodo Germanos tanquam de fide malè ſentientes, ſed ipſum quoque Papam nonnunquam & Cardinales. Ita loquitur Lutheranus; vid. ad an. 1538.

Die 23. Iunij electus eſt in Rectorem M. Guido de Marœul: quo Rectore 3. die Iulij demandata D. de Lucque Procuratori Vniuerſitatis prouincia proſequendæ litis aduerſus Doctores Canonicos, idque ſumptibus publicis, qui in ruinam cæterarum Facultatum magnumque Reipub. diſpendium petebant, vt prius, innumeram Nominandorum turbam, vt legitur in actis Med.

Receptio novi Cõservatoris.

Die 8. Octob. (Reg. Med. habet 2. Octob.) Comitia habita ſunt ad deliberandum de receptione noui Conſeruatoris, quoniam fato functus fuerat D. Beluacenſis. Diuiſæ ſunt ſententiæ, Theologi Siluanectenſem, cæteri Meldenſem Epiſcopum optabant. De ea re ſic habetur in Reg.
» Med. *2. die Octob.* conuocatâ tota Vniuerſitate apud Cœnobium Math.
» in locum conſuetum; electus fuit in Conſeruatorem Priuilegiorum Apo-
» ſtolicorum ipſius Vniuerſitatis Reuerend. Epiſcopus Meldenſis du Bus
» vir ſanè doctiſſimus & vtraque nobilitate, generis inquam & virtutis
» clariſſimus, à 3. Facultatibus, Artium ſcilicet Medicinæ & Decretorum.
» Theologorum verò Facultas ad id muneris delegit Reuer. in Chriſto Pa-
» trem D. Paruum Siluanectenſem Epiſcopum Doctorem Theologum &
» Iacobitam Religione & eruditione clariſſimum.

At Reg. Germ. Nat. notat in ea electione interceſſiſſe magnum tumul-
» tum. *8. die Octob.* conuocata fuit florent. Pariſiorum Vniuerſitas apud
» ædem D. Math. ſacram eligendi Conſeruatoris Priuilegiorum Apoſtoli-
» corum gratiâ; tunc enim vacabat Officium propter mortem R. in Chriſto
» Patris Epiſcopi Bellouacenſis. Dum autem res eſſet expoſita per digniſ-
» ſimum Rectorem non ſine magnis clamoribus, collectis ſuffragijs & con-
» cluſionibus 4. Facultatum Rector concludit Epiſcopum Meldenſem
» Conſeruatorem eſſe, repugnantibus Theologis & compluribus, maximè
» ex honoranda Natione Gallicana.

Hinc ergo lis ad Senatum defertur à duobus illis Epiſcopis Electis. Interim 11. Octob. creatur Rector M. Ioannes Aleaume vir Theologus & in Sorbonica palæſtra exercitatiſſimus. Et quia Viceſgerente Conſeruatoris opus erat, eratque tunc etiam lis in Senatu inter M. Petrum le Clerc Doctorem Iuris Canonici & Ludouicum Momniral, qui Officium illud exercuerat ante ſub Meldenſi & Beluacenſi Epiſcopis, Curia id Officij pendente lite inter Epiſcopos & abſque præiudicio iuris ipſorum commiſit D. Raponel: fuitque ille eo modo ab Vniuerſitate receptus die 27.

Octob. ſed iuramenta præſtitit ſolum die 12. Nouemb. Verùm ſeu eiurauerit ille tale munus, ſeu aliam ob cauſam, paulo poſt ſubſtitutus eſt prædictus M. Petrus le Clerc. 1535.

In iiſdem Comitijs 27. Octob. prohibiti ſunt Doctores Iuris Canonici interpretari Ius Ciuile. Et hac de re ſic legitur in Actis Germ. Nat. *ad obuiandum Doctoribus Iuris Canonici qui auſi ſunt contra ſtatuta & priuilegia Vniuerſitatis in ſuis Scholis Ius Ciuile interpretari. Admonet amicè Iuriſconſultos vt ab inceptis deſiſtant, alioqui ſummo iure in eos actura Vniuerſitas, ſi amicam admonitionem non audiuerint.* Et nonis Nouemb. Iterum admoniti Iuris Pontificij Doctores, promittunt ſe ceſſaturos à lectionibus Iuris Ciuilis. IVS CIVILI.

Die 16. Kal. Ian. qui fuit Dec. 17. electus eſt in Rectorem M. Iacobus Holier Stempanus, Baccalaureus in Medicina, deductuſque eſt ad Gymnaſium Lexouienſe; quo Rectore hæc quæ ſequuntur, acta ſunt. 1. quidem latum eſt Senatuſconſultum de lite duorum Epiſcoporum contendentium de Conſeruatoria Vniuerſitatis, decretumque vt irritâ primâ electione ad nouam procederetur, cui interfuturi eſſent 4. nominati à Curia Senatores. ELECTIO CONSERVATORIS.

Ergo die 21. Decemb. facta eſt congregatio; ſed res peragi non potuit, obſtante Cardinale de Chaſtillon ius omne ſibi vindicante. At non obſtantibus appellationibus aut interceſſionibus quibuſcumque, iterum decretum à Senatu vt poſtridie ad Electionem noui Conſeruatoris procederetur. Res ſic ſe habet in Actis Med.

« Die 22. Decemb. rurſus conuocata eſt Vniuerſitas in Cœnobium Math. ad eligendum Conſeruatorem Priuilegiorum Apoſtolicorum ipſius Vniuerſitatis, quia prior Electio Reuer. Epiſcopi Meldenſis declarata fuiſſet nulla à ſupremo Senatu, propter contentionem, & controuerſiam inter ipſum & Siluanectenſem Epiſcopum exortam, & propter pollicitationes, vt dicebatur, vtrinque factas. Sed eo die diremit Comitia Reuer. Cardinalis de Chaſtillon facta per Iuniorem Aduocatum de Thou; hic enim Cardinalis prætendebat etiam ius in Electione. Eo die Senatuſconſulto decretum eſt, quod non obſtantibus oppoſitionibus & appellationibus quibuſcumque, poſtridie fieret electio præfati Conſeruatoris. »

Igitur poſtridie nempe 23. Decemb. conuentum eſt eodem loci; ibique etiam adfuerunt 4. Senatores à Curia delegati, qui auditis primum Nationibus & Facultatibus de iure ſuffragiorum, hoc retulerunt reſponſum, Procuratori, nec dubium enim quin Rectori, duplex eſſe, cæteris ſimplex, hac de re ſic legitur in Actis Germ. Nat. *10. Kal. Ian. ex conſilio DD. Deputatorum à ſupremo Senatu Pariſino, ſecundum maiorem partem deliberantium Magiſtrorum Nationis, conſiderato etiam duorum Bidellorum Iureiurando, qui affirmarant dictis Deputatis omnes Magiſtros Nationis Germaniæ habuiſſe hactenus ſuffragium in Electionibus magnorum Intrantium & D. Procuratorem habere duo ſuffragia, vnum Electiuum & alterum Concluſiuum; Concluſum eſt, per me Procuratorem D. Epiſcopum Meldenſem electum eſſe à Natione in Conſeruatorem Priuilegiorum Apoſtolicorum; & poſtea idem in poſſeſſionem poſitus eſt.*

Reg. Med. *Poſtridie igitur congregata eſt Vniuerſitas in locum eundem. Illuc conueniunt Commiſſarij Conſules numero 4. à Curia Deputati & Proprætor Criminalis Morin quibuſdam vrbis militibus quos Sagittarios vocant, ſtipatus. Vota præſentibus Commiſſarijs in ſingulis Facultatibus colliguntur, Meldenſis Epiſcopus cognomento du Buz ab omnibus Facultatibus Conſeruator eligitur & declaratur maximo omnium aſſiſtentium applauſu.*

Quoad duplex verò Procuratoris ſuffragium, id quod ſupra, ab eadem Nat. Germanica confirmatum eſt idibus Ian. cum electus eſt iterum Procurator M. Guill. Bog Artium Profeſſor in Collegio Bonorum puerorum. Sic enim in Actis diei legitur. *Eodem die Natio duo ſuffragia Procuratori conceſſit, vnum ad deliberandum, alterum verò ad concludendum.*

Die 13. Ian. congregata eſt Vniuerſitas ad recipiendum Viceſgerentem

Conſeruatoris, & receptus eſt M Petrus Clerici Doctor & Profeſſor Iuris Pontificij, per modum, vt vocant Prouiſionis & ſine præiudicio M. Lodoici de Mommiral de eodem Officio contendentis. *Concluſit autem, vt habent Acta Medic. Rector à duabus Facultatibus contra Facultatem Artium citra vllum tumultum.* Nempe erat inſolens Rectori concludere aduerſùs ſuam Facultatem citra tumultum. Verum conſtat ex Reg. Germ. Nat. ipſam Nationem Germ. elegiſſe quoque D. le Clerc, ſic enim habet. *Natio cenſuit M. Petrum Clericum Profeſſorem Iuris Pontificij addictum Iuramento hoc munere donandum.* Duæ ergo ex vna parte erant Facultates, Decretorum & Medicinæ, quibus conſentiebat ipſa Natio Germanica.

1535.

Die 24. Martij electus eſt in Rectorem à tribus Electoribus M. Leo Albertus Pariſienſis Baccal. Theol. Colleg. Nauarrici, à Germano verò M. Ioannes Marie Primarius Iuſtitianus; ſed prior electio ſtetit.

Cæterum Rex ſupplicio mitior factus quod anno ſuperiore de Hæreticis ſumpſerat, multos qui metu profugerant, aut delati fuerant, reuocauit, redditis facultatibus, & permiſſo, vt narrant, dogmatum arbitrio, modò ne peterent Regni ſtatum; ita ſcribit Eraſmus. Bedda quoque, quem emendam honorabilem feciſſe memorauimus, reuocatus eſt; item & Copus; quâ de re ſic Doletus Ep. ad Iacobum Bordingum. *Illud miror & ſtomachor Beddam tam immanem atque pernicioſam beſtiam, peſtemque nefariam ab exilio reuocatum. Eundem iterum ſceleratè quædam molitum rumor hic percrebuit & in vincula eam ob rem coniectum. Hoc cum verum cupio, tum me hercle vota ſtudioſé facio. ſuis vt det dignas flagitijs & præpoſtero ingenio pœnas. Ioannem Copum reſtitutum tantopere lætor, quantopere Beddæ Capiti, vel Gibbo & Strumæ dira omnia pernicioſaque precor.*

Ille eſt Ioannes Copus Frater Nicolai qui Rector Pariſienſis fuerat, filius Guillelmi Copi Medici Regij, Tunc verò Baccalarius in Iure Canonico; cuius extat elegans oratio ad Reformatores Academiæ Pariſ. de laudibus Franciſci I. quam infra referimus.

Vt autem qualicumque modo pax in Eccleſia & religione firmaretur, Rex Philippum Melanchtonem magni tum nominis & famæ virum inuitauit ad diſputationem cum Sorboniſtis, datis ad eum litteris hoc anno per Voræum Foſſam, quæ tales ſunt.

Litteræ Regis ad Melanchtonem

Franciscvs D. G. Fr. Rex: Dilecto noſtro Philippo Melanchtoni S. D. Singulare tuum ad ſedandas quæ in doctrinam Chriſtianam inuectæ » ſunt altercationes, ſtudium intellexeram antea quidem ex Guillelmo Bellaio Langio Cubiculario atque Conſiliario noſtro; quo ego præcipuè ſum » vſus ad eam rem adminiſtratore atque interprete. Nunc verò ex litteris » ad eum tuis & ſermone redeuntis à te Barnabæ Voræi Foſſæ intellexi te » etiam hoc laboris perlibenti animo ſuſcepturum, vt ad nos primo quoque » tempore te conferas, deque vnione Doctrinarum *cum aliquot Noſtratibus* » *Doctoribus hic* apud nos coram diſſeras; atque rationes in eas quo reſarciri poſſit pulcherrima illa Eccleſiaſticæ policiæ harmonia, qua vna re » cum Ego mihi nihil vnquam quicquam maiori cura, ſtudio & ſolicitudine animi complectendum duxerim, committere nolui, quin hunc ſtatim Voræum Foſſam ad te dimitterem cum his velut publicæ fidei obſidibus litteris; obteſtarer etiam abduci te vllius perſuaſione vt ne ſinat, » ab hoc pio ſanctoque inſtitutó. Venies omnino mihi gratiſſimus ſeu priuato tuo ſeu publico veſtrorum nomine adueneris: meque re ipſa experieris vt priuatim veſtræ Germanicæ dignitatis & publicæ in Vniuerſum » quietis ante omnia eſſe vt adhuc ſemper fui, ſtudioſiſſimum. Vale ex oppido Brux eo die 23. Iunij, an. 1535.

His acceptis litteris reſcripſit Melanchton eodem anno, ſignificauitque Regi ſe libenter pariturum, ſed tamen quibuſdam negotijs implicatum teneri, nec poſſe tam cito venire, venturum tamen & ſe noſtrorum Doctorum Iudicio ſubmiſſurum.

Christianissimo et Potentissimo Regi Galliæ. P. M.

Chriſtianiſſime & potentiſſime Rex: Cum alijs multis ornamentis pulcherrimum Franciæ Regnum longè antecellit omnibus regnis totius orbis terrarum, cum hæc laus inter præcipuas ducenda eſt, quod doctrinæ ſtudijs cæteras nationes ſemper vicit, & pro Religionis Chriſtianæ defenſione præcipuè velut in ſtatione perpetuò ſit. Quas ob cauſas meritò titulum habet auſpicatiſſimum Chriſtianiſſimi, quo nullum in terris præconium maius aut acutius dici poteſt. Quare gratulor R. M. T. quod etiam hoc tempore ſuſcipit curam ſanandæ doctrinæ Eccleſiæ: non tamen violentis remedijs, ſed verâ ratione & digna Rege optimo & Chriſtianiſſimo. Et in his diſſenſionibus vtriuſque partis impetus ita moderari ſtudet, vt explicata doctrina Chriſtiana & repurgata ſimul gloriæ Chriſti, dignitati ordinis Eccleſiaſtici & tranquillitati Reip. conſulatur. Profectò hac voluntate & his conſilis nihil glorioſius, nihil hac re dignius excogitari poteſt. Itaque R. M T. oro vt non deſinat in hanc curam cogitationemque incumbere. Etſi enim publica diſſenſio alibi immoderatis, vel etiam malis Doctoribus locum tribuit, tamen à bonis viris pleraque patefacta ſunt quæ extare in Eccleſia plurimum refert. Quanquam igitur coërcenda eſt in malis petulantia, tamen oro Deum ne R. M. T. aſperioribus iudicijs, aut ſcriptis quorundam ſinat ſe abduci, vt etiam res bonas & Eccleſiæ vtiles deleri patiatur. Mihi quidem nullæ immoderatæ opiniones, aut quæ labefactarunt pulcherrimum & ſanctiſſimum Eccleſiæ ordinem, nunquam placuerunt. Nihil clarius, nihil antiquius eſſe debet; atque ita ſcio apud nos affectos omnes bonos viros, qui in hoc ipſo doctrinæ genere verſantur in quo & ego verſor. Itaque cum accepiſſem litteras R. M. T. Deum teſtor, me quantum potui conatum eſſe & contendiſſe, vt ſtatim ad R. M. T. accurrerem. Nam mihi nihil optatius eſt, quàm vt pro mea tenuitate aliquid opis afferre poſſim Eccleſiæ; ac in ſpem optimam veni, poſtquam cognoui eam pietatem ac moderationem eſſe R. M. T. vt in commune gloriæ Chriſti conſultum cupiat. Sed quantæ me difficultates pauliſper adhuc remorentur, intelliget R. M. T. ex Voræo: quæ quidem licet moram attulerint huic itineri, tamen animum meum neque à profectione, neque à conſilijs, aut ſtudio tantarum Controuerſiarum auerterunt. Sed hæc exponet omnia copioſius Voræus. Poſtremo me R. M. T. commendo: ac polliceor me iudicium meum perpetuò ad Doctorum & bonorum virorum in Eccleſia ſententiam aggregaturum eſſe. Chriſtus ſeruet R. M. T. florentem & incolumem, & gubernet ad communem orbis terrarum ſalutem & illuſtrandam ac ornandam gloriam Dei. Datæ in Saxonia 5. Kal. Sept. anno Domini 1535. 1535.

Ad eundem Philippum ſcripſit in eandem rem Epiſcopus Pariſienſis, gratulatuſque eſt quod audiuiſſet eum cum Doctoribus noſtris congreſſurum.

Dilecto noſtro Philoſopho Mel. Epiſcopus N. Pariſienſis nunc Cardinalis S. D. Ex tuis litteris & eius qui has tibi reddidit, Foſſæ ſermone intellexi, quo ſis in Remp. Chriſtianam animo, in ijs præſertim rebus quæ ad coniunctionem omnium Gentium pertinent: quod Noſtrorum hominum nemini non fuit apprimè gratum, mihi verò etiam ſupraquam dici poteſt, iucundum. Nihil eſt enim quod tam vehementer cupiam quàm hoc, vt illa diſſidia per quæ iam diu labefactari Chriſti Eccleſia cœpit, aliquando rectè componantur. In hanc pacificationem, mi Melanchton! propter Deum, quantum potes, incumbe. Habebis conſentientes bonos omnes; & in his ſummæ authoritatis hominem hunc Franciſcum Regem cum titulis ac nomine, tum verò, quod Ego longè pluris facio, reipſa Chriſtianiſſimum: cum quo ſi ſemel noſtra conſilia maturè contuleris, quod fore breui video, nihil eſt quod de veſtro congreſſu non ſperet. Faciat Deus vt quam Romæ interim, quo nunc propero, operam cogito, eandem vtrobique præſtare poſſim. Sed nunc ducunt qui id muneris grauiter exequantur. Reliqua ex hoc Foſſa eodem tuo, & eodem noſtro cognoſces. Curabo vt quam de me ſentio me excitaſſe apud te boni ex-

» pectationem, eam Dei benignitate fretus videar ſuſtinuiſſe. Vale ex Faro
1535. » Querini die 27. menſis Iulij an. poſt Chriſtum natum 1535.

Paulo ante in eandem rem idem Epiſcopus nomine Langæus ſcripſerat, nim 16. Iunij, his verbis.

Langæus Epiſcopus Pariſ. Philippo Melanchtoni S. D. *Barnabas Voræus qui nunc ad te cum mandatis & litteris Regijs reuertitur, hic eſt de rebus omnibus quæ ad ſuſceptam à te pacificationem attinent, ampliſſime edocens: mihi vt ſuperuacaneum videatur aliquid ſcribere. Itaque te adhortor atque per Chriſtum obteſtor, occaſionem rei gerendæ inter mortales omnium pulcherrimæ ne differas.* Vale ex Oppido N. die 16. Iunij 1535.

Reſcripſit Melanchton ad Langæum, vt ex hac Epiſtola ad D. Stur-
» mium patet. Voræus ipſe teſtis erit ſummam me contentionem adhibuiſ-
» ſe vt mihi Princeps concederet abeundi poteſtatem. Verum impetrare
» non potui, & cauſas copioſè D. Langæo perſcripſi. Præcipua eſt quod
» metuunt præiudicia: & me putant aliquanto minus vehementem aut per-
» tinacem eſſe quàm ſunt alij. Et profectò ſic eſt. Non puto contenden-
» dum eſſe niſi de magnis & noſtris rebus. Non volo tueri omnes ἀκριβο-
» λογίας & ἀψυχρολογίας Vtinam liceat doctis liberè loquì de magnis rebus.
» Nunc autem eſt Democratia aut tyrannis indoctorum in vtraque parte
» qui rixantur de nonnullis leuiculis rebus, & interdum ſuis affectibus ſer-
» uiunt. Vidiſti Sadoleti ſcriptum qui cum in poſteriore parte eadem di-
» cat quæ nos defendimus, iniuſtè facit, quod adeò hoſtiliter in nos inue-
» hitur. In priore parte enarrationis mihi pleraque ſatis probantur: ſed vt
» vides, currit interdum ἐκτὸς τῆς ὁδοῦ. Budæi etiam tranſitum vidi. Ne-
» que me hæc terrent quominùs iſtuc iter ſuſcipiam. Imò incendunt po-
» tius, in ipſis aperiam penitus animum: & viciſſim audiant quid in com-
» mune conſulant, ipſi. Ego quidem à doctis & bonis in Eccleſia nunquam
» diſſentiam; ſed pro tua excellenti doctrina vides, vetera quædam errata
» opus habere emendatione. Nec diſſimulo euectos etiam eſſe noſtros in-
» terdum ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα. Et multa mitigaui. Itaque ſi quid opis poſſumus
» afferre Eccleſiæ, annitamur omnibus viribus, atque hoc ſtudium nulla
» mihi eripiet hominum iniquitas. Magno in periculo propter hanc mo-
» derationem verſor; vt ſolent in ciuilibus diſcordijs moderati Ciues
» vtrimque malè accipi. Planéque fatum mihi Theramenis impendere vi-
» detur. Credo enim Xenophonti hunc fuiſſe virum bonum: Lyſiæ non
» credo qui eum vituperat; ſed me voluntate rectæ conſcientiæ ſuſtento;
» & intuens in vetera & honeſta exempla æquiore animo communem for-
» tunam fero. Cætera audies ex Voræo. Benè vale.

Porro cum ita Franciſcus Rex, Paci procurandæ incumberet, ſicut & incumbebat litteris poſtliminio reuocandis, M. Io. Copus Guillelmi Copi Medici Regis filius Iuriſconſultus laudandum ſibi ob hoc Principem ſumpſit in Oratione meditata ad Iudices quos reformandæ Academiæ, præſertim verò Scholæ Decretiſtarum præpoſuerat Curia Pariſienſis. Eſt autem huiuſmodi.

De Reſtitutis à Chriſtianiſſimo Francorum Rege Franciſco litteris Ioannis Copi Pariſienſis Iuriſconſulti. Oratio ad Iudices Academiæ Pariſienſis Emendatores, in Ampliſſimo Iuriſperitorum Conſeſſu habita cum de Propoſito fructuum Iure eſſet reſponſurus.

» INter omnia quæ à veteribus illis & eruditiſſimis Philoſophis præclarè
» & ſapienter dicta memorantur, Iudices, id mihi videtur pulcherri-
» mum, & recordatione digniſſimum, quod diuinum illum Platonem ſoli-
» tum dicere accepimus, beatiſſimas tum demum reſpublicas fore; cum eis
» litterarum præeſſent ſtudioſi, vel qui præeſſent, litterarum ſtudijs ſeſe ad-
» dicerent. Etenim ſummam Principis virtutem eam eſſe conſtat, quæ re-
» cta, honeſta, & vtilia præſcribendo, æquitatis obſeruantiorem populum
efficit.

efficit. Quare is iuſtitiæ aſſertor, non ſolum, non eſſe, ſed nec dici quidem poteſt, niſi & literarum & diſciplinarum omnium vindicem ſe & aſſertorem profiteatur. Nam quocumque animum & cogitationem conuerterim, video omnes benè & beatè viuendi, reique publicæ feliciter adminiſtrandæ rationes, monimentis literarum contineri. Ac prima illa omniumque virtutum regina iuſtitia, tota ciuilibus literis comprehenditur: quæ ſi non modò oppreſſæ, ſed etiam deſertæ, aut negligentiùs aſſeruatæ fuerint, omnem rerum humanarum ſtatum confundi neceſſe eſt. Hæ ſunt literæ, quæ nos vitam, corpuſque, & res noſtras tueri docent: aliena detrahere, alterum lædere vetant. Hæ ſunt literæ, quæ noxios ſupplicijs coërcent, bonos præmijs honorant. Hæ ſunt literæ, quæ ab inſana improborum audacia tutam & ſecuram innocentiam conſeruant. Quanto igitur ſtudio, quanta cura, quanta diligentia, eruditorum & ſapientum præſidia diſponere Principes debent; quibus ſacroſanctæ iſtæ literæ, aduerſus omnes Barbarorum incurſiones munitæ, atque defenſæ, conſeruentur? Iam illa militaris Ars, non ferro & armis, non viribus & exercitatione corporum, ſed quod minimè plerique arbitrantur, literarum peritia comparatur: nam quæ ſint iuſtæ bellorum ſuſcipiendorum cauſæ, quales eligendi milites, qua ratione in officio continendi, quo ordine inſtruenda acies, quando committendum prælium, quibus artibus obſidendæ, capiendæque vrbes, arcendi hoſtes, quibus præmijs victores honorandi, quâ pœnâ transfugæ, & deſertores afficiendi: omnes denique diſciplinæ militaris partes, ſummo ingenio, ſummaque eruditione præditi viri, ſuis libris copioſè & eleganter deſcriptas nobis reliquerunt. Sed quot quæſo Principum, Regum, Imperatorum res, ab omni æuo præclarè, & laudabiliter geſtas, inſignes & facundi auctores ſuis ſcriptis illuſtrarunt? Quas velut vitæ Magiſtras quiſquis imitandas ſibi propoſuerit, is rectè Rempublicam & fœliciter adminiſtrabit. Quod mihi videtur prudentiſſimus ille Demetrius Phalereus probe intellexiſſe, Ptolemæo Regi ſuadere ſolitus, vt libris de Regno & Imperio conſcriptis daret operam: ex quibus & documenta ſumeret, & cognita haberet ea, quæ ipſum monere amici non auderent. Non minorem ſanè publicis rationibus vtilitatem adferre videntur, à priſcis illis & magnis oratoribus, de eloquentia & bene dicendi Arte compoſiti libri. Quid enim prodeſt omnium rerum tenere ſcientiam, niſi ſint homines diſerti, & eloquentes, qui, quæ recta & honeſta ſunt, ſequenda: iniqua verò, & turpia fugienda eſſe, rudi Populo perſuadeant? Neque enim fieri vllo modo poteſt, vt imperitum atque inſolens vulgus ab illa reuocetur immanitate, niſi hominum benè dicendi peritorum oratione ad iuſtitiæ, fidei, & æquitatis cultum alliciatur. Longum fuerit ſingulas perſequi diſciplinas, quarum ſtudia cum ſumma ope conſeruare, ac promouere decet, qui proſperæ & incolumi Reipublicæ benè diuque præeſſe cupit. Ac dum memoriam temporum explico, eorum longè lateque propagata imperia, video firma & ſtabilia fuiſſe, qui litteras literatoſque in pretio & honore habuerunt. Inter quos primus nobis occurrit Alexander ille Macedo, omnium Imperatorum, quorum meminit antiquitas, verè maximus, qui à principe Philoſophorum Ariſtotele edoctus, eiuſque fretus conſilijs, totum fere terrarum orbem adhuc adoleſcens ſubegit. Et certè quanti litteratos fecerit, & in quouis diſciplinarum genere eruditos, multis & prope diuinis honoribus, quibus eos dignatus eſt, declarauit: Nam & memorem & gratum diſcipulum ſeſe exhibens, pulcherrimam ex præceptoris Ariſtotelis nomine vrbem condidit: eidem tanquam Imperatori, multis hominum millibus parêre iuſſit, quicquid optaſſet, conceſſit: intelligebat enim ſapientiſſimus Princeps nullum quantumuis magnum præmium ad parem præceptoribus gratiam referendam ſufficere. Nec Præceptorem ſolum, ſed & alios doctrina & eruditione excellentes viros apud eum in pretio fuiſſe, vel ex eo ſatis conſtat, quod captas bello Thebas cum euerteret, vt Pindari Penatibus parceretur, edixit: pene tan-

1535.

tum gloriæ in ædibus excellentiſſimi Poëtæ ſeruatis, quantum in oppreſ-
1535. ſis hoſtibus reponens. Age verò quàm propenſo, quamque ardenti in Principem Poëtarum Homerum animo fuit? Cuius præclarum Iliados opus, vna cum pugione, ſub puluino jacens, tenere ſolitus, rei militaris viaticum appellabat: non tam viribus ſuorum militum, quam conſilijs & exemplis illûſtrium virorum, quæ ab egregio illo Poëta ſumpſerat, ſuas omnes victorias acceptas referens. Neque eſt quod quiſquam tantum erga litteras Alexandri ſtudium valde admiretur, cum huiuſce ſtudij auctorem Philippum patrem habuerit, quem (vt cætera ſingularis eius erga doctos beneuolentiæ documenta omittam) nato ſibi filio Alexandro, hoc ferunt dixiſſe, ſeſe gratiam Deo habere; non ſolum, quod natus ſibi eſſet filius, ſed etiam quod eum tanti Philoſophi temporibus naſci contigiſſet: Sperabat enim, vt ab Ariſtotele edoctus atque eruditus Imperij ſucceſſione dignus exiſteret. Non inferior in eodem genere laudis fuit potentiſſimus Perſarum Rex Artaxerxes: qui doctrinam & litteras tantopere eſt admiratus, vt quotquot noſſet ſapientia & eruditione commendatos viros, non prius putaret quieſcendum ſibi eſſe, quam eos immenſis muneribus inuitatos, etiam ex remotiſſimis totius orbis regionibus euocaſſet. Itaque audita Hyppocratis illius fama, eum ſtatim magnis precibus, ingentibus pollicitis ad ſe vocandum curauit: Nam maxima ſpes eum tenebat futurum vt ſaluberrimis eius conſilijs, tota ſua Reſpublica incolumis conſeruaretur. Quid quod Dionyſius Syracuſanus Tyrannus ad ſuperbiam ſæuitiamque natus, Platonem liberaliter & honorificè excepit? Qui profectò ſi à ſanctiſsimis diuini illius Philoſophi inſtitutis non deſciuiſſet, neque tam turpiter, neque tanto cum dedecore, hereditario, & Patrio regno expulſus, ad miſerrimam eſſet inopiam redactus: ſed firmum, ſtabile & perpetuum ſibi, poſteriſque ſuis Imperium retinuiſſet. Sed quid in recenſendis externis & longinquis exemplis diutius immoror, Cùm tot domeſtica, eaque à noſtrâ memoriâ non perinde remota exempla habeamus? *Carolus Magnus, qui totum terrarum orbem ſui nominis gloria repleuit, noſtrum iſtud omnium quæ vnquam viderint homines celeberrimum Pariſienſe Gymnaſium inſtituit. Admirandum, mehercule! & tanto Principe dignum opus, quo vno omnium, quorum antea meminimus, Principum gloriam mihi ſuperaſſe videtur: Illi enim ſemel profuerunt, ſibique tantum & ſuis temporibus proſpexerunt: hic vero ſemper proderit. Nam ſapientiſſimi quique & erudítiſſimi viri, quorum conſilio & prudentia, non noſtra ſolum, ſed & vicinarum Nationum Reſpublicæ ſunt adminiſtratæ, & hodiè quoque adminiſtrantur, in hoc noſtro ſunt Gymnaſio exercitati, quod ab hoc optimo Principe inſtitutum fundatumque eſt.* Claruit olim Craneo Gymnaſio opulentiſsima Corinthus. Athenas, Poëcile Zenonis, Academia Platonis, Liceum Ariſtotelis illuſtrarunt: quæ tamen & ſiqua alia fuerint antiquorum gymnaſia, ſi in vnum omnia conferantur, cum hac noſtra Pariſienſi Schola, non veniunt comparanda: ad quam velut litterarum omnium & diſciplinarum vberrimum fontem, omnes finitimi Populi liberos ſuos imbuendos erudiendoſque amandare ſolent. Quid memorem diuum Ludouicum, Philippum Pulchrum, Robertum, alioſque innumeros Galliæ noſtræ Chriſtianiſsimos Principes? Qui omnes non diuinarum ſolùm, ſed & omnium humanarum Artium accerrimi propugnatores extiterunt. Non enim latebat prouidentiſsimos illos Principes, omnia quæ ſunt in Imperio, ab ijs defendi & firmari, qui doctrinæ & eruditionis laude antecellunt: eorumque conſilio perfici, vt benè inſtitutam Rempublicam ab omni violentia, ſeditione, tumultu, liberam & tranquillam habeamus. Cedant igitur caſtra Gymnaſijs, enſes calamis, arma libris, militia doctrinæ, primumque in Republica locum obtineat ea Facultas, quæ principatum Reipublicæ quærit, quæſitumque ſola tuetur & retinet. Faceſſant proterui illi, & clamoſi marceſcentis ignorantiæ præcones: qui perfricata fronte, & impudenti ore, in omnes diſciplinas debacchari non verentur: & veluti belliſſimum ſuæ inſcitiæ patrocinium nacti, ſanctam ruſticitatem ſim-

plicemque probitatem, cum tamen improbiſſimi ſint & contaminatiſſimi, inflatis buccis paſſim prædicant. Aiunt homines inertiſſimi neque doctrina, neque arte, ſed natura viros bonos fieri: & ſine litteris prudentiam comparari: rudemque illam & incultam, non ſtudio quæſitam, ſed naturâ inſitam ſapientiam, ad res maximas & publicè & priuatim gerendas plurimùm conferre, multoſque homines quondam in adminiſtrandis rebus publicis fuiſſe verſatos, & nunc quoque verſari: qui ſine litteris, & ſine doctrina, ſolam naturæ legem veluti ducem ſecuti, clari, & ſummorum virorum laude digni extiterunt. Contra vero plurimos artibus & diſciplinis eruditos crudeliſſimam exercuiſſe tyrannidem, beneque conſtitutas Reſpublicas funditùs euertiſſe. Sit ita, ciuitatibus nonnunquam profuiſſe indoctos, & litterarum imperitos: an propterea eò impudentiæ homines pecuini deuenient, vt ignorantiam affectandam aſſerere auſint? Quaſi vero inertia ipſa atque inſcitia rebus agendis conducat, ac non potius eximium quoddam, atque illuſtris ingenij lumen, quod cum bonarum Artium ſtudijs excultum fuerit, tum omnibus numeris abſolutum, perfectiſsimum exiſtit. Atque vt imperitia prodeſſe, ita doctrina obeſſe nunquam poteſt: nam & ſi non deſint callidi quidam & improbi homines qui litteris & ſcientia ad labefactandas Reſpublicas peruersè abutantur; id tamen non ab eruditione, ſed ab innata prauis animis malitia proficiſcitur. Quapropter non ipſæ diſciplinæ damnandæ, non earum Profeſſores laceſſendi, non ab earum ſtudio abſterreri iuuenes debent: alioqui & optima quæque mortalibus à Deo conceſſa & data, reijcienda prorſus & repudianda eſſent: Propterea quod vſu-venire quotidie videmus, vt ea quamuis ſincera & ſancta, homines tamen flagitioſiſsimi inficiant atque deprauent. Sed quo magis honeſtiſsimas diſciplinas horum deteſtanda improbitas ſuppurare pergit, eò magis ſunt omnes boni ad eas perdiſcendas prouocandi: quarum præſidio freti, pernicioſorum ciuium conſilia frangere, eorumque nefarios conatus reprimere poſsint: quod ſanè rudis & litterarum expers ſimplicitas nunquam præſtabit. Quî enim fieri poteſt vt imperitus artis, artem deprehendat, tantum abeſt vt eludat? Nam & ſceleratam illam peſtiferamque Catilinæ conjurationem M. Cicero non vi & armis, ſed ſingulari (quam ex ſtudio litterarum erat conſequutus) prudentia extinxit. Itaque probi quidem, ſed indocti & imperiti ciues, vt moderationis ſuæ & continentiæ exemplo Rempublicam nonnihil adiuuant, ita eandem grauiſsimè lædunt, cum propter inſcitiam ſeditioſis reſiſtere ac innixam, præſidio litterarum, audaciam reprimere nequeunt. Neque hoc ſolo nomine inutiles ſunt, ſed vel maxime ob id quod de rebus gerendis, tanquam cæci de coloribus, & ſurdi de harmonia iudicant: atque obliqua pro rectis, iniqua pro æquis, turpia pro honeſtis, noxia pro vtilibus, deterrima pro optimis conſtituunt. Quid eſt igitur pernicioſius ignorantia? quid peſtilentius? quid peius? Quid autem eſt optabilius doctrina? quid præclarius? quid conducibilius? Ac mihi quidem veriſsimum videtur eſſe Socratis illud, vnicum eſſe in rebus humanis malum inſcitiam, vnicum bonum ſcientiam. Illa velut turbidiſſima corruptiſsimorum imbrium, hoc eſt errorum ciſterna ſaluberrimum alioqui vicinarum regionum aërem prorſus inficit. Hæc veritatis fons limpidiſsimus, puriſsimis & leniter fluentibus aquis omnes infectæ viciniæ ſordes abluit. Illa improuidos homines, & temerarios in grauiſsima pericula præcipites agit. Hæc ſui ſtudioſis, prudenter omnia & conſideratè agentibus, perpetuam præſtat ſecuritatem. Illam ſcelerum omnium & vitiorum turba comitatur. Hæc virtutum omnium eſt Magiſtra. Illa liberos Populos in ſeruitutem redigit. Hæc oppreſſos tyrannide, aſſerit in libertatem. Illa munitiſsimas vrbes funditus euertit. Hæc lapſas erigit. Illa firmiſsimas & bene conſtitutas reſpublicas labefactat. Hæc perditas omnino & diſsipatas reſtituit. Quare inter omnes qui in publicis rebus bene adminiſtrandis floruerunt, ij mihi præclariſſimè feciſſe videntur, qui propellendæ ignorantiæ, inſtaurandæque rei litterariæ ope-

1535.

" ram dederunt: nam eorum ſingulari prouidentia factum eſt, vt humanum
1535. " genus miſerrimè alioqui periturum, ac in feritatem degeneraturum, ſta-
" bile, firmum, mentiſque & rationis compos permaneret. Vbi nunc re-
" rum humanarum baſis religio iaceret, ſi in caligine, & tenebris ſacræ lit-
" teræ perpetuò delituiſſent? videremus eam ſquallore ſituque obductam,
" orbemque Chriſtianum ad ſtultam ſuperſtitionem deſciuiſſe. Quod tan-
" tum malum ne longius ſerperet, ab ijs perfectum eſt, qui eximia virtute,
" fortique animo, diuinam illam euangelicamque Philoſophiam ab Ethni-
" corum obſidione liberarunt. Quot myriades hominum, qui ſano adhuc
" & integro corpore magnopere iuuant Remp. morbis à quibus conualue-
" runt, eſſent confecti, ſi non aliquis Hyppocratem, Galenum, alioſque
" majorum gentium medicos, fœdiſſima barbarie corruptos, priſtino can-
" dori reſtituiſſet? Nunquid iam totus Ariſtoteles nobis exciderat? num
" etiam præclaræ illæ artes Mathematicæ peſſum ierant? ni Reipublicæ
" cauſa, quæ perditis his diſciplinis iacturam non modicam erat factura,
" ſumma eruditione præditi viri, ridiculos illos tantumque ad rixandum
" natos Sophiſtas expuliſſent, ab eorumque ineptijs has libero homine di-
" gniſſimas artes vindicaſſent. Quid dicam de prima illa omnium diſcipli-
" narum Grammatica, quam integram conſeruari quantum Reipublicæ in-
" terſit, vel ex eo intelligunt omnes, quod cæteris viam aperiat. Quæ cum
" ita ſint, qua tandem laude Chriſtianiſſimum Regem Franciſcum dignum
" eſſe iudicabimus, qui teterrimo craſſæ rudiſque ignorantiæ vitio multis
" iam ſeculis impeditam ac prægrauatam noſtræ Academiæ linguam libe-
" rauit, eamque vocalem ac mirè ſuauiloquam reddidit. Expulſis enim
" mutis & balbutientibus Magiſtris, honoratos ampliſſimis præmijs diſer-
" tiſſimos homines aſciuit: qui eam profiterentur diſciplinam, quæ de ma-
" gnis mirè & ſublimiter, de mediocribus iucundè & grauiter, de paruis
" propriè & ſubtiliter, de omnibus ſententiosè & luculenter dicere per-
" docet. Atque hos non ex Latio tantum, ſed ex celeberrima illa Palladis
" vrbe euocandos eſſe putauit. Voluit enim ſapientiſſimus Princeps ſuam
" Rempublicam per Atticos profeſſores omnium diſciplinarum gloriâ illu-
" ſtrari: non ignorans eas ipſas ab illis inuentas non accepiſſe: noſtramque
" linguam Græcæ imitatricem ſine eius cognitione mancam atque debi-
" lem fore, nec ſeſe arbitratus eſt ſuæ Reipublicæ ſatifeciſſe Princeps ſanctiſ-
" ſimus, niſi ſanctiſsimæ linguæ, id eſt, Hebrçæ Profeſſores inſtitueret.
" Sanctiſsimã hanc linguam optimo iure dicimus, quâ Prophetæ, quâ Apo-
" ſtoli, quâ ipſe quoq; Deus & ſalutis noſtræ aſſertor Ieſus Chriſtus ſemper
" eſt locutus: quid quod Philoſophia atque omnes Mathematicæ artes ab
" hoc eodem ſunt Principe illuſtriſsimo reſtitutæ? Hiſque ſummo ſtudio &
" ſingulari virtute fœliciter peractis, non tamen optimus Princeps ceſſato-
" rem agit: quin potius difficillimam, eamque præſtantiſsimam totius rei
" litterariæ partem, nunc inſtaurare conſtituit: Nempe hanc noſtram Iu-
" ſtitiæ & çquitatis diſciplinam, in cuius ſinu ac tutela ſerenus tranquilluſ-
" que beatæ vitæ ſtatus adquieſcit: Ex ea enim diſcimus quam ſanctè, quàm
" religiosè parentes, qui vt eſſemus nobis dederunt, ſint colendi, quàm
" horrendis ſupplicijs afficiendi ſint ij, qui ſanctiſsima illa naturæ & ſangui-
" nis iura, effrenata quadam immanitate violare audent. Eadem Magiſtra-
" tibus, quorum deſcriptione omnis Reipublicæ moderatio continetur,
" imperandi modum præſcribit: quem qui ſecuti fuerint Principes, ſequen-
" tur autem omnes qui ſua ſtabilire imperia & firmare volent, ij certè nun-
" quam committent, vt ſubditis ſibi Populis, iniuſta & pernicioſa præci-
" piant, ſed rationi & æquitati conſentanea: quibus & ſalus ciuium, ciui-
" tatumque incolumitas conſeruetur. Sed quid eſt humano generi optan-
" dum magis quàm ſocietatis & amicitiæ conſeruatio. Studioſus & diligens
" fidei cultus? digna laboribus & meritis remuneratio? grauis atque ſeue-
" ra ſcelerum vindicta? tranquilla innocentum vita? Ad hæc omnia ſola
" nobis tribuit Iuriſprudentia. Hæc nomen Populis, hæc laudem principi-
" bus parat, hæc orbi terrarum Pacem conciliat, omnes forenſes & belli-

cæ res, priuata omnia & domeſtica negotia in præſidio Iuriſprudentiæ latent: qua ſublata tollitur omnis ratio, & vitæ degendæ, & rerum gerendarum. 1535. Quamobrem ſingulare noſtri Principis in prouidendo Conſilium, ſatis admirari nequeo: qui reuocatas humaniores diſciplinas diutius ſtare non poſſe perſpexit, niſi earum quoque Principem Iuriſprudentiam in integrum reſtitueret. Atque vtinam noſtris iſtis temporibus alter ſupereſſet Tullius, qui digna oratione tam eximiam noſtri Principis, tamque admirabilem in prouehendis diſciplinis virtutem, poſteris commendaret. Sed quid dico digna oratione, quaſi vero virtuti tam Illuſtris Principis poſsit par oratio inueniri? quid eſt quod quiſquam aut dignum illo, aut nouum cuiquam, aut inauditum poſsit adferre? Non cum Pigmæis, non cum delicatis, non cum mollibus & effœminatis hoſtibus dimicauit noſter Franciſcus, non mediocre certamen inijt, ſed grauiſsimum aduerſus feros illos atque immanes Barbaros, bellum gerendum magno & forti animo ſuſcepit, ſoluſque ſummo ſtudio, & admirabili perſeuerantia confecit, ſolus audaciſsimos bonarum Artium hoſtes profligauit, ſolus oppreſſam Barbarica tyrannide noſtram Academiam liberauit, ſolus expulſas ſuis ſedibus Muſas reſtituit. Nunquam profectò ſatis dignè laudari poterit tantum hic Princeps, qui quaſi de cœlo lapſus, diuino conſilio, ſingulari prudentia, eximia & incredili virtute, tam inſignem victoriam reportarit. Triumphauit de Carthagine Scipio. Triumphauit de Perſis Alexander. Triumphauit de Gallis Iulius Cæſar. At his omnibus longè clariorem triumphum noſter Franciſcus agit. Nam de Barbaris, Gothis, indoctis, imperitis, hoſtibus bonarum Artium coniuratiſsimis triumphat. O Principem omnium poſt natos homines illuſtriſsimum! O Populum tali principe fœliciſsimum, ingratiſsimum vero, ſi tam humani Principis beneficia non agnoſcat. Agnoſcamus igitur & cum muſis Principem noſtrum commendemus, qui nunc ſacratiſsimas Iuriſprudentiæ ædes, & Gothicis illis tyrannis deuaſtatas, inſtaurare, earumque cuſtodiam & curam ijs committere inſtituit; qui boni & æqui peritia freti, ſacra venerandæ huius deæ rite & ſolemniter peragere norint. Quod laudatiſſimum inſtitutum, nobis potiſſimum, judices, optimus Princeps exequendum demandauit: fideique veſtræ & diligentiæ hoc commiſit, vt ex numeroſiſſima Iuriſperitorum cohorte, exercitatiſſimos paratiſsimoſque deligatis, quos tanto muneri, tamque præclaro præficiendos eſſe putetis. Atque vt in cœteris rebus, libidinem, odium, inuidiam, metum, cupiditateſque omnes, amouere, ſed habere in Conſilio, legem, religionem, æquitatem, fidem, ſoletis: ita prudenter, rectè & conſtanter, de hac cauſa ſtatuatis: bene probatos à nobis eſſe oportet eorum prudentia, eruditio, diligentia cognita nobis & perſpecta eſſe debet, quos tanto honore dignos iudicetis, non de Abecedarijs præceptoribus, non de Pedaneis iudicibus, ſed de ſummis Aſtrææ ſacerdotibus deligendis agitur. Prouidete, Iudices circumſpectiſsimi, ne ex eius ſacroſanctis ædibus ejecta exturbataque Barbaries, vi vel clam earum poſſeſſionem rurſus inuadat: Et ab earum aditu doctiſsimum quemque prohibeat. Ab hoc periculo prohibete Rempublicam, propellite indoctos, eos à doctis ſecernite. Satis diu intolerabilem Barbarorum tyrannidem perpeſſa fuit Iuriſprudentia, ſatis diu fuit in miſerijs, ſatis multos annos laborauit: vos qui æqui eſtis omnibus, reſtituite incolumem eam diſciplinam, ſine qua diu eſſe incolumes non poteſtis: conſeruate eam, quæ ſola nos, liberoſque veſtros, totam denique veſtram Rempublicam conſeruat: liberate eam, quæ nos in libertatem aſſerit: eripite ex miſerrima ſeruitute eam, quæ nos in ſeruitutem redigi non patitur. rectè hoc repetitur à vobis; veſtri eſt animi atque virtutis, veſtræ dignitatis, veſtri eſt auxilij, debilitatam multis incommodis Iuriſprudentiam veſtra æquitate reficere & recreare. Quare in nos, iudices integerrimi, veſtramque diligentiam ſeſe tota conuertit Reſpublica, nos omnes boni, nos omnes docti, nos melioris litteraturæ amatores intuentur, omnium oculi in nos

1536. " coniecti ſunt, magna omnium de vobis expectatio, quam certè nos reip-
" ſa ſuperaturos proſpicio, vt qui omiſſis alijs grauioribus cauſis toti in hanc
" reſtitutionem incumbatis: quam ſi per vos obtinere liceat, omnes iuris
" ſtudioſos addictos vobis, deditos, & obſtrictos habebitis; qui tanti hu-
" iuſce Beneficij memores, perpetuis laudibus nomen veſtrum immortali-
" tati commendabunt.

Eodem anno die 2. Martij Senatus Pariſienſis vetuit ne Theobaldus Doctor Empiricus doceret Pariſijs, aut Medicinam exerceret, antequàm à Facultate Medicinæ examinatus & probatus fuiſſet. Res ſic ſe habet in Actis Curiæ.

Extraict des Regiſtres de Parlement.

Contra Doctorem Empiricum.

" ENtre les Doyen & Docteurs de la Faculté de Medecine en l'Vniuerſité de Paris, Demandeurs & requerans l'enterinement de certaine Requeſte d'vne part & M. Iean Thibault, ſoy diſant Medecin ordinaire du Roy, Deffendeur d'autres.

" Aprés que I. le Feure pour leſdits Demandeurs & Aubery pour le Deffendeur en perſonne; enſemble Remon pour le Procureur general du Roy, ont eſté oüis ſur la Requeſte deſdits Demandeurs, diſans que contre & au préjudice de leurs Priuileges, par leſquels il eſt inhibé & deffendu à toutes Perſonnes, meſmes aux Docteurs en la Faculté de Medecine d'autre Vniuerſité que celle de Paris, de ne pratiquer en l'Art de Medecine en cette Ville, que premierement ils n'ayent eſté examinez par 4. Docteurs de la Faculté, de Medecine de l'Vniuerſité de Paris, ledit Deffendeur qui ſe dit Ancien ſans auoir eſté examiné ſuiuant les Priuileges de ladite Faculté ſe ſeroit efforcé pratiquer en cette dite ville de Paris en la ſcience de Medecine & auroit eſſayé faire pluſieurs cures dont ſeroient aduenus pluſieurs inconueniens à pluſieurs perſonnes, au moyen dequoy par leſdits Demandeurs il auroit eſté mis en Procés pardeuant le Preuoſt de Paris ou ſon Lieutenant, & contre luy conclud à ce que deffenſes luy fuſſent faites de ne plus pratiquer en ladite ſcience de Medecine en cette Ville juſques à ce qu'il euſt eſté examiné, ſuiuant les Priuileges deſdits Demandeurs, leſquelles defenſes luy auroient eſté faites, dont il auroit appellé en la Cour de ceans, en laquelle le Procés qui eſtoit Procés par eſcrit, auroit eſté receu pour iuger, & neantmoins Parties oyes par prouiſion, la Cour auroit ordonné que ledit Deffendeur ſeroit examiné ſuiuant leſdits Priuileges, & cependant auroit fait defenſes de n'exercer ſon Art Empirique, ne pratiquer en ladite ſcience de Medecine, & en cette dite Ville, juſques à ce qu'il euſt eſté interrogé & examiné ſuiuant leſdits Priuileges deſdits Demandeurs par 4 Docteurs en ladite Faculté de Medecine de ladite Vniuerſité de Paris, en la preſence de deux Conſeillers de ladite Cour, à ce que Commiſſaires d'icelle luy fuſſent baillez pour aſſiſter & eſtre preſents à ſon Examen, & auroient commis & deputez par ladite Cour M. Iacques de la Barde & Martin Fomée Conſeillers en icelle, & depuis n'auroit tenu conte de ſatisfaire à l'Arreſt de la Cour, & auroient eſté donnez deux congez ſur ſadite Requeſte; & pour cuider iceluy illuder & rendre fruſtratoire, auroit prétendu auoir lettres de don du Roy de l'état deſdits Medecins, qui eſt faux, & ſous ombre d'icelles ſe ſeroit intitulé Medecin ordinaire & Aſtrologue du Roy, efforcé pratiquer en ladite ſcience de Medecine en cette dite Ville plus que deuant, ſans ce qu'il ait eſté examiné ſuiuant ledit Arreſt, contreuenant à iceluy, & ſeroit eſſayé faire pluſieurs Cures en cette dite Ville, dont ſeroient aduenus pluſieurs Inconueniens, ſur leſquelles Contrauentions auroient eſté faites par ordonnance de la Cour informations: *quibus viſis*, auec le Procureur general du Roy, adjournement perſonnel contre luy auroit eſté par la Cour decreté. Dauantage auroit fait pluſieurs Pronoſtications vaines, ridicules & ſcandaleuſes; Neant-

moins ainſi que la Cour auroit pû voir à laquelle elles auroient eſté mon-trées, & ſi auroit compoſé des Liures en Medecine, dont l'vn eſtoit in- 1535.
titulé, le Threſor de peſte, auquel eſtoient contenuës toutes choſes fri-uoles, cõme la Cour auroit pû voir, leſquelles Prognoſtications & Liures il auroit fait imprimer. A cette cauſe requierent contre ledit Deffen-deur, que pour les Contrauentions par luy faites, il fuſt condamné en-uers eux en telle peine pecuniaire qui ſeroit erogée aux Pauures de cet-te dite Ville, que ladite Cour verroit eſtre à faire & que ſuiuant ledit Ar-reſt il fuſt tenu ſe faire examiner & preſenter, & que pour ce faire luy fuſt prefigé iour, & cependant & iuſques à ce défenſes luy fuſſent faites de ne ſe intituler Medecin, ne pratiquer en ladite ſcience de Medecine, ne exercer l'Art Empirique. Semblablement que défenſes fuſſent faites à tous de n'exercer l'Art en cette Ville juſques à ce qu'ils euſſent eſté exa-minez ſuiuant leſdits Priuileges de ladite Vniuerſité, & tous Imprimeurs de ne imprimer plus aucunes Prognoſtications en Medecine qu'ils n'ayent eſté veuës par les deputez de ladite Faculté de Medecine.

Diſant ledit Deffendeur au contraire, qu'il auoit eſté Medecin de feuë l'Archiducheſſe d'Auſtriche, Dame Marguerite de Flandres; qu'il auoit eſtudié en pluſieurs Vniuerſitez fameuſes en l'Art & Science de Medeci-ne; qu'à la verité il s'eſtoit plus arreſté à la ſcience de Medecine Empi-rique qu'à la Logique, *quam Plinius vocat Clinica*, & auroit longuement pratiqué en la baſſe Allemagne, Hollande, Zelande, Flandre & autres lieux. Que le Roy eſtoit à Cambray où eſtant aduerty de ſon ſçauoir & experience le voulut voir & parler à luy: ce qu'il fit, & luy dit le Roy, que s'il ſe vouloit retirer en France, il luy feroit autant de bien que nul autre Prince luy pourroit faire. Luy à la parole du Roy auoit abandon-né la ville de Neuers où il ſe tenoit & pratiquoit fort en ladite Science, & auoit cinq ou ſix petits enfans, & ſa femme s'eſtoit retirée pardeçà, eſ-perant en la promeſſe du Roy. Incontinent qu'il auoit eſté en cette Vil-le, on luy auoit voulu improperer beaucoup de deshonneur, & auoit eſté conſtitué Priſonnier, finablement jetté hors des Priſons, auroit voulu pratiquer, enquoy il auroit eſté empeſché par les Demandeurs, tellement qu'il s'en ſeroit enſuiuy l'Arreſt, dont leſdits Demandeurs ont parlé. De-puis lequel il auoit eſté mandé par le feu Legat Chancelier de France à Fontainebleau où le Roy eſtoit, le preſenterent ledit Legat & le Sei-gneur d'Aubigny, auec pluſieurs Perſonnages qui ſçauoient & connoiſ-ſoient ſon experience, au Roy, lequel *memor verbi ſui in quo ei ſpem dede-rat,* le retint ſon Medecin ordinaire, luy en decerna ſes lettres Patentes, au dos deſquelles eſt tranſcript le ſerment qu'il a preſté és mains du pre-mier Maiſtre d'Hoſtel du Roy, le Seigneur de Montchenu, comme ont accouſtumé faire tous les Medecins du Roy. Et ſe voyant Medecin du Roy, & par cette nouuelle qualité croyant ledit Arreſt eſtre aſſoupy & eſtaint, comme la verité eſt, & qu'il eſtoit *in caſu exceptionis*, des Priuile-ges de la Faculté de Medecine: *Car par iceux il eſt dit que aucun ne ſera re-ceu à pratiquer en l'Art de Medecine en cette Ville, s'il n'eſt Docteur en ladite Faculté de Medecine en l'Vniuerſité de Paris, ou qu'il n'ait eſté examiné par 4. Docteurs de ladite Faculté de ladite Vniuerſité, s'il n'eſt qu'il ſoit Medecin or-dinaire du Roy ou de quelque autre grand Prince.* Se ſeroit mis à exercer ſon Art & pratiquer comme auparauant; a fait de tres-belles & bonnes cu-res en cette Ville & ailleurs, tellement que pluſieurs Perſonnes s'en ſont bien trouuées, & n'y auoit vn ſeul qui ſe plaigniſt de luy, ne aucunes in-formations faites contre luy. A cette cauſe n'y auoit propos à la Reque-ſte deſdits Demandeurs.

Quant aux Prognoſtications, a dit qu'il y en auoit vne qui auoit eſté imprimée en cette Ville par vn nommé Nyuert Libraire, & cette-là a le-dit Deffendeur compoſée ſelon les Aſtres, conjaculation d'iceux & mo-tion des Signes qui n'eſt choſe inſolite, & y en a aſſez d'autres qui en font & faiſoient, & n'eſtoit choſe tant à reprendre que comme les De-

" mandeurs diſoient. Quant à l'autre Prognoſtication, elle a eſté imprimée
1535. " *falſo nomine*, dudit Deffendeur par les haineurs & malueillans dudit Deffendeur: laquelle parle du Roy d'Angleterre, & laquelle iamais ledit Deffendeur ne fit, en la deſaduoüant, concluoit par ce moyen à abſolution des Concluſions deſdits Demandeurs. Ledit Procureur general du Roy, diſant que la cauſe qui s'offre, ne concernoit ſeulement ledit Deffendeur, mais les Subjets du Roy, meſme les Manans & habitans de la ville de Paris & la choſe publique d'icelle, que *vt illis conſuleretur*, auoit eſté ordonné par l'Arreſt de la Cour, que ledit Deffendeur ſeroit examiné auant qu'il peuſt pratiquer, a neantmoins contreuenu s'excuſant toutefois qu'il eſtoit Medecin ordinaire du Roy, qu'il en auoit lettres; mais n'y faiſoient riens leſdites lettres, par ce que par icelles appert qu'il n'eſt ſeulement que retenu Medecin ordinaire du Roy. Et ne dient point qu'il ſoit aux gages, ains ne bouge de cette ville. Dit qui plus eſt qu'il auoit donné entendre au Roy ledit Arreſt, & ſi luy fait-on dire que le Roy a depuis declaré qu'il n'entendoit point que ledit Deffendeur fuſt ſon Medecin. A cette cauſe requiert qu'il ſoit dit que ledit Deffendeur ſera tenu ſatisfaire audit Arreſt & que temps luy ſoit donné pour ce faire, prefigé, *aliàs*, où il n'auroit ce fait dedans ledit temps, qu'il luy fuſt du tout interdit plus pratiquer, & neantmoins cependant que les deffenſes tinſent. Quant aux Prognoſtications & Liures compoſez par ledit Thibaut, dit que dedans il y a des choſes qui ſont pures pueriles, ridicules & neantmoins ſcandaleuſes & de mauuaiſe conſequence. A recité le contenu, ce fait a requis défenſes eſtre faites audit Deffendeur de non plus compoſer ne faire imprimer & ne pratiquer en l'Art Empirique, & à tous Libraires de n'imprimer aucunes Prognoſtications ou Liures de Medecine qui n'ayent eſté approuuez par la Faculté de Medecine de cette Ville & ſans la Permiſſion de ladite Cour, pour obuier à tous abus & fautes.

" La Covr dit qu'en enterinant la Requeſte faite par le Procureur general du Roy, & pareillement par la Faculté de Medecine en l'Vniuerſité de Paris, elle a ordonné & ordonne que M. Iean Thibault Empiricien ayant pratiqué en l'Art de Medecine en cette ville de Paris, ſe ſera examiner ſuiuant l'Arreſt d'icelle dedans huictaine pour toutes prefixions & delais, & dedans icelle huictaine ſe preſentera pardeuant Maîtres Iacques de la Barde & Martin Fumée Conſeillers en ladite Cour ja par elle deputez quant à ce, & pardeuant 4. Docteurs en ladite Faculté de Medecine, qu'icelle Faculté ſera tenuë deputer dedans trois jours pour toutes prefixions & delais, des plus Anciens, experimentez & ſuffiſans, tant en la Theorique que Pratique en la ſcience de Medecine. Et ſera par leſdits Deputez de ladite Faculté en la preſence deſdits deux Conſeillers examiné ſur ſes experimens & applications d'iceux *in ſingulis membrorum generibus*, maniere de les faire & compoſer & ſur les raiſons de les faire. Et s'ils ſont conformes à la reigle & canon de l'Art de Medecine, & ſi c'eſt point choſe perilleuſe & pernicieuſe pour la choſe publique de le ſouffrir & permettre exercer ſon Art Empirique & pratiquer en ladite ſcience de Medecine ou luy interdire: & pour ſçauoir plus amplement ſi par cy-deuant y a point eu de danger & de Permiſſion en l'exercice dudit Thibaut, & s'il eſt point aduenu d'inconueniens aux cures qu'il a faites: Ladite Covr a ordonné & ordonne que ladite Faculté de Medecine pourra nommer & adminiſtrer témoins audit Procureur general du Roy, leſquels teſmoins à la requeſte d'iceluy Procureur General, ſeulement ſeront examinez par les deſſuſdits Conſeillers ſur les cures que ledit Thibaut a faites en cette ville de Paris. Auſſi celuy Thibaut pourra nommer & adminiſtrer teſmoins de ſa part audit Procureur General, leſquels teſmoins à la requeſte d'iceluy Procureur General, ſeront examinez ſur le bien & bonnes cures que ledit Thibaut prétend eſtre procedées à cauſe de ſa Pratique & Art Empirique, pour ce fait & rapporté

pardeuers

pardeuers ladite Cour auec l'aduis deſdits 4. Medecins qui auront exa-
miné ledit Thibaut & les Informations deſdits teſmoins & oüy le rap- 1535.
port deſdits deux Conſeillers qui auront aſſiſté à l'examen d'icelluy Thibaut, eſtre procedé par la Cour diſtinctement à l'examen, à l'interdiction ou permiſſion audit M. Iean Thibaut de l'exercice & pratique de ſon Art, tant en cettedite ville de Paris, que autres lieux de ce Royaume. Et quant aux Liures compoſez par ledit Thibaut, à ſçauoir *de cura Peſtis*, leſdites Prognoſtications, l'vne deſquelles il a deſaduoüée & l'autre adüoüée & les Almanachs par luy faits eſtant appoſtillez. A ordonné & ordonne ladite Cour qu'ils ſeront mis pardeuers les Commiſſaires ja par elle nommez, & que ladite Faculté de Medecine deputera trois notables Perſonnages d'icelle pour iceux Liures, Prognoſtications & Almanachs veoir & viſiter en la preſence d'iceux Conſeillers, pour aprés les auoir veuës auec l'aduis des Deputez de ladite Faculté, & oüy le rapport deſdits Conſeillers, en eſtre ordonné, ainſi qu'il appartiendra par raiſon, & cependant & par prouiſion ladite Cour a fait & fait inhibitions & déſenſes à tous Imprimeurs & Libraires de cette ville de Paris, & toutes autres Perſonnes quelconques de quelque eſtat ou condition qu'elles ſoient, de n'expoſer en vente, faire imprimer ou imprimer leſdits Liures, Prognoſtications & Almanachs, ſur peine de dix marcs d'argent & de priſon, & d'autre amende arbitraire, & en enterinant la Requeſte faite par le Procureur general du Roy, pour le bien de la Choſe-publique & ſanté des corps des Manans & Habitans de cette ville de Paris, a fait & fait ladite Cour inhibitions & déſenſes à tous ceux qui ſe meſlent de l'Empirique & autrement de l'Art de Medecine, qui ne ſoient approuuez ne receus en ladite Faculté de Medecine, de ne pratiquer aucunement iceluy Art & Empirique, que premierement ils n'ayent eſté examinez par 4. Docteurs en ladite Faculté de Medecine, en la preſence d'vn Conſeiller en ladite Cour, & ce ſur peine de cent marcs d'argent pour la premiere fois qu'ils pratiqueront ſans auoir eſté examinez cõme dit eſt, & pour la ſeconde de priſon & autre amende arbitraire, telle que la Cour verra eſtre à faire. Et pour l'inconuenient que ladite Cour a veu aduenir pour l'Impreſſion des Liures de Medecine, ladite Cour en enterinant ſemblablement ladite Requeſte faite par le Procureur general du Roy, & par ladite Faculté de Medecine, a fait & fait inhibitions & déſenſes à tous les Subjets du Roy, demeurans dedans les fins & limites du reſſort d'icelle, de ne compoſer & faire imprimer, & à tous Libraires & Imprimeurs de ne imprimer & expoſer en vente aucuns Liures compoſez en la ſcience de Medecine qu'ils n'ayent eſté premierement veuz & viſitez par trois bons & notables Docteurs en ladite Faculté & approuuez par icelle, ſur peine de confiſcation de la Marchandiſe, priſon, amende arbitraire & autres peines que la Cour verra eſtre à faire. Et outre a ordonné & ordone la Cour, qu'en défaut de ſe faire par ledit Thibaut examiner dedans la huictaine, elle procedera contre luy ainſi qu'il appartiendra par raiſon. Et ſur les déſenſes requiſes luy eſtre faites pendant de ne pratiquer, la Cour a ordonné que demain elle en deliberera.

Eodem anno initium cœpit Societas Ieſuitarum autore Ignatio Loyola Pampilonenſi. Religio Catholica mutata in Anglia. Thomas Morus Angliæ Cancellarius & Ioan. Fiſcherus Epiſcopus Roffenſis morte damnati.

Iuxta autem ſuperius Senatuſconſultum Liber qui à Theobaldo editus fuerat, à Facultate Medecinæ examinatus eſt, in cuius Actis ad diem 17. Maij an. 1536. legitur Librum inſcriptum, LE THRESOR DE LA PESTE.
Item, *de Prognoſticatione & Almanach*, eiuſdem à quodam Theobaldo 1536.
Empirico editum, cenſura notatum fuiſſe per tres inſignes viros, doctrina & experientia conſpicuos MM. Lud. Braillon, Michaëlem du Monceau & Nicolaum Guerin, coram DD. de la Barde & Fumée Commiſſarijs à Curia delegatis.

Intercedebat quoque eodem tempore lis in eadem Curia inter Can-

" cellarium Pariſienſem & Facultatem Theologiæ occaſione cuiuſdam
1536. " Præſentati Baccalarij ab Ordine Carmelitarum, vtraque Parte diuerſa
" ſtatuta proferente. Res ſic ſe habet in Actis ad diem 8. Maij.

Extraict des Regiſtres de Parlement.

" ENtre M. Iacques Spiſame Conſeiller du Roy en la Cour de ceans, Chancelier de l'Vniuerſité de Paris, Demandeur & requerant l'enterinement de certaine Requeſte par luy preſentée à la Cour le trois de ce preſent mois d'vne part, & les Doyen, Docteurs & Bacheliers de la Faculté de Theologie de l'Vniuerſité de Paris, Deffendeur à l'enterinement de ladite Requeſte d'autre.

Non videtur etiam omittendum quod continetur in Actis Theologicæ Facultatis, ad diem 20. Aug. nempe cum Cancellarius Franciæ poſtulaſſet recipi Baccalarium quendam Dominicanum ſupra conſuetum numerum, reſcripſiſſe ipſam id ſi faceret, multa inde incommoda & mala prouentura. Anno Domini 1537. die 20. Aug. Congregata Facultate apud Collegium S. Bernardi poſt Miſſam comparuit quidam honeſtus Nuncius miſſus à D. Cancellario, vt dicebat, qui præſentauit aliquas litteras, ſuper quas requirebat prædictus D. Cancellarius recipi de gratia ſpeciali quendam Religioſum de Ordine Prædicatorum; vocatum Auguſtinum de Rieux. Quibus dictis & auditis in facie Facultatis, imprimis habuit Facultas gratias prædicto D. Cancellario de communicatione ſuarum litterarum; tamen poſt deliberationem, dictum fuit quod prædicta Facultas ſcriberet ad D. prædictum Cancellarium per quendam de Magiſtris noſtris qui ei exponeret inconuenientia quæ poſſunt oriri propter multitudinem illorum Baccalariorum, & hoc cum humilitate & reuerentia. 1537.

Litteræ tales ſunt quas ad Nos dediſti litteras, Illuſtriſſime Cancellarie, hodie ſub auroram recepimus. Et eo quidem perlegimus affectu quo eſſe ſolent veri in Patronum Clientuli; vt quidquid poſthac obſequij, beneuolentiæ, Officij, denique quidquid in Nobis ſitum fuerit, id omnino in tuam gratiam præſtituros bona fide atque adeo bono animo pollicemur. Quod ex Legato ad te noſtro harumque litterarum Tabellario facile agnoſces, cui ſi quam, quæ tua eſt humanitas, fidem habueris, ſupplicique precationi quam noſtro nomine eſt porrecturus, annueris, rem profectò Nobis non tam gratam quàm quod gratiſſimum facies, noſtroque Ordini vt non parum vtilem, ita communi Sodalium paci ac concordiæ conſulturam. Quæ res nos tibi etſi hactenus ſatis deuinctos, magis tamen ac magis vel hoc vno amoris Officio poſthac demerebitur, Noſtrumque vnumquemque pro ſua quiſque virili ad preces erga Deum pro felici tuo ſucceſſu fundendas alacrius extimulabit. Benè vale Pariſijs ex noſtro Conſeſſu Generali apud S. Bernardum à ſacro peracto 20. Aug.

At ne Magnatum litteris & Precibus victa poſtac ſuccumberet Facultas, aut certè importunè rogaretur Mendicantes extra ordinem & numerum in ſuum Conſortium admittere, litteras Regias flagitauit quibus id facere prohiberetur. Eaſque ipſi Facultati à Rege porrexit M. Io. Hennuyer, quæ tales ſunt.

DE PAR LE ROY.

TRes-Chers & bien-Amez. Par ce que par Nos Statuts & Ordonnances eſt limité le nombre des Religieux Mendians qui ſe paſſent Docteurs de la Faculté de Theologie en noſtre Vniuerſité de Paris; c'eſt à ſçauoir pour les Freres Mineurs, Carmes & Auguſtins au nombre de deux, & pour les Freres Preſcheurs au nombre de quatre en chacune Licence, & que neantmoins auons eſté aduertis que pluſieurs Religieux deſdits Mendians ſe ſont efforcez par cy-deuant par importunité & requeſtes de pluſieurs autres de noſtre Royaume entrer outre ledit nombre au Corps de leurdite Faculté. A cette cauſe & pour ce que nous voulons & deſirons ſingulierement garder & entretenir noſdits Statuts & Ordonnances: Vous Mandons que d'oreſnauant n'ayez à receuoir outre ledit nombre aucun deſdits Mendians audit Corps, ſans auoir Lettres expreſſes de nous à cette fin; & en ce faiſant nous ferez plaiſir & ſeruice tres-agreable. Donné à Nogent ſur Seine, le 26. jour de Mars 1538.

Signé, FRANÇOIS, & infra. GAYARD.

1537. *De Nominationibus Decretiſtarum.*

ALiud negotium occupatam tenuit Vniuerſitatem reliquo huius anni tempore circa Nominationes Decretiſtarum: quam in rem ſeriò incubuit, cautumque tandem Senatus Decreto vt duo eiuſdem Curiæ Senatores Iacobus de la Barde & Nicolaus Sanguin ad Comitia Mathurinenſia ſe conferrent, iiſque præſentibus ſingulæ Facultates prædictæ litis momenta exponerent, quò facta certior Curia ſuper iis, quod æqui bonique videretur, conſuleret. Igitur die 29. Decemb præſentibus prædictis Senatoribus poſtquam conſeſſum eſt, M. Petrus Du Val, Baccalaureus Theol. & ſocius Nauarricus Vniuerſitatis Rector hæc habuit verba, vt legitur in Reg. Publicis.

ANTIQVITAS ACADEMIÆ PARIS.

» *Liberales Diſciplinas quas Artes vocant ex Græciâ primùm, imò ex ipſis Athenis fuiſſe in Gallias Caroli M. quondam huius Francorum Regni inclyti Regis tempore adſcitas Pariſiiſque collocatas: quo in loco hacque florenti Academia quantà authoritate, gloriaſ diſciplina pariter & diligentia ac honore floruerint, quantoſque fœtus aluerint, fouerintque nemo eſt qui ignoret: vt pote quæ Artium Facultas omnium diſciplinarum parens non immeritò dicta fuerit.* Quæ ſi Facultatis Decretorum, *quæ poſt quingentos annos in præſentis Gymnaſii gremium admiſſa extitit*, ſuaſu, inſtanteque ipſa Artium & Liberalium Diſciplinarum Facultas extermineturaboleaturque, vniuſcuiuſque periti ſit Iudicium: In qua diſcenda graduque in eadem adipiſcendo tanti hactenus adhibiti fuere labores, videlicet *triennium & ſemeſtre in puluere ſedere*, ſub ferulâ Doctoris & Ludi-Magiſtri ineſſe, examina deinde quaſi quotidiana ſubire, variosque & innumeros labores pertolerare. Verum Pontificii Iuris Scholares Profeſſoreſque quantâ libertate, imò potius indulgentia quotidie donentur, nemo in dubium reuocat, quippe qui libertatem indebitam plus debito appetentes, in Decretorum Facultatem diuertunt: in quâ & gradu adipiſcendo, nullo, ſaltem leui examine promouentur. Quare hanc Decretorum Facultatem promouere, Artium verò Facultatem deprimere exterminareque condolet ipſa Liberalium Artium Facultas; ad idque oculos mentemque dirigere totis votis exoptat. Verùm quod reliquum eſt, ipſa ſupremæ Curiæ Iudicio obedientiſſimam ſemper ſe præſtitit & præſtat, Induciarum triduum, vt attentâ rei in medium adductæ natura, quæque arduiſſima exiſtit, prudentum ſit Iudicium, vt ſuper his maturè cum peritis conſulere poſſit & valeat, ſibi concedi petit.

» Decanus Facultatis Medicinæ retulit negotium in medium adductum fore perarduum & ſuper quo certior effecta minimè fuerat ſalutifera Medicinæ Facultas; quare de his impræſentiarum deliberare non poteſt: ideò aliquantulum temporis ſpatium petit ſibi concedi vt ſuper his conſulere valeat, cæterum Iudicio Curiæ eſt obedientiſſima.

» Decanus Facultatis Decretorum negauit petere dicti Arreſti executionem: quare aliter deliberare non voluit: de quo M. Arnulphus Monart Procurator Generalis Vniuerſitatis petiit actum.

» *Decanus Facultatis Theologiæ retulit Facultatem Decretorum quæ vltima in præſentis Vniuerſitatis gremium collocata extitit, ſemper ſuas fimbrias plus æquo extendere niſam fuiſſe.* Nihilominus cum in eadem Facultate etiam ab antiquo plerique boni & graues extiterint, præſentem tamen Vniuerſitatem, provt Quidam ipſius Facultatis moderni moliuntur, ipſam Vniuerſitatem perturbare veriti ſunt; imò pacem in eadem Vniuerſitate conſeruare, quantum in eis fuit, voluerunt. Verum quia præſens Congregatio heri jam nocte adueniente ipſi D. Decano notificata fuit, præcipitatioque ipſius Vniuerſitatis nouerca exiſtit, petit triduum ſibi concedi & præfigi, infra quod ſuper huiuſmodi negotio tractare, & per ipſam Facultatem conſuli valeat. Cæterum judicio ipſius Curiæ parere parata eſt. Inſuper ſupplicuit D. Rectori quatenus à cætero ſuas Congregationes tempore opportuno, vt ſuper in medium ponendis conſulere poſſit, in-

dicet. Dictus Aubery dixit iampridem huiuſmodi Arreſtum de executione cuius nunc agitur, fuiſſe latum partibuſque publicatum; eodemque caueri quod in Craſtino Dominicæ de Quaſimodo Vniuerſitas congregaretur ſuper præmiſſis deliberatura; quare induciæ ſeu terminus ad ſuper prẹmiſſis deliberandum minimè debebat per eoſdem Commiſſarios concedi. 1537.

M. Antonius Minart Vniuerſitatis Aduocatus dixit Proſecutionem executionis huiuſmodi arreſti huc vſque non fuiſſe factam, nec petitam; & vlterius allegauit Facultates ſacræ Theologiæ & Medicinæ maiori prærogatiua præcellere, quàm Facultas prætenſa Decretorum: & ne videantur ſubterfugere, offerunt quod ipſa Facultas Decretorum tot Nominatos habeat quot habebunt antedictæ duæ Facultates Theologiæ & Medicinæ. Ad quod reſpondit Aubery non impedire quin Facultas Artium habeat tot Nominandos quot iuſtum erit, modò ipſa Facultas Decretorum ipſius Facultatis Baccalarios & Licentiatos tot quot erunt, nominare poſſit.

Domini Commiſſarij præmiſſis auditis; auditaque lectura prædictorum Arreſtorum organo Scribæ Vniuerſitatis ordinauerunt quod infra triduum prædictæ Facultates poterunt ſuper præmiſſis conſulere, quodque die Mercurij hora octaua matutina, dicta Vniuerſitas coram ipſis congregabitur apud dictum locum pro ipſis Facultatibus auditis relationem, ſeu earum rapportum ipſi ſupremæ Curiæ faciendo, vt his viſis & auditis, dicta Curia ordinare valeat, vt fuerit rationis.

Hæc igitur ita ſe habuerunt apud Mathurinenſes 29. Decemb. at vltima Decembris apud San-Iulianum idem Rector conuocata Facultate Artium, quid de propoſitis ſentiret, iubet explicare. Expoſuit præterea ſe de materia præſenti communicaſſe cum Deputatis quibuſdam Vniuerſitatis qui matura deliberatione habita quendam libellum conſcripſerant, quem per ſcribam Facultatis Artium legi præcepit. Tum ſingulæ Nationes quid de Libello ſentirent, retulerunt. Gallicana quidem cenſuit quædam verba eſſe addenda, quædam delenda: imprimis addendum, *quod dicta Artium Facultas videlicet Liberalium Diſciplinarum educatrix & parens fuit prior & ante cæteras apud Pariſios introducta, quæ inquam nullo in loco apud Gallias*, imò nec ipſo Chriſtianiſmo celebrior, vel vti hic habetur: licetque apud pleraſque alias huius inclyti Regni Vniuerſitates & Gymnaſia aliquantulum diſcatur doceaturque, nihilominus Pariſijs ſolum magno in pretio huc vſque habita extitit. Et cum in alijs huius Regni Academijs publicè Ius Pontificium doceatur, in quo verſantes nedum vnam, duas, imò plures nominationes, prout eorum cadit voluntati, conſequi & obtinere poſſunt, conſequanturque, ſola Pariſ. Vniuerſitas vnicuique in Artibus Magiſtro & quidem probato anno vno quoque duas concedit: qui numerus minime effrenis cenſeri debet, cum ipſa Artium Facultas adeo populoſa exiſtat, circumſcribi dinumerarique minime debet prout dicto libello cauetur. Inſuper ſacræ Theologiæ quotannis quindecim, Medicinæ verò decem Nominandos concedit: ea tamen lege quod ſi aliqui vltra numerum prædictum in dicta Theologiæ Facultate alias conſequi voluerint, eas coram Vniuerſitate expoſtulare poterunt. *Cæterum Facultati Decretorum quod ipſa Vniuerſitatis nouum membrum & recenter in eiuſdem gremium admiſſa*, æquiſſimum maturumque ipſius ſupremæ Curiæ Iudicium inſequendo quinque & viginti quotannis annuit.

Cæteræ Nationes conſenſerunt & addendam libello clauſulam prædictam cenſuerunt; & ita Rector concluſit. Die igitur Mercurij 2. Ianu. conuenerunt apud Mathur. prædicti Senatores à Curia delegati & ſingulæ Facultates, & Facultas quidem Artium libellum ſuum vt ſupradictum eſt, correctum obtulit, qui in Archiuo publico ſeruatur ſub his notis B. 10. A. & eſt talis.

1537. *Rationes Facultatis Artium contra Nominationes Decretiſtarum.*

» LA Faculté des Arts entr'autre cauſe de ſon aduis dit, que l'Vniuerſité eſt *primitus inſtituta*, par ladite Faculté, *Eſt enim omnium Artium origo & fons ſcaturiens.*

» 2. Pour montrer que c'eſt *maior pars Vniuerſitatis & Principalis*, aucun ne peut eſtre Recteur s'il n'eſt Maiſtre és Arts; lequel Office de Recteur *eſt Caput.*

» 3. Aucun ne peut eſtre Principal és Colleges ny Regent s'il n'eſt Maiſtre és Arts; conſequemment ſemble que toute ladite Vniuerſité conſiſte *neceſſario & principaliter*, en ladite Faculté des Arts, ſans leſquels infinis & innumerables Eſcoliers ne peuuent eſtre edifiez & inſtruits és premieres lettres & philoſopher.

» 4. L'inſtitution & conſeruation deſdits Maiſtres és Arts n'eſt pas ſeulement pour l'inſtruction deſdites lettres, mais auſſi pour la ſolicitude de faire viure & compoſer tant ſpirituellement que corporellement les Enfans & les Eſcholiers.

» 5. N'a jamais eſté poſſible & ne ſeroit, limiter le nombre deſdits Maiſtres és Arts & des Regens pour la grande affluence & multitude de ceux qui *ex omni gente quæ ſub cœlo eſt*, viennent en cette ville pour apprendre *tanquam ad fontem viuum.*

» 6. Sont leſdits Maiſtres és Arts ſi empeſchez aux choſes deſſuſdites, qu'ils ne peuuent auoir occupation ny moyen de viure, qui a eſté la cauſe pour laquelle les ſaints Conciles leur ont octroyé nominations *ad inſtar Mandatorum in forma, Si pro Clericis Pauperibus.*

» 7. Ceux *qui conſequuntur Gradum Magiſtri Artium*, ſont tenus, *ſub ferula & poſt grauia onera*, demeurer trois ans & demy pour le moins en ladite Faculté, font *ſigillatim*, leurs Actes & diſputations publiques, tellement que *non promouentur per ſaltum & in tenebris.*

» 8. *Ab inſtituta Vniuerſitate non ex arbitrio*, mais *ex neceſſitate quotannis*, ſe font les Maiſtres és Arts ſans limitation, & eſt le Degré donné à tous ceux qui ont eſtudié leſdits trois ans & demy, *quod ſecus eſt in alijs Facultatibus.*

» 9. Leſdits Maiſtres és Arts, *eo ipſo*, qu'ils ont pris leur degré en cette ville de Paris, ſont employez *per Vniuerſas generationes*, à inſtruire & edifier le jeune Peuple eſdites Lettres, & en Philoſophie, & ſont preferez à tous autres.

» 10. Donc ladite Faculté eſt & doit demeurer infinie, & ne doit l'on chercher cauſe ny occaſion de la diminuer ou alterer, ains plûtoſt de l'augmenter, autrement ſera vne playe irreparable.

» 11. L'Vniuerſité n'a jamais voulu limiter les Nominandes de ladite Faculté, mais depuis l'octroy des Nominations, par couſtume, vſance & deliberation leſdits Maiſtres és Arts ont eſté receus à Nomination. Et au regard des autres Facultez comme de celle de Decret, par plus de 60. ou 80. ans n'ont eu aucune Nomination, *ne fieret præiudicium*, à ladite Faculté des Arts. Et depuis a ladite Vniuerſité receu chacun an juſques au nombre de 18. Nominandes qui eſt pour chacun Docteur 3. Bacheliers qui eſt nombre trop ſuffiſant.

» *Nec obſtat*, par leſdits Decretiſtes qu'ils ſont du Corps de ladite Vniuerſité, car ce n'eſt pas, *ex prima inſtitutione*; mais ont eſté admis depuis bien peu de temps en ça, *ea cauſa duntaxat*, que ladite Faculté a quelque ſymboliſation à la Theologie.

» 2. Les Bacheliers en Decret ne ſont vtiles & neceſſaires, comme les Maiſtres és Arts.

» 3. Et qui fait grandement à conſiderer, ladite Faculté de Decret, *habet ſuas Ciuitates*, comme Orleans, Poitiers, Angers, Thoulouſe, Cahors, Bordeaux, Caën & autres lieux, *vbi ſunt propriæ ſedes*, des Decretiſtes, leſquels

leſquels eſdites Vniuerſitez prennent infinies Nominations & tant qu'ils veulent. Et au regard deſdits Maiſtres és Arts, il eſt tout notoire qu'ils 1537. ne ſe font qu'en cette ville en laquelle leſdites Facultez d'Arts & Theologie fleuriſſent plus qu'en autre Vniuerſité de ce Royaume.

4. Si leſdits de Decret vouloient dire que les Theologiens & Medecins ont Nominations comme Maiſtres és Arts; Ce n'eſt que la Faculté deſdits Decretiſtes qu'ils ne faſſent le ſemblable. Car l'Vniuerſité n'empeſche pas s'ils ſont Maiſtres és Arts, leur deliurer leurs Nominations. *Præterea*, & qui eſt grandement conſiderable, le Maiſtre és Arts, *qui profitetur Theologiam aut Medicinam*, eſt contraint de reſider en cette ville de Paris & continuer ſon Etude 12. ou 15. ans, ſans intermiſſion. Et en ce faiſant il ne peut moins auoir que le proufit de ladite Nomination de Maiſtre és Arts. Et au regard deſdits Decretiſtes *poſt Gradum adeptum, quinimo*, & durant leur temps d'Eſtude ils ſont Soliciteurs, Aduocats, Promoteurs & ont pluſieurs moyens d'auoir leur vie, *aliunde*, que par leſdites Nominations.

5. Leſdits SS. Decrets, *circa Nominationes probant mores Vniuerſitatum.* Or ladite Vniuerſité de Paris pour obuier à implications & inuolutions n'a accouſtumé de donner à vn Gradué, ſinon deux Nominations *quolibet anno*, combien qu'il luy ſoit loiſible en bailler tant qu'elle voudra. Or *vt dictum eſt, inductum eſt moribus Vniuerſitatis*, d'auoir limité leſdits Nominandes de Decret au nombre de dixhuit, *& debent mores in hoc ſeruari & attendi modus vtendi.*

Item, & 6. qui vient bien à conſiderer, l'oppreſſion & diminution de ladite Faculté des Arts qui enſeigne les Arts Liberaux, ſeroit fort nuiſante à l'Egliſe Chreſtiene, ce qui appert par l'Hiſtoire certaine & authentique de Iulien l'Apoſtat, qui voyant que par violence aperte ne pouuoit détruire l'Egliſe de Dieu, par dol, aſtuce & cautele voulut exterminer la Foy, comme en ce conuiennent tous Hiſtoriens anciens & nouueaux. Et entre ſes entrepriſes recite S. Hieroſme en la Chronique qu'il a adjouſté aprés celle d'Euſebe, qu'il feit vne Loy par laquelle defendoit, *ne Chriſtiani liberalium Artium Doctores eſſent*, excepté qu'il permiſt ſpecialement à vn nommé *Proæreſius*, de pouuoir enſeigner à Athenes, lequel voyant les autres Chreſtiens eſtre priuez de cela, volontairement quitta l'Eſchole deſdits Arts Liberaux. Et ſemblable choſe eſcrit Caſſiodorus en l'Hiſtoire Tripartite l. 6. c. 17. diſant que ledit Iulien deffendit aux Chreſtiens, *ne Philoſophorum legerent diſciplinas*, alleguant pour ſa raiſon, *quod proprijs pennis ipſe & ſui vulnerabantur* Semblablement *Gregor. Nazianz. in vna ſuarum Orationum, contra Iulianum Apoſtatam teſtatur quod Iulianus lege data, impediebat ne Chriſtiani legerent ſeu diſcerent Artes diſciplinarum Græcarum vtens hoc nomine Artium*, qui eſt à montrer, *quod ſcientia Artium*, eſt vne choſe fort vtile à l'Egliſe, *& oppreſſio ſeu imminutio illarum, eſt valde exitialis & nociua Eccleſiæ ac fidei.* Auſſi Origene, *contra Celſum lib. 6. ſi bene memini*, s'efforce de prouuer la Dialectique eſtre neceſſaire à l'intelligence de l'Eſcriture-ſainte.

Item, S. Auguſtin dit en pluſieurs lieux que ladite Dialectique eſt neceſſaire pour bien entendre les Saintes-Eſcritures, pour en ſçauoir diſputer bien aſſeurément; Et par ce il eſt certain, comme vn chacun ſçait, que vn homme n'eſt capable ne idoine à eſtudier en Theologie qui n'a eſtudié auſdits Arts, en tant qu'elle eſt fondée en raiſon & Philoſophie naturelle. A cette cauſe ſi ladite Faculté des Arts a à adminiſtrer & fournir des Suppoſts capables & y donner pour eſtudier eſdites hautes Facultez, il conuient qu'elle ſoit populeuſe.

Item, En cette Vniuerſité nul n'eſt admis à Regenter en Grammaire qui ne ſoit Maiſtre és Arts, où eſt requis grand nombre de Regens diſperſez par les Colleges de cette Ville comme on ſçait. Et s'il aduenoit que ladite Faculté des Arts diminuaſt par ſubſtraction d'honneurs & priuileges, & pour la penurie & paucité des Maiſtres és Arts, qui lors ſe-

" roient, les Principaux deſdits Colleges ſeroient contraints bien ſouuent
1537. " de commettre és Regences Gens ignares qui ne ſçauroient gueres. Et
" par ainſi ſeroit la deſtruction de Grammaire, *& ex conſequenti*, les Enfans
" ne viendroient à perfection. Ioint que pluſieurs Regens meſmes doctes,
" ne ſe voudroient amuſer à Regenter s'ils doutoient eſtre fruſtrez des
" Nominations dont à preſent eſt queſtion.
" Pour ces cauſes & pluſieurs autres qui ont eſté deduites en ladite Fa-
" culté des Arts pour ce ſolemnellement, *& per juramentum*, congregée &
" qui par elle ſeront plus amplement deduites, s'il plaiſt à la Cour l'oüir,
" a eſté par elle deliberé & auiſé, *que la Faculté de Theologie peut auoir 15.*
" *Nominandes*, par chacun an, *ea lege*, que ſi dauanture aucuns de ladite Fa-
" culté ſe vouloient nommer pardeſſus ledit nombre, iceux ſeroient tenus
" ſupplier en plaine Congregation de l'Vniuerſité, pour à ce eſtre receus.
" Et quant à la Faculté de Medecine, *dix Nominandes*. La Faculté de De-
" cret 25. en enſuiuant l'Arreſt de la Cour. Et au regard de ladite Faculté
" d'Arts que icelle doit permaner & demeurer en l'eſtat qu'elle eſt de pre-
" ſent & a de tout temps & ancienneté eſté & que à icelle ne doit eſtre fait
" aucune limitation ou determination, quant au nombre deſdits nominan-
" des, ſous la correction de la Cour. Signé, *ex Præcepto dictæ Facultatis*
" Guibert, *prædictæ Facultatis Graffarius*.

Cæteræ Facultates ſuas etiam rationes ediderunt, quò manifeſtè pateret quâ in re potiſſimùm conſentirent & diſſentirent, hincque facilius intelligeret Curia quid ſibi iudicandum incumberet. Quid autem illa die 2. Ian. concluſum ſit, legitur in Reg. publicis Vniuerſitatis, his verbis.

Anno Domini 1537. die Mercurij 2. menſis Ianu. apud Cœnobium S.
" Mathurini Pariſ. in præſentia & inſequendo Ordinationem egregiorum
" virorum DD. & MM. Iacobi de la Barde & Nicolai Sanguin D. noſtri
" Regis in Parlamenti Curia Conſiliariorum Commiſſariorum in hac parte
" per eandem Curiam commiſſorum & Deputatorum die Sabbati nouiſſi-
" ma datam congregata extitit Alma Pariſ. Vniuerſitas. D. Rector expo-
" ſuit cauſam Congregationis, videlicet quod in Comitijs nouiſſimis ij-
" dem D. Commiſſarij triduum tunc ſequens præfixerunt, infra quod 4. Fa-
" cultates ſuper numero Nominandorum in vnaquaque Facultate à cæte-
" ro conſequendorum præſcribendo etiam Iuramenti Sacramento delibe-
" raturæ congregarentur, vt exinde hac die coram ipſis quid ſuper eo ſen-
" tirent, referre dicereque in conſcientia haberent, ſtatuerent, ordinarent-
" que. Cui mandato ſtatutoque inhærendo ac parendo, quantum ad eum
" attinebat, ipſam Artium Facultatem ſuper præmiſſis etiam juramenti Sa-
" cramento præſtito conuocauerat, quæ negotio huiuſmodi æqua lance
" trutinato diſcuſſoque in hanc deuenerat ſententiam, videlicet Prouin-
" ciam ſibi ſupremi Senatus judicio æquiſſimo, ipſorumque duorum Sa-
" pientiſſimorum Ordinationi commiſſam exequi etiam totis votis affe-
" ctans ac deſiderans, ſubque ſolemni Sacramento in hunc modum ſenten-
" tiam dixit ſacræ Theologiæ Claſſi quæ Nominationum iure digniſſima exi-
" ſtit quindecim, ſalutiferæ verò Medicinæ Facultati quotannis decem
" Nominationes præfigit: Facultati verò Decretorum vt eius votis ſatis-
" fiat & omnem conquerendi occaſionem auertat, illud ſupremæ Curiæ
" maturum conſilium inſequendo quinque & viginti, vt dictis ſacroſanctæ
" ſalutiferæque Facultatibus Theologiæ & Medicinæ in Nominationum
" fructu æqualis licet immeritò exiſtat, Nominandos concedit. Quo verò
" ad Populoſam & numeroſam Artium Facultatem attinet, dixit eandem
" attentâ Profeſſorum eiuſdem copiâ, certo Nominationum numero præ-
" ſcribi ſeu definiri non debere, quæ ſi certo numero præſcripta fuerit, eam
" in breui peſſundari certum eſt. Cui infortunio cauendum eſt, & ne fiat,
" Prudentum Senatorum ſit conſilium. Verùm in huiuſmodi negotio ſuam
" definitionem libello deſcripto quo certiſſimis argumentis ſuam tueri cau-
" ſam nititur quem ipſis Dominis Commiſſarijs obtulit.
" Ceterum dixit & propoſuit, *Ipſam Facultatem Artium eſſe cæterarum do-*

ſtrinarum primariam parentemque ſeptem liberales Diſciplinas quas Artes vo-
cant, videlicet Grammaticam, Rhetoricam, Dialecticam, Arithmeticam, Ma- 1537.
thematicam, Phyſicam, & Muſicam complectentem, in quibus diſcendis docen-
diſve labor non modicus, ſudores, vigiliæ adferendæ ſint, & quæ ſolum
Pariſijs, ac in Gymnaſijs quæ Collegia vocant ad id ex antiquo deputatis
per Artium Magiſtros Doctoreſque docentur profitenturque, vt pote
qui elementa litterarum, Grammaticamque, ac Rhetoricam puerulos
informant, & exinde cæteras liberales Artes magno non ſine labore, in-
duſtria diligentiaque edocent. Et quæ hactenus hac in Academia vſque
adeo floruerunt, vt non ſolum populares plebeiíve, immò etiam graues
Nobiles, Potentes, ac etiam Reges eorum liberos eaſdem diſcendi eru-
diendique gratia in hanc almam Vniuerſitatem tranſmiſere. Vnde & me-
ritò Almæ Primariæque nomen ſibi vindicauit, hiſque medijs velut fons
limpidiſſimus effecta, ab eadem innumeri riuuli primum, exinde torren-
tes & flumina manare ſalutiferæ Medicinæ & ſacroſanctæ Theologiæ duo
Collegia celeberrima, in quibus liberalibus diſciplinis alijſque ſuperio-
ribus doctrinis quamplures in tantam euaſere doctrinam, vt eorum auſ-
picijs, conſilio & prudentia non ſolum corpora humana conſeruata, ve-
rum Reſpub. etiam Chriſtiana fideſque noſtra Catholica & Orthodoxa
ab Hæreſum inſultibus huc vſque vindicata & defenſa exiſtat; ſolumque
Nominationum fructum pro tantis tamque immenſis laboribus conſequi-
tur. Quæ *ſi Decretorum Facultatis nouæ quidem & aduentitiæ ac in eiuſdem*
Vniuerſitatis gremium à paucis annis exceptæ in matremque irrumpentis, & eius
viſcera corrodere ſatagentis inſtinctu opprimatur minuaturve, beneficijs
Nominationum videlicet ſupra centum annos eis collatis, & quibus ha-
ctenus pacificè inconcuſſéque gauiſa & potita fuerit, vt merito præſcri-
ptionis iure tuta cenſeri debeat, reſtringatur, ipſaque certo numero cir-
cumſcribatur, hanc præclaram Academiam florentiſſimam in ruinam la-
bi cauendum eſt. Quare eoſdem Dominos à ſupremo Senatu delectos rui-
nam prædictam præ oculis habere dictoque Senatui referre ſanctè & iuſtè
habeant, obnixè quaque debuit reuerentia, deprecatur. Et hæc ſunt quæ
dixit habere à Facultate.

Decanus Facultatis Medicinæ retulit ipſam ſalutiferam Facultatem in
Scholis rei in medium poſitæ ſtatutoque ipſorum digniſſimorum Senato-
rum parendo deliberandi gratia etiam numero copioſiſſimo, ſacroſancto
ſolemni prius præſtito conueniſſe, negotijque adducti ediſſerendi cauſa,
quadam analogia corporis humani quantum ad rem pertinet vſum fuiſſe,
hoc videlicet medio. Imprimis certum eſt corpus humanum tribus prin-
cipalioribus membris, videlicet cerebro, corde & epate compoſitum
compaginatumque eſſe. In cerebro quidem latet memoria, doctrina at-
que ratio: Cordi verò ineſt vita, vt pote quod in homine primum viuens
& vltimum moriens exiſtit. In Epate denique eſt ſanguis à quo in ve-
nas & riuulos corporis humani diſpertitur. Quorum trium ſi vnum læda-
tur opprimaturque, neceſſe eſt hominem interire, huiuſmodique analo-
giæ ſeu ſimilitudini hanc almam Vniuerſitatem comparaſſe quæ ex tribus
membris principalioribus videlicet ſacræ Theologiæ, ſalutiferæ Medi-
cinæ, & liberalium diſciplinarum quas Artes vocant, Facultatibus con-
ſtat. Quod intuenti perſpicuum lucidumque exiſtit, nempe ipſum homi-
nis cerebrum ſacroſanctæ Facultati Theologiæ æquiparatur, apud quam
videlicet Philoſophia diuina omnipotentis ſupremique opificis & Crea-
toris Illius Dei noſtri optimi maximi cuiuſque ſanctæ legis & ipſius ſanctæ
ſponſæ Matris Eccleſiæ diuina præcepta, ſacrarumque litterarum lectio
& doctrina conſiſtit, & à qua cætera membra edocentur & in fide noſtra
Chriſtiana imbuuntur, conſeruanturque. Cor verò ipſum humanum ipſi
Facultati Medicorum rectè æquiparari poteſt, à quo videlicet vita homi-
nis pendet. Nam veluti cætera membra à corde ipſo vitales auras car-
punt, ita & ſalutaris illa Medicinæ Facultas mortalibus vitam, Deo ipſo
Duce & authore reſtituit, & vt aiunt ab inferis reuocat, ſalutaribuſque

" antidotis confouet. Epar verò quod vni Artium Facultati conferri iu-
1537. " re optimo poteſt, ſanguinem humanum, in conſeruatione cuius vita hu-
" mana conſiſtit, ita vt ab antiquis Philoſophis anima exiſtimata & repu-
" tata fuerit, conſeruat, in venaſque veluti quoſdam riuulos, vnde cætera
" membra viuificantur, diffundit. Ita ipſa Artium Facultas primo rudes ani-
" mos informat, exinde verò Seminaria quæque doctrinæ in Iuuenum ani-
" mos profluit, & ad quamcumque diſciplinam capeſſendam animum acu-
" mine quodam rectificat, aptumque reddit, ſic vt Superiorem Facultatem
" doctrinamque amplectens ipſis liberalibus diſciplinis ſpretis mancus cen-
" ſeatur. Si quæ verò in homine alia membra viuifica reperiantur his tribus
" membris principalioribus repugnantia ſeu contradicentia ne eadem of-
" fendant, reſcindenda veniunt, ſaltem debito moderamine regenda &
" caſtiganda. Hac igitur ſimilitudine & analogia deſumpta dixit illam Ar-
" tium Facultatum omnium Doctrinarum parentem in ſuis libertatibus &
" prærogatiuis, & quibus hactenus & ab omni æuo vſa & gauiſa fuit, conſer-
" uandam, nec vllo pacto minuendam ſeu reprimendam, ne præſentis Aca-
" demiæ corpus è medio auferatur. Cæterum quantum ad præſens nego-
" tium attinet; Sacratiſſimæ Facultati Theologiæ quotannis viginti No-
" minationes concedit, ipſa verò Medicinæ Facultas decem quotannis
" contenta eſt. In quantum Facultatem Decretorum concernit, dicit
" eandem illo æquiſſimo Iudicio ſupremi Senatus videlicet quinque & vi-
" ginti Nominandis contentari debere. *Quantum verò ad populoſam il-*
" *lam neceſſariamque Liberalium Artium Facultatem, dixit reſtringi ſeu ad cer-*
" *tum numerum aſtringi & circumſcribi non debere.* Poſtremò ipſos duos Sena-
" tores viros quidem claros, ipſumque Senatum obteſtatur exoratque vt
" rebus ipſis debitè perpenſis & trutinatis, ſuo æquiſſimo iudicio præſenti
" almæ Vniuerſitati ipſique Parenti Artium Facultati, prout neceſſitas ipſa
" expoſtulat, conſulant.

" Decanus Facultatis Decretorum dixit ipſam Facultatem prædictorum
" Arreſtorum executionem duntaxat petere, quodque certum Nominan-
" dorum numerum ipſi dicta ſuprema Curia præfigat, & quam Concorda-
" torum tenore maiori prærogatiua quam ipſa Artium Facultas debeat
" gaudere, non abs re cautum extitit. Quantum verò ad diſſidia ex aduer-
" ſo prætenſa, dixit illam pacem ipſam totis votis deſiderare. In quantum
" verò alumnos ipſos concernit, quanto tribus abhinc annis labore vigi-
" liaque ipſius Facultatis Doctores ipſos edocuerint, ſatis ſuperque noto-
" rium extitit. Cæterum dictorum Arreſtorum ſeu Iudiciorum executio-
" nem petijt.

" Decanus Facultatis Theologiæ dixit ipſam ſacram Facultatem ægre
" ferre moleſtias ipſi Parenti & primariæ Artium Facultati, imò ipſi Vni-
" uerſitati per Facultatem Decretorum ſuaſu quorundam Modernorum
" illatas & quæ quotidie inferuntur: Licet paucis citra ab annis in ipſius Vni-
" uerſitatis gremium fuerit admiſſa, in qua prius erat illa trium Facultatum,
" quæ vtinam eſſet vt fuit, Trinitas, pacis videlicet & tranquillitatis ama-
" trix, diſſidij verò prorſus inſcia. Inſuper quantum ad præſens negotium
" attinet, Mandatum & ordinationem ipſorum duorum conſultiſſimorum
" Senatorum, dixit ipſam Facultatem etiam ſolemni ſacroſancto præſtito
" conuocatam fuiſſe debitéque ac maturè etiam quoad Conſcientiam atti-
" net ſuper propoſitis hanc Congregationem tangentibus in Domino con-
" ſuluiſſe. Verum in hanc ſententiam omnes ipſius Facultatis Doctores de-
" uenere ipſarum trium Facultatum videlicet Theologiæ, Medicinæ & Ar-
" tium Profeſſores, qui antequam ad dictas Theologiam & Medicinam ad-
" mittantur, pluribus & diuerſis examinibus rigoroſis probantur, qui ſi in-
" digni taliſque muneris incapaces cenſentur, ipſos pati repulſam oportet,
" & ideo ipſarum duarum Facultatum Profeſſores, qui antequam in eiſdem
" promoueantur, tantas probationes, tanta denique argumenta ſuſtenta-
" runt, aliquo numero præſcribere minime iudicauit. Quo verò ad Decre-
" torum Facultatem ſpectat, cenſuit ipſi ſatisfactum iri ipſius ſupremæ Curiæ

judicio æquiſſimo, quo illi quinque & viginti Nominandos præfixit. In quantum verò copioſam illam Artium Facultatem concernit, dicit illam eſſe de qua Apocalypſ. 14. Cap. dicitur. *Vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat*, quam aliqua lege ſeu aliquo numero circumſcribi non intendit ſiue voluit ipſa Facultas. *Sed vt huius inclytæ Academiæ Corpus, cuius ipſa Artium Facultas parens primæua primariaque extitit, in omne æuum omniaque ſæcula permaneat, exoptat eandem in ſuo robore, honore & priuilegio tueri & conſeruari.* 1537.

His ſic Actis D. Rector Decanique dictarum Facultatum, ſacræ Theolog. & Medicinæ libellos ſuos in quibus deliberationes huiuſmodi ſcripto continebantur, antedictis DD. Commiſſarijs tradiderunt ea lege quod eiſdem addere poterunt, prout eorum conſilio videbitur expedire. Quibus per eoſdem Dominos receptis, eiſdem Triduum indixerunt infra quod dictæ Facultates penes eos ad ſuos fines quidquid voluerint deponent, & inſuper eorum relationem dictæ ſupremæ Curiæ facient, & quæ in huiuſmodi negotio procedit, vt æquum videbitur.

Conſecutis Comitijs nihil video actum hac de re, præterquam die Dominica 10. Feb. quâ conuenerunt apud Regiam Nauarram Deputati Academici triplicem ob cauſam, quarum vna erat de pace cum Facultate Decretorum ineundâ. 23ª. eodem in loco de eadem re actum eſt: & hiſce Comitijs priuatis Deputatorum adfuit M. Claudius Fabri Iuris Pontificij Doctor, *cum quo*, vt legitur in Actis, *DD. Deputati multa habuerunt verba de concordia huiuſmodi ineunda, cui nomine dictæ Facultatis Iuris Pontificij prælibati DD. Deputati ſub tamen beneplacito & voluntate Vniuerſitatis, non aliter, obtulerunt quod Facultas illa poſſit & valeat annis ſingulis habere & conſequi 40. Nominationes ſiue 40. Nominatos, dummodo munerus Nominatorum Facultatis Artium & aliarum duarum Facultatum minimè circunſcribatur, & quod concordia huiuſmodi per ſupremum Senatum confirmetur, proteſtantes prout proteſtati ſunt quod vbi Doctores dictæ Facultatis oblationi minime acquieſcere voluerint, ab illa totiens quotiens eis bonum videbitur, deſiſtere poſſint, & quod illa in proceſſu inter eos pendente minimè eiſdem Facultatibus præiudicare poſſit.*

Die verò 4. Martij in Comitijs Mathurinenſibus quæ acta eſſent, Rector retulit, dixitque *diſcordiæ* à 50. annis *citra, inter ipſos Iuris Pontificij Profeſſores & ipſam Vniuerſitatem initæ ſedandæ & pacificandæ gratiâ ipſius Vniuerſitatis Commiſſarios & Deputatos cum grauibus etiam perſonis conueniſſe ac ad huiuſmodi ſopiendam litem, & vt mutuus amor & beneuolentia inter eos aſſeruetur, 40. Nominandos ipſis concedere deliberaſſe, modò tamen Concordiæ huiuſmodi illa antiqua & venerabilis Artium Facultas in ſuis priuilegijs, Iuribus & prærogatiuis antiquis remaneat, aliquoque certo numero minime conſcribatur, & prædicta Concordia ipſius Vniuerſitatis conſilio fiat; ita vt à cætero ipſa Iuris Pontificij Facultate ſuccreſcente vel decreſcente, certus ille numerus definitus cenſeatur quem excedere nullo pacto ſine cauſa non liceat, & inſuper ſupremi Senatus authoritate roboretur; ſuper quibus petijt per Vniuerſitatem ipſam conſuli.* Cæteræ Facultates conſenſerunt: imò ipſa Decretorum Facultas per Decanum dixit ſe eo numero contentum eſſe, nec velle vt certo aliquo aſtringatur Facultas Artium. *Decanus Facultatis Decretorum dixit apud ſe & ſuos Facultatem Artium in maximo honore ſemper habitam, illamque ſemper plurimi feciſſe & facere. Inſuper in ſuis Iuribus, priuilegijs & prærogatiuis conſeruari, aliquoque numero definiri non voluiſſe nec intendiſſe. Quoad numerum Nominandorum dictæ Facultati oblatum, illum recipit, ergaque ſuos Collegas inſtabit vt dicta concordia tractetur & ineatur meliori & conducibiliori modo qui fieri poterit.* Ita igitur hac die concluſum.

Plura alia negotia in his Comitijs propoſita ſunt. Primum fuit de Prato Clericorum in quod à Monachis San-Germano-Pratenſibus plurimæ ſordes conijciebantur: quam quidem rem ſic propoſuit M. Arnulphus Monart Procurator generalis Vniuerſitatis, vt habetur in eodem Regiſtro. *Cæterum dixit iampridem litem eſſe motam coram Conſeruatore Priuilegiorum Regiorum huiuſce Vniuerſitatis ſeu eius Locum-tenente ratione Prati vulgò Clericorum dicti ad ipſam Vniuerſitatem ſpectantis, aduerſus Religioſos* De Prato Clericorum.

1537. *Abbatem & Conuentum Monaſterij S. Germani de Pratis ratione ſordium & immundiciarum per ipſos Religioſos in dictum Pratum delatarum: in quâ adeo proceſſum extiterat quod per ipſius D. Locum-tenentis ſententiam ipſis Religioſis ſordes & immunditias in dictum Pratum deferendi, & deportandi, inhibitum fuerat, nihilominus tamen in ipſius ſententiæ contemptum, Vniuerſitatis verò odium plures ſordes ipſi Religioſi ad dictum Pratum deferri quotidie faciebant; verùm cum huiuſmodi Pratum ſit ipſius Vniuerſitatis proprium, ſiue hereditas, petijt ipſum viſitari vt aduerſus ipſos Religioſos ipſa Vniuerſitas, vt fuerit rationis, procedere valeat.*

De Astrologo Iudiciario.

Secundum de quodam Aſtrologo Iudiciario vt vocant, qui intra fines Academiæ contra bonos mores, horoſcopon conijcere audebat; contra quem Decanus Medicorum dixit, *Christiani eſſe iniuriam cum non ſolum in Creaturam, ſed in Creatorem ipſum infertur, repellere. Verum conquerendo expoſuit quendam Scholaſticum in hac Vniuerſitate exiſtere qui Aſtrologiam Iudiciariam ſeu potius diuinatricem non ſolum publicè profiteri, ſed etiam Apologiam quandam Doctrinæ illius defenſatricem edere, imo etiam imprimendam curauit. In qua Medicos ipſos & ipſum Medicorum ordinem iniurijs quamplurimis laceſſere & conuiciari non erubuit & eo vſque excanduerit, vt Medicum niſi in ipſa Iudiciaria Aſtrologia imbutus fuerit, eandem ſalutiferam Medicinam quæ quàm frugifera exiſtat compertum eſt, denigrando hallucinari aſſeruerit. Hiſque non contentus quamplures ſententias non tantùm ipſi ſacræ Theologiæ, verùm etiam noſtræ fidei orthodoxæ detrahentes provt ex dicta Apologia quã ſuis tenebat in manibus, conſtat, dictauerit. Ob quæ pro ipſius ſalutiferæ Facultatis Medicinæ parte penes ſupremum Senatum querimonia delata, ipſeque Scholaſticus ad ipſius Facultatis inſtantiam citatus coram prædicto Senatu fuerat. Verum cum non Galeni, Hippocratis, Auicennæque ac cæterorum Medicinæ ſupremorum Doctorum & Authorum authoritate tantum, imò etiam iuribus Imperatoriis & Ciuilibus, ac Pontificiis vſque adeo diuinatrix illa Aſtrologia reprobata & damnata fuerit, vt in ipſius Profeſſores etiam grauiſſimo ſupplicio animaduertendum eſſe ſancitum fuerit. Vlterius verò Auguſtinus, Ambroſius, Hilarius, Euſebius cæterique ſacri Authores illam ſemper peſtiferam ſacræque fidei noſtræ orthodoxæ penitus aduerſantem iudicauere, & idcirco explodendam exterminandamque, nec non illius Profeſſores anathemate feriendos cenſuerint, & ideo hoc peſtiferum virus in hac florentiſſima Vniuerſitate pati, quantam perniciem quantamve labem ipſi Chriſtianiſmo afferret, neminem Chriſtianum latet. Quare in hoc tam grandi ac pientiſſimo opere petijt ipſi Facultati etiam ipſius expenſis adiunctionem Vniuerſitati concedi, dictoque Scholaſtico ne vlterius hanc doctrinam ſiniſtram profiteri habeat, ac typographo ſiue Bibliopolæ, ne Apologiam huiuſmodi vænalem, cum ſupremi Senatus iudicio, ne libelli in vulgus edantur, niſi ipſius Facultatis cenſura comprobati fuerint, cautum, exponat, ex parte Vniuerſitatis inhiberi. Vlteriuſque dixit quamplures eſſe ab ipſa Vniuerſitate minimè probatos qui Dialecticam, Logicam cæteraſque liberales Artes etiam publicè in hac Ciuitate Pariſienſi edocent, cui malo ſi non ſuccurratur, futurum eſt ipſam Vniuerſitatem peſſundari; atque oculos dirigere petijt.*

Iuxta huius Decani poſtulata Rector concluſit adiunctionem ab Vniuerſitate datum iri, mandatumque duobus Bidellis vt præſente Scriba Vniuerſitatis Bibliopolæ ſignificarent ne vænalem illam Apologiam exponeret, donec apud Senatum Pariſ. Iudicium aduerſus illum Aſtrologum Vniuerſitas perſequeretur.

Avla Pergamenea.

3um. Negotium fuit circa membranam quæ apud Mathurinenſes de more deponi conſueuit, Miniſter enim illius Domus nolebat amplius hanc pati ſeruitutem; qua de re ſic in Actis. *Venerabilis & Religioſus vir frater Theobaldus Muſnier Presbyter, Decretorum Doctor ac Monaſterij S. Mathurini miniſter dixit quod aliàs, & ſunt 246. anni ipſius Monaſterij beneuolentia antefati Monaſterij area ad membranæ ſeu pergameni Rectorizandi receptionem, quandiu ipſis Religioſis placeret, conceſſa extitit: & hinc quædam Domus ipſius Monaſterij, quod membranæ Emporium ſeu Falla vocant, ad dicti Pergameni licitationem & exinde vænalem expoſitionem applicata ex qua nihil emo-*

lamenti percipit ipſum Monaſterium; quare petijt ipſam Vniuerſitatem de alia demo ſibi prouideri, ſaltem illam à dicto Monaſterio titulo locati accipi. Ad quæ 1537.
reſpondit Procurator Generalis Vniuerſitatis ipſam Vniuerſitatem in bona poſſeſſione eſſe etiam per ſcripta reponendi in dicta domo & fallis dictum Pergamenum. Quare ſe oppoſuit ne Pergamenum in alium locum quàm in dictam domum adducatur: nihilominus tamen non impedit quin ratione domus prædictæ ipſis aliquid tribuatur; modò tamen id in conſequentiam non trahatur. Res remiſſa eſt ad Deputatos.

Die 18. Martij latum eſt Senatuſconſultum de reformatione rei Papyraceæ iuxta ſententiam à Rectore Vniuerſitatis ante latam. Tale autem eſt.

Reformatio rei Papyraceæ.

ENtre Guillaume Rollant.... Chomedey pour les Appellans dit pour ſes Cauſes d'appel, que les Appellans ſont trois Marchands de cette ville de Paris du nombre des 4. vendeurs de Papier en cettedite Ville, & des Suppoſts de l'Vniuerſité de Paris, Gens de bien & d'honneſte vie; toutefois ſous ombre que depuis aucun temps en çà les Papetiers de ce Royaume, meſmes ceux d'Eſſone & Troye font des maluerſations à la façon du Papier, le Procureur de ladite Vniuerſité s'en eſt voulu prendre auſdits Appellans qui n'en peuuent-mais; & à leur deſceu a baillé requeſte au Recteur de ladite Vniuerſité donnant à entendre les abus & maluerſations qui eſtoient au Papier que l'on faiſoit & vendoit: que par les Chartes d'icelle Vniuerſité appert *qu'il y a 7. Papetiers Iurez qui doiuent fournir ladite Vniuerſité de Papier & les 4. Marchands achepter tout ledit Papier* pour ladite fourniture; & deuant l'achepter doiuent regarder ſi le Papier eſt bien-fait & s'il y a point de faute ou abus. Que leſdits Appellans n'auoient fait en ce leur deuoir & demanda luy eſtre permis informer. A quoy ledit Recteur commit ledit Procureur à faire informer, ainſi que bon luy ſembleroit. Aprés l'Information faite, fait aſſembler ladite Vniuerſité & remonſtre en pleine Congregation comme il auoit in formé & que par l'Information apparoiſſoit d'où procedoient les abus & maluerſations, & qu'il falloit pourſuiure les coupables; mais qu'il falloit aduiſer à quels deſpens ſe feroit la pourſuite, & ſeroient recouuertes les Informations qu'il auoit fait faire, leſquelles eſtoient encore pardeuers le Commiſſaire qui les auoit faites. Oüy ledit Procureur, le Recteur ſans appeller les Appellans, & ſans les auoir oüys, dit que ce ſera aux deſpens des Appellans. De ce leſdits Appellans aduertis ont baillé requeſte audit Recteur narratiue, qu'ils n'eſtoient chargez d'aucune faute ou abus & qu'il pleuſt au Recteur les décharger de ces frais & deſpenſe, & neantmoins ſe mettans plus que en leur deuoir, offroient contribuer comme Suppoſts, autrement ils s'oppoſent à la Concluſion dudit Recteur. Ledit Recteur leur reſpond qu'ils baillent leurs cauſes d'oppoſition par eſcript & qu'il commettra pour les oüir certains perſonnages. Obeyſſent leſdits Appellans & font faire leurdites Cauſes d'oppoſition & penſans que l'on leur bailleroit Commiſſaires, ſont tous eſbahis que en autre Congregation on leur dit qu'ils ſeront tenus de leuer leſdites Informations & payer les frais, ſauf aprés leur faire droit ſur leur requeſte. Lors dauanture eſtoit preſent l'vn deſdits Appellans, lequel voyant les choſes ainſi aller, dit quelque parole legere. Sur le champ il eſt condamné par ledit Recteur à reparer & retracter cette parole & en vne amende honorable. De cette Concluſion dudit Recteur les Appellans ont appellé. Semblablement a appellé ce Marchand particulier de ladite condemnation. Conclud à ce qu'il ſoit dit mal ordonné & appointé, fait & procedé par ledit Recteur & Vniuerſité, bien appellé par les Appellans & demande deſpens. NOTA.

Le Maistre pour les Intimez dit que cette matiere eſt d'importance & conſequence, au moyen des abus qui ſe commettent par les Pape-

» tiers. Pour le fait en l'Vniuerſité de Paris y a 4. Marchands Papetiers
1537. » Iurez Officiers d'icelle Vniuerſité, leſquels à cauſe de leurs Offices ſont
Mvnvs Papyropolarvm Ivratorvm. » priuilegiez comme les Eſcholiers de ladite Vniuerſité, & ont & doiuent
» auoir la Superjntendance & égard ſur tout le Papier qui vient en cet-
» te ville de Paris pour eſtre vendu. Et pour la viſitation qu'ils y font &
» doiuent faire, ils ſont ſalariez. Auſſi ont la charge de fournir toute l'V-
» niuerſité de Papier, tant pour l'Imprimerie que pour eſcrire. Ils ont pa-
» reillement ſous eux 7. Papetiers Iurez, dont les 4. demeurent à Corbeil
» & Eſſone & trois à Troye, leſquels ſont priuilegiez comme ſont leſdits 4.
» Marchands Papetiers. Et ces 7. font tout le Papier dont les 4. Marchands
» fourniſſent ladite Vniuerſité. Sur leſquels ſept Papetiers, leſdits 4. Mar-
» chands ont la Superjntendance, à ce qu'ils ne baillent papier qui ne ſoit
» bon, loyal & marchand; Et s'il y a de la faute au Papier, ils ſont reſpon-
» ſables deſdits Papetiers Iurez. Et à la Cour baillé à ladite Vniuerſité la
» deſtitution deſdits 4. Marchands Papetiers, & les Papetiers Ouuriers
» s'ils ne font leur deuoir & maluerſent. Or ce preſuppoſé, il eſt venu plain-
» te à ladite Vniuerſité depuis 3. ou 4. ans de pluſieurs, meſmes des Impri-
» meurs que le Papier dont ladite Vniuerſité eſtoit fournie, eſtoit defe-
» ctueux & vicieux en pluſieurs ſortes & manieres, comme en la blancheur,
» grandeur & netteté; de ſorte que l'on ne s'en pouuoit aider ny ſeruir, où
» il eſtoit employé. L'Vniuerſité ayant entendu ces plaintes, meſmes à la
» denonciation de l'vn des 4. Marchands vendeurs, la plainte duquel auoit
» eſté receuë & baillée requeſte au Recteur pour informer des abus. Fi-
» nablement eſt information faite; eſt queſtion de la leuer & payer les frais;
» ont remonſtré que c'eſt par la faute des 4. Marchands qu'il a conuenu
» la faire; parce qu'ils ont la Superjntendance ſur les Papetiers Iurez &
» qu'ils n'auoient fait leur deuoir, faire la viſitation & aduertir ladite Vni-
» uerſité des abus que l'on faiſoit depuis 15 ans, & qu'il falloit qu'ils fiſſent
» les frais pour leuer ladite Information. L'vn deſdits 4. l'accorde, l'au-
» tre dit qu'il fera comme ſes Compagnons, deux demandent delay d'en
» venir, qui leur eſt baillé. Au jour viennent en la Congregation de ladite
» Vniuerſité auec Forlo leur Aduocat qui eſt oüy. Et aprés qu'il eſt oüy,
» il eſt dit que ces deux contribueront auec les deux autres pour recouurer
» ladite Information. De cette Ordonnance les trois ont depuis appellé.
» Or faut entendre que le Procureur de ladite Vniuerſité feit quelque re-
» monſtrance à ce que les 24. Libraires feuſſent tenus de contribuer aux
» frais qu'il conuiendroit pour la pourſuite de la reparation des abus &
» pour leuer ladite Information. Mais par ce qu'ils n'eſtoient preſents, re-
» quit que leſdits quatre Marchands leuaſſent à leurs deſpens ladite Infor-
» mation, & que ce fait il feroit contribuer leſdits Libraires & autres ayans
» intereſt. Lors eſtoit l'vn des Appellans preſent, & par ce que ledit Pro-
» cureur faiſoit ſa remonſtrance en Latin, ce Particulier comme ſe voulant
» mocquer de la Compagnie, & vſant d'arrogance diſt ces mots: *Parlez,*
» *parlez bon François, & ie vous reſpondray.* Lors le Doyen de Medecine voyant
» cela eſtre dit comme par maniere de mocquerie de ladite Vniuerſité, re-
» quit que ledit Particulier reparaſt cette injure publiquement. *Et ſur ce*
» *oye la deliberation des Facultez & Nations*, ledit Recteur ordonna que ce
» Particulier repareroit publiquement ladite injure dont il a appellé. Et
» en ces deux Appellations ont eſté leſdits Recteur & Vniuerſité intimez.
» Quant à la premiere, ſouſtiennent par les raiſons deſſuſdites à eſtre dit,
» *bien ordonné*, & concluent à ce que les Appellans ſoient declarez non re-
» ceuables. Quant à la 2. accordent l'appellation, & ce dont eſt appellé,
» eſtre mis au neant ſans deſpens, pourueu que ledit Particulier declare
» qu'il n'entend auoir injurié ladite Vniuerſité.

» Cappel pour le Procureur general du Roy dit que l'vſage du Papier
» eſt merueilleuſement vtile & neceſſaire aux hommes & à la choſe publi-
Nota de vsu Papyri. » que, tant pour l'inſtitution de la vie humaine, introduction & tradition
» des choſes appartenantes à la police de la Religion, Ciuile & humaine,

introductio

introduction & tradition des choſes appartenantes à la police de la Religion, Ciuile & humaine, mœurs, loix, ſtatuts & ordonnances, ſciences, 1537.
» M Arnulphus Monart Vniuerſitatis Pariſ. Generalis Procurator dixit » Prædictos Iuratos quotannis hac die Nundinarum decurſu huius vrbis S. » Dionyſij domos viſitare debere, ne ſuper Pergameni iure fraus commit» titur, etiamſi Monaſterij S. Dionyſij Abbas in Pergameno Ius præten» dere & ſuper eo viſitationem ſatagit, ipſum D. Rectorem & Vniuerſita» tem certiores reddere tenentur. Qua propter eoſdem ſi Officij eiſdem » commiſſi debitum compleuerint, hacque die S. Dionyſij locorumque » vicinorum hoſpitia pariter & domos, provt ex Iniuncto tenentur, viſita» uerint, interrogari, & de præmiſſis ipſos ſe Sacramento purgare ſuppli» cuit. Prædicti Pergamenarij ſuper hoc per D. Rectorem medio iuramen» to interrogati organo dicti Guillel. Aufroy dixerunt hac die S. Dionyſij » Portum tabernaſque in quibus membranæ recondi ſolent, adijſſe, dili» gentiaſque debitas ad Pergamenum reperiendum feciſſe. Verum anno » proximè lapſo dum antiquum Rectorem vnà cum Scriba & alijs Officia» rijs Vniuerſitatis ipſius S. Dionyſij domos cum ipſius Iuratis luſtrare de» bere vt viſitationi maior authoritas præſtaretur, conſtitutum fuiſſe, eo » potiſſimùm quia viſitationis acta parui pendebantur, cum nullus eorum » ſcribendi ſit peritus. Ideo D. Antiquum Rectorem, Scribam & alios » Officiarios in huiuſmodi viſitatione eoſdem concomitari. vt inueſtigatio» ni pariter & ſcrutationi præſtantior adſit authoritas, magiſque authentica » reddatur, ſupplicuerunt.

D. & M.

D. & M. Petrus Parpas Decretorum Doctor & eiuſdem Facultatis " ——
Decanus dixit anno proximè lapſo dictos Pergamenarios officio ſibi in- " 1539.
iuncto domos ac tabernas ac loca in quibus aſſeruatur Pergamenum, per- "
luſtrare debere & de per eos actis, ipſum D. Rectorem certiorem effi "
cere teneri ordinatum fuiſſe, cui ordinationi ſi paruerint, edicere habe- "
berent, dixit. "

M. Arnulphus Monart Vniuerſitatis Generalis Procurator dixit viſita- "
tionem apprimè fore neceſſariam, nec negligi debere vt ipſa Vniuerſitas "
in eius poſſeſſione permaneat, quæ ſi negligatur, Monaſterij S. Dionyſij "
Abbas poſſeſſionem contrariam in futurum proponere & allegare pote- "
rit. Ea propter eoſdem Iuratos ad eorum viſitationem ſcripto ſyngra- "
phiſque eorum obſignatam ipſi D. Rectori tradendam & penes Scribam "
aſſeruandam, condemnari ſupplicuit; dictis Iuratis Cameram exire per "
D. Rectorem iniunctum extitit. Rc huiuſmodi in conſultatione poſita "
M. C. Verſoris in Caſtelleto Pariſ. Vniuerſitatis Aduocatus dixit Inueſti- "
gationem huiuſmodi ac viſitationem eſſe apprimè neceſſariam: quæ ſi ne- "
gligatur, ipſius D. Rectoris ius proximè peſſundari. Hac de cauſa anno "
ſuperiori cum hæc querela ageretur, ipſos Pergamenarios domicatim ip- "
ſius S. Dionyſij eadem hac die nundinarumque decurſu, exacte viſitare & "
de per eos actis ipſum D. Rectorem certum efficere, decretum pariter & "
ordinatum fuiſſe. Verum quia Decreto non paruerunt, eoſdem mulctan- "
dos conſulit. "

Antedictus Procurator Generalis dictos Iuratos quotidie *Indictum*, ad- "
ire locaque in quibus pelles venduntur, viſitare, vt ſi quod Pergamenum "
comperiatur, *Rectorizetur*, ſupplicuit. "

Decanus ſacræ Facultatis Theol. antiquum ritum pariter & modum ſer- "
uari prædictoſque Iuratos iniunctum ſibi Officium diligentia debita exe- "
qui: qui ſi negligentes & pigri fuerint, eoſdem puniri debere dixit. "

Decanus Facultatis Decretorum dixit eiſdem Pergamenarijs anno ſupe- "
riore vt loca viſitarent actamque viſitationem referrent, iniunctum fuiſſe: "
verùm ſi quam forſan repugnantiam offenderent, eiſdem tunc præſtan- "
dum eſſe auxilium, ſancitum fuiſſe. Cui mandato obſequi polliciti fuere, "
licet Procurator fiſci Vniuerſitatis eos tunc deſtituendos, ſaltem ſuſpen- "
dendos requiſiuiſſet. Et cum ſtatuto huiuſmodi, prout tenebantur, mini- "
mè paruerint, aliam Inquiſitionem eorum ſumptibus fiendam eſſe, & lo- "
ca in quibus Pergamenum deliteſcit, ſcrutari, ipſum D. Rectorem certio- "
rari, inſuper eoſdem corrigendos conſulit. "

Decanus ſalutiferæ Facultatis Medicinæ hoc modo dixit, quia Pergame- "
narij ſuo functi non ſunt officio: imò quadam præuaricatione *D. Rectoris* "
ius volunt obliterari, in eos animaduertendum cenſeo. D. Verſoris di- "
xit eorum quæ anno præterito acta fuere reminiſci, quo ſcilicet anno, do- "
lo & fraude notati fuere, quia ſibi iniunctam prouinciam non adimple- "
uerunt, & ad colluſionem vitandam partes ſibi commiſſas & delegatas "
exequi debebat; cum ex neceſſitate officij ſibi commiſſi ſingulas ædes "
huiuſce vrbis S. Dionyſij, necnon & quolibet Nundinarum die prouin- "
ciam ſibi deputatam D. Rectoris & Vniuerſitatis vice & authoritate "
membranariorum officinas prout tenebantur, minimè perluſtrauerint, "
& de his D. Rectorem certiorem minimè reddiderint, idcirco vtque an- "
no præterito hacve die offenderint eoſdem ſcripto referre relationem- "
que huiuſmodi penes Scribam deponere, vlterius verò vt harum nundi- "
narum ſpatio quotidie Indictum adeant, Officinas & loca viſitent, & quæ "
egerint, fideliter ſcripto referre habeant, vt D. Rectoris iura non præ- "
ſcribantur, ſibi ſub pœnâ indicenda iniungi conſuluit. "

Dominus & M. Iacobus à Gouea huiuſce Vniuerſitatis Antiquus Re- "
ctor dixit eoſdem Iuratos viſitata per eos & comperta huc referre debe- "
re: qui ſi aliter egerint, Vniuerſitatem ſuo iure defraudant. Et quia ho- "
die ſibi iniunctum munus non obierant, domoſque prout tenebantur, "
non adierant, debebant enim adire, & quæ inuenerant, hæc referre, ea- "

——" propter eoſdem mulctandos arbitratur: attamen eoſdem domicatim S.
1539. " Dionyſium eiuſdemque loci latebras perſcrutari debere, dieque craſtino
" acta per eos & geſta D. Rectori ſcripto referre, vt eius poſſeſſio illibata
" permanere cenſeatur, opinionis fuit.
" D & M.S. Ruffi ſacræ Theol. Profeſſor eſt conformis opinioni D. an-
" tiqui. M. Leo Bouland Vniuerſitatis in ſupremo Senatu Procurator dixit
" Iuratos in ſibi commiſſo munere negligenter egiſſe; quæ negligentia ſi to-
" leretur, in ipſius D. Rectoris & Vniuerſitatis detrimentum cedere, nemo
" eſt qui in dubium reuocet. Vt pote qua ipſa Vniuerſitas antiquo ſuo Iure
" cadere, iuſtaque poſſeſſione deſtitui dignoſcitur. Hanc ob rem ſolito ip-
" ſos Iuratos diligentiores eſſe vellet: cui incommodo occurrendum eſſe
" dixit.
" *Procurator Nationis Franciæ* conſulit vt Iurati ſoli eant, Dominoque Re-
" ctori quæ egerint, referant, vt huiuſce Vniuerſitatis poſſeſſio diuturna &
" inuiolata remaneat. Quantum verò ad diem hodiernam, quia iniunctam
" Prouinciam, prout decet, non obierunt, eoſdem aliqua mulctâ afficien-
" dos, ipſorum præter ea partes alijs qui eaſdem debitè exequentur, co-
" rundem Iuratorum expenſis eſſe committendas cenſuit.
" *Procurator Nationis Picardiæ* ſtat deliberationi D. antiqui Rectoris.
" *Procurator Nationis Normaniæ* dixit audiuiſſe Pergamenarios forè frau-
" dulentos pariter in eorum munere gerendo negotijſque Vniuerſitatis ſi-
" bi commiſſis adminiſtrandis pigros, & ob id eoſdem graui mulctâ ple-
" ctendos cenſuit. Cœterum vt hac die domicatim huiuſce vrbis ædes mem-
" branas inueſtigaturi adeant, Dominumque Rectorem certificent, con-
" ſulit, vt ipſius Vniuerſitatis poſſeſſio aſſeruetur.
" *Procurator Nationis Almaniæ* conſentit opinioni D. antiqui Rectoris.
" M. Aduocatus eoſdem Pergamenarios hac die debitam vi-
" ſitationem facere, de eademque proceſſum verbalem facere, qui penes
" Scribam aſſeruabitur, debere dixit, vt à cætero ipſius Vniuerſitatis poſ-
" ſeſſio munimentis fulciatur.
" Domini Deputati ex præmiſſis maturis deliberationibus modò cum
" prædictis Pergamenarijs negligentiarum huiuſmodi occaſione mitius
" agendum eſſe, modò ſolito ſint diligentiores; nihilominus aliquâ pœnâ
" arbitrariâ mulctandos cenſuerunt. Inſuper ſingulas huiuſce vrbis domos
" pariter & tabernas maximè in quibus membranæ deliteſcere comperiun-
" tur, nec non hoc nundinarum tempore quotidie adire progreſſumque ac
" luſtrationem eorundem chirographis obſignatam ipſi D. Rectori penes
" Scribam deponi, vt ipſius Vniuerſitatis poſſeſſio integra conſeruetur, viſi-
" tationemque nihilominus hodiernam hac die D. Rectori tradi cenſue-
" rant. Qui ſi *Indictum*, quotidie petere commiſſamque Prouinciam ſub-
" ire pariter & adimplere diſtulerint ſeu neglexerint, eorum ſumptibus ad
" huiuſmodi partes obeundas alius Pergamenarius delegabitur ac deſtina-
" bitur. Et ita concluſit D. Rector. Quibus quidem Pergamenarijs D.
" Rectoris organo exinde dicta & declarata fuit præſens Concluſio, qui ei-
" dem ſe obtemperaturos & obſequentiſſimos fore dixerunt.
" Exinde verò D. Rector & Deputati adierunt locum Indicti *in fallis*, Et
" coram Vniuerſitate honeſtus vir Ioan. Maupin..... à Borbonio Monaſte-
" rij S. Dionyſij in Francia Abbatis Commendatarij Procurator compa-
" ruit; perſonam cuius alloquendo idem D. Rector dicti D. Verſoris Vni-
" uerſitatis Aduocati organo dixit & *declarauit ipſam almam Vniuerſitatem*
" *Pariſienſem omnium ſtudiorum Parentem quampluribus Iuribus, priuilegiiſque*
" *gaudere, vt pote ad quam & Rectorem eiuſdem Ius Pergameni in vrbe Pariſ. &*
" *locis circumvicinis, & maximè his in nundinis venum expoſiti pariter & viſi-*
" *tatio eiuſdem priuilegio quidem Regio ſpectat, & nulli alteri competit. Quo Iu-*
" *re ſupremi Senatus Complurium Senatuſconſultorum roborata gaudentiaque &*
" *poſſeſſione immemorabili conſeruata extitit.* Idcirco vt ſi quod Pergamenum
" in eiſdem fallis adeſſet, illud exhiberet, denunciauit & ſummauit cum
" proteſtatione eidem facta, quod caſu quo aliquod abſconſum foret,

foret, ipſiuſque Vniuerſitatis Officiarijs in Pergameni viſitatione & munere ſuo obeundo impedimentum præſtetur, de ſibi prouidendo via Iuris. In contrarium quorum idem Maupin nomine prædicto proteſtatus fuit, de qua proteſtatione idem D. Rector actum ſibi fieri petijt. 1539.

Secutis Comitijs 5. 8. & 21. Iunij habitis actum eſt de licitatione & locatione parui Prati Clericorum. Et id concluſum tantummodò, vt ſcedulæ affigerentur, declarareturque Pratum illud pluris licitantibus addictum iri. Die vero 21. plures Licitatores ſe ſe obtulerunt.

Die 29. Iulij conuocatis apud Mathurinenſes Vniuerſitatis Deputatis, actum eſt de quodam Priuilegio quod *Indultum* vocant, Senatoribus Curiæ Pariſienſis à ſummo Pontifice conceſſo, quo illi ſe ipſos, aut filios, aut familiares ſuos ad beneficia conſequenda nominare valebant; quo pacto Nominationibus Vniuerſitatis non parum detrahi videbatur. 2. Actum de conſeruandis priuilegijs Nunciorum. 3. De quodam diſſidio orto inter Primarium San-Barbaranum M. Iacobum de Gouea & quatuor in eodem Collegio Regentes: nam Primarius, ſpretâ authoritate Rectoria, diem illis dixerat apud Curiam Parlamentæam: at illi cauſam ſuam apud Rectorem diſceptari volebant. Nihil autem in his Comitijs determinatum, remiſſaque negotia iſta ad maiora Comitia quæ poſtridie in eodem loco habita fuerunt.

Poſtridie igitur nimirum 30. Iulij de Nunciorum Collegio primùm retulit Rector & dixit Poëtam humaniſſimum parta tueri debere non minus lepidè quàm vrbanè ſcripſiſſe. Etenim cum olim pluribus Nuncijs, qui præſentis Academiæ Iuuentuti conſulerent, liberorum incolumitatis & valetudinis certum Nuncium deferrent Parentibus, qui plerumque in Regionibus exteris degunt; præterea eidem in rebus agendis opitularentur ſubuenirentque, donata fuerit hæc Alma Parens Vniuerſitas, Nonnulli tamen huius Reipub. litterariæ oſores creditum ſibi negotium extendere plus debito ſatagentes, in matrem propriam hoc eſt hanc almam Vniuerſitatem irruere non verentur. Et vt ad rem deueniret, dixit ipſius Vniuerſitatis Nunciorum Collegio eidem apprimè neceſſario corã D. noſtri Regis Sereniſſimi ac Chriſtianiſſimi ſupremo Senatu, ſeu vt aiunt, Conſilio diem Craſtinum priuilegia, libertates, exemptiones, quibus eiuſdem Academiæ gauiſi fuere Nuncij, exhibituro dictam eſſe diem. Cui rei vt conſuleretur, eiuſdem Vniuerſitatis conſilium & Arbitros adſciuerat, qui negotium huiuſmodi in hæc publica Comitia tractandum, & an horum ratione, quia arctior inſtabat dies, legatus ſeu Orator Vniuerſitatis nomine ad D. Ganeyum huiuſce Gymnaſij alumnum qui Vniuerſitatis partes protegeret, ac ad digniſſimum D. Cancellarium delegandus eſſet; quodque facto opus eſſet, conſultandum cenſuerant. Super quo ac alio præterea ſecretiori negotio per Decanos & Procuratores edicendo deliberandum indixit. Etenim quantum ad 2. art. materiam concernit, dixit cum 4. & 20. Iunij nouiſſima in D. Iuliani Pauperis æde ſuper futuro Rectore deligendo ageretur, &c. De Nunciis.

M. Arnulphus Monart Vniuerſitatis Procurator Generalis Nunciorum negotio vt pote quorum Collegio Craſtina veluti Edicti Diplomatis exemplari ac Miniſtri ſeu Clientis relatione dicebat conſtare coram D. noſtri Regis Chriſtianiſſimi Senatu, quod Conſilium Priuatum vocant, ad Vniuerſitatis Libertatum Exemptionumque priuilegia exhibenda dies dicta erat, prouidendum. Quod negotium vt tanto incommodo occurratur, maturè differendum eſſe dixit, &c.

M. Emmanuel Seruere Barbarici Collegij ſecundus Claſſicus dixit *querimoniam apud proprium Iudicem, cum quis offenſus extiterit, deferre humanitatis & æquitatis; alienum verò Iudicem adire, iniquum eſſe.* Etenim cum hiſce diebus, in docenda & erudienda ſibi commiſſa Iuuentute; ipſe & nonnulli alij ipſius Collegij Præceptores apprimè ſtuduerint, pro modicâ aut leui culpa, ſi culpa dicenda eſt, Dominus à Gouea dicti Collegij Primas adeo excanduit vt Domino Rectore, ipſaque Vniuerſitate ſpreta De lite inter Primarium et Regentes.

conſequendi Iudicij gratiâ ad ſupremum Senatum conuolauerit. Quam-
1538. obrem quantam ipſi D. Rectori totique huic florenti Academiæ iniuriam
intulerit, nemo eſt qui in dubium reuocet; libellos quamplures, quibus
vel ipſos graui pœnâ plectendos, vel ab hac Vniuerſitate pellendos ſub-
monuit, porrexit, lectiones & munus docendi dudum ſibi creditum. Et
quo vt vbique terrarum legere & interpretari donati fuerunt, inhiberi
fecit, & Senatus authoritate ſingulis huiuſce Vniuerſitatis Primarijs, vt
eos nec publicè, nec priuatim docere permitterent, eos vt omni lectione,
victu denique priuare, inhibendum curauit. Verum ſi quid peccauerint,
ipſius D. Rectoris & Vniuerſitatis Iudicio ſubſiſtere ac Cenſuram eius
ſubire ſunt parati. Qui Primarius ſi ipſius D Rectoris & Vniuerſitatis
Cenſuram recuſauerit, eiuſdem Vniuerſitatis fauorem, & vt dicunt, ad-
iunctionem pro eorum apud Senatum cauſa tuenda ſibi præſtari ſup-
plicuit.

D. & M. Iacobus à Gouea ſenior in ſacra Theologia Doctor & ipſius
Collegij Barbarici Primarius dixit Inhibitiones etiam ipſa Vniuerſitate
inſtante, & ſupremo Senatu dictante, nunciatas & publicatas, quibus ne
ad Nundinas *Indictum,* vulgò dictas cum tympanis ire prohibebatur, ne-
minem latere, cumque Præconis voce publicatæ extitiſſent, ſuos Re-
gentes vt à talibus abſtinerent, benignè monuerat. Ipſi tamen petulan-
tia quadam & temeritate ac factione commoti ab quolibet eorum Claſſi-
co duodenum ad tympanum conducendum extorſerunt, nonnullis deni-
que graſſatoribus concomitati poſticas fores effregerunt, Iuuenes edu-
xerunt, tympanis, machinis bellicis ac colubris inſtructi circa Collegium
graſſati ſunt, Iuuentutemque quò voluerunt, abduxerunt. Et tandem
cum ad Collegium redierunt, enſibus conſtipati violenter ac inſolenter
intrauerunt. Et ad horam vſque nonam in medio Collegio ſteterunt, Ia-
nuam præterea perforarunt. In Craſtino verò cum ipſum Primarium id
ægre ferre compererunt, à lectionibus ceſſauerunt & priuatim ſuos edo-
cere ſategerunt. Vnde à Gouea nepos alios ſui loco, vt Iuuentutis vti-
litati conſuleretur, ſubſtituit & ſuffecit. Et vt eorum petulantiæ occur-
reret, ad Senatum confugit, à quo illis ne publicè ſeu priuatim docere
haberent, inhiberi inquiſitioneſque ſuper præmiſſis fieri obtinuit, eis ſup-
plicatio ſignificata extitit. Vnde petulantiores effecti ipſum contume-
lijs laceſſere non formidarunt: Inquiſitiones factæ & penes Senatum de-
latæ fuerunt. Verum cum ipſi Senatui cui in orbe terrarum nihil maius,
parere contempſerunt, quonam pacto Vniuerſitatis Iudicio ſubiacebunt?
Cœterum vt huic incommodo prouidere valeret, ſibi Vniuerſitatis ad-
iunctionem præſtari ſupplicuit.

Dictus Seruere dixit ſcandali ſi quid fuerit, D. Primarium occaſionem
præſtitiſſe. Et vt ipſius D. Primarij obiectibus reſpondeat, ipſum D. Pri-
marium prædictos Regentes *Marmitones*, quod ignominiæ eſt nomen,
nominaſſe, & iniurias non paucas palam & publicè ſeminaſſe, portionem
& victum illis debitum de quibus tamen non conqueruntur, detraxiſſe.
Sed vt ad rem deueniat, Comœdias & Latinas & Gallicas Iuuentuti ſibi
& ſuis creditæ exercitandi gratia luſerunt & egerunt. Cœterum cum hæc
ſcandala iactabundè, vt inſonuit D. Primarius, agerentur, non aderant
ijdem Regentes, ſed in cubiculis ſuis lectioni vacabant. Quare iſthæc in
ipſos retorquere non debuit, ſed potius in nocentes & ſontes agere, ſu-
per commiſſis inquirere, nocenteſque provt debuit, plectere, nec ipſius
Vniuerſitatis Cenſuram effugere, ſeu eidem, eiuſque cenſuræ iniuriam,
aut contumeliam irrogari voluiſſe. Cœterum Vniuerſitati eiuſque digniſ-
ſimo Iudicio ſe & eius Copræceptores ſubiacere & ſubmittere dixit, ip-
ſique & ſuis Corregentibus, qui omni modo ipſi Vniuerſitati Cenſuræ-
que ipſius parere contendunt, opem & fauorem præſtari ſupplicuit.

Dictus à Gouea dixit rem eſſe penes ſupremum Senatum delatam, cui
omnimodo parendum eſſe, nec quicquam in eius authoritatem attenta-
tum iri dixit.

His ſic in medium adductis & in Facultates pro more conſultis, D. Rector dixit Artium Facultatem ſuper in medium adductis hoc quo ſequitur modo, cenſuiſſe. Quantum Nunciorum articulum concernit, Vniuerſitatis priuilegijs detrahi triſtatur, & vt illa illibata conſeruentur, omnem diligentiam vult adhiberi, ex ſuperioribus Facultatibus aliquem deligi & legatum conſtitui, qui ipſius Vniuerſitatis res tueatur, litteraſque ad D. Ganneyum tranſmittendas, quem ſperat cauſam Vniuerſitatis ſuſcipere, D. Rectoris electionem gratam & ratam habet & auxilium in rebus agendis pollicetur. Cauſam inſuper D. Primarij & Præceptorum ægre fert: eandem tamen ad Vniuerſitatem decidendam vult reuocari, Qui D. Primarius ſi obſiſtat, dictis Præceptoribus, denique Librarijs Iuratis prædictis adiunctionem ſuis quidem expenſis concedi conſuluit, &c. 1538.

Decanus ſalutiferæ Facultatis Medicinæ dixit ipſam Facultatem Nunciorum negotium cum conſilio tractari: priuilegiorum exemplaria ad Regem & D. Cancellarium litteraſque ad amicos tranſmitti. Super D. Primarij & Præceptorum controuerſia eundem Primarium, vt cum eiſdem benigniùs agat, ſignificatur, Regentes in ſuis Gymnaſijs pro more doceant, qui ſi recuſauerint, adiunctionem D. Primario præſtari conſulit. In cæteris ſe Facultati Artium conformat.

Decanus Facultatis Decretorum dixit ſuper in medium adductis ipſam Facultatem hoc modo deliberaſſe: Imprimis quantum Nunciorum negotium concernit, aliquem ad aſſignationem coram D. Cancellario comparendum dilationemque ad priuilegia Vniuerſitatis exhibenda petendum mitti cenſet. Cœterum Primarium & Præceptores pacem conciliare hortatur & monet. *Meminit enim aliquando Vniuerſitatis priuilegium aliquod vidiſſe quo Rectoris Iudicium aſpernantes anathemate feriri debebant.* Attamen quia res apud Curiam delata eſt, neutri adiunctionem præſtari conſulit, in cæteris eſt alijs Facultatibus conformis.

Decanus ſacræ Facultatis Theologiæ dixit ipſam Facultatem Nuncijs auxiliari paratam eſſe, priuilegia eoſdem contingentia perquiri & exemplari Et rem ipſam cum conſilio tractari, aliquemque ex Iuriſperitorum Collegio tranſmitti qui hoc negotium probè curet, litteras verò D. Ganeyo tranſmittendas qui res Vniuerſitatis commendatas habebit, pacem inire Primarium & Præceptores exoptat, & eos ad eandem conciliandam precatur ipſa Facultas. Qui ſi poſtpoſuerint, neutri fauorem & opem præſtari voluit. In cæteris eſt alijs Facultatibus conformis.

Vniuerſitas ipſa ex prædictis maturis Conſilijs opem & fauorem Nuncijs præſtari, priuilegia eos concernentia diſquiri, ac exemplari matureque negotium huiuſmodi tractari cenſuit. Et inſuper D. le Clerc Vicesgerentem Legatum eſſe tranſmittendum, quem ſperat hoc munere fungi egregie & Vniuerſitatis negotia feliciter tractare. Primarium inſuper & Præceptores ad pacem conciliandam precatur. Qui ſi recuſauerint, neutri adiunctionem dari voluit.

Die 6. Auguſti in Comitijs Mathurinenſibus actum eſt iterum de Nuncijs, & Rector dixit quod cum nuper Nuncijs Vniuerſitatis apud ſummum D noſtri Regis Conſilium & Dominum noſtrum Cancellarium priuilegia quibus ſubſidijs Regis minimè adſtrictos contendebant, exhibituris dies dicta fuiſſet: & vt huic mandato ſatisfaceret vir ſapientiſſimus D. & M. Ioannes Quintinus ſacræ Crucis militiæ addictus Iuris Pontificij Doctor meritiſſimus & in florenti ſtudio legens Ordinarius ad hanc rem obeundam legatus deſtinatus fuerat, qui pro ſingulari beneuolentia quam ad ipſam gerit Vniuerſitatem hoc munus benignè ſuſcepit, D. Cancellarium adijt, Prouinciam ſibi commiſſam egregiè geſſit: quem audiendum indixit. De Nunciis.

D. Quintinus dixit mandato ab ipſo D Rectore & Vniuerſitate accepto, D. noſtri Regis Curiam & D. Cancellarium adiſſe, in cuius comitatu aderat D. Procurator Generalis, locum de Chantilly adueniſſe, Dominumque Cancellarium Vniuerſitatis nomine ſalutaſſe, litteras ipſi Do-

” mino Cancellario & D. Gaigneyo directas tradidiſſe, quas benigne hi-
1539. ” larique fronte ſuſcepiſſe dixit D. Cancellarium, hiſque verbis reſpondiſ-
” ſe. *Le Roy ne veut en ſorte du monde diminuer les Priuileges de l'Vniuerſité, mais*
” *veut tollir les abus.* Cuiidem D. Quintinus reſpondit hoc modo, *Monſei-*
” *gneur i'ay charge de par Meſſieurs de l'Vniuerſité de Paris de vous dire & remon-*
” *ſtrer qu'ils n'entendent que leurs Officiers commettent aucuns abus. Et ſe aucuns*
” *en y a, vous ſupplie les oſter.* Ad quod reſpondit idem D. Cancellarius, *Nous*
” *ſommes donc d'accord.* Verum quia D. Procurator Generalis ſuper facto
” Iuuaminum vt dicunt, non aderat, cauſa remiſſa fuit, Cauſæ munimen-
” ta penes Dominum Budè D. Cancellarij iuſſu dimiſit D. Gaigneyus ne-
” gotium protelari curare reſpondit: quod ſi acceleretur, Vniuerſitatem
” certiorem reddere pollicitus eſt. Et hoc facto rediji, Et cum illic eſſet,
” D. Procuratorem prædictos Nuncios vitium effrenatum Copiam poſſide-
” re eorum cauſare audiuit, qui ſi ad fuiſſet eidem Reſponſum dediſſet.

Die Mercurij 10. Septemb. eiuſdem anni habita ſunt Comitia apud Mathurinenſes, in quibus M. Ioannes Tiſlet Rector duo potiſſimùm propoſuit. Primum eſt de quodam vectigali quod ſingulis bobus & arietibus vænalibus impoſitum fuerat: quâ ratione Primarij Collegiorum mirum in modum vexabantur propter caritatem carnis adeo vt non poſſent commodè ſuos alere Conuictores. Alterum pertinuit ad elocationem Prati Clericorum. Propoſuit & tertium Caput de receptione Notarij cuiuſdam in Curia conſeruationis. Sic Igitur in Reg. legitur.

” D. Rector expoſuit Cauſam Congregationis & dixit ipſam Vniuerſi-
” tatem olim à noſtris Francorum Regibus Chriſtianiſſimis compluribus
” priuilegijs, iuribus, immunitatibus pariter & exemptionibus fuiſſe do-
” natam, vt in eadem ſcilicet bonarum litterarum ſtudijs nauantibus quie-
” ti conſuleretur. Quorum vnum potiſſimum erat vt ſtudio litterario in ea-
” dem vacantes ab omnibus vectigalibus, quæ Pædagia vocant, immunes
” haberentur; nihilo ſecius tamen nonnulli pro quolibet ariete empto aſ-
” ſem cum quadrante, boue vero aſſem capitatum valentem exigere non
” verentur. Cuius rei gratia hiſce diebus ad eundem D. Rectorem quam-
” plures huius Academiæ Primates quereloſi adierant ipſius Vniuerſitatis
” Priuilegijs detrahi conquerentes: ad quas pecunias pendendas ſi cogan-
” tur, futurum eſt aut ipſos Pædagogia deſerturos, aut maiorem plus ſoli-
” to pecuniam à ſuis Iuuenibus conſecuturos: Cui infortunio conſulendum
” eſſe dixit, ſi Legatus Vniuerſitatis adiret D. noſtrum Regem. Etenim
” cum Federicus Imperator ſacra Conſtitutione ſua ſub titulo *Ne filius pro*
” *Patre*, inſeri iuſſerit vt omnes Scholares & maximè Diuinarum atque ſa-
” crarum legum Profeſſores ad loca in quibus Litterarum exercentur ſtu-
” dia, proficiſcentes ab omni iniuria eſſent illæſi, Pauluſque Iureconſultus
” eos ab omnibus vectigalibus & Pædagijs eſſe exemptos voluerit, digniſ-
” ſimum D. Cancellarium hanc almam Vniuerſitatem ab huiuſcemodi ve-
” ctigalis præſtatione liberam pronunciare ſperabat. Et hanc ob rem ſi ad
” huiuſce vrbis Ædiles D. noſtrum Regem Illuſtriſſimum, aut D. Cancel-
larium legatus mittendus veniat nec ne, conſultandum eſſe dixit.

Die 10. Octob. electus eſt in Rectorem M. Antonius Demochares aliàs de Mouchy Baccalaureus Sorbonicus Picardicæ Nationis, ſingulari prudentia vir, moribus clarus, nobilitate conſpicuus. Poſtridie apud Mathurinenſes de rebus agendis inſtructus eſt ab antiquo Rectore & Deputatis.

His autem temporibus auditum eſt Carolum V. Imperatorem intra breue tempus Lutetiam aduenturum, à Rege autem mandatum Vniuerſitati, deligeret Oratorem, qui ad ipſum diceret. Delectus primùm M. Sequart: deinde M. le Clerc qui orationem ſuam cum Deputatis Vniuerſitatis, & cum Cancellario Franciæ communicaret.

Die 15. Nouemb. in priuatis Comitijs apud Sorbonam Rector, Procuratores Nationum & Reformatores Facultatis Artium de quadam diſcordia orta inter nonnullos Præceptores & Scholares de Collegio in Collegium migrantes, deliberarunt, inſtante M. Ioanne Dupont Regen-

te Nationis Normanicæ, quæ lis Facultatem Artium & Vniuerſitatem per menſem & amplius occupauit; & de ea fusè in Actis. 1539.

Die 16. Decemb. eiuſdem anni delectus eſt in Rectorem Academiæ M. Antonius Sarre vir ſcientificus Collegij Cardinalitij Primarius, referente M. Ioanne Villain Quatuor-viro Nat. Picard. Die ſequenti de more inſtructus eſt; & inter cætera admonitus vt curaret ne Præceptores, aut alij in Collegijs barbas nutrirent, ſed raderent: licet aliàs decorum fuiſſet geſtare promiſſas.

Die 17. Rex Bleſis datis Litteris eximit Vniuerſitatem ab inuectitij vini vectigali ad portas exigi ſolito. Die penultima lecta eſt oratio quam habiturus erat M. Sudoris Doctor Theologus ad Imperatorem mox aduenturum, quâ audita delecti qui eam examinarent *& verba ſuperflua reſecarent*. Neque vna tantùm compoſita eſt oratio, ſed tres, quæ omnes tranſmiſſæ fuerunt ad Regem, ſtatutumque fuit vltima Decemb. in Mathurinenſi, vt cuius orationem Rex probaſſet, eius author eam recitaret. Præterea verò vt omnes Academici in ædem D. Pauli conuenirent, illinc ad S. Antonij Imperatorem excepturi.

Ad diem 1. Ian. ſic legitur in faſtis Facultatis Medicinæ. *1. die Ian.* conuenit Vniuerſitas in ædem D. Paulo ſacram proceſſura obuiam Maieſtati Imperatoriæ quæ tum contendebat in vrbem Lutetiam. Qui aduentus gratus Regi vt eſſet honorificentior totam Vniuerſitatem commouerat pedes incedere obuiam Imperatori illi Carolo V. qui tamen ipſe videbatur pompas omnes & honores ſibi attributos facilè aſpernari. Nam etſi omnia quæ Regibus auſpicantibus decerni ſolent, immò longè plura magnificentioraque & ſupra impenſas omnes maiora ipſi illi exhibita fuere, tamen ad ea nullo pacto commoueri viſus eſt. Delati itaque triumphi, ouationes, ſpectacula, arcus, theatra & amphitheatra, innumeraque alia in honorem erecta, infiniti inſumptus, non effecerant tamen vt veſtem commutare voluerit. Erat enim ex laneo panno viliqueindutus, galerum in capite geſtabat laneum, & cætera tenui ac propemodùm vili indumento amiciebatur; quod vulgò neſcio quid ſiniſtri ominabatur, vt pote qui mores noſtros ferre non videbatur. Nihilo ſecius tranſuectiones SS. Corporum, quas Reliquias vocant, primo loco ex vnaquaque parœcia factæ ſunt, & ipſa Vniuerſitas quæ alioqui ex more in omni Regum aduentu ſolemni ſtationariam facere ad D. Genouefæ ab Ardentibus, vti vocitant, in ſolemni habebat, ibi exceptura proditurum nouum Regem, à D. Paulo tum proficiſci coacta eſt ad D. vſque Antonium Maiorem cognominatum: quo in loco temporaria quædam Aula ex vitro vndique in anteriorem partem conſpicua, ſtructa in eam rem fuerat, mouit ex ordine Cæſarem ſalutatum. Cœterum ad Baſtillam dictam inuita ſubſtitit, partim ſeductam ſe videns & nullo Duce forti adiutam, aut vero Duce rectam: nam ſilent inter arma iura; partim quod interturbaretur ordo ipſe Eccleſiaſticus, vndique gregatim occurſantibus Equitum turmis non ſine magno omnium qui aderant pedites, vitæ diſcrimine; in anguſtijs portarum calcitrantibus equis; ita vt euadendi ne locus quidem reſtaret. Itaque ſe in fugã dare cum ſuo Rectore Vniuerſitatis bona pars coacta eſt. Nam Theologi terga vertere, ſequi autem Iuris Pontificij Profeſſores, ſed & Medicorum pars retroceſſit, pars cedere non potuit. Attamen pro iucundo aduentu ad Cæſarem Orationem re ita infecta Vniuerſitati habere non licuit, non ſine multorum graui dolore & verecundia: quippe quam multi lætitiam ex oratione habenda conceperant, vna Nemeſis leui caſu, aut potius imprudentia abſtulit.

IMPERATOR RO. EXCIPITVR.

Die 10. Ianu. habitis apud Mathurinenſes Comitijs actum potiſſimùm de modo recuperandæ pecuniæ ad Priuilegij cuiuſdam Regij conſecutionem impenſæ: quo quidem Priuilegio eximebatur Vniuerſitas à pendendis tributis & alijs oneribus, licet ijs Rex Edicto neminem voluiſſet immunem. In eam verò rem legimus in Actis publicis plurimùm collaboraſſe MM. Ioannem Morinum Grammaticorum Nauarricorum Prima-

rium & Petrum à Mederico in legibus Licentiatum.

1539. Die 14. Feb. vbi in Comitijs Centuriatis Mathurinenſibus actum eſt de claudendo Rotulo nominatorum, M. Simon Vigor Nationis Normanicæ Exprocurator retulit ſe à Natione ſua nominatum Parochum ſeu Curionem Curiæ S. Germani veteris vacantis per abdicationem ſpontaneam M. Dominici le Cirier apud Curiam Romanam in gratiam nepotis cuiuſdam ſui factam, ſpretâ Vniuerſitate eiuſque Patronatu qui laicus eſt, & talis Decreto declaratus occaſione eiuſdem Curiæ olim vacantis. Res ſic ſe habet in Reg.

M. Simon Vigor Nationis Normaniæ nuper Procurator dixit nulli moleſtum eſſe debere, ſi ea quæ vtilitatem publicam concernunt, expetat in hoc Philoſophi doctrinam inſequutus. Publicum etenim eſt & omnibus commune quod conſequi ſperat. Et ideo attentè audiri ſupplicuit. Nempe cum iampridem M. Dominicus le Cirier Theologorum vnus S. Germani veteris Sacerdotio, ipſius Vniuerſitatis beneficio fuerit donatus, *cui cedere ſeu renunciare ipſa Vniuerſitate ſpretà & inauditâ ac inuitâ, non licuerit, cum Vniuerſitas ipſa Laicali Patronatu gaudeat, prout* Senatuſconſulto iampridem etiam ipſius Sacerdotij ratione dijudicatum eſt: nibilominus cum nuper infirmitate non modica detineretur, deque ipſius ſalute deſperaretur, ſiue Nepotis fauore ductus vel Parentum efflagitationibus perſuaſus Eccleſiam ſuam S. Germani veteris in Rom. Curia, cauſâ permutationis, vt dicunt, Vniuerſitate ipſa, videlicet Matre, à qua Beneficium ſuſceperat, minimè requiſita, reſignauit. Verùm cùm id ſibi non licuerit, ac prædictæ renunciationis medio antedicta Eccleſia vacare dignoſceretur; ipſiuſque doloſæ ceſſionis certior effecta Normanorum Natio quæ in ordine ſeu turno ad Beneficia nominandi Vniuerſitatis ſtatuta & conſuetudines inſequendo exiſtit, ipſius Nationis Præceptores Prouinciam hanc aſſumere, quia cum Senatore decertandum eſt, formidabant, tandem in ipſum Vigorem tunc ipſius Nationis Caput & Procuratorem vota & ſuffragia contulerunt & ad dictam Eccleſiam ipſum nominauerunt. Effecit præterea vt è Romana Procuratorium & Conſenſus Ceſſionis antedictæ afferrentur, quæ legenda Scribæ exhibuit. Cumque rem non parui momenti ſingulis tamen profuturam aſſumat, eius nominationem ratam haberi & ad dictam Eccleſiam modo præmiſſo, aut alio quouis modo vacantem præſentari prædictæque Vniuerſitatis fauorem & adiunctionem ſibi dari; ſuis tamen expenſis ſupplicuit. Quippe qui ſi vicerit, id ad publicam omnium vtilitatem cedet; ſi verò vincatur, ſolus æquanimiter ferre dixit.

De Curia S. Germani veteris.

Paulo ante, nempe in Comitijs Nationis Normanicæ apud Mathur. habitis die 16. Aug. eiuſdem anni eadem de re actum fuerat, & ab ipſa Natione prædictus Vigor nominatus fuerat: in Actis autem illius diei clarè patet qualis tum eſſet mens omnium de Patronatu Vniuerſitatis, ſitne Laicus an Eccleſiaſticus. Sic enim legitur.

D. Procurator expoſuit cauſam Congregationis & dixit negotium adducendum minoris non eſſe momenti, & hac de re non minus attentè audiendum quàm maturè conſultandum. Etenim cum iampridem M. Dominicus le Cirier Doctor Theologus S. Germani veteris Sacerdotio, ipſius Vniuerſitatis beneficio fuerit donatus, & qui eidem cedere ſeu ius in alium transferre, Vniuerſitate ipſa inaudita, vtpote ad quam ipſius Sacerdotij prouiſio ſpectat, non debuerit, illi tamen in Romana Curia in cuiuſdam ſui Nepotis fauorem ceſſit pariter & renunciauit, prout fide dignorum teſtimonio certus effectus fuit. *Cumque id ſibi Vniuerſitate ipſa ſpreta, quæ Gentilitio ſiue Laico, vt dicunt, Patronatu* gaudet, minimè licuerit aut liceat, & hac ratione ſeu medio Sacerdotium prædictum vacare cenſeatur, ad ipſamque Nationem quæ in turno Beneficijs ad præſentandum ſeu nominandum exiſtit, Eccleſiæ huiuſmodi prouidere ſpectet, petijt ſuper hoc, & an ad illud nominare ſeu præſentare voluerit necne, conſultari.

Ipſe

Ipſe ergo Vigor tunc Procurator à ſua Natione nominatus eſt, & quaſi vacante Beneficio propter eiurationem eiuſdem factam apud Curiam Roman. ab Vniuerſitate præſentatus collationem ab Epiſcopo Pariſienſi obtinuit, poſſeſſionemque Curiæ adijt. Dominicus le Cirier Curio litem ad Senatum defert, interim moritur die penultima Aprilis an. 1540. tunc prædictus Vigor Rector Vniuerſitatis; & idem tam à Natione ſua quàm ab Vniuerſitate Curio confirmatus. 1539.

Habitis autem die 1. Maij Centuriatis Comitijs apud Mathurinenſes M. Antonius le Cirier defuncti Nepos per Procuratorem ſuum M. Hieronymum Groſſame audiri poſtulauit & obtinuit. Sic autem ille, vt habetur in Actis publicis. *Cum hac die* (Maij) *D. Vigore inſtante & procurante, hæc alma Vniuerſitas congregata fuerit, vt ad Eccleſiam S. Germani Veteris idem Vigor per hanc Vniuerſitatem præſentetur, & id prælibatus M. Antonius le Cirier reſciuit, id impedire propoſuit. Nempe cum iampridem eodem Vigore in præſentia vt fertur Vniuerſitatis Rectore, dictam Eccleſiam vacare contenderet, ad illam præſentari procurauit:* à qua præſentatione, Vniuerſitatis Concluſione & ſubſecutis, præfatus M. Dominicus le Cirier ad ſupremum Senatum appellauit, in quo cauſa pendet indiſcuſſa. 1540.

Exinde verò idem Antonius le Cirier Reſcriptum Regium in forma ſubrogationis obtinuit; cuius auditio & cognitio D. Gayant Senatori fuit delegata, & Vigor coram eodem vocatus ſuper Poſſeſſorio vero & coram Pariſ. Prætore lis mota eſt. Verum cum hanc Congregationem indictæ appellationis & Inſtantiarum huiuſmodi præiudicium fieri cognouit, idem le Cirier ipſi Vniuerſitati prædictas Appellationem & Inſtantias remonſtrare curauit, ne quid temerè ſiue inconſultè ageret Vniuerſitas hanc ob rem, ne ad præſentationem procedat dicta Vniuerſitas in Appellationis cauſa in ſuprema Curia Inſtantiarum coram prælibato D. Gayant ac Pariſienſi Cenſore pendente præiudicium, contendit eundem Vigorem ne aliquid in hoc negotio ordinare ſiue decernere præſumat recuſando, prout recuſauit. Super quibus primitus ſibi fieri ius petijt. Quod ſi ſecùs fiat, ad ſupremum Senatum prouocare proteſtatus eſt, ſeu ad illum vel illos ad quem, ſeu quos ſibi licebit.

Super Præmiſſis inter DD. Decanos Superiorum Facultatum & Artium Facultatis 4. Procuratores conſilio habito, 4. Facultates cenſuerunt hoc modo. Prædictus D. & M. Antonius Sarre nouiſſimè Rectoratu functus loco D. Rectoris quia de ipſo agebatur, adſtans dixit præclaram Artium Facultatem hoc modo conſulere. Admittit Nominationem à Normanorum Natione de perſona dicti M. Simonis Vigoris nunc Rectoris factam, & quem ad dictam Eccleſiam ſine tamen præiudicio turni præſentat.

D. Decanus Facult. Medicinæ dixit ſaluberrimum Medicorum Collegium hoc modo conſulere; gratum habet D. Rectoris huiuſce Vniuerſitatis vigilantiſſimi præſentationem, & illum ad huiuſmodi Sacerdotium præſentat.

D. Decanus conſultiſſimæ Decretorum Facultatis dixit ipſam Facultatem ſuper adductis in conſultationem in hunc modum dicere. Negotium cenſet arduum maturéque conſulendum; & priuſquam aggrediatur D. Vigoreus Rector, priori iuri renunciet antequàm ſecundo præſentetur.

D. Decanus ſacræ Facult. Theol. retulit ipſam ſacram Facultatem approbare Nominationem à Normanis factam, illumque D. Prælato ad quem decebit, ad dictam Eccleſiam præſentat.

Vniuerſitas ipſa ex ipſis maturis deliberationibus Nominationem perſonæ D. Vigoris huius almæ Matris Rectoris diligentiſſimi à Normanis factam approbat, ipſumque ad Eccleſiam prædictam S. Germani præſentat. A qua Concluſione prælibatus M. Hieronymus Groſſame ad ſupremam Parlamenti Curiam tanquàm ab abuſu ſeu ad illum, vel illos ad quem ſeu quos decet, appellauit.

1540. *De Licentia Baccalariorum in Medicina.*

Die Veneris 28. Maij latum eſt ſolemne Senatuſconſultum inter Baccalarios in Medicina Licentiandos & Cancellarium Vniuerſitatis Pariſienſis, quod eſt huiuſmodi.

Entre Maiſtres Iean de Gorris, Eloy Meignen, Iean du Hamel, Valentin Hieroſme, Iean Chappelain, Iean Perrel, Robert Faber, & Geoffroy Grangier, tous Bacheliers en la Faculté de Medecine, demandeurs & requerans l'enterinement de certaine Requeſte d'vne part: Et Maiſtre Iacques Spifame Conſeiller du Roy en la Cour de ceans, & Chancelier de l'Vniuerſité de Paris, & le Doyen de la Faculté de Medecine, deffendeurs à l'enterinement de ladite Requeſte d'autre part.

" Troillart pour leſdits Bacheliers demandeurs, pour paruenir à
" l'enterinement de leur Requeſte, dit qu'ils ont deuëment fait &
" parfait les actes qu'ont accouſtumé faire les Eſcoliers eſtudians en la Fa-
" culté de Medecine, meſmes ceux qu'il faut faire pour paruenir au degré
" de la Doctorie, ont payé & acquitté les droicts & deuoirs deus & accou-
" ſtumez: ont eſté faits les Roolles de leurs licences, preſentez au Chan-
" celier de l'Vniuerſité de Paris; toutefois pour vn different & diſcord qui
" s'eſt meu entre les Docteurs Regens & autres de ladite Faculté, & ledit
" Chancelier, ils ne peuuent eſtre receus, & refuſe ledit Chancelier les
" receuoir, diſant que leſdits Docteurs ne peuuent faire leſdits roolles ſans
" luy. A cette cauſe ont leſdits Bacheliers baillé à la Cour, à laquelle ils
" ont eu recours, leur Requeſte, tendant à ce qu'il fuſt enjoint auſdits
" Docteurs les preſenter audit Chancelier pour leur bailler la benediction,
" & audit Chancelier les receuoir, & demandent l'enterinement de ladite
" Requeſte.
" Ryant pour ledit Spifame Chanoine & Chancelier de l'Egliſe de Pa-
" ris, pour paruenir à l'enterinement de deux Requeſtes dit, *quòd ſtatus hu-*
" *iuſce quæſtionis in eo vertitur an liceat rem promiſſam iuriſiurandi religione fir-*
" *matam exigere, an verò denegare licitum ſit. Si primum*, ledit demandeur *fa-*
" *cile obtinebit, quandoquidem hac in re tantum id agit, vt quod promiſſum eſt,*
" *quodque maximè licitum, ſeruetur.* Par priuileges Apoſtoliques & Royaux
" eſt le Chancelier de l'Egliſe de Paris preferé & prepoſé au regime, dire-
" ction, & ſuperintendance de l'eſtude de l'Vniuerſité de Paris, luy eſt
" baillé puiſſance de prouuer les eſtudians ſelon les Facultez & Sciences
" eſquelles ils ſe ſont appliquez, leur conferer la Maiſtriſe & degrez ſelon
" leurs merites, *quacunque perſonarum & Nationum accceptione ſummota.* Afin
" que cela ſoit inuiolablement gardé, *ſtatuta fuit forma*, par laquelle il eſt
" dit que le Chancelier, *initio ſui introitus* ſera tenu promettre & affermer,
" que *admittens dignos, repellet indignos*; & parce que tel jugement ne peut
" eſtre fait par le Chancelier *(quippe qui non facile horum omnium peritiam ha-*
" *bet, quod tamen hac vice contigit)* ſans auoir témoignage, *introducta eſt for-*
" *ma*, par leſdits Priuileges, que doit garder ledit Chancelier, & par la
" Bulle du Pape Gregoire il eſt dit, aprés qu'en icelle eſt exprimé *quid in*
" *Facultatibus Theologiæ ac Decretorum ſeruare oporteat ſub his verbis. De Phy-*
" *ſicis autem & Artiſtis ac alijs Cancellarius bona fide promittet examinare Magi-*
" *ſtros & non niſi dignos admittens repellet indignos. Et paulo poſt additur, quod in*
" *licentia concedenda Cancellarius iuramentum exiget à Licentiandis, quod fidele*
" *poſthæc perhibebunt teſtimonium de Bacchalariis. Per quæ verba colligere licet,*
" que c'eſt audit Chancelier de licentier les Bacheliers ſelon leurs merites,
" & aux Docteurs d'en porter bon & loyal témoignage à iceluy, qui eſt ce
" à quoy il tend par leſdites Requeſtes. Et par autre Bulle d'iceluy Pape

Gregoire eſt prohibé, *ne vlli licentia detur ad regendum in aliqua Facultatum Pariſienſium, niſi prius Cancellarius Pariſienſis, ad quem licentiare tales pertinere dignoſcitur, præſentibus duobus Magiſtris Regentibus, bona fide ſecundùm conſcientiam ſuam concedat, inquiſitione primitùs habita. Quæ omnia repetuntur*, par la Bulle du Pape Alexandre, en laquelle eſt dit, *per hæc verba. Cum ergo ex conſtitutione huiuſmodi liqueat manifeſtè*, que, *in licentiando ſcholares ad ſcholarum Regimen Cancellario ſit Facultas, & quanta ſibi ſuper hoc Religio Dei & circumſpectionis neceſſitas indicatur, videri poteſt acutius intuenti authoritate Conſtitutionis Apoſtolicæ, quæ, ſtatui ſcholarum & ſcholarium prouidens, certos Cancellarij officio terminos indulget. Itaque*, inquit ille, *Cancellarij poteſtatem in conſtitutione ſæpefati Gregorij circa ſtatum Pariſienſis ſtudij nolumus vlla immutatione conuelli. Ex quibus facile colligitur*, que le contenu eſdites Requeſtes eſt fondé ſur leſdits Priuileges & ſur ladite promeſſe faite par chacun deſdits deffendeurs, *tempore conceſſæ ſibi licentiæ. Quartò*, par la reformation du Cardinal de Touteville approuuée par le Roy & la Cour de ceans, quant à la Faculté de Medecine, il eſt dit, *Intererunt autem diſputationibus Magiſtri Regentes ordinarij, vt de Bacalaureorum ſufficientia rectius perhibeant teſtimonium, quod perhiberi volumus, & mandamus Cancellario antequam admittantur, &c.* Et outre par icelle reformation *eſt ſtatutum quid pro licentia ſolui oporteat*, auec defenſes de non exiger outre ladite ſomme, ce que leſdits Licentiandés ſeront tenus affermer, *media religione*, audit Chancelier. *Præterea*, s'il y a contrauention auſdits Statuts, & reformation, *ipſo iure ſententia cenſuræ Eccleſiaſticæ aduerſùm contrauenientes infertur, à qua non niſi à Cancellario abſolui poſſunt.* 1540

Quintò, par les Statuts de ladite Faculté de Medecine, *ſub rubrica de forma Bacalariorum in Medecina licentiandorum, dicitur ſub his verbis. Debet fidem facere Magiſter Cancellario, &c.* Tellement que l'on ne peut reuoquer en doute que c'eſt au Chancelier à faire les Licences en ladite Faculté de Medecine, & aux Docteurs Regens de luy porter témoignage de la ſuffiſance ou inſuffiſance des Licentiandes.

Sextò, il y a Arreſt en pareil cas pour le reglement des Licences de Theologie, & ne peuuent honeſtement les defendeurs refuſer pareille Loy & Arreſt, *vt eadem illis ſit lex quæ ſummis & probis viris.*

Septimò, le Chancelier eſt outre leſdits Priuileges en poſſeſſion de faire leſdites Licences, & de prendre le témoignage des Docteurs Regens. Mais pour autant que ledit Chancelier a ſceu que les Docteurs d'icelle Faculté ne font leur deuoir de frequenter les Actes des Diſputations de ladite Faculté, & neantmoins chacun d'eux ſans aucune diſtinction s'efforce porter témoignage des Licentiandes, contreuenans directement aux Priuileges, Statuts & reformations: & afin qu'ils ne faſſent le ſerment de l'aſſiſtance qu'ils ont deu faire eſdits Actes, quand ils apportent audit Chancelier leurs roolles particuliers ſelon leur particulier jugement, s'aſſemblent leſdits deffendeurs (ainſi que ledit Chancelier a eſté puis n'agueres aduerty) *& communicato conſilio*, font vn roolle qu'ils apportent audit Chancelier, & dient qu'ils ont ainſi conclud enſemble, refuſent faire és mains dudit Chancelier le ſerment de leur particulier iugement (ainſi qu'ils ſont tenus faire, par ce que dit eſt cy-deſſus) & auſſi qu'ils ſont témoins, & veulent affermer le témoignage de la Faculté eſtre tel, qui eſt vn euident abus: car ſi le roolle de l'vn, eſt le roolle de tous autres, *fruſtra* font leſdits defendeurs chacun vn roolle particulier; ſinon que ce ſoit pour illuder ledit Chancelier, enſemble les Priuileges, Statuts, Ordonnances, & reformation: de laquelle communication & aſſemblée, *ſequuntur multa incommoda, vt euentus docuit.* Et combien que ledit Chancelier *ex indulta ſibi authoritate poterat ius dicere, ac ſententiam cenſuræ Eccleſiaſticæ in perſonas reorum, ob contrauentionem manifeſtam promulgare*, ainſi qu'il appert par la reformation dudit Cardinal de Touteville; ayant charge ſpeciale quant à ce: neantmoins il s'eſt retiré à ladite Cour pour en entretenant les ſuſdits Priuileges & Statuts, eſtre ordonné reglement en

" ladite Faculté de Medecine. En quoy faiſant ne tend ledit Chancelier à
1540. " à aucune nouuelle prerogatiue ou préeminence, ains ſeulement à ce que
" les anciens ſtatuts ſoient gardez; & pour ce faire a preſenté ſa Requeſte
" à ladite Cour, narration faite en brief de ce que deſſus, à ce que d'oreſ-
" nauant ſoit fait regiſtre par le Bedeau de ladite Faculté, des Docteurs qui
" aſſiſteront eſdits Actes de Diſputation, lequel ſera apporté au temps des
" licences audit Chancelier par iceluy Bedeau, qui affermera ledit Regi-
" ſtre eſtre bon, loyal, & fidel. Et quant auſdits Docteurs Regens; qu'ils
" ſeront tenus en chacune licence porter bon, loyal, & fidel témoignage
" de la ſuffiſance des Licentiandes, en preferant le plus docte & ſuffiſant au
" moins docte, ſans faueur ou acception de perſonnes; qu'il n'y a eu aucu-
" nes brigues, aſſemblée ou ſtipulations, dons ou promeſſes: que pour co-
" gnoiſtre ladite ſuffiſance ils ont aſſiſté auſdits Actes & Diſputations, &
" que partant leurdit témoignage eſt ſelon Dieu & raiſon: Lequel témoi-
" gnage ſera fait particulierement par vn chacun, non point *in communi*, &
" ledit témoignage fait, offre ledit Chancelier faire leſdites Licences ſe-
" lon la pluralité des ſuffrages, qui ſera cognuë par la collation qu'il offre
" faire en la preſence d'vn des Conſeillers de la Cour de ceans, & du Doyen
" de ladite Faculté, & de tel nombre des Medecins qu'il ſera aduiſé, *& da-*
" *ta æqualitate ſuffragiorum*, qu'il pourra gratifier *ſecundum ſuam conſcientiam*;
" qui ſont toutes choſes ordonnées par les pieces cy-deſſus declarées. Re-
" querant ledit Chancelier defenſes eſtre faites auſdits defendeurs de non
" y contreuenir. Sur laquelle auroit eſté ordonné que les Parties ſeroient
" appellées, & defenſes faites: ce qui auroit eſté fait, au contempt & mé-
" pris de laquelle Requeſte ils ont fait tel roolle que bon leur a ſemblé, par
" menées, aſſemblées, & conuentions, attemptant à la litiſpendance eſtant
" en ladite Cour. Et pour faire ledit roolle ont exigé grande ſomme de de-
" niers, ainſi qu'il eſt contenu eſdites Requeſtes, dont auroit eſté aduerty
" ledit Chancelier qui a preſenté ſeconde requeſte à ladite Cour, à ce que
" ce qui a eſté fait depuis ladite requeſte ſignifiée, ſoit reuoqué comme at-
" temptat, qui eſt la matiere. Conclud reſpectiuement à l'enterinement
" deſdites requeſtes, & demande deſpens.
" Le Fevre pour les Doyen & Docteurs de la Faculté de Medecine,
" dit quant à la requeſte preſentée par les Bacheliers, qu'il accorde l'en-
" terinement, & ſupplie à la Cour eſtre enjoint au Chancelier de l'Egliſe
" de Paris, qu'il ait ſur le rapport & preſentation de la Faculté, à donner
" les Licences ſelon & ainſi qu'il eſt de couſtume de faire, ſans aucunement
" immuer les anciennes inſtitutions & obſeruances, & que pour ce faire
" brief delay luy ſoit prefix. Et pour ſon refus qu'il ſoit permis au Doyen
" de la Faculté (ce qui eſt accouſtumé de faire *eo caſu*) de les licencier, & où
" la Cour ne vuideroit le differend des Parties preſentement, demande
" ainſi eſtre ordonné par prouiſion. Quant aux Requeſtes preſentées par
" ledit Chancelier, dit que *ab inſtitutione primaria*, d'icelle Faculté, ne ſera
" trouué que de leur forme de faire, tant en lectures, diſputations, qu'ordre
" par eux donné aux Licences, ſoit venuë vne ſeule querelle ou conten-
" tion: Et jaçoit que les autres Facultez ayent eſté reformées par cy-
" deuant, toutesfois celle de Medecine a touſiours eſté trouuée entiere,
" bien reglée & ordonnée. Et ce eſt remonſtré par la reformation du Car-
" dinal de Touteville de l'Vniuerſité de Paris, en laquelle eſt recité, *In*
" *Facultate Medicinæ pauca eſſe corrigenda*. Et de fait, la correction qui s'en
" eſt faite, a eſté ſeulement de deux articles. Le premier concernant que
" les Docteurs mariez ſeroient admis à la Regence: Le deuxieſme qu'il ſe
" feroit outre les diſputations ordinaires, vne qui s'appelle pour le jour-
" d'huy la Cardinale, *& eo tempore* de ladite reformation, *mos qui hactenus*
" *obſeruatus eſt* és licences des Bacheliers de Medecine, *approbatus & con-*
" *firmatus fuit*, ſans qu'aucune choſe en ait eſté immuée, *& id prætermiſſum*
" *non fuiſſet quod ex authoritate & religione* du reformateur *facile perſpicitur*,
" duquel en tout & par tout la reformation a eſté comme ſainte & Cano-

REGNARD dit que le Syndic pour lequel il parle dés l'an 538. par tous " 1541.
les Eſcholiers & Docteurs en la Faculté de Decret fut éleu Syndic, & n'y "
en a eu reuocation aucune, *Immò* il a la ſignature de plus de 300. Eſcho- "
liers qui encores aujour l'appellent Syndic. Et pour ce requiert que de- "
fenſes ſoient faites à celuy pour lequel a plaidé Iacquelot, de ſe dire Syn- "
dic, & au ſurplus qu'il ſoit dit que Tournet demeurera Docteur-Regent. "

RIANT pour les Doyen & Docteurs-Regens de la Faculté de Decret, "
dit que vacant la place d'vn Docteur-Regent en ladite Faculté, leſdits "
Doyen & Docteurs ne publient la future prouiſion d'icelle place & ont "
eſté appellez pluſieurs Docteurs & autres pour repeter qui ont tous re- "
peté en la preſence des Docteurs, Eſcholiers, Licentiez, Bacheliers, & "
autres, meſmes de deux Conſeillers de la Cour de ceans par elle commis "
& par deux fois à chacune, deſquelles ſe ſont trouuez outre leſdits deux "
Conſeillers commis par la Cour, juſques au nombre de dix, douze & juſ- "
ques à quatorze ou quinze autres Conſeillers; & combien que par Ar- "
reſt de la Cour il ſoit permis auſdits Docteurs-Regens de pouruoir aprés "
les Repetitions en leurs cõſciences de celuy qu'ils trouuerõt eſtre le plus "
capable, idoine, ſuffiſant & agreable : Neantmoins ils ne ſe ſont fiez en "
eux-meſmes, ains en ont communiqué aux anciens des Conſeillers & Ad- "
uocats de la Cour de ceans qui y ont aſſiſté auſdites Repetitions, & fina- "
blement ayant trouué Tournet eſtre le plus capable, ſuffiſant, idoine & "
agreable, ils l'ont pourueu de la Regence. Si requierent leſdits Doyen & "
Docteurs, qu'il ſoit enjoint audit Tournet faire ſon deuoir, & defenſes "
eſtre faites à tous les Eſcholiers de le troubler ny empeſcher, ny faire au- "
cun tumulte en ſes Lectures. "

MARTINEAV pour le Roy, l'Office de ſon Procureur General vacant, "
dit qu'il n'a veu les Arreſts ny l'Election dont les Aduocats des Parties "
ont parlé, ny le Procez verbal des Commiſſaires de la Cour; toutefois "
à ce qu'il a entendu par les Plaidoyez des Parties, il ne faut que voir ſi la "
forme que la Cour a ordonné pour les Elections des Docteurs-Regens en "
la Faculté de Decret a eſté bien & deüement gardée, ſelon le contenu "
és Arreſts de ladite Cour. Et pour ce voir ne faut que lire leſdits Arreſts "
& Procez verbal deſdits Commiſſaires. Et où la Cour trouueroit difficul- "
té, requiert pour le bien de la choſe-publique, attendu la Requeſte faite "
par les Doyen & Docteurs de la Faculté de Decret, qu'il ſoit enjoint à "
Tournet éleu, cependant lire & deffenſes ſoient faits à tous Eſcholiers "
de l'empeſcher, ny faire tumulte en ſes lectures, ſur peine de priſon & "
d'amende arbitraire. "

LE MAISTRE a leu le Procez verbal des Commiſſaires, enſemble les "
Arreſts, dont il s'eſt vanté & la prouiſion faite à Tournet. IACQVELOT "
pour replique...... LA COVR a ordonné que les Parties mettront par- "
deuers elle l'Arreſt, enſemble le Procez verbal & en ordonnera au pre- "
mier iour au Conſeil, & cependant par maniere de Prouiſion a ordonné "
& ordonne que le Docteur qui a eſté éleu, lira, & fait inhibitions & de- "
fenſes aux Eſcholiers de le troubler ſur peine d'amende arbitraire. Ieudy "
21. Iuillet 1541.

Die 13 Iunij Ioanni Bomontio prorogati ſunt faſces Rectorij ad alte- rum trimeſtre iuxta Senatuſconſultum quod ante retulimus.

Die 8. Auguſt. in Comitijs Centuriatis receptus eſt & admiſſus vnanimiter in Patronum Vniuerſitatis M. Dionyſius Riant per voluntariam ejurationem M. Ægidij le Maiſtre à Rege Chriſtianiſſimo in Patronum ſuum quem Generalem vocant, aſſumpti.

In ijſdem Comitijs actum de reprimendis Monachis San-Germano-Pratenſibus, qui de nouo feneſtras ſeu proſpectum ſibi procurauerant in Pratum Clericorum, contra quàm Senatus decreuerat. Actum quoque de quodam mutuo ſeu dono gratuito quod ſibi fieri Rex exigebat à Beneficiatis. Et ea de re rurſus in Comitijs diei penultimæ eiuſdem menſis

1541. concluſumque mittendum ad Regem Oratorem, qui iuxta Priuilegia à maioribus ſuis conceſſa poſtularet exemptionem & immunitatem.

Die 10. Septemb. grauis querela ad Vniuerſitatem delata eſt à Franciſcanis alienigenis qui in magno Cœnobio, ob conſecutionem Graduum Academicorum morabantur, vix & ægrè ferentibus Regnicolis, à quibus multas ſe iniurias moleſtiaſque perpeti dicebant, petebatque eorum nomine Frat. Andreas Carnaſalus ius ab Vniuerſitate dici. Contra quos Fr. Petrus Garnier Regnicola retulit obtentum à Rege diploma, rem ad Senatum Pariſienſem delatam, in eoque pendere.

Patentibus autem Regis litteris datis Lugduni 4. Iunij 1536. ita contineri, *que le Roy vouloit & ordonnoit qu'en la reception & hebergement au Conuent des Cordeliers de Paris, les Religieux Cordeliers de ſes Royaumes, Pays & Seigneuries ſoient preferez à tous autres, ſans que les Commiſſaires, Gardien, Vicaires & Diſcrets dudit Conuent puiſſent pour quelques Obediences, Commiſſion, Bref ou Lettres qui ſoient octroyées ou decernées par le General des Cordeliers, qui eſt ou qui ſera cy-aprés ou autres, receuoir plus grand nombre que de 18. Religieux Eſtrangers audit Conuent, ſoit d'Eſpagne, Portugal, Italie ou autres Royaumes ou Pays Eſtrangers; à ſçauoir eſt des Prouinces & Conuents d'iceluy Ordre eſtans és Royaumes d'Eſpagne, & de Portugal ſix Freres eſtudians, des Prouinces & Conuents dudit Ordre des Pays & terres d'Italie ſix pareillement; des Prouinces & Conuents dudit Ordre eſtans aux autres Royaumes, Pays, Terres & Seigneuries non ſujettes au Roy, autres ſix. Et que leſdits Commiſſaires, Gardien & autres ſuſnommez qui ont la charge dudit Conuent, n'ayent à receuoir aucuns Freres Eſtrangers*, & aprés le temps à eux ordonné pour leur Eſtude par les Statuts & Ordonnances dudit Conuent, ils ayent à eux retirer en leur Pays & Conuents. Or afin que les Freres de leurs Pays & Nations ayent place pour ledit nombre audit Conuent pour eſtudier; *& n'ayent à vaguer le Royaume, Pays, Terres & Seigneuries dudit Seigneur Roy & ne leur ſoit permis aller par la ville de Paris, ſans auoir Compagnon Religieux dudit Ordre de ce Royaume, des faits deſquels Eſtrangers ledit Gardien ſera tenu reſpondre.* Curiam verò die vltima eiuſdem menſis Iunij an. 1536. ſic edixiſſe. *Leſdites Lettres leües en Iugement, aprés que Remon pour le Procureur general du Roy a requis que ſur le reply deſdites Lettres fuſt mis*, Lecta, publicata & Regiſtrata, *La Cour a ordonné & ordonne que ſur le reply deſdites Lettres ſera mis*, Lecta, publicata & regiſtrata, audito Procuratore Generali Regis & hoc requirente. *His auditis & prolatis Vniuerſitas neutri ſe parti adiunxit.*

Die 10. Octobris electus eſt in Rectorem M. Richardus Fleury Conſtantienſis Philoſophiæ Profeſſor. 16. Decemb. Ioannes le Vaſſeur quo Rectore Collegium Scholarium S. Nicolai de Lupara à Ioanne Bellaio Epiſcopo Pariſienſi factum eſt Collegium Canonicorum. Quam in rem extant tales litteræ.

Collegium S. Nicolai de Lupara.

„ Ioannes Bellaivs miſeratione diuina tit. S. Ceciliæ ſacroſanctæ „ Rom. Eccleſiæ Presbyter Cardinalis Pariſienſis Epiſcopus Vniuerſis præ„ſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Referentibus dilectis no„ſtris Magiſtro, necnon primo & ſecundo Capellanis atque Clericis & Col„legiatis *ſiue Burſarijs perpetuis Collegij noſtri S. Nicolai prope Caſtrum de Lu„para Pariſijs fundati*, ad aures noſtras peruenit à multis retroactis tempo„ribus fuiſſe & eſſe in huiuſmodi Collegio ſancti Nicolai *vnum Magiſtrum, „ vnum Capellanum & 15. Scholares ſeu Burſarios*; quorum Magiſtri & Burſa„riorum collatio, prouiſio, inſtitutio, ſeu quæuis alia diſpoſitio ad Nos, ad „ cauſam dictæ noſtræ Epiſcopalis Dignitatis Pariſienſis ſpectat & pertinet, „ ſpectareque & pertinere dignoſcitur, & à paucis diebus vnum alium Ca„pellanum per defunctum M. Martialem Gallichier, dum viueret, eiuſdem „ Collegij Magiſtrum perſimiles diſtributiones, prout cæteri eiuſdem Col„legij Burſarij percipientem, & vltra ſummam 20. librarum Pariſ. annuatim „ ad onus duarum Miſſarum qualibet hebdomada certis expreſſis modis in „ Eccleſia eiuſdem Collegij dicendarum & celebrandarum fundatum & de „ nouo inſtitutum fuiſſe. Cuius quidem Prioris præſentatio ad eoſdem Ma-

giſtrum & Burſarios, ſecundæ verò Capellaniarum prædictarum ad eundem fundatorem & eius hæredes ſiue parentes, ad nos verò prout & Burſarum prædictarum collatio ſpectare & pertinere debet. Et demum à tempore huiuſmodi prioris fundationis diuerſi obitus & quamplurima diuina ſeruitia in dicta Eccleſia fuiſſe fundata, ordinata & inſtituta, in qua eſt ſacrarium, Cemeterium, Campanile, Campanæ & fontes Baptiſmales certis reditibus & bonis dotata taliter quod huiuſmodi Capellaniæ & Burſæ tam in pane quàm in domicilijs & alijs quotidianis diſtributionibus augmentatæ forent; Etſi nomina huiuſmodi Magiſtri, Capellanorum & Burſariorum mutarentur, ſiue ſupprimerentur, & dicta Eccleſia in Collegiatam more cæterarum noſtræ Diœceſis Collegiatarum Eccleſiarum *& Magiſter in Præpoſitum, & primus Capellanus ac Scholares, ſeu Burſarij in Canonicos præbendatos, nécnon ſecundus Capellanus per præfatum Gallichier fundatus in Canonicum ſemipræbendatum,* de nouo crearentur, erigerentur, & inſtituerétur. Quorum quidem Canonicatuum & Præbendarum ſi octo ſupprimerentur, extinguerentur & ad numerum decem reducerentur; Ex hoc profecto dictæ Eccleſiæ decus, honor, ſtatus ac diuinus cultus & vtilitas in ea maximum ſuſciperet incrementum; necnon Chriſti fidelium deuotio ad eandem Eccleſiam cum animarum ſalute augeretur, & horæ Canonicæ diurnæ pariter & nocturnæ adinſtar aliarum Eccleſiarum Collegiatarum noſtræ Diœceſis dici, decantari & continuari poſſent, eademque Eccleſia in omnibus & per omnia maximum ſuſciperet incrementum, necnon Chriſti fidelium deuotio ad eandem Eccleſiam cum animarum ſalute augeretur, & horæ Canonicæ diurnæ pariter & nocturnæ adinſtar aliarum Eccleſiarum Collegiatarum noſtræ Diœceſis dici, decantari & continuari poſſent, Eademque Eccleſia in omnibus & per omnia maximum ſuſciperet incrementum, ſeruitium quoque diuinum cum maioribus honore, reuerentia & pauſa atque frequentius dici, celebrari poſſet & continuari. Supplicantes propterea dicti Magiſter, Capellani & Burſarij, quatenus ſibi in præmiſſis de remedio prouidere dignaremur opportuno, & prædictam eorum Eccleſiam in Collegiatam creare, erigere & deputare. Nos igitur qui ſingularum noſtræ Diœceſis Pariſienſis Eccleſiarum, & illarum proſperum ſtatum & decorem ac in melius directionem, necnon diuini cultus augmentum ſinceris deſideramus affectibus ad prædictæ Eccleſiæ feliciorem ſtatum *huiuſmodi Magiſtrorum, Capellanos & Burſarios ſeu Scholares ac Scholaſticas portiones tenore præſentium ſupprimimus, extinguimus & immutamus, ipſos Magiſtrum in Præpoſitum & primum Capellanum ac Scholares in Canonicos præbendatos, necnon ſecundum Capellanum in Semipræbendatum erigimus, creamus & deputamus:* ita vt Canonici Seculares eiuſdem Eccleſiæ exiſtant & pro talibus habeantur, & reputentur, ac in habitu, inceſſu, ordine, ceremonijs, ritu, moribus & vita quoad omnia ſecularibus Canonicis aliarum Eccleſiarum Collegiatarum noſtræ Diœceſis ſe omnino & vbique conformare teneantur, atque in Eccleſia loco Magiſtri vnam Præpoſituram quæ inibi dignitas principalis exiſtat, & cum ea vnam Præbendam perpetuò annectimus & incorporamus; ita quod dictus Præpoſitus pro tempore exiſtens in eius abſentia tantum quantum vnus Canonicus præſens pro ſuo groſſo percipiat. Si verò præſens fuerit, duas Præbendas, vnam videlicet pro Præpoſitura, alteram verò pro Canonicatu & præbenda aſſiſtendo & pro rata aſſiſtentiæ ſeruitij habebit. Et eo modo erit communitas prædictæ Eccleſiæ libera & quitta erga dictum Præpoſitum de ſumma 14. librarum Pariſienſium quam dictus Magiſter anno quolibet ab eadem percipere conſueuit pro celebratione certi diuini Officij, à cuius celebratione antedictus Præpoſitus liberabitur; ſed corpus Eccleſiæ prædictæ illud pro eodem faciet. In Capitulo verò Eccleſiæ, Proceſſionibus & alijs eiuſdem Eccleſiæ actibus præſidebit, & poſt eum cæteri Canonici in ſacris Ordinibus conſtituti ſecundùm illorum in receptione Antiquitatem, eis Licentiam & Facultatem quæcumque ſtatuta ſalubria & ſuper diuinorum ſeruitiorum celebra-

1541.

1541. " tione & agendis per Miniſtros Eccleſiæ ipſius ac Capitulis Generalibus " vel Particularibus celebrandis & tenendis, necnon diuiſionibus fructuum " & domiciliorum faciendis & diſtributionibus percipiendis vel amittendis " in horis Canonicis, necnon in his quæ concernunt decorem & honeſta- " tem prædictæ Eccleſiæ. Et quoad delationem Aumuciarum & Superli- " ciorum & bonos mores Miniſtrorum illius necnon electionem Procurato- " ris ſeu Receptoris eiuſdem Eccleſiæ ſeu Communitatis ac bonorum & " redituum illius qui vobis computum, rationem & reliqua anno quolibet " reddere habeat, atque ſuper alijs qui circa præmiſſa omnia & ab eis de- " pendentia maiori declaratione indigebunt, etiam licentiam priuandi di- " ſtributionibus, ſeu illas ſubſtrahendi vel alios mulctandi Canonicos non " ſeruantes ſtatuta Eccleſiæ & Communitatis huiuſmodi, & ſuper honore " nobis & ſucceſſoribus noſtris ac Præpoſito & Canonicis Eccleſiæ prædi- " ctæ pro tempore exiſtentibus perhibendo, condendi & edendi ac edita " mutandi quæ ab omnibus ſeruari debeant, plenam & liberam authoritate " præſentium concedimus Facultatem. Quorum quidem Præpoſituræ, " Canonicatuum & Præbendarum collatio, prouiſio, inſtitutio, ſeu quæ- " uis alia diſpoſitio ad nos & ſucceſſores noſtros pleno iure, Semipræbendæ " verò ad Præſentationem hæredum ſiue Parentum conformiter & ad ſe- " riem & tenorem fundationis dicti Gallichier præfatæ ſecundæ Capellaniæ " fundatoris perpetui futuris temporibus nobis & ſucceſſoribus noſtris " Epiſcopalem dignitatem Pariſienſem obtinentibus competit, ſpectabit " & pertinebit, volentes, ſtatuentes, & ordinantes quod dictus numerus " 18. Canonicorum ad numerum 10. redigatur; ita quod loco decedentium " nullus recipiatur exceptis Præpoſito ad Canonicatum & Præbendam ei- " dem Præpoſituræ annexam, necnon 2°. Capellano ad Canonicatum & " Semipræbendam ſupradictam: Sed Canonicatus & Præbendæ aliorum " decedentium extinguantur & extincti cenſeantur, donec & quouſque ad " dictum numerum fuerint reducti. Et interim ipſe Præpoſitus ratione " Præbendæ & cæteri Canonici atque Semipræbendatus qualibet die vnam " Miſſam alta voce & diebus Dominicis & feſtiuis omnes horas Canonicas " nocturnas pariter & diurnas atque in vigilijs eorundem Dominicorum & " feſtorum; Veſperas & Completorium Miſſam videlicet ex nunc abſque " ſalario, vſque tamen ad extinctionem trium primò vacaturarum Præben- " darum recitare teneantur, & quilibet eorum teneatur in ſuis turno & heb- " domada per ſe vel per alium Canonicum inſequendo tabulam Chori de- " ſuper hoc faciendam: Et ad id prouideatur per Capitulum, expenſis Cano- " nici defectuoſi pro tunc in ſuis turno & hebdomada exiſtentis. Et ſignan- " ter ille Semipræbendatus teneatur, qui locum prædicti 2. Capellani per " præfatum Gallichier fundati obtinebit qualibet hebdomada vltra ſerui- " tia interdictum Propoſitum ad cauſam ſuæ Præbendæ, Canonicos & ſe- " mipræbendatum ipſum, Communia & ad quæ pro tempore tenebuntur " duas Miſſas qualibet hebdomada celebrare & continuare iuxta tenorem " & ordinationem fundatoris ſæpè fati Gallichier. Quiquidem Canonicus " ſemipræbendatus ex medio habebit vocem plenam in Capitulo & aſſiſten- " do in eodem diſtributiones cum Capitulantibus vnà cum ſumma 20. li- " brarum Pariſienſium more ſolito & in quotidianis diſtributionibus pro " media tantùm, poſt verò huiuſmodi ſuppreſſionem & ad numerum 10. Ca- " nonicorum, ſcilicet 9. Præbendatorum & vnius Semipræbendati redu- " ctionem, qualibet die, horas Canonicas nocturnas pariter & diurnas at- " que Miſſam alta voce, comprehenſis tamen ex nunc ſeruitio per dictum " Magiſtrum & duabus Miſſis qualibet hebdomada per eundem primum " Capellanum reſpectiuè dicendis ſimiliter dicere, celebrare & recitare " teneantur. Volentes vlterius & ordinantes iam dicta reductione ad de- " cem Canonicas, nouem videlicet & vnam Semipræbendatam & vt præ- " mittitur, facta, quod 4. illorum vltimò recepti Canonici etiamſi Semi- " præbendatus fuerit, vna cum Clerico Communitatis ad hoc gagiato ad " continuationem & manutentionem ſeruitij diuini à principio vſque ad fi-

nem

nem continuè & aſſiduè aſſiſtere, necnon diuinum ſeruitium, diurnum "
pariter & nocturnum incipere, facere & terminare teneantur, & ad id " 1541.
per ſuarum diſtributionum & panis quotidiani ſubſtractionem & denega- "
tionem, aut alia via iuris cogentur & compellentur. Ita quod recepto "
nouo Canonico Præbendato ſiue Semipræbendato antiquior eorundem "
quatuor ab huiuſmodi onere liberabitur, & nouus Canonicus ſiue ſit præ- "
bendatus ſiue ſemipræbendatus, in eius locum ſufficeretur. Non inten- "
dimus tamen præfatum Præpoſitum ratione ſuæ Præbendæ & alios Ca- "
nonicos ſiue ſemipræbendatos à celebratione Miſſarum, vt præfatum eſt, "
in ſuis turnis euenientum & dicendarum, ſimiliter etiam à decantatione "
Lectionum, Epiſtolarum & Euangeliorum ſaltem diebus Dominicis & "
feſtis eximere & liberare. Inſuper volumus & ordinamus quod prædicti "
Canonici viuere poſſint in communi vſque ad prædictam reductionem "
completam, ſi eis bonum videatur, ac vnà cum pane & diſtributionibus "
aſſuetis gaudeant libertatibus, commoditatibus & emolumentis aulæ, vt "
moris eſt, vſque ad ſummam 64. librarum Pariſ. per annum quemlibet "
pro toto corpore prædictæ Aulæ remanentibus dictis Præpoſito & Cano- "
nicis in tali & ſimili libertate & exemptione, quibus ante prædictam re- "
ductionem quoad proceſſiones Epiſcopales tam generales quàm ſpecia- "
les, ad quas ipſos adſtringi nolumus. Sed gaudeant dicti Præpoſitus & "
Canonici in omnibus & per omnia eiſdem priuilegijs, libertatibus etiam "
Apoſtolicis, quibus ante reductionem & ſuppreſſionem huiuſmodi etiam "
tanquam Suppoſita Vniuerſitatis primò vtebantur & gaudebant. In quo- "
rum omnium & ſingulorum præmiſſorum fidem & teſtimonium noſtrum "
Sigillum præſentibus duximus apponendum, & noſtra manu ſubſcripſi "
mus, nec non Secretarij noſtri ſigno iuſſimus communiri. Datum Pariſijs "
die 25. menſis Ian. anno Domini 1541. Sic ſignatum. I. Cardinalis Bellaius. "
Et infra per Reuerendiſſimum Dominum meum Cardinalem, Moreau & "
ſigillatum.

Die 24. menſis Martij Rector Vniuerſitatis creatus eſt M. Nicolaus du Gaſt Pariſ. Socius Nauarricus poſt confectum in Collegio Bonorum puerorum Philoſophiæ curriculum. Eo Rectore die Lunæ 3. April. in Comitijs Generalibus apud Mathurinenſes admiſſus eſt ad ſolita iuramenta Antonius du Prat Præpoſitus Pariſienſis, *D. Propræſide Criminali Morino, alijſque pluribus egregijs & prudentibus viris in copioſo numero comitatus, qui in ſede inter DD. Theologos & Iuris Pontificij Doctores exiſtentes honorificè fuit poſitus & inſtallatus.*

Anni 1542. initio confecti ſunt articuli quidam Reformationis diſciplinæ Scholaſticæ: quam in rem Rector, Cenſores 4. Nationum & Gymnaſiarchæ incubuerunt: vt autem omnibus noti fierent, lecti ſunt in Publicis Comitijs 5. Maij, ſuntque eiuſmodi. 1542.

Imprimis Diſcipuli ſacrificio adeſſe cogantur ſimul ad horas Chriſti- " REFORMATIO DISCIPLINÆ.
paræ Virginis dicendas, nec minus ad Pſalmos Pœnitentiales cum San- "
ctorum Litania, nec ceſſent à ſalutationibus ſolitis, nempe *Salue Regina*, "
& alijs quæ longo vſu in Collegijs decantari ſolent. Inſuetis autem ora- "
tionibus Altiſſimum pro Rege deprecentur, fideique integritate & pro "
Defunctis omnibus. Præterea exploretur ſi non precum loco ſeculares "
aliquot libros deferunt. "

Item quod Præceptores ſint graues moribus & conditione probati, or- "
nati veſtitu qui Regentem deceat, non decurtata veſte & fractis manicis "
aut caligis, ſed ferant vt Maiores ſui Capitia, ſine quibus nec legant, nec "
per Gymnaſium incedant. Et ingrediantur Claſſes ſeu Auditoria hora 8. "
matutina & 3. promeridiana. "

Item circà Lectiones Dialectici primo anno cum nonnullis Introductio- "
nibus Quæſtionarios addant, quibus ad arguendum Adoleſcentes erudi- "
ri poſſint: poteruntque Præceptores nonnullas Quæſtiones ad partem "
vtramque probabiles pro more antiquo ſcribendas Diſcipulis commit- "

" tere, vt in diſceptationibus repetentes certamina Scholaſtica iuxta ritum
1541. " antiquum ſeruent.
" Item in Repetitionibus nullos libros legant, quin potiùs argumentis
" exerceant adoleſcentes & eos qui benè ad arguendum ſunt alacres inui-
" tent, tardos verò coarguant.
" Item Logicis & Phyſicis fiet continua Lectio textus Ariſtotelici, dum
" tamen eliciantur Quæſtiones & dubia & Concluſiones, ad quarum par-
" tes vtraſque via ſit argumentationis, deturque materia Diſcipulis in hoc
" ad exercitium ſuum, non omiſſis etiam pro arbitrio Præceptorum Quæ-
" ſtionarijs qui maximè ad veram Textus intelligentiam conducunt.
" Item Primarij circa Diſputationes iſtas ſedulam nauare debent ope-
" ram, nec eſſe ſegnes aut deſides, vt ad vnguem ſeruentur, præceptoreſque
" nullos admittant quos ſub iuramento ad huiuſmodi articulorum obſerua-
" tionem non adſtrinxerint, vt ne ignorantia ducti repugnare audeant.
" Item nec vſurpent ſupra Dialecticos Grammatici, quin potius ſuis ſe
" contineant terminis & Dialecticam Dialecticis relinquant.
" Item ab Impudicis Hæreticorumque voluminibus quæ non ſolum ado-
" leſcentiam perdunt; ſed & animam perimunt, omnino abſtineant, & apud
" ſe nulla ſibi ſeruent, ne quis ignorantia excuſari valeat, quæ præterquam
" quod Senatorio Edicto, ita & totius Vniuerſitatis conſenſu prohibita
" ſunt, Vniuerſitatis Procurator recenſeat.
" Item Adoleſcentibus Rudimenta legere non negligant, vt in his edo-
" ctis facilè ſuperædificari poſſit.
" Item nullus Primatum ſeu Regentiam Pariſijs adipiſcatur, niſi ſit gradu
" inſignitus.
" Item ne prolixa barba, quod maximè indecorum eſt, legere permit-
" tantur.
" Item doceant diſciplinam bonam & caſtam cum pudore bono & gra-
" uitate honeſta, primoque ad Cultum diuinum ſuos Diſcipulos inuitent.
" Item quod omnes Lutheranæ factionis ſint immunes. Quod ſi aliqui
" ſint aliquo pacto ſuſpecti, ſine mora eijciantur.
" Item non vagentur Præceptores ad Ludos pilæ & Theatra aut huiuſ-
" modi turpia loca, aut forte ad cauponas, nec Diſcipulis dent commeatum
" ad liberè exeundum à foribus Collegij ne forte licentia abutentes ad ſi-
" milia loca diſcurrant; verùm illis verbo præluceant & exemplo.
" Item cogant aſſiduè ſuos Diſcipulos Latinè loqui ſub graui mulcta, &
" cum eos docent, reſpondere permittant, illorum potius quàm propriæ
" conſulentes vtilitati.
" Item auſteritatem & ſeueritatem nimiam deuitent, vſque adeò tamen
" vt nec minus lenes ſint, aut remiſſi in animaduerſione & correctione ſuo-
" rum ſubditorum.
" Item poſt figuram Sophiſma, Determinantias, Reſponſiones nullus
" Regens permittat ſuos exire domum, neuè eos ducat ſeorſum.
" Item tam Primarij quàm Regentes dent operam vt cogant omnes vul-
" go Portioniſtas dictos ad communem menſam venire.
" Item quod ſecretè interrogentur Adoleſcentes ſi inter eos aliqui fue-
" rint immorigeri, libros habentes ſuſpectæ Religionis, qui alios in ſuam
" ſententiam trahere conentur.
" Item quod omnes & Pædagogi Gradu non inſignes & Diſcipuli cincti
" vt à Præceptoribus ſecernantur, incedant.
" Item quod nullus ad Gradum recipiatur qui in lectionibus aſſiduus non
" fuerit; quod ſi vagabundus paſſim ad publicas Quæſtiones diſcurrere ſo-
" leat, à curſu arceatur.
" Item quod nullus *admittatur ad Actum Determinantiarum, niſi Pariſijs ſtu-*
" *duerit per ſpatium duorum annorum aut in alia Vniuerſitate, in qua duo anni pro*
" *pro vno numerantur.*
" Item nullus Primarius exigat à ſuis Præceptoribus pecuniam pro Re-

gentia, aut paciſcatur cum illis & Iuramento adſtringantur ſi minimè "
obſeruent. " 1542.
Item Primarij prouideant de victu ſalubri & ſano. "
Item viſitent ſinguli Primarij aut qui horum Vicesgerunt adiunctis ſibi vno, aut duobus grauioribus Regentibus ſingula cubicula, vt emendent quæ caſtiganda videbuntur. "
Item non fient omnino Lectiones publicæ in Collegijs non famatis, hoc eſt in quibus non fiunt actus & diſputationes Artium, nec in alijs eo tempore quo conſuetæ Lectiones fiunt in iiſdem, demptis tamen Lectionibus Regijs, præterea Sacræ Theologiæ, Iuris Canonici & Medicinæ. "

Hæc acta ſunt Rectore M. Nicolao du Gaſt, cui die 23. Iunij ſubſtitutus eſt M. Leodegarius à Quercu Collegij Marchiani Claſſicus, quo Rectore indicta ſupplicatio ſolemnis Edicto Curiæ ad hæreſeon extirpationem & fidei Catholicæ conſeruationem. Edixit enim Rex contra Lutheranos; & Curia Parlamentæa vetuit typis excudi eorum libros; inquiſitum quoque in Nouatores malè ſentientes de fide, & Curionibus Vrbis traditæ ſcedulæ in quibus formula continebatur inquiſitionis.

Eodem Rectore, cùm Rex edixiſſet vt omnes Extranei è Regno excederent propter bellum acre & vehemens quod habebat cum Imperatore, Vniuerſitas pluribus alienigenis abundans exiſtimauit ſua imminutum iri priuilegia, ſi illi Patriam repedare cogerentur. Adijt Cardinalem Borbonium Vrbis Pariſ. Gubernatorem; Item & Cardinalem de Meudon, vt qua pollebant apud Regem gratiâ, priuilegia peruetuſta & iam ab an. 1315. Vniuerſitati conceſſa, curarent ſarta tecta conſeruari. Illi apud Regem effecerunt quod volebat Vniuerſitas, & ita Rex ad ipſos in eam rem reſcripſit.

MESSIEVRS *j'ay receu voſtre Lettre du 24. de ce mois, & veu ce que m'eſcriuiez touchant la publication faite en ma ville de Paris, pour faire retirer les Eſtrangers hors de mon Royaume. Et quant aux Cleuois qui s'en ſont en-allez, pour les cauſes contenuës en vos lettres, il m'en déplaiſt. Car entendez que ie n'ay iamais entendu ny entends comprendre en ladite publication fors ſeulement les Subjets des Pays Patrimoniaux de l'Empereur. Et par ce leſdits Cleuois n'y deuoient eſtre aucunement compris, ne ſemblablement les Milanois, qui pour la tyrannie de ceux qui occupent la Duché de Milan qui m'appartient, ſe ſont retirez d'iceluy & venus en mon Royaume. Et au regard du Tudeſquin mon Armurier & Biennemute Orfevre, qui ont pris quelques Allemands ſeruiteurs experts en leur métier pour paracheuer les Ouurages que ie leur ay commandez; j'entends & veux qu'il ne leur ſoit riens demandé, & qu'ils ſoient exempts de ladite Publication pour les temps que deſſus. Au ſurplus quant aux remonſtrances qui vous ont eſté faites par les Recteur & Suppoſts de l'Vniuerſité de Paris, touchant les Eſcholiers Eſtrangers, dont ils ont priuilege, par lequel quelque guerre qu'il y ait, ne ſont contraints de ſortir, mais peuuent continuer leur Eſtude: Ie ſuis bien content,* MESSIEVRS, *que ceux & autres ayant dignité & charge aux Eſcholes & Colleges ioüiſſent dudit Priuilege & ne ſoient pareillement compris en ladite publication. Parquoy vous ferez entendre mon intention touchant cette affaire, où, & ainſi qu'il ſera requis. Et auſſi la ferez entretenir & obſeruer, comme il appartient. Et ſur ce ie prie Dieu,* MESSIEVRS, *qu'il vous ait en ſa garde.*

Eſcrit à Argilly le 29. iour de Iuillet 1542. Au deſſous. Signé FRANÇOIS, *& contreſigné* BOCHETEL, *& au deſſus.* A MES COVSINS LES CARDINAVX DE BOVRBON ET DE MEVDON. *A eſté par moy Sous-ſigné Secretaire de Monſeigneur le Cardinal de Bourbon & Doyen de l'Egliſe de Sens, cette preſente copie de lettres du Roy, Collationné à l'Original & ſe concorde. Fait à Paris le 3. iour d'Aouſt l'an 1542. Par* MESSIEVRS *les Cardinaux, Lieutenans Generaux pour le Roy à Paris. Ainſi ſigné* MARTHE.

Item eidem Rectori ſignificatum fuit Senatus Decretum quo vetabantur Præceptores & Pædagogi commiſſos ſuæ fidei Iuuenes loricatos, enſibus accinctos cum tympanis & lituis ad Indictum aut rus ducere prout conſuetudo inualuerat; qui ſecus facerent, denunciabatur perpetuo pri-

uatum iri. Ob id Rector Comitia habuit Generalia die vltima Auguſti &
1542. ſecundum Curiæ Decretum inhibuit Vniuerſitas ne Præceptores cum Iuuenibus rus petentes armis cincti aut militum more procederent. Inhibuit quoque ne barbam nutrirent; tunc enim inualuerat mos, vt plerique barbati immò barbatiſſimi videri vellent. Voluit etiam vt ſua Concluſio ad Curiam deferretur Actis inſerenda; item vt Collegia luſtrarentur; & luſtrata ſunt poſtea numero 18. quot erant tunc pleni exercitij. Cui luſtrationi interfuerunt Rector, Procuratores & Cenſores ſeu Reformatores Facultatis Artium cum Syndico & Quæſtore Vniuerſitatis.

Die 10. Octob. electus eſt in Rectorem M. Guillelmus Leueſque Baccal. Theologus & Philoſophiæ Profeſſor, apud Cardinalitium; quo Rectore geſta ſunt quæ ſequuntur. Imprimis die 28. Nouemb. relecta Capita Reformationis ad diſciplinam Scholaſticam pertinentia, eaque probata præter propoſitam de Quæſtionarijs Philoſophis materiam, quæ plurimum habuit difficultatis. Nonnulli enim eos omnino à Scholis ablegandos cenſuerunt, alij contra legendos: Nihilque certi hinc concluſum. Collatum quoque Sacerdotium S. Germani veteris M. Ludouico Quelain Doctori Theologo.

Die 16. Decemb. creatus Rector M. Guill. Cranſton, Scotus, & inſtructus 18. præſertim de Reformatione diſciplinæ deque Licentijs in Facultate Artium conſequendis, quæ contra ſtatuta ante tres annos cum dimidio malè diſtribuebantur. Cranſtoni ſuffectus eſt die 24. Martij Sabbato ſancto ante Paſcha M. Ioannes le Vaſſeur Pariſinus, ad quem extat hoc Epigramma Annæi Grenet Carnutæi.

Ante tuo Rector noſtris de nomine Muſis
Contigit, eiuſdem Nominis alter ades.
Ille Picardus erat, te docta Lutetia fudit.
Patria non eadem, Sanguis at vnus erat.
Securos calles Academia nomine tali
Sperauit, nec ſpes te duce vana fuit.

Ille in Comitijs die 7. Aprilis an. 1543. habitis Vniuerſitatem admonuit,
1543. quod Contractus cum M. Petro le Clerc Viceſgerente Conſeruatoris initi nota nulla reperiretur apud Tabelliones, necdum ipſe Petrus annuam Penſionem exſoluiſſet, nec ædificaſſet in Prato, vt tenebatur. Ad quæ tria capita reſpondit prædictus le Clerc, ſe nec penſitaſſe penſionem annuam nec ædificaſſe, propterea quod à die Contractus apud Curiam à Claudio Barbier perpetua lite ad menſem vſque Auguſtum anni ſuperioris fatigatus ſit. Item & alia per Vicarium Cardinalis Turnonij intentata, à quo ædificare prohibitus fuerat; pollicitus eſt tamen intra biennium ſe ædificaturum. Quoad Contractum verò, licet nullum illius exemplar habeat aut habuerit, paratum ſe tamen eſſe illum eundem agnoſcere, & alium inire prioris confirmatiuum. Tum verò vt legitur in Actis illius diei *Comparuerunt MM. Franciſcus Crozon & Iuo Bourgeois Notarij Regij in Caſtelleto Pariſ. qui notam Contractus inter Vniuerſitatem & D. Viceſgerentem ratione locationis & traditionis parui Prati Clericorum initi exhibuerunt, quæ ipſius Crozon organo lecta fuit.*

Die 7. menſis Iunij celebratæ ſunt exequiæ Præfecti Maris, quem Admirallum vocant, quibus iuſſu Regis interfuit Vniuerſitas; quia verò de loco Seſſionis contentio erat inter Vniuerſitatem & ſacræ Capellæ Canonicos, pridie eius diei deciſa eſt. Retulit enim M. Petrus le Clerc Viceſgerens Conſeruatoris, quod *cum heſterno die à DD. Cardinali à Giuriaco & D. Meldenſi Epiſcopo huiuſce rei gratiâ vocatus fuiſſet, ipſi Vniuerſitati locum dari & D. Rectorem cum Epiſcopis ſedere petierit. Cui quidem D. Rectori & Vniuerſitati è regione Pariſ. Eccleſiæ locus deſignatus fuit. Et ea propter Dominos ſacri ſacelli Canonicos qui hunc locum ſibi vendicabant, vocatos non fuiſſe.*

1543. REDVCTIO CVRSVS PHILOSOPHICI AD BIENNIŪ CVM DIMIDIO.

Die 23. menſis Iunij electus eſt in Rectorem M. Petrus Gallandius Gymnaſiarcha Becodianus, vir omnibus doctis boniſque acceptiſſimus. Quo Rectore, imprimis actum eſt de contrahendo ſtudio Philoſophico, ſeu de diminuendo tempore Curſus Artium. Tunc enim erat trium annorum cum dimidio; & pluribus placebat annum detrahi. Igitur die 6. Iulij apud S. Iulianum ea res primùm propoſita & agitata. M. Nicolaus Martimboſius *dixit aliarum Facultatum huiuſce florentiſſimi Gymnaſij Præceptores ſuis in Facultatibus ſtatuiſſe & ſemper ordinaſſe quæ ad ipſarum Facultatum honorem & prærogatiuam ac obſeruationem conducerent, & plerumque quæ minus forſan conſultè acta fuerant, in melius reformaſſe; quod ſi alijs conceſſum fuerit, nec ipſi Philoſophiæ Facultati denegari debere. Verùm cum Cœnobia & ea potiſſimum in quibus Philoſophia interpretatur, biennio & dimidio omnem Philoſophiam doceant, abſoluantque, licet toto illo Decumano tempore quam Quadrageſimam vocant, & Natalitio, inſuper feſtis & profeſtis diebus à Lectionibus abſtineant, Dominicamorum Schola Albertum & Thomam Philoſophos abſolutiſſimos pariter & eloquentiſſimos, & quamplures alios quos enumerare longum eſſet, pepererit, in eiſdem Philoſophia ipſa biennio & dimidio ſolum & ex integro legatur. Nam & ipſius præclaræ Facultatis boni Præceptores biennio & dimidio Philoſophiam ipſam integrè interpretaturi putandi ſunt, quaſi ad Philoſophandum aliquid faciat pallium aut cucullа! Etenim ſi vno anno Dialectica cum parte Moralis interpretetur, nec ſecundo anno repetantur Inſtitutiones illæ Dialecticæ Theoremataque fuſiùs explicentur, biennio & dimidio omnem Philoſophiam abſolui poſſe, ſemoto quoque tædio nulli dubium eſſe, cum poſtremus annus ſit fere otioſus annumque Intrantiæ quo Philoſophantes vel ad ſacram Theologiæ vel ſalubrem Medicinæ Facultates animum applicant, Antiqui dixerunt. Et ſi Antiquorum tantùm valuerit autoritas vt ex Quinquennio primùm Philoſophiæ ſtudentibus præſcripto, annus cum dimidio detraheretur, nunquid & ex alia iuſta cauſa annum alterum detrahere Facultati fas eſſe his potiſſimum diebus, quibus ſacra Philoſophiæ myſteria ſacramentaque reſerata & patefacta ſunt. Et tamen Philoſophiam ipſam prope labefactatam conſpici, cum Iuuentus ipſa temporis diuturnitate & inanibus repetitionibus pertæſa liberalibus bonarum Artium relictis diſciplinis, ad cæteras Artes capeſſendas vtilibus immò neceſſarijs, ipſaque Philoſophia neglecta ad Iura diſcenda animum inducat & ſeſe conferat. At niſi morbo debita medela adhibeatur, paucos & fere nullos fore Præceptores qui docendi Prouinciam ſuſcipere velint; detrahendum itaque à Philoſophiæ ſtadio eſſe annum illum inutilem, vt tandem priſtinam grauitatem autoritatem & prærogatiuam recipiat ipſa Philoſophia.* Addebant alij decurtationem illam nec Concordatis, nec Pragmaticæ-Sanctioni, nec Tutauilleæ Reformationi contrariam eſſe, cum in eis quoto quiſque anno Magiſtratu inſigniri debeat, non ſit cautum, ſed vt quinquennio ſolum verſetur ad Priuilegium conſequendum, ſit conſtitutum. Itaque pluribus id placebat; veruntamen obſtabant aliæ difficultates, quæ nec tam facile, nec tam citò reſolui potuerunt. Iterum ea de re actum Comitijs Centuriatis 11. Iulij, & rationes eædem quæ ſupra, fusè repetitæ aliæque additæ ob quas videbatur eſſe decurtatio illa vtilis, immò neceſſaria. Nihil tamen ibi concluſum, ſed hoc ſolummodo, maturius deliberandum, conſulendoſque viros ſapientes & alti conſilij. Nam Laſſeræus Coll. Nauarrici Prouiſor contra illam contractionem libellum ſupplicem Curiæ Pariſ. porrexerat nomine Facult. Theol. & Medicinæ.

Die 21. eiuſdem menſis actum tertiò ea de re cum Deputatis. Et quia obſtabat Decanus Theologiæ cum Adiuncto, concluſum vt Decani ſuperiorum Facultatum ſuas conſulerent ſeorſim Facultates, relaturi deinde earum ſententias proximis Comitijs. Id verò notandum quod accidit in hiſce Comitijs. Nam cum Decanus Theologicæ Facultatis obſtaret quominus Rector præeſſet, aiens ipſius Facultatem nempe Artium ſuper ea deliberaſſe, ipſumque Autorem eſſe aut Promotorem negotij; cumque ſuper ea re acris fuiſſet inter Theologos & Cancellarium Pariſienſem altercatio, tandem diſcedentibus Theologis, nec non Magiſtris

Facultatis Artium, idem *Cancellarius poſuit in medium & petijt deliberari,*
1543. *an D. Rector deberet huic Conuocationi adſiſtere, vel ne. Qui quidem DD. Deputati maturà deliberatione inter eos ſuper his præhabita, cenſuerunt eundem D. Rectorem tanquam Caput Vniuerſitatis & non tanquam Suppoſitum Facultatis Artium aſſiſtere debere huic conuocationi. Et ita organo D. Cancellarij concluſum fuit.*

Interim ſua Comitia Facultates habent, Theologica de ea re Senatum iam cognouiſſe dicit, & ſtatuiſſe ne quid innouetur; & id Rectori per Schedam ſignificat. Rector habet Comitia Centuriata die vltima Iulij, & duos ſcrupulos qui eſſent injecti ſenioribus, ſe adimere velle dicit, nempe quòd abbreuiatio illa videretur eſſe contra Religionem, & quòd nimia foret temporis breuitas. Se amare plurimum Philoſophiam & tanquam Parenti benè viuendi & ſciendi plurimùm tribuere & adſpiranti ad Theologiam non eſſe refugiendam, modò intelligamus Myſteria & ſacramenta Religionis Chriſtianæ non pendere ex Principijs & Placitis Philoſophiæ, quæ ex diametro pugnant cum fide Chriſtiana. Quamobrem omnes magni Philoſophi, vt Arrius, Eunomius, Porphyrius & alij tumentes perſuaſione factuoſa Philoſophiæ inciderunt in teterrimas hæreſes. Quod egregiè D. Hieronymus, Euſebius & alij Orthodoxi probauerunt Philoſophiam, quod attinet ad Theologiam, inter adiaphora referendam eſſe, & ſi illabatur in ſana pectora, bonam; ſi in improba, malam videri poſſe; Et Philoſophum per Philoſophiam ſolam fieri Theologum eſſe tam difficile quàm Gigantes olim montibus ſupra montes impoſitis, in cœlum adſcendere. Itaque ſi Theologo opus eſt Philoſophia, magis opus Grammatica, Rhetorica, Linguis & Hiſtoria vt populum certè poſſit erudire, permouere & ſacras litteras intelligere. Quia frequenter Myſterij intellectus pendet ex proprietate rerum, vt docet D. Auguſtinus l. 2. de doct. Chriſt. Itaque quemadmodum Iudæi tranſtulerunt opes Ægyptiorum vt vaſa pretioſa in ſanctuarium Domini, ita nos oportet omnium rerum Scientiam traducere ex autoribus profanis ad ornandam Theologiam. Quamobrem non opus eſſe vt Theologi hoc negotium coniungant cum Religione; cum media quæ opus habent demonſtrationibus plus ex ea re incommodi ſi quod eſſet, acciperent quàm Theologi.

De Breuitate, ſatis eſſe temporis in tanta luce diſciplinarum omnium & copia librorum optimorum, ſi Præceptores aſſidui & Diſcipuli in Officio futuri eſſent, ijs præſertim qui tranſire vellent ad Superiores Facultates ac alia vitæ genera. Si qui eſſent qui diutius vellent immorari vt Præceptores poſſent poſt Magiſterium eadem ſtudia tanquam ex Interuallo reguſtare: ex libris Philoſophicis quoſdam eſſe qui celeriter tranſcurri deberent propter exiguam vtilitatem, vt ſunt 8. libri Phyſicorum; alij qui per alios intelligi poſſent, aliquid relinquendum eſſe ingenijs Adoleſcentum. Quemadmodum omnes Artifices non omnia docent Nouicios Tirones quæ ſunt earum Artium, ſed multa relinquuunt eorum ingenijs effingenda. Et vt qui nouit Herculem pingere, etiam nouit Hydram, vt ait Cicero, ſic in Philoſophia cognitis libris quibuſdam ſingularum Artium, facilis eſt ad cæteros aditus. Deinde ſi momenta temporum diſpenſare probe velimus, vnus annus ſufficit Logicis, Ethicis & Elementis Mathematicarum Diſciplinarum *cùm Præceptores ſingulis diebus perlegant horas 7.* præter Diſputationes. Alter annus Phyſicis, Politicis, & Aſtrologicis; quod reliquum Metaphyſicis.

Dixit præterea Rector ſe non deterreri propter diſſenſionem quorundam qui repugnarent non ex malitia, ſed ex errore. Futurum vt quemadmodum ignis ex colliſione ferri & ſilicum, ita ex varietate ſententiarum & pugna veritas eliceretur; & quod oppugnarent, cognita veritate eſſent plauſibus excepturi.

His prolatis, quæ habentur in faſtis Academicis, lectus eſt libellus Theologicæ Facultatis per M. Stephanum Rufi Theologiæ Profeſſorem & Prodecanum porrectus, ſignatuſque Fournier. His autem verbis conceptus erat.

Honorande D. Rectori non vos latet ſupremam Curiam nuper ad ſupplicationem D. Prouiſoris Collegij Nauarræ ac D. Procuratoris Regij idem pro Rege requirentis ordinauiſſe quod Facultas Theologiæ & Medicinæ vnà vobiſcum in dicta Curia audirentur ſuper articulo concernente abbreuiationem Curſus Artium, & interim vobis fierent inhibitiones, ne ad aliquam Concluſionem faciendam procederetis, antiquum ritum immutantes ac huc vſque obſeruatam conſuetudinem provt conſtat per Reſponſionem & Ordinationem ipſius Curiæ in fine dictæ ſupplicationis inſertam. Quæ ſupplicatio & inhibitiones vobis debitè ſignificatæ fuerunt, Quibus reſpondiſtis *Que obeyrez à ladite Ordonnance de la Cour.* Quamobrem non poteſtis procedere ad aliquam Concluſionem ſeu immutationem faciendam, quovſque dictæ Facultates Theologiæ & Medicinæ vobiſcum in dicta Curia auditæ fuerint. Sacra autem Facultas parata eſt ibidem comparere, quoties dictæ Curiæ placuerit; Vos, digniſſime D. Rector ac ſalutiferam Medicinæ Facultatem requirens ac ſummans vt ita faciatis. Quod ſi contra dictas inhibitiones vlterius procedere ac Curiæ ordinationi contrauenire volueritis, proteſtamur de nullitate & attentatis. De Mandato D. Decani ex Ordinatione ſacræ Facultatis Theologiæ in Vniuerſitate Pariſ. Sig. Fovrnier. 1543.

His auditis, dictæ ſunt ſententiæ à ſingulis Facultatibus in hunc modum. Ab Artium quidem Facultate vnanimiter, ſtandum eſſe Decreto de Compendio Philoſophico, aliarum tamen Facultatum Deliberationes ad Conſilium deferendas, vt ex conſilio tandem hoc negotium concludatur.

Medicinæ Facultas refert ſe detrimentum pati non poſſe, ſi ex triennio cum dimidio detrahatur vnus annus, *modò Primarij & Præceptores inſtent & ſuper Diſcipulis debitè vigilent:* ac ſumptus aſſueti aliquantulum minuantur.

Decretorum Facultas ſcriptoquoque Deliberationem ſuam tradidit cum hac Epigraphe. *Conſilium DD. Iuris Doctorum de Abbreuiatione temporis Studij Curſus Artium in Vniuerſitate Pariſienſi.* Hæc autem verba continebat, vt ſequitur.

Die Martij vltimò Iulij an. 1543. Iuris Collegium ſuo fieri detrimento non ignorat, ſi vetus, & vt videtur, inueteratus creandorum in Artibus Magiſtrorum mos immutatus varietur. Subeunt in memoriam ſibi jactatæ publicè voces Artium Facultatem minui, dum creſcit in dies & augetur Decretorum Facultas. Præuidet Auditorum ſuorum numero qui magnus & frequens eſt, decedere quidquid Artium Doctoribus accedet. Accedet autem plurimum longi temporis amputatione illa de qua modo tota hæc deliberat Vniuerſitas. Noſtrum, inquam, ſcit hæc omnia Collegium quæ nemo neſcit Adſtantium, parſque bona intra ſe muſſat. Cæterum quod boni debent omnes, honeſtum præponens vtili publicaque commoda Priuatis ſuis anteferens Iuris Collegium diſcuſſis vndiquaque rationibus multis ac varijs in hanc demum ſententiam venit. Artes illas de quarum nunc agitur ſtudio, non eſſe Artium præcipuas, ſed peruias duntaxat, ad grauiores Diſciplinas, per quas eundum Iuuenibus non in quibus ſubſiſtendum ſit, Ancillares dici quæ famulatum miniſteriumque præſtent Altioribus. Circa quas hærere nimiſque magnũ ſtudium ponere Canones ſacri vitium, immò & Crimen vocant. Accedit ex Medicorum Aphoriſmis nimiſque veris, vitam eſſe breuem, Artem verò quamuis eſſe longam: Propterea debere omnes ad brabium hoc eſt ad ſtudiorum ſuorum ſcopum viâ quàm fieri poteſt, compendioſâ currere, ſiue ſit in legibus addiſcendis, diuinis & humanis, ſiuè Medicis defixus ſcopus Inſuper ſummâ Dei benignitate, nec enim fieri potuit aliter, paucis adhinc annis exortam videt admirabilem quandam peneque ſtupendam litterarum omnium abundantiam cui paria Deus ingenia ſuccreſcere fecit. Tanta ſimiliter fœcunditate ac Naturæ felicitate, vt ante pilos quod dicitur in pœne pueris admirari cogamur ſenum quorundam priſci temporis Doctrinam, ſeu Græcam quærat aliquis, ſeu Latinam. Certè tam benè ac fe-

" licirer natæ Iuuentuti non eſt inuidendum felix ad primorum ſuorum ſtu-
1543. " diorum curſum perficiendum diploma, ſicuti eſt in vulgato Iuriſconſul-
" torum prouerbio. Præterea ſolitum & vſitatum pro re nata non modò
" ſtudiorum leges ac tempora variari, ſed etiam ex accidentium quorum-
" cumque diuerſitate alia atque alia Iura conſtitui. Gallorum Pragmatica
" Theologico ſtudio præfiniuit annos decem, cui tantùm præſtituerat an-
" nos quinque Honorius III. Pontifex Romanus. Iuſtinianus contra in anni
" quinti metas duntaxat Iuris ſtudium produxit, cuius antea diuturnitate
" & confuſione Iuuentus enecabatur. Bonifacio VIII. viſum eſt ſepten-
" nium Arti cuiuis diſcendæ ſufficere. Nihil tam fixum, tam ſemel ſtatutum
" quod non ratione cogente mutari debeat. Suadet igitur conſulitque pro
" ſua Facultate Iuris noſtri Collegium vt de Triennio cum ſex menſibus
" quantum ſolet in Artium curſu temporis inſumi, annus adimatur. Et Iu-
" uenibus ad illarum Primarum Artium Magiſterium adſequendum ſicuti
" biennium cum ſemeſtri abunde ſufficit: Ita non longior eo terminus præ-
" figatur, ne deinceps curſu prolixiore anhela Iuuentus tam longæ viæ
" tædio ſpiritum perdat qui potioribus diſciplinis erat ſeruandus. Hæc om-
" nia ſi bona pace Regis ac Papæ liceant, ab Artium tamen Doctoribus &
" Profeſſoribus ceu ſuo quodam Iure poſtulat hoc noſtrum Collegium, vt
" poſt expoſitos diligenter Argumentorum locos, tractataſque Ratiocinan-
" tium ſedes rem Iuriſperito apprimè neceſſariam libros Ethicorum & Po-
" liticorum peritiam tradentes, vigilijs viribuſque totis Iuuentutem do-
" ceant. Ab illis enim noſtra hæc Iuriſprudentia velut ab Aſſumpto Con-
" cluſum tota pendet ac proficiſcitur, vbique ſalua & interueniente gra-
" uiſſimi ornatiſſimique viri D. Cancellarij Vniuerſitatis autoritate. Hæc
" habui ſuper Propoſitis quæ nomine Collegij mei referrem, Iuſſus etiam
" ſcripta & à me ſignata exhibere publico Scribæ. Quintinus Facult. De-
cret. Decanus manu propria.

Ex his concluſum exiſtimari cæteras Facultates nihil detrimenti paſſu-ras, ſi Curſus Philoſophicus ad biennium cum dimidio redigatur; earum tamen deliberationes conſilio Vniuerſitatis ſubijciendas, vt habitâ deliberatione quod iuris erit, concludatur. Exiſtimauit autem Conſilium ſupplicem libellum eſſe Regi ſuper ea re porrigendum. Et die 8. Auguſt. Rector in Becodiano rem cum Deputatis communicauit, abſente Decano Theologiæ, licet legitimè vocato. Actum ea de re adhuc ſæpius, ſed ob libellum Curiæ porrectum, non potuit in Vniuerſitate peragi.

Spifamius autem Cancellarius cui decurtatio iſta plurimum erat cordi, videns ſe quodammodo deludi, libellum quoque Curiæ porrexit quo ſe Vniuerſitatis Primarium eſſe contendebat, idque pluribus inſtrumentis patefacturum pollicebatur, quod cum Curia ipſi Vniuerſitati ſignificari iuſſiſſet, die 22 Decemb. habitis Comitijs, audito Procuratore fiſci reſponſum tum deliberaturam Vniuerſitatem cum Cancellarius Inſtrumenta illa quæ commemorabat, exhibuiſſet. Sed id potiſſimùm notatu dignum, quod Facultas Artium M. Petro Gallandio id negotij dederit, vt moiſeret prædictum Cancellarium, ſciſcitareturque *an eiuſmodi ſuo libello etiam Facultatem Artium comprehendere & complecti intenderet.* Sic ergo injecta mora propoſitis.

Eodem Gallandio Rectore die 1. Aug. promulgati ſunt voce Præconis Articuli numero circiter 25. expoſitiui orthodoxæ fidei, prout fuerant à Theologica Facultate conſcripti: ad quos etiam conficiendos Baccalarij in Theologia ſuas ſententias contulerant, vt intelligimus ex Actis 7. April. qua die factæ ſunt ſupplicationes ſolemnes, maximè *quòd cum hiſce diebus ipſa ſacra Facultas nonnullos articulos fidem noſtram Orthodoxam concernentes adque hæreſes pellendas maturè condidiſſet: & ad quorum editionem fuerunt vocati Baccalarij, fueruntque DD. Doctorum & Baccalariorum omnium Syngraphis obſignati, eoſdem D. noſter Rex approbaſſet ac in toto Regno publicandos voluiſſet, & ne aliter quàm in eiſdem continetur, concerneretur, inhibuiſſet.* Ergo die 1. Aug. editi ſunt illi Articuli, deinde iuſſu Regis typis mandati;

mandati; contra quos edidit Caluinus librum quendam quem vocauit " Antidotum, & Theologos accuſat, quaſi vellent ipſi ſibi Articulorum fi- " 1543. dei diſpoſitionem & Cenſuras deſpotice arrogare. Verum contra eiuſmo- " di criminationem ſtant Facultatis Theologiæ Decreta; de quibus præ- " clarè Ioan. Arboreus Doctor Sorbonicus lib. 3. Theoſophiæ c. 27. cuius " verba ſubijcimus. "

Ad hæc difficillima & perardua rei hæreticæ diſcutienda negotia plurimum habet momenti; & conferet ſacratiſſima Theologorum Pariſienſium Facultas, quæ tametſi extremam hiſce Cenſuris manum non adhibeat nec admoueat, nec finiat quicquam quod ad obedientiam obſtringat omnes, exactè tamen, ſincerè & doctiſſimè Eccleſiaſticas imitando ſanctiones, iudicat, profert, eloquitur & admonet. Nec tamen abſque ſtabili & inconcuſſo iudicio docet quidnam ſit prorſus fugiendum & euitandum in pernicioſiſſimis Hæreticorum Dogmatibus. Selegit & illa peritiores, ingenioſiores & eos qui præcellunt & doctrina & iugi in hac arena exercitatione. Refert vnuſquiſque ſuas lucernulas, ſuumque Codicellum Facultati ac compoſitiſſimo Theologorum Ordini. Vtrinque excutiuntur qui ſuboriri poſſunt ſcrupi. Accuſati rationes librantur, & ex ditiſſimo ſacræ Scripturæ penu promuntur ad illum confutandum, conſtitutis tamen Iudicibus, certiſſima Teſtimonia. Cenſent & reum, aut deprauaſſe ſacras litteras, aut perperam intellexiſſe. Nec exiſtimo in tam celebri Theologorum Collegio quidpiam temerè ſtatutum eſſe & concluſum. Bonus illis adſpirat Genius, & plerumque cæleſtis aura & diuinus afflatus. Maximè colunt & obſeruant ſanctiſſima Eccleſiæ Decreta & commodiſſima Roman. Pontificum Sancita. Quæ licet non efficiat ſua ſententia, vt hæc vel illa aſſertio ſit ſimpliciter hæreſis, ſic quod nunquam fuerit, efficit tamen vt Nobis per ſuam Cenſuram pateat illam eſſe hæreticam quæ antea nos latebat, an meritò dici poſſet hæreſis. Nec definiens aliquid fide tenendum ſua definitione efficit veritatem illam eſſe Catholicam.

Die 27. Septemb. in Comitijs Generalibus conſulta eſt Vniuerſitas à ſuo Procuratore Generali quid fieri placeret de Magno Prato Clericorum, quod ante placuerat muro aut foſſa circundari; verùm ob defectum pecuniæ nihil agi potuerat; quanta autem eiuſdem Prati menſura eſſet ſubjecit exhibitâ menſione facta an. 1540. & per Scribam lectâ, quæ talis erat. MAGNI PRATI MENSIO.

Die 23. Iulij congregatâ Facultate Artium deliberatur de vice præſentationis ad Curiam S. Andreæ de arcubus vacantem per obitum M. Petri le Clerc; in eo difficultas poſita erat, quod paulo ante Capellania Sauoiſiana vacaſſet per ingreſſum in Monaſterium profeſſionemque publicam *Martini de Doüay*, eiuſdem poſſeſſoris. Sicque à Medicorum Ordine præſentari debuerat prior vacans, poſterior à Natione Gallicana. Natio ergo ipſa annuentibus cæteris præſentat Vniuerſitati poſtridie M. Petrum de Hodicq Decanum Tribus Pariſienſis. Medicorum verò Facultas D. Froydeval, contemptâ præſentatione Capellaniæ. Decretorum ordo ipſi fauit. Theologicus verò Nationi Gallicanæ. Rector *dixit duas eſſe Facultates quæ approbant nominationem factam à Gallis ad Curionatum S. Andreæ, nempe Facultatem Artium & Theologorum. Et ideo cum Facultate Artium matre ſua & Facultate Theologorum nominare & præſentare ad prædictam Eccleſiam S. Andreæ de arcubus eundem Petrum de Hodicq. Et ita concluſit idem Rector. Quam quidem Concluſionem idem prædictus D. Dufour Decanus Facultatis Medicinæ pro refutatione accepit,* Gallicè pour refus, *& proteſtatus eſt de habendo recurſum ad quos decebit, petijtque actum de præmiſſis à me ſcribi, fieri atque ſibi tradi.*

Eiuſdem M. Petri le Clerc obitu vacabat Proconſeruatio Priuilegiorum Apoſtolicorum quam Cardinalis Caſtillionæus contulit M. Martino Seguyer in Iuribus Licentiato, Eccleſiæ S. Marcelli ſuburbani Decano, qui ab ipſo Cardinale Inſtitutorias haſce litteras produxit.

Litteræ Proconſervationis Apoſtolicæ.

« Odo miſeratione, diuina tit. S. Adriani Sacroſanctæ Rom. Eccleſiæ Diaconus Cardinalis à Caſtellione vulgariter nuncupatus, Epiſcopus & Comes Beluacenſis, Par Franciæ, Iudex & Conſeruator vnà cum quibuſdam alijs ſuis Collegis cum illa clauſula. Quatenus vos vel duo, vel vnus veſtrum per vos, vel alium ſeu alios, Priuilegiorum Vniuerſitatis Magiſtris, Doctoribus & Scholaribus Pariſijs ſtudentibus à S. Sede Apoſtolica indultorum, ab eadem ſede ſpecialiter deputatus Venerabili & Circunſpecto viro D. D. & M. Martino Seguyer in Iure Ciuili Licentiato Decano Eccleſiæ Collegiatæ S. Marcelli prope & extra muros Pariſienſes Salutem in Domino ſempiternam. Quoniam certis arduis noſtri Epiſcopatus legitimè præpediti negotijs circa conſeruationem dictorum Priuilegiorum, cognitionemque, examinationem, deciſionem & definitionem cauſarum Priuilegia huiuſmodi ac perſonas Priuilegiatas concernentium, & quomodolibet tangentium in ſede & Auditorio Conſeruationis eorundem Priuilegiorum coram Nobis ſeu Noſtro pro tempore Viceſgerente, inter prædictas, & alias quaſcunque Perſonas hactenus intentatarum & in futurum intendendarum, cognoſcendarum, examinandarum, decidendarum ac definiendarum commodè vacare non poſſumus de præſenti, Vobis de quorũ ſcientia, idoneitate, peritia, ac circunſpecta diligentia non immerita confidimus, ad cauſas huiuſmodi omnes & ſingulas cognoſcendas, examinandas, decidendas, terminandas & definiendas, nec non ad dicta priuilegia aliàs conſeruanda, & etiam circa correctionem, punitionem & omnimodam in melius reformationem delinquentium, excedentium, & abutentium in & contra dicta priuilegia eidem Vniuerſitati conceſſa & Iuriſdictionem noſtram; immò veriùs Apoſtolicam omniaque alia generaliter & ſingula, eas & ea quomodolibet tangentia ab eiſque dependentia & emergentia quæcumque Officio Conſeruationis incumbentia, exercenda, facienda & exequenda committimus vices noſtras, «

" donec eas ad nos duxerimus reuocandas, voſque noſtrum Generalem circa ea omnia & ſingula Viceſgerentem facimus, conſtituimus, deputamus & ſubdelegamus per præſentes, requirentes DD. Rectorem & Almam Vniuerſitatem Pariſ. quatenus vos recipere ac in poſſeſſionem corporalem, realem & actualem ponere, & inducere, ſeu poni & induci facere velint & dignentur, præſtitis prius per vos juramentis in talibus præſtari ſolitis & conſuetis. Et ſi forte nos in poſterum contingat in & ſuper præmiſſis aut aliquo præmiſſorum per nos vel alium aliquo modo procedere, de quo nobis omnimodam reſeruamus poteſtatem, non intendimus propterea Commiſſionem huiuſmodi reuocare, niſi de ipſa reuocatione ſpecialem & expreſſam in litteris noſtris fecerimus mentionem. Datum Compendij Sueſſion. Diœceſ. an. Dom. 1557. die vero 4. menſis Aug Sic ſignatum. ODO CARDINALIS DE CASTELLIONE. Et ſupra plicam. DE MANDATO REVERENDISSIMI D. CARDINALIS A CASTELLIONE DOMINI MEI. *Signé*, DE LA SAVLX. *Scellé des armoiries dudit Seigneur* CARDINAL.

1557. Prædictus ergo Seguierius litteris iſtis exhibitis, vnanimi omnium Ordinum conſenſu receptus admiſſuſque eſt die 16. Aug & præſtitis juramentis ſolitis, *ductus fuit per D. Rectorem in Prætorium Curiæ Conſeruationis eorundem Priuilegiorum & in poſſeſſionem corporalem, realem & actualem ipſius Officij Viceſgerentis poſitus, ac in Cathedra eiuſdem Curiæ inſtallatus extitit, nemine reclamante; præſentibus ven. & ſcientifico viro D. le Clerc Decano ſacratiſſimæ Facultatis Theologiæ, 4. Procuratoribus Nationum, Martino Meſnart Procuratore Generali eiuſdem Vniuerſitatis & quam pluribus alijs.*

Die 19. Septemb. habitæ ſunt ſupplicationes ſolemnes pro Pace à Deo impetranda; delatæ Reliquiæ S. Genoueſæ ad Baſilicam Pariſienſem magna omnium frequentia; ijs interfuit Vniuerſitas, ſed propter thenſarum delationem Canonicorumque Regularium & Eccleſiæ Pariſienſis pertinaciam non omnino ſeruato ſuo antiquo ordine. Ne tamen id noceret, Senatus hoc cauit Senatuſconſulto.

Extraict des Regiſtres de Parlement.

" CE iour pour ce que les Recteur & Vniuerſité de Paris, vouloient marcher en la Proceſſion les derniers, auec les Egliſes de Noſtre-Dame & ſainte Geneuiefue, a eſté ordonné par la Cour que ſans preiudice de leurs droits, ils iroient en cette Proceſſion immediatement deuant leſdites Egliſes de Noſtre-Dame & ſainte Geneuiefue, & m'a eſté ordonné leur bailler ce preſent Acte pour la conſeruation de leurſdits droicts. Fait en Parlement le 19. iour de Septembre l'an 1557.

" Ainſi ſigné, Collation eſt faite DV TILLET. *Exhibitum autem fuit prædictum Decretum per D. Chollet Rectorem.*

Die 10. Octob. electus eſt in Rectorem Academiæ M. Stephanus Creneüil Baccalaureus in Theologia bonarumque litterarum amantiſſimus in Collegio Lexouæo manens; inſtructus autem die 12. ab antiquo Rectore M Richardo Chollet de 4. capitibus. 1. de diplomate Regio, quo per modum vt vocant Prouiſionis non adſtringebatur Vniuerſitas, ad ſolutionem vectigalis vinarij, 2. de reformatione Vniuerſitatis. 3. de multis Actis Inſtrumentiſque publicis quæ ex arca communi deprompta fuerant à nonnullis, nec in eam relata. 4. de audiendis rationibus Quæſtoris.

Die 27. Octob. congregati Deputati cenſuerunt mittendos ex Academicis nonnullos ad Regem pro exemptione à vectigali vinario, affectâ propemodum re Academica in Curia Generalium. Et miſſi Gallandius & Ramus cum Montelone Patrono. Sedilli reſponſum non ſatis gratum retulerunt die 2. Nouemb. nempe hos tantum exemptos, *Primarios, Regentes, Doctores actu Regentes in Facultatibus*; prætermiſſis cæteris, Nuncijs, Pergamenarijs, Papyrapolis, in Medicina Doctoribus non actu Regentibus, vt legitur in Reg. Vniuerſ. Idem in Actis Medic. ad 4. Non. nempe

nempe velle Regem Gymnaſiarchas Præceptores & Scholaſticos alioſque Facultatum Profeſſores gaudere priuilegio ipſo; quoad reliquos verò Doctores puta Medicos, Nuncios & cæteros, alio die ſe ſignificaturum quid fieri velit, quoſque comprehendi, quos excludi. Sic inquit Decanus: *Iniquitate Iudicum vrbanorum pars Academiæ præcipua à priuilegijs excluſa eſt, quod nunquam antea contigerat.* Graue fuit & moleſtum mancam cernere Rempub. litterariam; itaque placuit die 6. alios mittere legatos Regemque edocere quibus ex membris conſtet Vniuerſitas, in ijſque Medicos, Nuncios, Librarios, alioſque eiuſmodi comprehendere. 1557.

Die 16. Decemb. ſuffectus eſt in gerendo Rectoratu M Claudius Charlet ex Collegio Pleſſiaco; inſtructuſque poſtridie. 1. de reformatione Academiæ, & quod D. Verjus petat emolumenta Rectoratus ſibi enumerari. 2. de reponendis in Arca communi munimentis publicis, quæ habentur à diuerſis. 3. de rationibus reddendis à Quæſtore ærarij.

Eo Rectore, menſe Ian. exeunte, cœperunt Incendia ædificiorum Prati reuiuiſcere, tumultuſque iterum excitari, quamobrem, quaſi ille à Senatu ea de re admonitus, ſtatim Gymnaſiarchas, Præceptores omniumque ordinum Regentes conuocauit, vt ſuos continerent, ne quid à Scholaſticis pepetratum dici poſſet, id verò negotij potiſſimùm demandatum Petro Ramo & Gymnaſiarchis Iuſtitiano & Cenomanenſi.

Die 21 Feb. duo fuerunt capita deliberationis. 1. de concilianda pace finiendaque lite orta inter DD. Froideual à Medicis, & de Hodicq à Natione Gallicana præſentatos ad Curiam S Andreæ de Arcubus. Vtrique placuit cedere iuri ſuo & reſignare D. le Court; admiſſaque eſt reſignatio, ſaluo quocumque iure, quoad proximam vicem præſentationis. 2. de Nuncijs, quos viſum eſt adſtringere, vti Pariſijs habitarent potius quàm in vrbibus, locis aut oppidis, quorum Nunciatum exercebant.

Die 24. Martij nominatus eſt Rector M. Audebertus Macere è Colleg. Nauarrico & 26. inſtructus de negotijs Vniuerſitatis: quo Rectore 4. April. facta eſt Congregatio de negotio Prati Clericorum, quod placuit committi ijſdem Gymnaſiarchis, Iuſtitiano & Cenomanenſi.

Ad hunc annum notare inſuper iuuat, quod cum Cardinalis Lotharenus Bullas à Pontifice obtinuiſſet ad conſtituendam in Francia quemadmodum in Hiſpania *Inquiſitionem*, eaſque Rex Edicto Compendienſi 14. Iulij voluiſſet Actis Curiæ inſcribi, illa futura pericula, damnaque proſpiciens, Iuriumque Eccleſiæ Gallicanæ imminutionem, hiſce conatibus fortiter obſtiterit. 2. quod die 4. Septemb. habita à Chriſtaudinis ſeu Caluiniſtis quos *Lutheranos* vocabant, Conuentu nocturno 400. circiter vtriuſque ſexus in via Iacobæa è regione Collegij Pleſſæi & pone Sorbonicum, illi à Burſarijs Pleſſæis detecti, ſubinde à Proprætore Capitali capti fugatiue ſint; quorum qui capi potuerunt, paulo poſt ſupplicijs affecti ſunt. Verum moram aliquatenus iniecerunt plurimi Magnates, inter cæteros Rex Nauarræus & Princeps Condæus, qui cum Hæreticis Prato Clericorum hymnos Dauidicos ſuo more concinentibus comprecari non erubuerunt; quod ſcelus Vniuerſitas ſolemni ſupplicatione paulo poſt expiandum cenſuit.

Anno 1558. die 11. April. craſtina Paſchæ idem Rector, comitantibus Procuratoribus, Intrantibus Nationum, Apparitoribus ſeu Bedellis aliiſque quamplurimis Præceptoribus & Magiſtris Cœnobium adijt D. Germani Miſſamque ibi ſolito more audiuit; qua audita ad Pratum Clericorum acceſſit, luſtrauit, *& conſuetas Proteſtationes fecit*, vt legitur in Actis. 1558.

Idem Rector Deputatorum habuit Comitia in Regia Nauarra die 13. April. aperuitque Regis litteras quibus inuitabatur Vniuerſitas adeſſe funeralibus exequijs Eleonoræ Reginæ. Talis autem erat ſuperſcriptio.

A Nos tres-Chers & bien-Amez les Recteur, Maiſtres, Eſcholiers & Suppoſts de noſtre premiere & Aiſnée fille l'Vniuerſité de Paris.

1558. DE PAR LE ROY.

TRes-Chers & bien-Amez ayans eſté aduertis que puis n'agueres il a
» pleu à Dieu appeller à ſoy feuë noſtre tres-chere & tres-amée Dame
» & belle-mere la Reyne Leonor Doüairiere de France: nous auons ordon-
» né luy eſtre fait pour ſes Obſeques & Funerailles vn ſeruice ſolemnel en
» l'Egliſe de Noſtre-Dame de Paris, le Ieudy prochain d'aprés la feſte de
» Paſques, où nous vous mandons aſſiſter comme vous auez accouſtumé de
» faire en pareil acte des Reynes de France, ainſi que vous dira plus au long
» de noſtre part, noſtre amé & feal Conſeiller & Maiſtre d'Hoſtel le ſieur
» de Leſigny Donné à Fontainebleau le 4. iour d'Avril 1557. auant Paſques.
» Signé HENRY, au bas CLAVSSE.

Die 20. Maij habita ſunt apud Mathurinenſes Comitia in quibus deliberatum eſt de inſtituenda ſolemni & extraordinaria ſupplicatione ad expiationem contaminati ab Hæreticis prati; in quo Conuentus ſuos ad ſubruendam fidem habebant. Placuit verò intereſſe Scholares cum albis cereis, addique communibus Precibus in Collegijs recitari conſuetis, antiphonam hanc: *Exurge Domine! adiuua nos.*

Die 23. Iunij electus eſt in Rectorem M. Petrus Gemelli, inſtructuſque 25. quo Rectore abrogatæ ſunt feriæ Indictiuæ Scholaſticorum, iuſſu Regis & autoritate Senatus, cuius Decretum vt audiret Vniuerſitas, Comitia generalia habuit die 2. Aug. eoque lecto cenſuerunt omnes Ordines eſſe parendum. Tale autem eſt.

Extraict des Regiſtres de Parlement.

INDICTÆ SCHOLASTICVM PROHIBITVM.

» SVr ce que Du Meſnil pour le Procureur general du Roy a dit, qu'é-
» tant le Recteur de l'Vniuerſité de Paris preſent, il leur a ſemblé de-
» uoir faire vne remonſtance & requeſte à la Cour, laquelle a eſté par cy-
» deuant & par pluſieurs fois faite. C'eſt que d'vne couſtume ou plûtoſt
» par vne Auarice & corruptelle les Regens & Pedagogues menent les Eſ-
» choliers au Lendit, *& nouiſſimè,* continuant cela, ils les y ont menez enco-
» res contre la forme & maniere, qui toutefois ne fut onques trouuée bon-
» ne, auec le Tabourin & l'Enſeigne déployée en armes, *his præſertim tem-*
» *poribus turbulentis & infeſtiſſimis*, ſe ioignans auec eux pluſieurs vagabonds
» & gens de neant, *quod eſt maximè videndum*, joint la ſaiſon de l'Eſté, &
» que durant cette Canicule les maladies ſont fort à craindre, requerant
» à cette cauſe eſtre faites & reïterées les deffenſes aux Principaux, Re-
» gens & Pedagogues de plus mener leſdits Enfans, & Eſcholiers, en telles
» Aſſemblées, ne autrement au Lendit, appellé *le petit Lendit*, & que ledit
» Recteur preſent, ait à faire entendre, & ſçauoir auſdits Principaux, Re-
» gens, Pedagogues & autres, l'Arreſt qui interuiendra. Et outre luy eſtre
» enioint de faire contenir les Eſcholiers de cette Vniuerſité, ſans les laiſſer
» aller au Pré aux-Clercs, pour y faire aucuns excez, pour ce qu'ils ont eu
» quelque plainte qu'ils recommençoient à remuer ménage, le tout ſur
» peine de telles amandes & punitions corporelles & exemplaires que la-
» dite Cour aduiſera.

» LA COVR en enterinant la requeſte preſentement faite par le Procu-
» reur general du Roy, a reïteré & fait defenſes expreſſes aux Principaux,
» Regens, Pedagogues & autres ayans Enfans en leurs charges, ſoit és
» Colleges ou horsiceux en cette Vniuerſité, de les mener ou ſouffrir aller
» au *Petit Lendit*, ſoit en Armes & Tabourins, ou autres Aſſemblées, ſur
» peine de priuation de leurs priuileges & de punition corporelle s'il y eſ-
» chet. Et enjoint au Recteur preſent, faire publier auſdits Principaux,
» Regens, Pedagogues & Suppoſts, le preſent Arreſt, en pleine Congre-
» gation de l'Vniuerſité, à ce qu'ils n'en puiſſent pretendre cauſe d'igno-
» rance. Et outre fait icelle Cour inhibitions & deffenſes, ſur les peines

que deſſus, à tous les Eſcholiers & Suppoſts de l'Vniuerſité de Paris, « d'aller ne s'aſſembler au Pré aux-Clercs, ny és enuirons pour y faire ex- « cez & à heures indeües, ains leur enjoint ſe pouruoir & addreſſer à ladite « Cour s'ils y pretendent quelque choſe de nouuel, pour leur y faire droit « le plus promptement que faire ce pourra. Fait en Parlement le 26. iour « de Iuillet l'an 1558. Ainſi ſigné Dv Tillet. « 1558.

Lectum eſt hocce Decretum die 2. Aug. omnibuſque Ordinibus placuit pareri, admonerique Gymnaſiarchas vt ſuos continerent deinceps, feriaſque illas Indictiuas autoritate Senatus fuiſſe abrogatas.

Eadem die decretæ ſunt M. Audeberto, Macereo antiquo Rectori litteræ Commendatitiæ ad Cardinalem Lotharingum, quarum ſuperſcriptio talis erat.

Illvstrissimo et Sapientissimo Lotharingiæ Cardinali. Talis verò tenor Epiſtolæ.

Schola Pariſienſis S. P. D.

Cvm M. Audebertus Macereus Preſbyter Pariſienſis & Theologiæ « Candidatus de geſto Recturæ rationem nuper nobis redderet, Cardinalis Illvstrissime omnium noſtrum animos ſingularis ſuæ pruden- « tiæ recordatione commouit. Quamobrem, quod viris de nobis optimè « meritis ſolemus, ei ad te commendatiuas de meliore nota litteras decre- « uimus, quod neminem ſeu Principem, ſeu Antiſtitem haberemus, cui vi- « rum omni litterarum & virtutum genere tam excellentem potius quàm « tibi commendare deberemus. Sed huiuſmodi litteras ad te dari tum ſuſti- « nuit, commemorandis ſiquidem beneficijs quæ à te maxima accepiſſet, « tuæ erga ſe benignitati, ſuæque modeſtiæ iniuriam ſe facturum eſſe pro- « feſſus eſt, ſi magis quàm eſſet tibi, commendatus eſſe cuperet. Quin Af- « fricani illius minoris moderationem ſuperare ſe velle dixit: Nam illum « cum Cenſor luſtrum conderet, Deoſque rogare videretur vt Pop. Rom. « res meliores ampliores que facerent, quod ſatis bonæ ac magnæ eſſent; « precatum tamen fuiſſe vt eas perpetuò incolumes ſeruarent; ſe verò nu- « da gratiarum actione contentum fore. Quambrem Cardinalis « Illvstrissime! mutatâ litterarum noſtrarum formula, tibi maximas ha- « bemus atque agimus gratias, quod Macereum noſtrum immò potius tuum « iamdiu tam benignè alis. Tantum faxit Dominus, vt vna cum tota ge- « neroſiſſima tua Gente illi, nobis, Galliæ, Reipub. denique Chriſtianæ « ſaluum & incolumem te ſeruet. Quod ab illo poſcere votis quotidianis « debemus, & niſi valde ingrati eſſemus, volumus. Vale. Datum Lutetiæ « Pariſiorum an. Dom. 1558. 4. Non. Aug. De Mandato ipſius Academiæ. « Sig. Laffile'. «

Die 10 Octob. electus eſt in Rectorem M. Iacobus Heuſte & inſtructus die ſequenti; quo Rectore, nihil video actum dignum memoria: Niſi quod in Actis Curiæ legitur ad diem 13. Octob. inter Medicos Pariſienſ. tum interceſſiſſe tam impium Schiſma, vt ægrotos contrarijs ſententijs enecarent.

Ce iour ſuiuant la remonſtrance faite par le Procureur general du Roy, de ce que les Medecins de cette Ville, par enuie & mauuais vouloir des vns contre les autres trouuoient mauuais ce que chacun de leurs Compagnons ordonnoit aux malades, leur baillant ſouuent des Receptes & Medecines du tout contraires à la qualité de leurs maladies, & ſe trouuoient ordinairement contraires en opinions les vns des autres, non pas à autre fin, ſinon animo contradicendi & per inuidiam, *menans auec eux aux Conſultations, non pas ceux que demandent les malades, mais ceux qu'ils ont affectez & ſubornez auec eux, qui eſtoit choſe tres-perilleuſe pour la Republique. Eſt venu en ladite chambre M. Antoine du Faur Docteur-Regent en la Faculté de Medecine & Doyen de ladite Faculté; auquel a eſté remonſtré ce que deſſus, à ce qu'il ait à aſſembler la Faculté de Medecine, & aduiſer enſemble de ſe conduire, de ſorte que Dieu & la Republique n'y ſoient*

plus offenſez, ſur peine de s'en prendre à ceux qui ſeront trouuez vſans de telles
1558. *pratiques. Ce qu'il a promis faire.*

Die 16. Decemb. Petrus Viel è Collegio Nauarrico Rector ſuffectus & 17. inſtructus de tribus capitibus, de re Pergamenaria toties agitata, de quadam noua via M. Petri Rami, & de Prato Clericorum, in quo nouæ fuerant ſubortæ ſeditiones.

Die Lunæ 2. Ianu. vt habetur in Reg. Med. conuocata fuit Vniuerſitas apud. Math. deliberatura de defendendo Iure Nunciorum & de malè à quibuſdam attentata euocatione quarumdam litium Scholarium à noſtro Iudice ad Priuatum aut Magnum appellatum Conſilium. Viſum eſt eundum eſſe ad Illuſtriſſimos Cardinales à Lotharingia & à Caſtillione, vt vna eademque opera benigno Cardinalium fauore & Nunciorum & Euocatorum ratio haberetur.

Poſtulauit etiam vir de re litteraria bene meritus Michaël Vaſcoſanus, vt toti Librariorum Iuratorum Ordini beneuola fieret Vniuerſitatis adiunctio, quâ liberi forent ab excubijs, ad quas à Proprætore Pariſienſi cogi videbantur. Quod conceſſum eſt.

Die Dominica 8. Ianu. Conuocatis apud Rectorem in Regia Nauarra Deputatis Vniuerſitatis, præſente quoque D. de Montelon Patrono duo Capita fuerunt propoſita, de Cauſarum Euocatione & de Nunciorum priuilegijs.

1559. Anno 1559. die 17. Maij congregatis Deputatis apud Marchianum in cubiculo Rectoris actum eſt de Prato Clericorum, quæſitumque an expedientius foret illud foſſis circummunire quam limitibus lapideis ad prohibendum ingreſſum curruum & aurigarum. Placuit verò limites apponere lapideos quia maioribus ſumptibus foſſæ fierent.

INIVRIA RECTORI FACTA VINDICATA.

Die 24. Maij idem Rector habitis Comitijs Generalibus apud Mathurinenſes expoſuit ſibi factam grauem iniuriam à quodam Magiſtro in Artibus nomine Dionyſ. Vallin. Hanc ob cauſam ſe nempe à Principe Senatus Pariſ. die D. Nicolao ſacra acceſſitum iuſſumque affixis ſcedulis, ad compita vetare ne quis Scholaſticus armatus in Pratum Clericorum deſcenderet ſeditionis cauſa; Dionyſium verò Vallin ad Collegium Marchianum profectum iniurias euomuiſſe; ſed expulſum ea voce poſt octo dies redijſſe, ipſumque Rectorem Rectoria ornatum purpura & Procuratoribus Nationum præſentibus, iterum contumelijs affeciſſe, his verbis, Salue glorioſe, ſtultiſſimeque Rector, pugnoque percuſſiſſe, expulſum rurſus traditumque in cuſtodiam tanquam furioſum M. Sauary, nec ſatis cautè cuſtoditum, iuſſu D. Procuratoris Generalis in carcerem compactum, mandante ipſo inquiri in factum. Ipſo verò die 24. Maij dato fideiuſſore eum è carcere ſolutum; nunc ergo petebat Rector deliberari de iniuria Dignitati factâ reparanda. Omnibus placuit hominis nomen eradi ex Albo Academicorum, ſummoque iure impenſis publicis cum eo agi in Senatu. Hac de re ſic habent Acta Facultatis Medic.

Imprimis viſum eſt prædictum Dionyſium Vallin qui ſe Magiſtrum Artium profitebatur, à gremio Vniuerſitatis penitus exterminandum, eiuſque nomen & cognomen ſicubi reperiretur, eſſe delendum. Cæterum Rectorium ius perſequendi munus commiſit Procuratori Vniuerſitatis, vt non publicis modò ſumptibus & impenſis, ſed & ſingulorum, ſi opus eſſet, omnem in reparandæ iniuria operam collocaret. In Reg. verò Germ. Nat. ita habetur.

Eiuſdem menſis die 24. ſinguli Academiæ Ordines apud ædem D. Mathurini conuenere, ibique auditis quæ D. Rectori illatæ fuère, iniurijs, cenſuerunt eius nomen à quo D. Rector contumeliam accepit, non modò ex Vniuerſitatis monumentis abradendum, eumque perpetuò Vniuerſitatis priuilegijs priuandum, ſed eundem quoque ſummo iure perſequendum eſſe apud ſupremum Senatum quoad dignas Vniuerſitati perſolueret pœnas, idque non ſolum publicis ijſque communibus ſumptibus, verum etiam, ſi neceſſitas poſtularet, cuiuſque priuatis. Nec his contenti vltra cenſuerunt libellum ſupplicem ſupremo Senatui offerendum eſſe, vt Vniuerſitati liceret ſuis ſumptibus in perpetuam rei memoriam eo in loco in quo D.

Rector iniuria affectus eſt, trophæum erigere, idque aut æneum, aut ferreum, Rectoris effigiem in ſe geſtans quo omnes intelligerent quàm acerbè Alma Vniuerſitas iniuriam Rectori illatam proſequendam iudicaret. 1558.

Eodem die vir quidam & ætate & morum candore ſpectabilis D. de Colombo Abbas & Canonicus ſacri Sacelli Palatini nomine generoſiſſimæ Ducis Valentinianæ commendauit Vniuerſitati domum quandam ſuam in Prato Clericorum ſitam, vicinam Domui filiarum Pœnitentium, à quodam Ciue ſibi teſtamento relictam, vt eam ab incurſionibus Scholaſticis prohiberet. Reſponſum verò datum iri operam ne quid detrimenti, aut iniuriæ fiat; cæterum Vniuerſitatem de iure quod in eam domum ſibi vindicat, Patronos ſuos conſulturam. Et die 26. habitis Deputatorum Comitijs placuit adiri Duciſſam illam Valentinianam, admonerique de Iure quod in eam domum ſibi vindicat Vniuerſitas.

Die 23. Iunij creatus eſt Rector M. Ioannes Neſtor, inſtructuſque die 25. de 5. capitibus. 1. ne quem patiatur ex ordine Decretiſtarum ad vllum gradum promoueri, niſi priùs fidem dederit Vniuerſitati. 2. ne Librarios recipiat abſque fideiuſſoribus. 3. vt iniuriam Rectori immediatè factam curet reparari. 4. vt moneat Primarios Collegiorum ne patiantur ſuos Diſcipulos diuagari. 5. vt rem Pratenſem curet quoque à Deputatis promoueri.

Die 10. Iulij celebrata eſt Supplicatio ſolemnis ad D. Ioannis in Grauia ob affectam Regis valetudinem grauiter lancea vulnerati à Principe de Lorges Montgommery. Die verò 9. Aug. deliberatum de celebrandis eiuſdem demortui exequijs; & concluſum efficiendum vt à Præfecto Ceremoniarum Ordo debitus locuſque commodus Vniuerſitati aſſignaretur; aſſignatus eſt autem qui dari conſueuerat, nempe vt Capitulum Pariſienſe dextrum latus, Vniuerſitas ſiniſtrum teneret. Et ita factum, vt legitur in Reg. Curiæ Pariſ. ad diem 11. Aug. vbi poſtquam deſcriptus eſt ordo procedentium Collegiorum, Religioſorum & Parochiarum, ſubiungitur. *Le Chapitre de Noſtre-Dame de Paris, entremeſlé auec la ſainte Chapelle, auec laquelle eſtoient les Chantres du Roy à la main droite, les Recteur & Vniuerſité à la main gauche; & marchoient le Chapitre de Noſtre-Dame & ledit Recteur vis à vis l'vn de l'autre.*

Eodem Rectore die 13. Auguſti definita apud ſanctum Dionyſium ſumma quam Deputatorum quiſque pro labore & præſentia percepturus eſſet; qua de re ſic legitur in actis publicis.

Du Dimanche 13. iour d'Aouſt 1559. *Nous Iean Neſtor Recteur de l'Vniuerſité de Paris certifions que ce iourd'huy a eſté conclud en la Ville de S. Denys en l'Hoſtel où l'Vniuerſité eſtoit aſſemblée par Nous deſſus nommé les Doyens des hautes Facultez, & Adioints d'iceux, par les quatre Procureurs & leurs Adioints, que pour les peines & vacations, des cy-deſſus nommez, & Bedeaux de la Faculté ez Arts, Theologie & Medecine ſeroient payées les ſommes qui s'enſuiuent. C'eſt à ſçauoir au Recteur deux eſcus ſols, à chacun Doyen des hautes Facultez vn eſcu, à chacun de leur Adioints & à l'Adioint du Recteur qui ſont quatre, chacun demy eſcu, aux 4. Procureurs chacun vn eſcu, à chaque Adjoint des Procureurs vn teſton, à chacun des Bedeaux preſentez 15. ſols, au Receueur de ladite Vniuerſité vn eſcu, à l'Adioint dudit Receueur vn teſton. Leſquelles ſommes deſſuſdites ont eſté payées par moy Simon Doutreleau Receueur de ladite Vniuerſité en ma preſence aux deſſus-nommez, Suppoſts de l'Vniuerſité, témoin mon ſeing cy mis le 18. iour d'Aouſt 1559. Signé* I. NESTOR Rector.

Die 10. Octob. Rector creatus eſt M. Antonius Prunier de Collegio Pleſſæo: quo Rectore nihil video actum valde dignum memoria, niſi quod die 14. Nou. inſcripta eſt Actis Curiæ confirmatio priuilegiorum Vniuerſitatis Remenſis. Et 16. Decemb. ſuffectus eſt M. Nicolaus Cheſneau de Collegio Iuſtitiano, inſtructuſque die 18. de 5. Capitibus 1. erat de lite quæ cæteris Facultatibus intercedebat cum Facultate Decretorum. 2. de Nuncijs Academicis. 3. de ſigillo Rectorio, cuius ſigilli cuſtos vt plurimum erat famulus Rectoris, qui aut omittebat inſcribere, aut malè

1558. inſcribebat eorum nomina qui Iuramentum præſtabant. 4. de Pergamenarijs. 5. de Prato Clericorum quod malè poſſidebatur à quibuſdam hominibus. D. Charpentier qui vices obibat ibi Decani Theologorum, *dixit controuerſiam inter Theologos, Medicos & Decretiſtas minimè negligendam eſſe. Cum eis ſummo iure contendendum, vt Rectorijs Mandatis obediant, aut habeant Facultatem ſeparatam.*

REGALIA SVBLATA. Eodem Rectore, abrogata eſt feſtiuitas illa Regaliorum quæ à Scholaſticis iocosè nimis & Comicè, ludis in eam rem inſtitutis celebrabatur. Decretumque ne deinceps Rectores feſtiuitatem illam ſuis libellis ſeu Schedulis proponerent, vt omnis illius memoria ex animis eradicaretur. Idque ſupplicauit Rector, vt legitur in Actis publicis, *ne deinceps Rectores teneantur inſerere in libellis ſuis Articulum illum de diſpoſitione feſti Regum, & vt omnino expungatur à libellis, & ne recitentur amplius Regalia in codicillo Rectoris* (ad Decanos & Procuratores mitti ſolito) *ad abrogandam & abolendam omnino memoriam Regalium.*

Eodem Rectore die 19. Decemb. latum eſt Senatuſconſultum de Lectione Decretorum, Inſtitutorum Iuris Ciuilis & immatriculatione Doctorum qui aliunde veniebant in hanc Vniuerſitatem. Tale autem eſt.

» ENTRE M. Martin Gilbert Docteur és Droicts, appellant de l'Election » faite à la Regence de la Faculté de Decret en l'Vniuerſité de Paris, de la » perſonne de M. Iean Ramat auſſi Docteur en ladite Faculté, & les Re» cteur & Vniuerſité de Paris, joints auec luy pour la conſeruation des » Statuts & Priuileges d'icelle Vniuerſité d'vne part. Et ledit Ramat inti» mé, & les Docteurs-Regens de ladite Faculté, adiournez pour voir re» gler les Parties d'autre part. M Noël Bourgoing auſſi Docteur és Droicts » demandeur & requerant l'enterinement de certaine requeſte du 4. iour » de ce preſent mois de Decembre. M. Loüis de Ramberge Aduocat, tous » appellans de l'election faite aux Regences en ladite Faculté des perſon» nes de MM. Claude Dodier & Pierre Pillaguet, vacantes par le decez » & treſpas de feu M. Pierre Rebuffy & Pierre le Clerc, en leur viuant » Docteurs-Regens en ladite Faculté. Et encore ledit de Ramberge de» mandeur à l'enterinement d'vne requeſte par luy preſentée à ladite Cour » le penultiéme iour de Nouembre dernier paſſé d'vne part, & ledit Pilla» guet intimé audit appel, & les Docteurs-Regens en ladite Faculté de De» cret, enſemble ledit Pillaguet deffendeurs à l'enterinement de ladite re» queſte d'autre part.

» LE FEBVRE pour l'Appellant contre Ramat intimé, dit que cette cau» ſe eſt plus pour le fait des Docteurs de la Faculté de Decret en cette » Vniuerſité, que de celuy des Parties priuées, leſquels Docteurs combien » qu'ils ayent eu entiere connoiſſance des Arreſts donnez par la Cour ſur » le fait des Doctoreries & Regences, & du reglement & forme qu'ils y de» uoient tenir & garder; ce neantmoins ils n'en ont ſuiuy ny gardé aucune » choſe, ains procedé à election telle que bon leur a ſemblé plus *per ſordes*, » que *ſeruata forma*. Or entre les Arreſts ſur ce, enſuiuis & donnez par la » Cour y en a vn donné en l'an 548. par lequel entr'autres choſes eſt dit « nommément qu'en eliſant vn Subſtitut pour l'abſence des Docteurs, tel» le forme y ſera gardée en l'examen, comme ſi c'eſtoit pour elire vn Do» cteur; & partant n'y a difference d'entre la capacité d'vn Docteur-Regent » & vn Subſtitut, & en conſequence dudit Arreſt l'an 557. y eut autre Ar» reſt, par lequel fut ordonné que aduenant vacation d'vne Regence, *cæ» teris paribus*, celuy qui auroit eſté receu, comme Subſtitut, ſeroit preferé » à tous les autres pretendans à la Regence vacante.

» Pour le fait particulier dit, que M. Vedel Docteur-Regent en la Fa» culté de Decret en l'Vniuerſité de Paris, contraint s'abſenter pour quel» que temps, auoit preſenté pour Subſtitut en ſon lieu ledit Appellant, qui » auroit eſté receu & leu publiquement plus de 10. ou 11. mois au lieu dudit » Vedel, lequel aprés reuient & ſe demet de la Doctorerie purement & » ſimplement eſtant fait Official de Rodez; ce neantmoins l'Appellant

continuë encore ſes Lectures 5. ou 6. mois aprés cette demiſſion. Et auant que proceder à l'election d'vn Docteur-Regent en ſon lieu, y a com- 1559. miſſion expediée par la Faculté en la maniere accouſtumée où pluſieurs ſe preſentent, & entr'autres l'Intimé qui huict iours auparauant n'auoit onques eſté reſident en cette Ville, ny fait Lectures ny Repetitions, ainſi que les autres, & furent les premieres Repetitions paracheuées le 22. iour de Iuin 1558. Or notera icy la Cour, s'il luy plaiſt, que par autre Arreſt d'icelle de l'an 534. fut dit qu'aduenant vacation d'vne Regence, les Repetitions ſe feroient par les Pretendans, dedans le mois, aprés telle vacation, & la ſeconde Repetition vn mois aprés la premiere. Ce neantmoins les Docteurs, *hac via omiſſa*, diſcontinuent la Repetition ſeconde, & icelle remettent au lendemain de la S. Luc enſuiuant, le tout afin d'y donner entrée à Ramat intimé, & le preferer aux autres, ſous pretexte qu'il a vn ſien parent Docteur-Regent: auquel iour de lendemain de S. Luc, ſe fait ladite 2. Repetition. Ce qu'eſtant fait leſdits Docteurs, ſans ſoy informer par vn Conſeiller de la Cour, comme il eſt requis *ſuper vita & moribus*, des pretendans à la Regence, & à la forme ſur ce miſe, par l'Arreſt de l'an 534. ils paſſent outre. Auſſi par ledit Arreſt eſt dit nommément, que pour proceder aux Elections ils ne prendront argent, autrement que par la forme preſcrite par iceluy Arreſt. Toutefois *his omnibus omiſſis & accepta pecunia*, ils éliſent non pas le plus docte & le plus ſçauant; mais celuy qui plus leur a pleu, & s'aſſemblent en la Chambre du Conſeil, où aprés la propoſition faite par leur Doyen, au lieu d'élire Canoniquement, ledit Doyen preſente & prie pour deux Pretendans qui ſont Pariſiens, & aprés le plus Ancien conclud auec ledit Doyen. D'ailleurs ſe trouuent deux Docteurs Poiteuins qui concluent pour ledit Ramat, & quant à Gilbert appellant, combien qu'il euſt mieux merité la Doctorerie qu'aucun des autres, il eſt delaiſſé. Depuis aduient que l'élection tombe ſur Ramat, de laquelle élection eſt l'appel: Auquel ledit Appellant conclud à mal procedé & ordonné, bien appellé par luy & en amendant & corrigeant ce qui a eſté fait, il ſoit dit que l'Election faite de la perſonne dudit Ramat ſera caſſée. Depuis a eſté ledit Ramat inſtallé, pardeſſus ledit appel, dont ledit Appellant a appellé en adherant & que la nouuelle Election ſe faſſe ſommairement aprés repetition ſommaire à l'ouuerture du Liure. Et ce fait que le plus capable ſoit receu & demande dépens.

Dv Mesnil pour l'Intimé contre l'Appellant, dit que la Regence dont eſt queſtion a vaqué par la promotion de M. Vedel à l'Officialité de Rodez; pour paruenir à laquelle Regence ſe ſont preſentez pluſieurs grandement recommendables de ſçauoir & erudition, & aucuns d'eux appuyez d'amis & de credit, & meſmes l'Appellant. Pour deffenſes, eſtant l'Intimé venu nouuellement en cette Ville en l'an 558. & aduerty de ladite vacation de Regence, & des Diſputes ouuertes en cette Ville, combien que iamais il n'y euſt eſtudié, & qu'il fuſt Eſtranger ſans appuy & amis, aidé ſeulement de ſon erudition, & ſçauoir par luy acquis, auec grand labeur, ſe preſente auſdites Repetitions. Et combien que les autres Contendans euſſent eu ſix mois pour eſtudier, il s'appreſte & fait ſes deux Repetitions dedans vn mois; & neantmoins durant ledit mois il fait chacun iour deux Leçons aux Eſcholiers de Decret. Et afin que la Cour entende la verité, il peut dire hardiment pour ledit Intimé, combien qu'il n'en demande aucun lods ou loüange, qu'auparauant qu'il vinſt en cettedite Ville, il auoit leu publiquement en Decret à Toulouſe, ſix ans & plus, & à Poitiers autant. Outre cela il a eſcrit trois liures ſur le Droict-Canon. Aprés leſquelles Repetitions ainſi faites, leſdits Docteurs s'aſſemblent, & ſans pretermettre la forme de l'Arreſt 534. aprés ſerment par eux fait pardeuant deux Conſeillers de proceder ſincerement & ſelon leurs conſciences à l'élection ce qu'ils font. Et veritablement s'eſtans aſſemblez, le Doyen recommanda en general tous ceux qui auoient repeté & en particulier deux ſeulement, *idque* par ſa Preface, ad-

1559. monneſtant & priant neantmoins, ſes Compagnons de proceder en leurs Conſciences à l'élection de celuy, lequel entre tous leur ſemblera le plus digne de la Doctorerie. Ce fait, ſe trouue que l'Intimé a trois voix conformes & que ledit Appellant n'en à aucune. Aprés le Doyen s'adioint auec les trois Eliſans pour l'Intimé, qui ſont 4. voix, de laquelle Election eſt appel: & ſemble, ſous-correction, que ledit Appellant plaide de gayeté de cœur, attendu que pluſieurs fois s'eſtant preſenté à ſemblables Doctoreries, il en a eſté debouté, vnefois à Angers, depuis lors de la Regence pourſuiuie par le decez de feu Rebuffy, & aprés encore de celle de feu le Clerc. Et neantmoins il ne ſe contente à preſent d'auoir eſté debouté par quatrefois. Par ces moyens attendu que leſdits Docteurs, Regens ont éleu ledit Intimé *formâ ſeruatâ*, & ſuiuant les Arreſts, *& ipſe eſt admodum gratus Scholaſticis*, l'Appellant doit eſtre declaré non-receuable, & denie audit Intimé qu'il ait eſté Subſtitut dudit Vedel, du moins que la ſubſtitution ſoit telle qu'il la fait plaider, & ce qu'il euſt eſté éleu Subſtitut, cela ne feroit point vne conſequence pour la Regence.

Avbert pour le College des Docteurs-Regens de l'Vniuerſité de Decret en l'Vniuerſité de Paris, appellez en cette Cauſe pour ſoûtenir & defendre l'Election par eux faite de la perſonne de l'Intimé, dit que ſous-correction de la Cour il ne ſe trouuera que *per ſordes*, ils ayent éleu, mais conformément aux Statuts & ſuiuant les Arreſts, & forme preſcrite par iceux, recours à leur Election & à la qualité du perſonnage éleu, à quoy ils ont eſté inuitez par ſa faconde Doctrine, vertu & condition, & requiert que ces mots, *per ſordes* ſoient rayez du Plaidoyé.

De la Vergne pour le Procureur de l'Vniuerſité de Paris, demandeur en requeſte & interuenant en cette Cauſe pour le preiudice qu'y peut receuoir l'Vniuerſité, meſme que Ramat éleu à la Regence n'a voulu faire le ſerment ny ſoy Immatriculer és Regiſtres de ladite Vniuerſité, contre le Statut notoire, que l'on ne peut eſtre receu à pourſuiure & auoir aucun degré en l'Vniuerſité, ſans auparauant eſtre immatriculé és Regiſtres d'icelle, dit que ledit Ramat au refus & negligence de ce faire, par ſentence contre lui donnée, a eſté declaré incapable de tenir aucun Degré en ladite Vniuerſité, & que ſon nom ſeroit rayé : partant requiert qu'il ſoit reietté & priué de la Regence, & de tous autres Degrez qu'il y pourroit ou voudroit pretendre. *Deinde* ſa Requeſte contient vn autre Chef,
Nota. à quoy, ſous-correction de la Cour, eſt beſoin de pouruoir, c'eſt que és Eſcholes de Decret en cette Ville, les Docteurs, Regens y liſent publiquement les Inſtituts, & autres Volumes du Droict-Ciuil, delaiſſans les Liures de Droict-Canon contre le ſtatut; à ce qu'il leur ſoit defendu de contreuenir audit Statut, ains de lire ſuiuant iceluy en Droict-Canon és heures & iours accouſtumez & ordonnez. *Et poſtremò*, pour ce qu'ils ne ſont que ſix Docteurs-Regens, & qu'aduenant vacation de Doctorerie, ils ne demeurent plus que cinq qui eſt bien petit nombre pour élire, afin afin qu'il pleuſt à la Cour ordonner qu'és Elections aſſiſteront auec les cinq Docteurs, deux Conſeillers d'icelle qui ayent voix deliberatiue & Electiue pour obuier aux brigues & faueurs que l'on y commet ordinairement.

Dv Mesnil pour le Procureur general du Roy, dit que non ſans grande raiſon ceux qui ont parlé des Conſtitutions des Republiques, *poſt leges & arma tertiam partem conſtituerunt in Iuuentute inſtituenda*, & que pour l'inſtitution des Eſcholiers *præficerentur viri eloquentes & ſtudioſi*, ce qu'étant tres-neceſſaire & requis, *maximè* en cette Vniuerſité, il ſe doit faire, en laquelle plus qu'en toutes les autres affluent de iour à autre Eſcholiers de toutes Nations, comme cela eſt choſe aſſez notoire. Pour le fait particulier, pour faire ceſſer l'Election, l'on met en auant de la part de Gilbert appellant qu'il a eſté cy-deuant Subſtitut, éleu & receu à la Subſtitution, *& ſic* que par les Arreſts il a deu eſtre preferé du moins, *cæteris paribus*, à la Doctorerie; & que Ramat Intimé, *non erat huiuſmodi*, & conſequemment

ſequemment que l'Appellant deuoit obtenir la Doctorerie & Regence " 1559.
vacante; Auquel Argument ſemble y auoir quelque doute en la Majeure "
& en la Mineure. En la Majeure, parce que la Cour n'a receu la prefe- "
rence d'vn Subſtitut en tout & partout, ſinon *cæteris paribus: or arguitur* "
imparitas, & ſic claudicat argumentum. A la Mineure dit que la ſubſtitution "
miſe en auant *non ſatis expedita videtur*. Et ne leur appert que la forme re- "
quiſe à l'examen pour la Subſtitution ait eſté entierement ſuiuie & gar- "
dée. Et combien que ledit Appellant maintienne auoir ſeruy longue- "
ment au lieu de Vedel, ſi eſt ce que par Informations miſes pardeuers eux, "
que la Cour pourra voir, s'il en eſt metier, il y a quelque preuue qu'il "
n'a pas ſeruy ſi long-temps qu'il pretend. Et quant à la forme pretenduë "
n'auoir eſté gardée au fait de l'Election de l'Intimé, reſpond qu'ils n'ont "
veu que l'Arreſt ſoit general & prefix pour toutes les Elections *ad Ele-* "
ctum, àſçauoir que *per ſordes*, l'on y a procedé; il n'y a de ce aucune preu- "
ue par leſdites Informations. Bien eſt-il prouué, qu'aduenant vacation "
d'vne Regence aprés la propoſition de ce faite, ſont appellez & inuitez de "
toutes parts ceux qui y voudront pretendre; Et il y en vient ſouuent de "
Toulouſe, Poitiers & autres Villes & Vniuerſitez loing-taines: Mais au- "
parauant qu'ils puiſſent eſtre receus à repeter, l'on leur fait faire vne pro- "
meſſe qu'ils ſeront Docteurs en ladite Vniuerſité, auant qu'y pouuoir "
auoir aucun Degré, & ſans cela *nulla habetur ratio doctrinæ neque virtutis.* "
Et pour paruenir à eſtre ainſi Docteur, il couſte à chacun 30 ou 40. eſcus; "
& meſme au fait qui s'offre, l'on dit que quatre ou cinq pretendans à cet- "
te Regence ont eſté contraincts ſe faire Docteurs ſous cette eſperance & "
baillé argent. Si dit quant aux Docteurs-Regens qu'ils n'ont enuie qu'ils "
ne puiſſent auoir quelque choſe *honorarij loco*, & que la forme accouſtu- "
mée ne ſoit par eux ſuiuie; mais deſirent que l'Election fuſt préalable & "
que celuy qui ſeroit éleu; donnaſt quelque ſomme honneſte & moderée "
en reduiſant les 30. ou 40. eſcus qu'ils baillent à 20. eſcus, autrement ce "
ſeroit donner occaſion d'y venir plûtoſt par argent, que par ſçauoir & ver- "
tu. Et quant aux Parties priuées, ils ne voyent pas icy de grands moyens "
pour caſſer l'élection, & meſme que la forme de la Subſtitution n'a eſté "
ſuiuie entierement, & que l'Appellant combien que ſçauant & bien con- "
ditionné ſe contente d'attendre à vne autre fois, n'ayant eu aucune voix "
en l'Election, & au contraire qu'il appert l'Intimé en auoir eu quatre; au- "
trement cela ſeroit rompre le Statut & Priuilege des Docteurs-Regens "
qui ont eleu & pû élire, ayans par la Cour le droit d'Election. Et pour ce "
que depuis s'eſt offert vne autre Regence vacant, aprés en auoir confe- "
feré par enſemble, & meſme attendu que Gilbert a longuement leu aux "
Eſcholes de cette Ville au lieu de Vedel au grand contentement des Eſ- "
choliers, auſſi qu'il a fait deux ou trois Repetitions, & qu'il y a long- "
temps qu'il conuerſe en cette Vniuerſité, attendant la couronne & fruit "
de ſon labeur, ont aduiſé de ſupplier la Cour pour luy, afin que ladite Re- "
gence luy ſoit donnée. Et pour le public que defenſes ſoient faites aux "
Docteurs-Regens de plus contraindre ceux qui aſpirent aux Doctoreries "
& Regences à ſoy faire Docteurs; mais bien que celuy qui ſera par eux "
éleu, leur puiſſe donner quelque choſe *honorarij nomine*, & iuſqu'à 20. eſcus "
pour le plus, & au ſurplus qu'il leur ſoit enjoint de ſuiure & garder le "
Statut quant aux Lectures publics & ordinaires; & s'ils veulent lire les "
Inſtituts que ce ſoit és heures & iours extraordinaires. "

Marlhac pour M. Noël Bourgeois Docteur és droits, dit qu'il auoit "
plus d'intereſt en l'Election que Gilbert, & que s'il euſt cognu y auoir en "
l'élection faite de la perſonne de l'Intimé lieu d'appel, il ne ſe fuſt teu, "
ce qu'il a fait voyant les Iugemens des Docteurs de l'Vniuerſité. Et "
quant à la Subſtitution, au lieu de Vedel, dit qu'il y a plus longuement "
ſeruy que ledit Gilbert. A cette cauſe au cas que la Cour voulſiſt infir- "
mer l'Election dont eſt appel, s'oppoſe à ce que ledit Gilbert ne ſoit "
nommé par la Cour à la Regence vacante; mais qu'il luy plaiſe confer- "

» mer les Docteurs en leurs Priuileges, & où elle y voudroit pouruoir, à
1559. » ce que ledit Bourgouin ſoit preferé.
» De Villecoq pour 4. particuliers Licenciez pretendans à la Re-
» gence qui vaque à preſent, dit qu'ils ſe ſont preſentez aux diſputes, y
» ayans eſté appellez, s'oppoſe à ce qu'aucun ſoit preferé ou nommé & que
» celuy qui ſe trouuera le plus capable ſoit preferé.
» David pour M. Loüis Ramberge dit qu'il eſt Appellant de l'Election
» faite des perſonnes de feu Dodier & de Villaguet; leſquelles Appella-
» tions il a releuées ceans & y offre preſentement conclure. Et neantmoins
» requiert eſtre conſerué en ſes droits, & s'oppoſe comme les precedens à
» ce que Gilbert ne ſoit preferé.
» A dit Dv Mesnil pour le Roy, que veritablement ils n'ont entendu
» aucune choſe de la concurrence qui eſt pour la Doctorerie vacante & ne
» voudroient empeſcher la diſpute de ceux qui y pretendent, mais perſi-
» ſtent en leur requeſte pour Gilbert, *hoc addito, cæteris paribus*. Et quant à
» l'appel de Ramberge, dit qu'ils n'en ont rien veu.
» Et aprés que le Febure a ſoûtenu la forme requiſe en l'Election n'a-
» uoir eſté ſuiuie, *& ſic* ladite Election nulle. Et quant à ſa ſubſtitution,
» qu'elle eſtoit bonne & valable, laquelle il a leüe & que Du Meſnil a dit
» que veritablement il ne ſçauoit pas le Statut de l'Vniuerſité, & que ſi-toſt
» qu'il la ſçeu, il s'eſt fait immatriculer.
» La Covr quant à l'Appel interietté par Gilbert, a mis & met l'ap-
» lation au neant, & pour aucunes conſiderations, ſans amende & ſans dé-
» pens de la cauſe d'Appel, ordonne que ce dont a eſté appellé, ſortira ſon
» plein & entier effet. Et auant que faire droit ſur les oppoſitions de Bour-
» gouin, Akakia & Ramberge, & Appel dudit Ramberge ordonne que
» pardeuers vn Preſident & 4. Conſeillers de ladite Cour y aſſiſtans, les 4.
» Anciens Docteurs en la Faculté de Decret, leſdits oppoſans & Gilbert
» feront reſpectiuement vne Repetition ſommaire à l'ouuerture du Liure,
» *& argueront les vns contre les autres, pour ce fait, eſtre fait droit ſur leſdites oppoſi-*
» *tions & appel, ainſi que de raiſon. Et ayant egard a la requeſte faite, tant par le-*
» *dit Procureur general du Roy, que par ledit Procureur de l'Vniuerſité, fait ladi-*
» *te Cour inhibitions & defenſes aux Docteurs-Regens de lire és* Eſcholes de De-
» cret les Inſtituts ny autres Volumes de Droict Ciuil és heures ordinaires
» & accouſtumées, *eſquelles l'on doit lire en Decrets. Semblablement leur fait*
» *defenſes de plus faire aucuns Docteurs* ad effectum, *de paruenir à la Regence*
» *vacante, iuſques à ce qu'ils ayent eſté éleus, & en ce cas de ne prendre plus de 20.*
» *eſcus de celuy qui ſera éleu, & où il ne ſeroit Docteur en cette Vniuerſité, au ſur-*
» *plus ſera tenu Ramat intimé ſe faire immatriculer és Regiſtres de l'Vniuerſité, ſi*
» *fait ne l'a & declare la Cour l'aſſiſtance des Preſidens & Conſeillers auſdites Re-*
» *petitions pour cette fois tant ſeulement, & ſans tirer en conſequence.* Le 20. De-
cembre 1559.

Die 8. Feb. conuenerunt apud Mathurinenſes Deputati Vniuerſitatis deliberaturi de modo componendæ litis Scholarium & Baccalaureorum in Decretis: quam in rem, conſulto Montelonio Patrono, concluſerunt, *nihil eſſe innouandum nec Concordiam ineundam cum Collegio Iuris Pontificij, ratione Nominationum, litem inſuper ſuſtinendam & cauſam coram ſupremo Senatu Pariſ. agitandam.* Qui præſcriptum Senatuſconſulto, an. 1538. Nominandorum numerum obſeruari deberè pronunciauit die 7. Martij, vt ſequitur.

Extraict des Regiſtres de Parlement.

Entre le Syndic de la Faculté du Droict-Canon en l'Vniuerſité de Paris, appellant comme d'abus, de certains refus & defenſes faites au Greffier de ladite Vniuerſité de ne deliurer les Nominations aux Eſcholiers Graduez d'icelle Vniuerſité, ſuiuant les ſaints Decrets & Concordats d'vne part & les Recteur & Doyens des Facultez de Theologie & Medecine de ladite Vniuerſité de Paris, intimez d'autre.

De Villecoq pour le Syndic & Eſcholiers eſtudians en la Faculté de Decret en cette Vniuerſité dit que l'iſſuë de cette cauſe regarde la 1559. conſeruation du bien des Eſcholiers & la remuneration de leur labeur. Ainſi diſoient les Anciens *nullum hominem magis imperare poſſe quàm qui litteratus eſt*, & que les Lettres eſtoient diuines & humaines, *virtutis ſempiternæ teſtes*. Et auſſi pour cette cauſe du temps du Roy Charles VII & Pape fut aduiſé *de eorum communi conſenſu*, que pour attirer les Eſcholiers aux bonnes Lettres, il n'y auoit meilleur remede ou remuneration que leur octroyer quelque bien-fait qui ſeroit la recompenſe de leur labeur, & dés lors fut accordé & octroyé le tiers des Benefices à ceux qui ſeroient nommez par les Vniuerſitez de ce Royaume; leſquelles Vniuerſitez & ſignamment celle de Paris ſont compoſées de 4. Facultez. La premiere & principale eſt celle de Decret, *quæ habet rerum diuinarum & humanarum cognitionem & gubernationem*. Auſſi a-t'on veu que ceux qui ont paſſé par cette Faculté ſont communement paruenus, ſans qu'il ait eſté beſoin de plus grand degré, aux premiers eſtats de ce Royaume. Et a cette Faculté plus que la Theologie, *quæ in Diuinarum ſcripturarum lectione*, ny que la Medecine *quæ in humana cura conſiſtunt*. Or pour la queſtion qui ſe preſente, dit que l'an 1487. ſe preſenta vne pareille difficulté que celle qui s'offre, & dura cela iuſques à l'an 1535. que par Arreſt il fut dit mal refuſé & mal denié; & au ſurplus que l'Vniuerſité, & les 4. Facultez s'aſſembleroient, preſents deux Conſeillers de ladite Cour pour aduiſer de nommer en chacune deſdites Facultez certain nombre d'Eſcholiers, afin que le tout veu par ladite Cour il y fuſt par elle pourueu, ainſi que de raiſon, ſe reſeruant par ledit Arreſt d'en definir. Suiuant lequel Arreſt feu M. Nicole Sanguin en ſon viuant Conſeiller en la Cour de ceans ſe transporte en l'Vniuerſité, & commence à executer cet Arreſt. Et y ſont appellez par la Faculté des Arts deux Docteurs en Decret tant ſeulement, combien que la Faculté de Decret ſoit compoſée de Docteurs, Licentiez, Bacheliers & Eſcholiers qui ont leur Syndic. Et eux ainſi aſſemblez font vn Contract par lequel ils limitent le nombre des Eſcholiers Graduez en la Faculté de Decret iuſques au nombre de 40. tant ſeulement, pour eſtre nommez, demeurans les trois autres Facultez en leur pleine liberté, & ſans qu'elles ſe reſtraignent aucunement ſuiuant ledit Arreſt, & pretend-on que ce Contract a eſté homologué en ladite Cour & executé par vn Conſeiller, mais ne ſe trouuera homologation ny execution deüement faite, *ſaltem*, auec Partie legitime contradictoire, auſſi ſeroit telle punition nulle, comme faite contre la forme preſcrite par l'Arreſt ſuſdit, & pour cette cauſe nonobſtant iceluy les Eſcholiers en la Faculté de Decret ſont touſiours demeurez en leur pleine liberté de nommer, ſans aucune reſtrinction, & ioüy de leurs Nominations paiſiblement iuſques en l'an 552. ou 53 que aucuns Eſcholiers s'eſtant retirez au Recteur qui lors eſtoit, pour auoir leurs Nominations, il leur fait réponſe qu'il y a limitation pour le regard des Eſcholiers de la Faculté de Decret au nombre de 40. & refuſe en receuoir dauantage, ne leur baille aucune nomination, combien que la pluſpart des Eſcholiers en cette Faculté ſoient Religieux, qui ne viennent communement & ordinairement iuſques au degré de Maiſtres ès Arts, mais aprés la Logique ou Dialectique, ils vont eſtudier en Decret ou en Theologie, au moyen dequoy & du refus à eux fait ils en appellent comme d'abus; ſi conclud à mal & abuſiuement denié, procedé & refuſé, bien appellé, & demande deſpens, dommages & intereſts.

De Monthelon pour les Recteur & Vniuerſité de Paris, dit qu'il déplaiſt grandement à l'Vniuerſité d'empeſcher la Cour au preſent different qui s'eſtoit deu terminer ſans figure de procez & par les 4. Facultez, toutefois ayant communiqué au ſoy-diſant Syndic la tranſaction & Arreſt d'homologation ſur ce enſuiuy & executé, il n'y a iamais voulu acquieſcer, tellement que ladite Vniuerſité a eſté contrainte auoir ſon re-

cours en la Cour de ceans. Pour defenſes dit que ladite Vniuerſité eſt
1559. compoſée de 4. Facultez, à ſçauoir la Theologie, Decret, Medecine & les Arts, entre leſquelles celle des Arts a touſiours eſté trouuée principale, & comme celle par laquelle la Ieuneſſe s'eſt inſtruite és Lettres, Arts Liberaux & és bonnes mœurs & diſciplines. Et par le moyen de cette Faculté eſt touſiours l'Vniuerſité demeurée en ſa ſplendeur, & la plus celebre de toutes les autres, comme eſtant le vray Seminaire pour paruenir aux autres Facultez & Degrez, qui a eſté la cauſe qu'elle a touſiours eſté decorée de Priuileges & prerogatiues ſpeciaux, entr'autres d'élire le Recteur qui eſt Chef de l'Vniuerſité. Plus leur ont eſté les Nominations octroyées, *indiſtinctè & indeterminatè*, & non aux autres Facultez qui ont eſté reſtraintes & limitées à certain nombre: Et pour ce que l'an 534. ſur ſemblable diſpute ſe ſeroit enſuiuy vn Arreſt de la Cour, par lequel fut ordonné que leſdites Facultez s'aſſembleroient pour aduiſer à quel nombre elles ſe deuoient limiter, en preſence de deux Conſeillers y eut aſſemblée & fut aduiſé qu'il falloit reſtraindre les 3. Facultez de Decret, Theologie & Medecine; mais quant à celle des Arts fut aduiſé qu'il n'y auoit moyen de la reſtraindre pour le grand nombre d'Eſcholiers eſtudians en cette Faculté. Et ſuiuant cet aduis s'enſuit tranſaction & lettres pour la faire homologuer, & depuis y a eu Arreſt d'homologations, le Procureur general du Roy oüy, executé, & porte ladite tranſaction, que les Doyen, Docteurs & Facultez de Decret & Docteurs y furent aſſemblez, combien qu'on ait voulu dire n'y auoir eu que deux Docteurs appellez, & faudroit maintenir icelle tranſaction de faux. Et ledit Arreſt interuenu ſur ladite tranſaction de l'an 538. & par iceluy toutes les Facultez reſpectiuement condamnées à entretenir icelle tranſaction. Depuis lequel Arreſt & tranſaction ont toûjours leſdites Facultez veſcu & demeuré en paix iuſques en l'an 552. que aucuns ſe diſans Eſcholiers en Decret, demandent leurs Nominations confuſément, & ſans faire apparoir qu'ils ſoient du nombre des 40. auſquels eſt fait refus, dont y a appel comme d'abus. Et depuis ladite Faculté de Decret a creé vn Syndic, qui eſt vn Aduocat ceans, lequel *nomine ſuppoſito*, des Eſcholiers a interietté & pourſuiuy cet Appel. Si dit que l'Appel n'eſt receuable ny valable, attendu la tranſaction & arreſt, & quant au pretendu Syndic, requiert qu'il ſoit interrogé & qu'il exhibe ſon Syndicat ſi aucun en a.

Dv Mesnil pour le Procureur general du Roy, dit que l'on a voulu feindre l'appel comme d'abus en deux poincts, l'vn ſur la contrauention de la Pragmatique-Sanction & Concordats, Decrets & ſaints Conciles, dont le Roy & ſa Cour de Parlement ſous ſon autorité, ſont Protecteurs & Conſeruateurs, & l'autre & deuxieſme ſur vn Arreſt de la Cour, *cuius non fuit ſeruata neque ſequuta forma*, ainſi que l'on pretend. Et pour le premier ont dit que combien que par la Pragmatique-Sanction y ait Nomination pour les Eſcholiers és Arts, Medecine, Theologie & Decret, qu'il n'y ait coarctation de certain nombre en l'vne ny en l'autre deſdites Facultez, toutefois on a voulu limiter le nombre pour la Faculté de Decret tant ſeulement, *& ſic contra verba & mentem*, des Conſtitutions. Pour le deuxieſme que l'an 527. & depuis 534. ſur pareille difficulté s'enſuiuit Arreſt, par lequel fut dit que preſens deux Conſeillers, il ſeroit aduiſé par leſdites Facultez ſur la commodité ou incommodité de la limitation, pour ce fait y eſtre aduiſé & pourueu par la Cour, ce qui n'auoit eſté ſuiuy & conſequemment le tout nul. Quant à eux pour reſolution en premier lieu quant à la qualité de l'appellant pretendu Syndic des Eſcholiers eſtudians en la Faculté de Decret, que telle qualité n'eſt receuable, par ce que la Faculté de Decret eſt compoſée en ſon Corps & College d'vn Doyen & Docteurs, auſquels Doyen, Docteurs & Faculté & non à autre appartient debatre & ſoûtenir pour les droits de leur Faculté, & non à autre appartient debatre & ſoûtenir pour les droits de leur Faculté, ſans y mettre vn Syndic. Auſſi les Facultez de Theologie & Medecine ne plai-

dent point par ſemblables Syndics, mais ſous le nom de Doyens, Do-"
ćteurs & Facultez de Theologie & Medecine, comme au ſemblable doi- " 1559.
uent faire ceux de Decret. Quant à la Faculté des Arts il y a 4. Procu- "
reurs des 4. Nations, partant ſoûtiennent qu'il n'y a aucune apparence "
de receuoir ladite qualité, attendu que les Docteurs de ladite Faculté de "
Decret n'ont trouué cette qualité bonne, puiſqu'ils n'aſſiſtent en cette "
cauſe, ains *potius ipſam reijcere videntur.* Et quant à l'appel, y a fin de non "
receuoir *pertinente*, attendu la tranſaction homologuée par Arreſt & exe- "
cutée, contre laquelle l'on ne s'eſt pourueu aucunement. Au fond y a "
ſolution double aux deux Objects. Au premier pour la coarctation du "
nombre, *contra verba & mentem*, de la Pragmatique-Sanction, dit que à la "
verité en toutes ſciences il ne peut auoir trop de Gens de bien; ſi eſt-ce que "
pro bono publico, l'on a touſiours aduiſé d'y mettre quelque nombre cer- "
tain, comme meſmes l'on void qu'il s'eſt fait par les Iuges & Miniſtres de "
la Iuſtice, & n'eſt ſous-correction telle limitation contre l'intention de "
la Conſtitution, mais au contraire cela eſt l'obſeruer; Reſte à voir ſi le "
nombre de 40 eſt raiſonnable ou non. Or il y a 20. ans & plus que l'on "
n'a receu plus de 40. Licentiez en la Faculté de Decret, & partant ſont "
ſans intereſt, puiſque l'on aura limité le nombre à 40. "

De ce que les autres Facultez ne ſont limitées, reſpond que *ex vſu* "
communi licet ſcriptum non ſit, la Theologie n'en preſente chacun an que 25. "
& la Medecine que 10 tant ſeulement, & ne prennent leſdits Theologiens "
leurs Nominations comme Docteurs en Theologie, mais comme Maiſtres "
és Arts. Alleguer qu'il n'y a limitation en la Faculté des Arts, il eſt vray; "
car les Arts *ſunt baſis & fundamentum cæterarum ſcientiarum & litterarum &* "
Gradus pro aſcendendo ad maiora, & ne faut limiter ladite Faculté, afin de "
ne degoûter les Eſtudians en cette Faculté. Car le grand nombre d'Eſ- "
choliers rend les Vniuerſitez plus Illuſtres & fameuſes. A ces conſidera- "
tions dit qu'il n'eſt bon de mettre ceux de ladite Faculté de Decret à la "
debandade & ſans limitation, parce que eſtans preferez à ceux des Arts, "
comme Faculté ſuperieure deſdits Arts, ſeroit d'autant les reculer & de- "
goûter; & attendu l'Arreſt & homologation, ils adherent auec l'Vniuer- "
ſité contre les Appellans. "

De Villecoq pour ſa replique, dit que ſous correction, il eſt bien "
fondé en ſon appel comme d'abus. Eſt d'accord que la Faculté de De- "
cret eſt vn Corps; mais auſſi faut-il accorder que ledit Corps a pluſieurs "
membres & que leſdits membres ont le principal intereſt de donner les "
Benefices des Nominations aux Licentiez & Bacheliers, & non pas deux "
Docteurs-Regens, & partant en ont pû faire pourſuite. *Accedit* que leſ- "
dits Docteurs ne deſaduoüent ce qui s'eſt fait. Dire que perſonne n'eſt "
receu à plaider ceans par Syndic, il répond qu'il plaide non ſeulement "
pour le Syndic, mais auſſi pour les Eſcholiers, & eſt ſon appel non ſeule- "
ment de la limitation faite au nombre de 40. mais auſſi de ce que les Eſ- "
choliers ayant requis & eſtant au deſſous dudit nombre de 40. ils ont eſté "
refuſez. Au fond il eſt bien fondé joint l'Arreſt de l'an 535. donné ſur "
pareille cauſe, par lequel il fut dit mal & abuſiuement. Ioint que la pre- "
tenduë limitation eſt contre l'Arreſt de ladite Cour qui s'eſtoit reſerué "
à elle faire ladite limitation qui s'eſt faite par les Arts, appellez deux Do- "
cteurs de Decret tant ſeulement & ſans ceux de la Theologie & Medeci- "
ne, & a leu ledit Arreſt donné l'an 535. "

A dit de Monthelon que la limitation n'a eſté faite que pour le re- "
gard des Bacheliers tant ſeulement, & que les Licentiez ſe peuuent nom- "
mer *indefinitè*, & ſans nombre certain, ſoûtenant que la Faculté de Theo- "
logie a eſté limitée à 25. & celle de Medecine à 10. Et la cauſe qu'ils ne "
ſont à la verité comprins en la tranſaction, eſt parce qu'il n'y auoit pro- "
cez que contre ceux de Decret. Et ledit de Monthelon ſur ce enquis s'il "
auoit charge de declarer pour ladite Theologie & Medecine, ce qu'il a "
dit preſentement, qui a dit que non, & que le Recteur eſt preſent, & auſ- "

ſi le Recteur, *inquit*, a dit, *non habere mandatum*. Et M. Cardinal qui
1559. " s'eſt dit Aduocat ceans, enquis combien il y a qu'il fut fait Syndic, a dit
" qu'il y eut vn an en Febvrier dernier, long-temps depuis l'appel inter-
" jetté, & luy abſent, ſans qu'il ait iamais pourſuiuy le Syndicat, ains il fut
" éleu par les Eſcholiers, *& nouiſſimè*, il a eſté chargé de cette cauſe par
" tous les Docteurs de la Faculté de Decret.

" La Cour quant à l'appel, comme d'abus, pour conſideration de la
" qualité des Parties & pour les nourrir & entretenir en paix, a mis & met
" icelles Parties hors de Cour & de Procez, ſans dépens d'vne part & d'au-
" tre; & quant à la tranſaction cy-deuant homologuée par ladite Cour,
" ordonne qu'elle tiendra pour le regard de la Faculté de Decret, & ſor-
" tira ſon effet. Et quant aux Facultez de Theologie & de Medecine, or-
" donne qu'ils en viendront au premier iour pour ſe voir regler de Nomi-
" nandes eſdites Facultez. Et à ce iour apportera de Monthelon l'aduis par
" luy mis en auant. Le 7. Mars 1559.

Ce iour (3. Avril 1559.) en la Chambre du Conſeil ſur la requeſte preſentée à la Cour par les Religieux, Prieurs & Gardiens des Freres Predicateurs, Carmes Auguſtins & Mineurs de cette ville de Paris narratiue que dés le temps de l'inſtitution de l'Vniuerſité & eſtude de Theologie & de temps immemorial, ils ont toûjours eu Bedeaux en leurs Conuents, tant pour aſſiſter au ſeruice diuin, à la conduite des Miniſtres d'iceux Conuents, directions des Proceſſions ordinaires & autres qui ſe ſont faites, tant du commandement du Roy, ordonnance de la Cour, de la Ville, que autres, que pour aſſiſter aux Actes Scholaſtiques qui ſe font ordinairement eſdits Conuents, & ont leſdits Bedeaux accouſtumé porter les Concluſions, aſſiſter & conduire les Docteurs & Bacheliers, faire pluſieurs Meſſages & ſeruices auſdits Docteurs, Bacheliers & Religieux d'iceux Conuents, le tout paiſiblement & ſans empeſchemens iuſques à puis nagueres que le petit Bedeau de la Faculté de Theologie a pratiqué & ſupplié les Docteurs ſeculiers de porter toutes les Concluſions deſdits Bacheliers d'iceux Conuents; & de fait s'eſt ja entremis & immiſcé d'en porter aucunes, qui tourne à grand preiudice auſdits Conuents, Bacheliers deſdits Ordres & Bedeaux d'iceux Conuents; requeroient partant, veu que ſi cela auoit lieu, n'auroient leſdits Bedeaux moyen d'eux entretenir, leur eſtre ſur ce par ladite Cour pourueu. Vev *par la Cour ladite requeſte, certain Acte receu par Chapelain, & Crucé Notaires au Chaſtelet de Paris le 13. Fevrier dernier contenant l'oppoſition formée par les Procureur & Bedeau du Conuent deſdits FF. Preſcheurs à ce que Pierre le Goulx Bedeau de la Faculté de Theologie, portaſt les poſitions de Frere Michel Ferré Religieux dudit Ordre & Bachelier formé en ladite Faculté, le requiſitoire du Procureur general du Roy, auquel ladite requeſte a eſté monſtrée, & tout conſideré.* La Cour *ayant egard à ladite requeſte a inhibé & defendu audit Bedeau de la Faculté de Theologie en ladite Vniuerſité & tous autres qu'il appartiendra, de troubler ny empeſcher, ores ny à l'aduenir leſdits Bedeaux deſdits Conuents en l'exercice ny au fait de la charge qu'ils ont cy-deuant exercée és Actes ſuſdits, circonſtances & dépendances d'iceux, ainſi & ſelon la forme & maniere qu'ils en ont ioüy & vſé cy-deuant, ſur peine de tous deſpens, dommages & intereſts & d'amende arbitraire.*

Item ad diem 27. Maij an. 1560. ita legitur in ijſdem Actis.

Ce iour ſur la requeſte preſentée à la Cour par les Religieux, Prieurs & Gardiens des Freres Predicateurs, Carmes, Auguſtins & Mineurs de cette ville de Paris, par laquelle pour les cauſes y contenuës, meſme que contre la teneur de l'Arreſt par eux obtenu en ladite Cour le 3. Avril dernier auant Paſques, pour raiſon des droits & priuileges des Bedeaux d'iceux Conuents, les deux Bedeaux de la Faculté de Theologie en l'Vniuerſité de cettedite Ville, empeſchoient que Frere Denis Perronet Religieux du Conuent deſdits Carmes trouué ſouffiſant pour entrer au cours & degré de Theologie ne puiſſe reſpondre, que M. Nicole Paillet Docteur en Theologie, puiſſe preſider à l'Acte & Reſponſe dudit Peronnet, & que le Bedeau deſdits Carmes puiſſe porter les Concluſions d'iceluy ſur ſa Tentatiue, iaçoit que le Doyen de ladite Faculté ait declaré qu'il ne vouloit & n'entendoit empeſcher les Bedeaux deſdits Conuents en la ioüiſſance de leurs droicts & priuileges

anciens & dont ils ont touſiours vſé. Requeroient leſdits Prieurs, Gardiens & Religieux leur eſtre par ladite Cour ſur ce pourueu, contre leſdits Bedeaux de ladite Faculté, meſme contre M. Pierre le Goulx petit Bedeau d'icelle, ainſi qu'elles verront eſtre à faire par raiſon. VEV *par la Cour ledit Arreſt deſſus daté, la ſignification d'iceluy faite audit le Goulx, le Requiſitoire du Procureur general du Roy, ſur la requeſte à luy communiquée, & tout conſideré:* LA COVR *ayant aucunement egard à icelle requeſte a inhibé & defendu, inhibe & defend audit le Goulx petit Bedeau de ladite Faculté de Theologie & autres qu'il appartiendra, de contreuenir directement ou indirectement audit Arreſt du 3. Auril dernier ſur peine de 100. liures Pariſ. d'amende. Laquelle dés à preſent ladite Cour declare encourue par celuy qui ſe trouuera auoir contreuenu audit Arreſt & à icelle ſera contre luy deliuré executoire audit Procureur General; & neantmoins ordonne la Cour ledit le Goulx eſtre adiourné en icelle à certain iour, afin de ſe voir declarer par icelle encouru en l'amende & peine portée & indite par ledit Arreſt reſpondu pour raiſon de ce & dependance, ainſi que de raiſon. Le 27. May 1560.* 1559.

Hiſce temporibus ſurrexit duplex Caluiniſtarum genus ſeu vt tunc nomen inualeſcere cœpit, Hugonotorum, vnum doctrinam profitentium, alterum Politicum: *Huguenots* ou *Huguenaux de Religion & Huguenots d'Eſtat*: vtrumque Guiſiæ Genti quæ primas in Regno tenebat, infenſiſſimum. Hinc aduersùs illam ſparſi plurimi famoſi libelli; quam Licentiam vt coërceret Curia, Rectori Vniuerſitatis iniunxit, caueret ne Typographi tales libellos excuderent. Qua de re ſic in Actis ad diem 20. April.

Ce iour le Recteur de l'Vniuerſité de Paris mandé en la Cour de ceans, aprés luy auoir remonſtré que l'on imprime ordinairement en cette Ville plusieurs Placarts, & Libelles diffamatoires, ſans que l'on puiſſe ſçauoir qui ſont ceux qui font telles impreſſions, luy a eſté dit qu'il aſſemble l'Vniuerſité pour aduiſer s'il ſera expedient qu'il y ait certain nombre d'Imprimeurs, & quel ordre & reglement il ſera bon d'y mettre, & ſur le tout apporter leur aduis par eſcrit. Ce que ledit Recteur preſent Boucherat Aduocat du Roy a promis faire au premier iour. Et ſur ce que ledit Boucherat pour le Roy a dit que nonobſtant l'Arreſt donné au profit des Eſcholiers pour le regard du Pré aux Clercs, leſdits Eſcholiers ne ceſſent à y faire quelques aſſemblées, à quoy par ledit Recteur a eſté dit que ledit Arreſt n'eſt encore du tout executé. LADITE COVR *a ordonné que ledit Recteur & Vniuerſité bailleront leur requeſte pour le paracheuement de l'execution dudit Arreſt ſi aucune choſe reſte à executer, pour icelle veüe leur y eſtre pourueu comme de raiſon. Le 20. Auril 1560.*

Die ergo 23. April. habita ſunt Comitia ad deliberandum quibus vijs modiſque prohiberi poſſent famoſi illi libelli, deregique Typographi qui illos prælis mandarunt. Item quomodo coërceri poſſent Inſtitores illi & venditores vicani libellorum eiuſmodi, qui ſemina belli ciuilis talium libellorum diſtributione iaciebant. Deinde deliberatum quo pacto plurimi Typographi & Librarij Regij de nouo erecti qui Vniuerſitati nomen non dederant, poſſent ſub numerum 24. Iuratorum reduci, vt ſub eorum autoritate artem Impreſſoriam exercerent; deliberatum quoque de foſſis Prati Clericorum, de feneſtris Cœnobij San-Germano-Pratenſis occludendis, quæ ſæpè fuerant cauſæ ſeditionis & tumultus.

Die 22. Iunij electus eſt in Rectorem M. Ioannes Lohault Collegij Bonorum Puerorum Primarius: quo Rectore menſe Auguſto videtur in Comitijs publicis actum primùm de probando, aut reprobando nouo Cœnobiarcharum Ordine, qui *Ieſuitæ* dicebantur. Quanquam enim iam an. 1540. fuiſſet ille à ſummo Pontifice approbatus, inſtitiſſentque ſæpè eius Profeſſores recipi admittique Lutetiæ ad docendum concionandumque, in eamque rem rogata fuiſſet an. 1554. Facultas Theologica quid ſentiret, proferre, nondum tamen in Comitijs Academiæ publicis videtur ea de re deliberatum. De Iesvitis.

In ijſdem Comitijs decretum eſt aduerſus Monachos San-Germano-Pratenſes & S. Crucis qui ſupplicationibus ſolemnibus intereſſe deſtiterant. *Cenſuit quoque Vniuerſitas Monachos D. Germani à Pratis & Mona-*

chos Crucis imagine inſignitos Vniuerſitatis priuilegijs priuandos eſſe, niſi proxi-
1559. *mis Comitijs (vbi ijs ſignificatum fuerit) intereſſent, cauſſamque legitimam red-*
derent, cur à Maiorum veſtigijs receſſiſſent. Et ita concluſum.

Die 10. Octob. Rector creatus eſt M. Petrus Thierry Collegij Lexouæi,
vir Theologus: quo Rectore die 30. eiuſdem menſis congregatâ Vniuer-
ſitate apud Mathurinenſes lectæ ſunt Epiſcopi Pariſ. ad Rectorem litte-
ræ, quibus inuitabatur ad Concilium Generale Tridentinum & ad Comi-
tia trium Regni Ordinum, propoſiturus quæ putaret proponenda; res
autem remiſſa eſt ad Deputatos maturè diſcutienda. Illi autem in Lexo-
uæo die 2. Nouemb. congregati cenſuerunt ex ſingulis Ordinibus duos
aut tres cum Rectore & Procuratoribus ad Epiſcopum mittendos qui
cum eo de ratione omni Comitiorum agerent; propoſita autem à Theo-
logis grauamina plurima, plurimaque etiam capita proponenda in Comi-
tijs trium Ordinum, atque ita proponenda, vt nihil omitteretur, & quæ
ſtatuenda eſſent, confirmarentur à Principe qui eſt Executor & habet
gladium. *Quæ lapſa ſunt, reſtituantur; reducantur Electiones, in vniuerſum*
tollantur Concordata; nam cum mutatione Pragmaticæ-Sanctionis mutatus eſt
Ordo Eccleſiaſticus. Decimæ aboleantur. Non liceat Principibus aliquid hauri-
re ex ærario Eccleſiaſtico. Tollantur Annatæ vulgò nuncupatæ LES DEPORTS.
Non liceat alicui Epiſcopo aut Cardinali dare aliquod Beneficium retentâ pen-
ſione. Epiſcopi prouident infeliciter Beneficijs. Nihil capiant aut habeant Epiſ-
copi pro Ordinibus; pro Collatione nihil. Non diſpenſent Epiſcopi de Matrimo-
nio. Neque liceat diſpenſare de Baptiſmate. Quidam ſunt baptiſati in cubicu-
lo. De adminiſtratione Sacramentorum aliquid liceat accipere. Non liceat Epiſ-
copis incedere ſine habitu decenti. Sacerdotes colludunt Laicis tota nocte, impen-
dunt operam chartis. Tollantur emendæ. Si plectentur aliqui iuſtè, emenda ſeu
mulcta conuertatur in vſus pauperum. Non temere feriendum gladio ſpirituali.
Neque tam citò Excommunicationes decernantur. Nuſquam quis debet excom-
municari niſi pro Peccato Mortali. Concubinarij tollantur. Nominationes Regis
ſunt occaſioni ruinæ Eccleſiaſticæ. Non liceat Epiſcopis incedere Progreſſionibus
publicis niſi Miſſam celebrauerint. Nullus Iudex inſtituatur pecunia. Eligan-
tur Iudices prudentes, timentes Deum. Nullus in fide ſuſpectus inſtituatur. Qui
ſunt iam ſuſpecti, deſtituantur. Proteſtentur Iudices fidem in Paſchate coram Po-
pulo. Non recipiant clanculùm Corpus Chriſti.

Hæc à M. Nicolao Maillart Decano Facultatis Theologicæ propoſi-
ta ad proponendum in Comitijs Regni die 10. Decemb. Aureliæ haben-
dis. Breuius verò M. Ioannes Quintinus Iuris Canonici Doctor. *Vniuer-*
ſitas requirat omnia ſeruari quæ ſunt in corpore Iuris. Poſtulandum à Rege vt
immunitates, Iura, & Priuilegia conceſſa per Leges ſeruentur, eiſdem, ne Docto-
res aliqui, diſcipuli, aut Nuncij grauentur nouis exactionibus, ſed immunes &
quieti maneant, ſtudijſque ſuis incumbant. 2. poſtulandum ne Doctores & Lecto-
res grauentur Decimis. 3. Electionum ius ſine contradictione reſtituatur. 4. de
reſidentia Prælatorum, reducatur in ius commune, placuit autem propoſita iſta Iu-
ris Canonici proponi D. Epiſcopo Pariſienſi.

Die 8. Nouemb. Vniuerſitas cenſuit ad Regem delegandum Procura-
torem à Fiſco ad procurandum Priuilegiorum confirmationem & graua-
minum expoſitionem. Item die 21. Nouemb. rogatus eſt M. Ioannes Quin-
tinus ad Comitia trium Ordinum profecturus, eadem exponere.

Die 23. eiuſdem menſis habita ſunt Comitia Vniuerſitatis ad conferen-
SCRIPTOR. dum alterum Officium Scriptoris vacans per obitum Franciſci Crozon.
Alterum dico; nam paulo ante è duobus quæ habet Vniuerſitas ab omni
æuo, vnum vacauerat per obitum M. Simonis Larcher; eique die 3. Maij
ſuffectus eſt Ioannes de Courcelles. Alterùm verò hoc menſe vacaue-
rat per obitum Franciſci Crozon: & ad illud duo ſupplices admitti po-
ſtularunt, Antonius Perier & Nicolaus le Camus. Antonius adierat
Rectorem & forte ab eo repulſam paſſus Curiæ libellum ſupplicem por-
rexerat, quo poſtulabat inhiberi Rectori Officium illud conferre. Ille
autem libellus lectus eſt in priuatis Comitijs die 20. & 21. Nouemb. habitis
in

in Lexouæo. Placuit conferri officium vacans, ſed habenda prius Comitia Generalia. Habita ergo ſunt die 23. Nouemb. *ſuper Prouiſione Officij Scriptoris vacantis per mortem Franciſci Crozon.* Admonuitque Rector ita deliberari, *vt in poſſeſſione conferendorum Officiorum maneret Vniuerſitas.* 1560.

Antonius Perier dixit. *L'Eſtat & Office d'Eſcriuain a vacqué par mort de Crozon. Ie me ſuis transporté vers le ſieur Recteur pour me pouruoir dudit Eſtat qui l'a refusé. A cette cauſe vous ſupplie me pouruoir dudit Eſtat.* Supplicauit quoque Nicolaus le Camus Notarius Regius Caſtelleti. Tum maturis deliberationibus ſuper adductis in medium per ſingulas Facultates habitis. *Artium Facultas annuit ſupplicationi M. Nicolai le Camus, eundemque ſufficit in locum demortui Crozon. Med. Fac. elegit virum probum Officio & munere dignum dictum Camus, vult vt ſuccedat in locum demortui Crozon:*

Iuris Collegium *exhibuit quædam Arreſta. Quia le Camus non eſt huius conditionis, vult Perier Scriptorem qui ſupplicuit, ſuffici in locum demortui dictum Camus.* Exhis maturis deliberationibus retulit D. Rector. *Vultis in demortui locum ſuffici dictum Nicolaum le Camus & eidem confertis Officium Scriptoris Vniuerſitatis vacantis per mortem M. Franc. Crozon. Et ita concludo. A qua quidem concluſione & collatione dictus Perier dixit ſe prouocare & appellare. Et de facto prouocauit & appellauit. Et petijt actum.*

Die 5. Decemb. Franciſcus II. obijt magno Orthodoxæ fidei detrimento. Eius morte Condæus Conjuratorum Huguenotorum Dux carcere liberatus, & Rex Nauarrus frater eius cum Regina matre diuiſit imperium. Hinc fides in aula vacillare cœpit, admiſſis ad concionandum Miniſtris. Hinc liberiùs in Guiſianos antiquæ Religionis tenaces ſparguntur libelli. Nec parcitur Carolo V. Imperatori, non Henrico II. & Franciſco II. defunctis Regibus; edito hoc carmine.

Conſilijs Chriſtum oppugnans & fraudibus, ingens
Regum ille terror Carolus,
Ipſis ridiculus pueris, furioſus & excors
Totus repente corruit.
Tuque Henrice! malis dum conſultoribus vtens
Sitis Piorum ſanguinem,
Ipſe tuo vecors inopina cæde peremptus
Terram imbuiſti ſanguine.
Herrici deinceps ſectans veſtigia Patris
Franciſcus infelix Puer,
Clamantem Chriſtum ſurda dum negligit aure,
Aure putrefacta corruit.
Verſuti, fatui, ſurdi, hæc ſpectacula Reges
Vos ſapere vel mori iubent.

Die 13. eiuſdem menſis, regnante tum Carolo IX. cœperunt in Comitijs Generalibus trium Regni Ordinum dici ſententiæ. M. Ioan. Quintinus Æduus Iuris Canonici Doctor à Clero electus pro Religione dixit fortiter contra Nouatores, eorumque Patronos, maximè verò Caſtillonium notauit qui libellum ſupplicem pro ipſis obtulerat.

Die Iouis 9. Ian. apud Rectorem deciſa eſt quædam controuerſia inter duos Examinatores Tribus Pariſienſis in Natione Gallicana nominatos orta, quorum alter vocabatur *Fine* Phyſicus Harcurianus, alter *Du Pré* Phyſicus Nauarricus. Huic deciſioni interfuerunt Rector, 4. Procuratores & 4. Cenſores Facultatis Artium, tandemque pronunciarunt ipſum *Du Pré*, non poſſe ſtare Examinatorem, quod contra huius veteris ſtatuti Turavillæi tenorem electus fuiſſet.

Statuimus & ordinamus vt Magiſtri qui per ſingulas Nationes ad examen

1560. NOTA DE CONSVETVDINE.

Baccalaureandorum ſolent eligi, de cætero eligantur cum bona deliberatione, nec ſint, eligibiles Magiſtri cuiuſcumque Nationis ad illud Examen faciendum niſi ſint in tertio anno à Gradu Magiſtery ſuſcepto. Et hoc abſque vlla diſpenſatione volumus & autoritate Apoſtolica obſeruari mandamus.

Huic ſtatuto derogatum multoties fuerat; vbi tamen ſuborta eſt ea de re controuerſia, reditum eſt ad eiuſdem obſeruationem poſt centum & amplius annos ab eiuſdem promulgatione.

EMENDA HONORARIA NOTABILIS.

Die 31. & vltima Ian. Congregatis apud Becodianum Vniuerſitatis Deputatis ad videndum executionem Senatuſconſulti à M Ioanne Stuart obtenti contra Thomam de la Ferriere, demandante Quæſtore Parricidij ſeu Prætore rerum Criminalium, lectum eſt ipſum Senatuſconſultum.

Extraict des Regiſtres de Parlement.

VEv par la Chambre ordonnée par le Roy, au temps de Vacations, le Procez Criminel fait par le Preuoſt de Paris ou ſon Lieutenant Criminel à la requeſte de M. Iean Stuart M. és Arts, Preſident au College de Boncour fondé en l'Vniuerſité de Paris, demandeur en cas d'excez, le Subſtitut du Procureur general du Roy audit Chaſtelet, joint auec luy, à l'encontre de Thomas De la Ferriere priſonnier és Priſons de la Conciergerie du Palais, appellant de la Sentence contre luy donnée par le Preuoſt ou ſon Lieutenant Criminel, ſur laquelle pour raiſon des excez & efforts faits par iceluy de la Ferriere & port d'armes & aſſemblées illicites ou mois de Iuillet dernier paſſé és Faux-bourgs S. Iacques audit demandeur, ainſi qu'il eſt à plain contenu & declaré audit Procez, iceluy Preuoſt ou ſon Lieutenant auroit enuoyé iceluy priſonnier comme Clerc à l'Official de Paris pour luy faire & parfaire ſon procez ſur le delict commis. Et neantmoins pour le cas priuilegié, condamné iceluy de la Ferriere à faire amende honorable deuant la Chapelle du College de Boncour, luy eſtant nuë teſte & à genoux, tenant en ſes mains vne torche du poids de deux liures de cire ardente: diſant & declarant que temerairement, indiſcretement & comme mal aduiſé, il auoit fait & commis à la perſonne dudit Stuart les excez mentionnez au Procez, dont il s'en repentoit & requeroit mercy & pardon à Dieu, au Roy, à Iuſtice & audit Stuart. Et outre condamné iceluy De la Ferriere és deſpens de la pourſuite. Et oüy & interrogé par ladite Chambre ledit De la Ferriere, tant ſur ſeſdites cauſes d'appel, que cas à luy impoſez & contenus par ledit Procez. Oüy auſſi en icelle Chambre le Procureur general du Roy, lequel de ladite Sentence auroit appellé à *Minima*, requis eſtre tenu pour bien releué & droit luy eſtre fait ſur ſes Concluſions. Et tout conſideré, dit a eſté, ſans auoir egard au Priuilege Clerical allegué par iceluy De la Ferriere, dont ladite Chambre l'a debouté & deboute, qu'elle a receu & reçoit ledit Procureur General appellant de ladite Sentence, l'a tenu & tient pour bien releué. Et en faiſant droit tant ſur ſondit Appel que appellation interiettée par ledit Priſonnier a mis & met leſdites Appellations & ce dont eſt appellé, au neant ſans amende. Et neantmoins pour raiſon des cas contenus par ledit Procez a condamné & condamne ledit De la Ferriere à faire amende honorable deuant la Chapelle dudit College de Boncour, eſtant nuë teſte & à genoux, tenant en ſes mains vne torche de cire ardente du poids de deux liures, & illec en la preſence du Recteur de l'Vniuerſité, des 4. Procureurs des Nations, du Procureur general de l'Vniuerſité & des Deputez des Facultez d'icelle, dire & declarer que temerairement, indiſcretement, & que comme mal aduiſé il a fait & commis en la perſonne dudit Stuart, les excez mentionnez audit Procez, dont il s'en repent & en requiert mercy & pardon à Dieu, au Roy, à Iuſtice & audit Stuart. Et aprés aura iceluy De la Ferriere la Sale en la preſence d'iceluy Recteur, & des deſſuſdits, à la diſcretion d'iceluy Recteur. Et ce fait, a banny & bannit ledit de la Ferriere à neuf ans, de la

Preuoſté & Vicomté de Paris, de laquelle elle luy enjoint vuider dedans 24. heures, à la charge que ſi aprés les 24. heures, & pendant ledit temps 1560. de 9. ans, il eſt trouué, ſera reprins Priſonnier, pendu & eſtranglé en la Place-Maubert, ſans aucune forme ny figure de Procez. Et ſi a outre condamné & condamne iceluy de la Ferriere és deſpens dudit Procez enuers iceluy Stuart tels que de raiſon. La taxation d'iceux par deuers elle reſeruée. Et a enjoint & enjoint icelle Chambre audit Preuoſt de Paris ou ſon Lieutenant Criminel faire & parfaire le Procez aux Complices dudit de la Ferriere, & iceluy iuger definitiuement; ſauf l'exil s'il en eſt appellé. Et de ce auoir fait, & certifier la Cour dedans ſix ſepmaines prochainement venant. Et pour faire executer ce preſent Arreſt a commis & commet M. Claude Malon Greffier Criminel d'icelle Cour, accompagné du premier Huiſſier & autres Officiers de ladite Cour, eſtans du ſeruice. Fait en ladite Chambre le 2. iour d'Octobre 1560. Signé MALON.

Extraict des Regiſtres de Parlement.

LA Cour, oüy ſur ce le Procureur general du Roy, & pour aucunes cauſes & conſiderations à ce la mouuantes a ordonné & ordonne que l'Arreſt donné à l'encôtre de Thomas de la Ferriere priſonnier és priſons de la Conciergerie du Palais, ſera executé par le Lieutenant Criminel de la Preuoſté de Paris, pardeuant lequel à cette fin icelle Cour a renuoyé & renuoye ledit de la Ferriere en l'état qu'il eſt. Fait en Parlement le 24. iour de Ianvier 1560. Signé MALON.

Die 23. Feb habitis apud Math. Comitijs Generalibus expoſuit M. Ioannes Quintinus Doctor & Decanus conſultiſſimæ Facultatis Iuris Canonici ſe ad Comitia trium Regni Ordinum miſſum obtinuiſſe à Rege omnium Academicorum Priuilegiorum confirmationem, illud verò maximè *quo licet Primarijs & Regentibus euocare debitores è prouincijs quibuſcumque.*

Die 24. Martij electus eſt in Rectorem M. Simeon Malmedy è Collegio Lexouæo, vir & fidei & juſtitiæ, & vitæ & ingenij laude conſpicuus; inſtructuſque die 26.

Sub finem huius anni & initio ſequentis vehemens orta ſeditio in Prato Clericorum; propterea quod in Ædibus Domini de Longo-Iumello & cuiuſdam vocati Pauannier fiebant conuenticula ſuſpectorum de hæreſi hominum; quos cum Academici Scholares & alij vrbicolæ ferre non poſſent, ædes ipſas diruere & demoliri conati fuerant. Hinc ab vtraque parte ad arma ventum. Curia ijs tumultibus compeſcendis plures dies vacauit, à die 26. Aprilis an. ſequentis. Et die 28. ipſius mandato Rector accerſitus rerum à ſe & ab Vniuerſitate geſtarum rationem reddidit. Interim quia malum in Ciuitate ingraueſcebat, interdixit Rex ne alij alios contumelioſis Papiſtarum & Huguenotorum vocibus inſectarentur.

Anno 1561. die vltimo Aprilis executioni tandem demandatum eſt quod 1561. pluries fuerat propoſitum de elocando vectigali Pergamenario alicui Redemptori qui 4. Rectoribus ex æquo ſuam penderet partem quotannis. Hac de re ſic legitur in Reg. Nat. German. *Pridie Kalend. Maias eiuſdem* VECTIGAL PERGAM. *anni (1561.) præclara Artium Facultas ab eximio D. Rectore euocata coijt in ædem D. Iuliano cognomento Pauperi ſacratam, ibique vectigal Pergamenarium, de quo ſæpius ante, à nonnullis tractatum erat, Rectoribus (nam ad ipſos hæc res peculiariter pertinet) addictum eſt Ioanni Lalleman Petri Mereſſe maioris Bedelli Nat. Gallicanæ famulo, eiuſmodi conditionibus, quæ amplè ac luculenter in litteris contractus, ſingulis Nationibus à Redemptore tradendis atque in arcam reponendis deſcriptæ ſunt.*

Die 3 Maij Curia inſeruit Actis ſuis Priuilegiorum Vniuerſitatis, item CONFIRMATIO & Facultatis Medecinæ confirmationem à Rege obtentam. Qua de re ſic PRIVILEGIOR. FACVL. MEDICINÆ. in ijs habetur. *Ce iour 3. May 1561. veües par la Cour les Lettres Patentes du Roy données à Fontainebleau le 1. iour d'Avril dernier paſſé. Signé de Lomenie, par leſquelles pour les cauſes y contenuës, ledit Seigneur inclinant à la ſupplication*

1561. *& requeſte à luy faite par les Doyen, Maiſtres, Docteurs, Regens, Lecteurs, Bachelters & autres Suppoſts de la Faculté de Medecine en l'Vniuerſité de Paris, declare auoir entendu, veut & entend, & luy plaiſt que leſdits Doyen, Maiſtres, Docteurs, Regens, Lecteurs, Bacheliers & autres Suppoſts de ladite Faculté, iouïſſent des Priuileges & contenu en l'Extraict des Lettres y attachées ſous le Contreſceel de la Chancelerie cy-deuant octroyez par ſes Predeceſſeurs Rois de France, aux Principaux des Colleges, ſes Lecteurs ordinaires & autres Suppoſts de l'Vniuerſité, tout ainſi qu'ils en ont cy-deuant deüement & iuſtement iouÿ & vsé, iouïſſent & vſent de preſent, & qu'ils ſe puiſſent aider de la copie deſdites Lettres attachées ſous le contreſceel, comme de l'Original. Veu auſſi ledit Extraict & Collation; enſemble la requeſte preſentée à ladite Cour par leſdits Impetrans, afin de leur enteriner & verifier leſdites Lettres & Priuileges ſelon leur forme & teneur. Oüy ſur ce le Procureur general du Roy, ce conſentant & tout conſideré.*

LADITE COVR *a ordonné & ordonne que leſdites Lettres Patentes de declaration & extrait y attaché ſous le contreſceel, ſeront enregiſtrées en icelle pour en iouïr par les Impetrans, ainſi qu'ils en ont cy-deuant, deüement & iuſtement iouÿ, iouïſſent & vſent encore de preſent.*

Ce meſme iour 3. May 1561. veües par la Cour les Lettres Patentes du Roy: données à Fontainebleau le 30. Mars dernier. Signées, Par le Roy en ſon Conſeil: DE LOMENIE, *par leſquelles & pour les cauſes y contenuës ledit Seigneur agrée, loüe, confirme & approuue les Priuileges octroyez par ſes predeceſſeurs Roys, aux Maiſtres, Principaux des Colleges, Lecteurs ordinaires & Precepteurs de l'Vniuerſité de Paris, attachez ſous le contreſceel de la Chancelerie, voulant qu'ils ſortiſſent au proufit des Impetrans leur plein & entier effet, comme plus au long le contiennent leſdites Lettres de l'ordonnance de ladite Cour, communiquées au Procureur general du Roy, ſes Concluſions ſur ce au pied de ladite requeſte, tendante à verification d'icelles preſentée par le Recteur de l'Vniuerſité: Et tout conſideré.*

LA COVR *a ordonné & ordonne que leſdites Lettres Patentes & priuileges y attachez ſeront enregiſtrez és Regiſtres d'icelle, pour iouïr par les Impetrans de l'effet & contenu en icelles, tout ainſi que bien & deüement ils en ont iouÿ & vſé cy-deuant, & iouyſſent encore de preſent.*

5. Non. Maias Rector comitatus 4. Procuratoribus plurimiſque alijs Magiſtris ad Regem iuſſus ſe contulit, & biduo poſt ab ipſo Rege & à Regina matre litteras accepit quibus mandabatur vt Iuuentutem à ſeditioſis tumultibus tumultuoſiſque ſeditionibus coërceret.

8. Kal. Iunij vt legitur in faſtis Nat. Ger. factæ ſunt publicæ ſupplicationes ab vniuerſa Academia in Æde ſacra D. Martini Campenſis pro felici noui Regis Caroli IX. inauguratione, proque vnanimi Religionis concordia.

Tunc autem habebantur Comitia trium Regni Ordinum in Aula Reuerendi D. Epiſcopi Pariſienſis, ad eaque vocatus Rector ijt 4. Kalend. Iunij comitatus Decano Facult. Theol. 4. Procuratoribus & aliquot Præceptoribus. Item & poſtridie ad eundem locum ſe contulit, vbi lectæ ſunt litteræ Regiæ, quibus poſtulabatur ſubſidium quo liberaretur ære alieno. Neſcio quid verò iniuriarum contumeliæque paſſus à nonnullis ſicarijs Vniuerſitatem conuocauit & pridie Kal. Iunij habitis Comitijs, tria fuerunt decreta, vt habetur in ijſdem Reg. 1. *Vt ſi D. Rector denuo ad trium Regni Ordinum Conuentum vocetur, liberum ipſi ſit eò proficiſci, ita tamen ne quid detrimenti per ipſum Academiæ creetur.* 2. *Vt Refractariorum iſtorum nebulonum, factioſorumque ſicariorum (à quibus D. Rectori, niſi ſe ſubduxiſſet, periculum impendebat) petulantia, proteruitaſque publicis coërceatur ſumptibus, pœnamque ſuo ſcelere dignam recipiant.* 3. *Vt impenſarum à D. Rectore tam factarum quàm faciendarum in publicis Academiæ negotijs pertractandis ratio habeatur, ſic tamen vt viris committat ſelectis, qui re diligenter perpenſa, ex æquo hanc rem tranſigant.*

Hiſce autem temporibus Religio Catholica valde periclitabatur. Erant ex Aulicis nonnulli qui Hæreticis fauebant, Rex Nauarrus, Condæus Princeps, Caſtillionij, & plurimi Nobiles, periculumque erat ne

Rex falſis eorum rationibus perſuaſus ſineret aliquid in damnum fidei decerni. Rector his malis obuiam eundum ratus habito Conſilio Regem adijt, libellum ſupplicem obtulit pro retinenda Religione in integro; verum Aulicorum ſibilis exploſus, vixque ad Regis colloquium admiſſus, demum ad Selectorum quorundam cœtum qui res Regni tractabant, remiſſus eſt. 1561.

Die 21. Iunij actum eſt de recipiendo Pergamenario non ſine ſimultate & diſſidio inter Rectorem & Procuratores, propterea quod eum Rector non monitis nec vocatis Procuratoribus in Priuatis ædibus deſignauerat. Hac ergo de re conqueſti effecerunt vt differretur receptio in alium diem. Res ſic ſe habet in Reg. Nat. Germ.

" Iunij 21. celeberrimæ Pariſienſis Academiæ Ordinum Ductor cum cæteris liberalium diſciplinarum Præfectis ad ædes D. Mathurino ſacras conuocatis exhibuit Pergamenarium *Petrum Taneau Scholæ Pariſienſis Moderatoribus apud lares familiares paulo ante deſignatum per ius Stephani Ancher* in eum tranſlatum. Verum cum calcata & fere exploſa Procuratorum autoritate hæc ita in Academiæ dedecus forte Rectore nullius erroris, aut maliciæ conſcio, adminiſtrarentur, intercedentibus atque reclamantibus Procuratoribus Comitia re quidem infecta, in proximum diem rejecta ſunt, quo tamen Rectoris Conſilium non irritum videretur, ſequentibus Comitijs Petrus Taneau Officium Pergamenarij conſecutus fidem alligauit jureiurando ſuam, ſe promptum & alacrem in omnibus Academiæ negotijs adminiſtrandis futurum propugnatorem. Et ita concluſum. " NOTA.

Offenſi Procuratores Rectori faſces deponenti die 23. eiuſdem menſis noluerunt litteras decernere commendatitias, actaque probare. Sic enim in ijſdem Reg. " *Eo demum* ad ædem D. Iuliano ſacram migrauit, vbi Pariſienſis Scholæ Claſſes vniuerſæ & ſinguli Ordines moderatoris electioni incumbentes conſpiciuntur, ac ſacro pro more audito, Rectoris Malmediani in Magiſtratu res geſtæ examinantur; ſed omnibus perponderatis & introſpectis quæ in publicæ vtilitatis damnum cederent, cum illud maximè minuere Academiæ inſignia videretur; quod ſpreta & calcata Procuratorum autoritate cum quodam vectigali eo die quo Magiſtratu diſceſſit, conueniſſet, ab eoque ſumma pecuniæ debita contracta eſſet & adducta in anguſtum, Nationum Procuratores reluctati ſunt, atque etiam omnium rerum geſtarum priuatis ædibus fidem reſignarunt. "

Eodem die electus eſt in Rectorem M. Ioannes de la Mothe vir ſummæ doctrinæ. Quo Rectore, die vltima Iunij actum de receptione *Scriptoris*. Die 13. Iulij de publica fidei profeſſione facienda. Eaque de re actum inſuper die 1. Aug. & conſequentibus octo diebus. Id factum iuxta ſolemne Regis Edictum menſe Iulio apud San-Germanũ in Laia editum, quo omni alia Religione præterquam Catholica & Romana interdicebatur. Inſuper indictus Prælatorum Eccleſiæ Gallicanæ apud Piſciacum Conuentus ad diſſidia Religionis componenda; verita verò Vniuerſitas ne Rex qui tenellæ adhuc ætatis erat, ſi prædicto Conuentui intereſſet, Hæreticorum praua doctrina inficeretur, Reginam adijt, periculumque & grauitatem rei demonſtrauit. Illa ſe prouiſuram pollicita, nihilque facturam niſi cum maturo conſilio. Die autem 4. Septemb. prima ſeſſio celebrata, cui Rex interfuit.

Die 23. Septemb. grauis interuenit inter Academiæ Ordines diſcordia, occaſione collationis Officij cuiuſdam, pro quo credibile eſt Rectorem & Procuratores ante de pretio pepigiſſe in priuata congregatione, vt fieri ſolebat. Decani collationem eiuſmodi, aut certè deſignationem ſimoniacam eſſe reputarunt. Hinc ortus tumultus; pro bono tamen pacis æquum viſum eſt vt ille deſignatus munus Papyropolæ de quo agebatur, eiuraret, liberamque faceret Academiæ poteſtatem illius conferendi. Verum eadem illi contulit. Res ſic ſe habet in ijſdem Reg. Nat. Germ.

" *9. Kal. Octob.* conuocati ſunt eôdem (ad D. Mathurini) à D. Rectore omnes Academiæ Ordines ſuper reſignatione cuiuſdam Officij Papyria- "

„ cij Papyriatus vt vocant, deliberaturi quod.... reſignare cupiebat in fa-
1561. „ uorem... quæ forma reſignationis acerbè admodum perſtringebatur à D.
Nota. „ Decano Canonici Iuris Collegij, adeo vt eam apertè vocaret Simonia-
„ cum, ac planè eam conſtanterque reijceret: cui & cæteri Decani aſſen-
„ tiebantur. Nec res aliter pacari quiuit quàm vt Reſignans ſuum reſigna-
„ ret Officium in Academiæ poteſtatem purè ac ſimpliciter, nullâ fauoris
„ mentione facta, liberumque ei permitteret, cui vellet id conferre. Et ita
„ tandem (quanquam permultis ante verbis vltrò citróque habitis) factum
„ eſt. Eidem tamen contulit Academia, cum nemo alius ſupplicaret, quàm
„ quem ipſe Reſignans propoſuerat. Et ſic à D Rectore concluſum.

Die 10. Octob. electus eſt Rector M. Ludouicus Dalençon Primarius Harcurianus, inſtructus, die 11. Eo Rectore, die 27. Octob. cum ageretur de Cenſorum ſeu Reformatorum Electione, factus eſt ſermo de quadam Concluſione lata à Cenſoribus anni elapſi, vt ſoli Regentes fructus perciperent atque in omnibus Officijs non Regentibus præferrentur; quod quidem graue admodum fuit Nationi Germanicæ quæ paucos habebat Regentes. *D. Gemelli* Reformator Nat. Gall. dixit hæc verba. *In*
Nota. Privilegium Regentium. „ *multis rebus experti ſumus abuſus; exiſtimamus dignum vt qui Præceptores ſoli*
„ *regunt, fructus percipiant*, effectum eſt vt Natio Germana accipiat tantum-
„ dem fructus quantum & cæteræ Nationes. Soli Præceptores actu fructus
„ percipiant, poſtulauit eadem hoc loco confirmari, & quæ à Reformato-
„ ribus acta ſunt anno ſuperiori, rata & grata haberi. Rector verò ita con-
„ cluſit. *Quantum colligere* poſſum, maior pars veſtrum in eam partem vide-
„ tur corruere, vt probetis quæ à Cenſoribus geſta ſunt anno ſuperiori;&
„ maximè eam concluſionem, vt in Germana Natione Præceptores actu
„ percipiant fructus Nationis. Hæc in Reg. publicis.
„ In Reg. verò Germ. Nat. hæc leguntur. *6. Kal. Nouemb.* conuenit Ar-
„ tium Facultas in ædem D. Iuliano cognomento Pauperi ſacram vbi tria à
„ D. Rectore propoſita fuerunt capita. 1. erat de Morum Cenſore deli-
„ gendo. 2um. *vt in Natione Germanica Præceptores non Docentibus in omnibus*
„ *Officijs Nationis præferrentur.* 3....... *Quantum* ad 2um. admirata plurimum
„ eſt Natio tale de ſe immerita & indicta cauſa, vel vt Græci dicunt ἐρήμης
„ decretum eſſe prolatum à cæteris Nationibus contra vetuſtiſſimam adeo-
„ que multis ſeculis inconcuſsè obſeruatam conſuetudinem. Proinde ſe ei
Decreto oppoſuit, ampliuſque & maturius ſuper ea re deliberandum cenſuit. Sign. Beſard Procurator, Beſardi quoque ſucceſſor I. Keræus, vbi Rectoris acta comprobanda fuerunt menſe Decembri, Concluſionem illam excepit his verbis. *Ego Procurator* ex matura Nationis totius delibe-
„ ratione & Conſilio concluſionem quandam ab eo (Rectore) & 4. Cenſo-
„ ribus iure non factam, nimirum ne quiſquam in noſtra Natione præter
„ ſolum Præceptores, & vt actu, vt aiunt, Regentes locum in poſterum aut
„ ſuffragium haberet, maximè improbo & refello. 1um. quidem quod iuri
„ ſcripto & ſtatutis eiuſdem Nationis omni ex parte contraria ſit: ſenten-
„ tia autem, vt aiunt Iuriſconſulti, contra ius ſcriptum lata eſt in ſe nulla.
„ Deinde quod perpetuæ eius conſuetudini penitus repugnet, eaque igno-
„ rante & cauſa indicta effecta fuerit.

Reuera extat in Reg. eiuſdem Nationis ſtatutum quoddam anno 1546. factum in hanc rem. Eſt & aliud huius an. 1561. quæ quidem ſtatuta non erit perperam hîc attexere.

Anno Domini 1 46. 6 Kal. Octob. in æde ſacra Mathurinorum habitis Comitijs confirmatum & renouatum eſt ſtatutum vt deinceps omnes Magiſtri Nationis ex æquo liberum haberent ſuffragium ſiue doce-
„ rent actu, ſiue non; imò licet nunquam docuiſſent, ſiue etiam moram
„ traherent in Gymnaſio, ſiue extra Gymnaſium, ne vlla poſthac, vt ſæpè
„ aliàs, inter prædictos viros oriretur contentio. Cui ſtatuto nullus vtriuſ-
„ que Prouinciæ Magiſter reclamauit, voluitque hoc inſcribi in libro Per-
„ gamenario Nationis; quæ omnia per Procuratorem decreta fuere & con-
„ cluſum, ſubſignatum Rouati cum Syng. & I. Keræus Nationis Procurator.

Anno à Chriſto nato 1561. 16. Kal. habitis apud Mathurinos Comitijs præſtantis ingenij vir M. Deſiderius Philbert in Gymnaſio Marchiano politioris humanitatis Profeſſor toti Nationi in hunc modum ſupplicauit. 1561 *Non eſtis immemores, viri graues, quendam ſuperioribus diebus vobis ignorantibus cauſaque indicta, grauiter contendiſſe, vt D. Rectoris & 4. Cenſorum Decreto ſanciretur: Ne quiſquam deinceps locum vllum, aut ſuffragium ferendi, aut Magiſtratum gerendi in hac noſtra Natione haberet, niſi qui actu, vt aiunt, Regens & Præceptor in Academia eſſet.* Quod quoniam non modò perpetuæ conſuetudini à Maioribus noſtris omni ſeculorum memoria ſeruatæ repugnat, ſed eorum etiam Inſtitutis, legibus ac Iuri ſcripto contrarium eſt, maximè à nobis debet improbari, neque id tantum quò in præſentia reijciatur, verum quò poſteritati noſtræ neutiquam poſſit nocere. Date igitur quæſo operam, Ne tanta peſtis amplius graſſetur, ne ſi forte radices altius agat, totam *Nationem penitus exedat.* De cuius prudentiſſimi ac litteratiſſimi viri ſupplicatione conſilio mox capto ac deliberatione vltro citroque habita, operæ pretium viſum eſt omnibus libros qui leges ſcriptas continerent imprimis euoluere, hoc facto, ſtatutum quod contra hanc ſententiam agat, expunctum fore è libro Pergamenario ſi reperitur. In Commentarijs tamen Procuratorum libro Papyraceo inſcriptis perſpicuum extat. Quapropter vt tanto malo obuiam iretur à tota Natione vnanimi conſenſu, vt ſequitur, concluſum eſt. Quoniam in eam hodie temporis iniquitatem, incidimus, quotquot ex Catholica I. C. Saluatoris noſtri Eccleſiæ matre noſtra dependemus vt nuſquam magis opus fuerit omnem pacem, concordiam, tranquillitatem charitatemque Chriſtianam ali inter nos & exerceri, ex pio officio nobis haud dubiè incumbit omnem harum rerum diſturbandarum occaſionem, quoad fieri poterit, tollere conari. Etenim ſi lis vlla inter nos temere ſuborta, aut diſſenſio nutriatur, facilius ſanè lupi illi rapaces qui tam miſerè hodierno die Chriſtiano ouili inſidiantur nos pro Arbitrio poterunt laniare. Quamobrem vt remedium tam graui malo adhibeatur, vt omnis controuerſia *quæ inter Regentes & Magiſtros qui non docuerint*, hinc poterit oriri in poſterum, amoueatur, perpetuus mos & conſuetudo & Iura noſtra ſcripta in priſtina libertate retineantur, ac denique peſtiferum Sathanæ contagium quod paſſim hodie tam latè ſerpit, facilius à nobis arceatur, ſtatutum hoc quod è libro Pergamenario deletum eſt, à nobis iam renouari & in vtroque libro rurſum inſcribi volumus & decernimus: adeo vt ſemper in poſterum quotquot *Magiſtri ſunt, licet nunquam docuerint, imò & extra Gymnaſia commorentur, vbique ſuffragandi poteſtatem in Natione habeant, atque ipſi Præceptores qui doceant.* Nam ex eo quo Nationis noſtræ iacta ſunt fundamenta inde vſque ſi quis memoria poſſet repetere, perpetuam hanc fuiſſe eius conſuetudinem omnino reperiet. Si enim ita non eſſet, tota Natio haud dubiè pridem corruiſſet. *Sæpè enim euenire ſolet, vt Præceptorum noſtræ Nationis numerus, cum ne binarius quidem aliquando ſit, publicis noſtris gerendis Officijs, non reſpondeat, nec omni ex parte ſufficiat.* Quod à ſapientiſſimis huius Academiæ Maioribus conſultò videmus animaduerſum: idque in communem Vniuerſitatis vtilitatem, vbi ſtatuitur. *Et ſi in aliqua Natione tales non reperiantur talis conditionis vſque ad numerum duodenarium, aſſumantur omnes manentes in Collegijs vſque ad dictum numerum.* Id autem eo magis noſtræ Nationi concedendum eſt, quod ex remotiſſimis Prouincijs conflatur & cogitur. Quæ cum ita ſint, hoc Decretum noſtrum in maiorem huius rei confirmationem iam vnanimi conſenſu interpoſitum in noſtris Annalibus & Commentarijs ſcribendum eſſe volumus & præcipimus. Atque vt quammaximam authoritatem obtineat in proximis Comitijs quod tempus iam non ſinit à nobis omnibus ſubſcribendum & obſignandum ea lege & conditione vt ſi quis vnquam in poſterum qualiſcunque Facultatis ſit, id moliatur impugnare, aut rem de qua mentio iam ſæpius hic facta eſt, vllo modo pertentare, tanquam Chriſtianæ pacis perturbator & Reipub. litterariæ labefactator à noſtro conſortio & ſocietate

» atque adeo è tota Natione in perpetuum eijciatur, ne vnquam poſt ea mu-
1561. » nus ille, aut ſuffragandi locum obtineat. Quibus omnibus ſic actis & » confectis ego Procurator vt mihi ex officio incumbebat, excogitata hac » vniuerſæ Nationis deliberatione, conſilio & expreſſo mandato hoc eius » decretum in libro Pergamenario & in hoc Papyraceo, vt videre eſt in- » ſcripſi, & litteris mandaui.

» *Sequentibus* itaque Comitijs ad Mathurinos 6. Id. Ian. habitis ſtatutum » hoc à tota Natione legitimè congregata iam tertia vice atque adeo ſæ- » pius ſancitum & confirmatum ab omnibus varijſque Prouinciæ Præce- » ptoribus & Magiſtris vt perſpicuum eſt, ſubſcribitur & ſubſignatur, quo » etiam à Natione concluſum eſt, vt quoquot in poſterum ad lauream Phi- » loſophicam aſpirent, Hoc idem ſtatutum etiam ſubſcribant, priuſquam » pileo, vt aiunt, donentur, ne vlla deinceps hac de re diſſenſio in Natio- » nem vnquam irrepat. Et ita à me concluſum eſt.

Cæterum turbulenta erant admodum hæc tempora occaſione Nouitatum in negotio fidei, ancepſque fluctuabat Religio, conniuentibus, aut certè non adeo ſtudiosè diligenterque præcauentibus ijs qui rei Gallicæ adminiſtrationi præerant: qui nempe aut neutri parti fauere, aut neu-
Religio. tram ſuccumbere velle videbantur neutramque victricem eſſe. Ita liberè diuagari licebat omnium animis. Concionatores hinc & inde pro libito populum diſtrahebant. Cui malo vt mederetur Vniuerſitas, ad Deum conuerſa ſæpè fudit preces, ſæpè ſupplicationes ſolemnes celebrauit. Rector Dalençonius fidei ſtudio ſucceſus ad Vniuerſitatem die 9 Nouemb. congregatam his verbis vſus eſt. *Eccleſiaſtica Pax perturbatur, ſancta Religio labefactatur, Chriſti fides violatur, quis non dolebit Chriſti fidem in hac vrbe plantatam, ſacris Doctorum concionibus ſtabilitam & auctam tam iam euelli & extirpari. Pro cuius defenſione quia arma ſumere non licet, Deum implorare debemus, incumbendum precibus & ſupplicationibus.* Ait Dauid ad Deum, *Cum tribularer clamaui & exaudiuit me*, &c.

Rex ipſe & Regina mater ad Vniuerſitatem ſcribunt, vt pro poſſe impetus illos pro Religione & contra Religionem ortos compeſcat: Reſpondet in eam rem ſe pro viribus collaboraturum; cæterum id factum non eſſe inermis militiæ, ſed eius qui portat gladium. Tales ſunt Regis litteræ.

A Nos Chers & bien-Amez les Recteur, Officiers & Suppoſts de noſtre Fille Aiſnée l'Vniuerſité de Paris. Apertis litteris, ita legebatur.

DE PAR LE ROY.

CHERS & bien-Amez: aprés auoir entendu la ſedition qui depuis nagueres eſt aduenuë en noſtre ville de Paris, à noſtre tres-grand regret & deplaiſir, Nous auons aduiſé d'enuoyer en noſtredite Ville, noſtre tres-cher & tres-amé oncle le Roy de Nauarre, noſtre Lieutenant General, repreſentant noſtre perſonne en tous nos Royaumes & Pays, pour y faire donner l'ordre & prouiſion neceſſaire. Et luy ayant donné charge de noſtre part; Nous vous mandons & ordonnons que vous le croyez, & luy adiouſtez la meſme foy que feriez à noſtre propre Perſonne. Et n'y faites faute. Car tel eſt noſtre plaiſir. Donné à Fontainebleau le dernier iour d'Auril 1561. ſouſſcript. CHARLES. Et plus bas, BOVRDIN. Hæ quoque extant Catharinæ Reginæ litteræ ad eandem Vniuerſitatem.

MESSIEVRS *les Recteur & Suppoſts de l'Vniuerſité de Paris, vous ſçauez de mon frere le Roy de Nauarre, l'occaſion pour laquelle le Roy, Monſieur mon fils, l'enuoye à Paris. Et encore que ie ſçache que vous adiouſterez à ce qu'il vous dira de ſa part la meſme foy & creance que feriez à ſa propre perſonne, ſi ne laiſſeray de vous en prier, & de vous employer en ce qu'il vous propoſera pour le bien du ſeruice du Roy, mondit ſieur & fils, ſelon la fiance qu'il en a en vous, & ce que vous y auez touſiours demonſtré de bonne & ſincere intention. Priant Dieu, Meſſieurs, qu'il vous ait en ſa ſainte garde. Eſcript à Fontainebleau le dernier iour d'Auril 1561.*

vril 1561. Signé CATHERINE. Et plus bas, BOVRDIN. Au dos. *A Meſſieurs les Recteur, Officiers & Suppoſts de l'Vniuerſité de Paris.* 1561.

Ne quid verò deeſſet malorum, nonnulli etiam è Pædagogis & Præceptoribus Academicis, curioſitate Nouitatis ducti non tantùm ibant ad Conciones Nouatorum, ſed & nonnunquam ſuos etiam diſcipulos ſecum ducebant: quod ne facerent, Rector Gymnaſiarchas conuocauit eoſque apud Mathurinenſes die 30. Nouemb. hora à meridie 2a. ſic compellauit.

Vos Gymnaſiarchæ. Ad nos delatum eſt nonnullos Primarios quos publicè nominare nolo, qui ne cubicula ſuorum Collegiorum vacua remaneant & vt plures habeant Portioniſtas in ſuis Collegijs, Pædagogos & Regentes pernicioſos admittere *qui pueros ſibi commiſſos ad illas Sathanicas Conciones per manus more Nutricum ducunt*, quos voluimus per nos & Deputatos Vniuerſitatis admoneri, vt vigilent ſuper greges ſuos ac tales Pædagogos & Regentes à ſuis Collegijs expellant, ſi non reſipiſcant; quod ſi negligant hanc maternam admonitionem Vniuerſitatis, neſcio ſi tam patiens futura ſit Vniuerſitas vt eos non nominet, & nominatos in ſuis publicis Comitijs priuatos ſuis Priuilegijs non proclamet. Hæc ſunt Vigilantiſſimi Gymnaſiarchæ, quæ ex Mandato Deputatorum Vniuerſitatis habebam vobis ſignificanda, rogo vos per Ieſum Chriſtum vt veſtra Officia faciatis.

Dum autem in Conuentu Piſciaco Caluiniſtæ deprimere conabantur autoritatem Papæ, Pariſijs Ioannes Tanquerelus Normanus è ſocietate Harcuriana inter Theſes ſeu Poſitiones Maioris Ordinariæ in Sorbona autoritatem Papæ talem eſſe aſſeruit, *Quod Papa Chriſti Vicarius Monarcha ſpiritualem & temporalem habens poteſtatem Principes ſuis Præceptis rebelles Regno & Dignitatibus priuare poteſt.* Ea de re ſtatim Baptiſta Du Meſnil Aduocatus Generalis Curiam admonuit die 13. Nouemb. & Chriſtophorus de Thou, Senatus Princeps hanc in ſe ſuſcepit prouinciam diſcendi ex Decano Facultatis Theol. quis eſſet illius Actus Præſes. Rex quoque qui tum apud S. Germanum in Laya verſabatur, in eandem rem ad Curiam reſcripſit.

THESIS TANQVERELLI DE AVTORITATE PAPÆ.

DE PAR LE ROY.

« Nos Amez & Feaux, Nous auons eſté aduertis que au College de Lizieux (Harcourt) il s'eſt puis n'agueres propoſé diſpute, & conclud par aucuns Docteurs de la Faculté de Theologie vne certaine propoſition de tres-grande importance & qui touche & preiudicie ſi auant au fait de noſtre eſtat, qu'il n'eſt poſſible de plus; & encore que nous ſoyons aſſeurez que vous ne faudrez ſuiuant ce que noſtre tres-cher & feal Chancelier vous en a remonſtré au voyage qu'il a fait à Paris, de faire toute la diligence qui ſera neceſſaire pour ſçauoir & éclaircir la verité de ce fait, pour en faire faire telle reparation que vous ſçaurez bien iuger la perilleuſe & pernicieuſe conſequence d'vn tel acte le requerir neceſſairement, ſi voulons nous bien vous en eſcrire en la preſente, vous priant & neantmoins mandant & ordonnant tres-expreſſément que vous vacquiez auſdites affaires, ſans diſcontinuation & auec tel ſoin, ſollicitude & diligence que nous puiſſions de plus en plus connoiſtre de combien ce qui appartient à la ſeureté, eſtabliſſement & conſeruation de noſtre Eſtat & de cette Couronne, vous eſt cher & recommendable, & afin que nous puiſſions ſçauoir ce qui y aura eſté par vous fait, aduertiſſez nous de temps à autre de l'aduancement que vous donnerez auſdites affaires & de ce qui en aura par vous eſté finablement ordonné, qui ſera ainſi que nous eſperons auec vne ſi ſage & prudente prouiſion, que nous n'aurons autre occaſion que d'en receuoir ſelon l'importance de la choſe vn entier contentement. Donné à ſaint Germain en Laye le 13. Nouembre 1561. «

Signé CHARLES. Et plus bas BOVRDIN. «

Leſquelles Lettres leuës & la matiere miſe en deliberation, a eſté ar- «

" reſté que MM. Cayn demeurant au College des Cholets & Iean
1561. " Tanquerel demeurant au College de Harcour ſeront arreſtez Priſon-
" niers & baillez en garde aux Principaux deſdits Colleges pour les repre-
" ſenter & s'en charger, & où ils ne s'en voudront charger, qu'ils ſeront
" promptement menez Priſonniers és Priſons du Monaſtere ſainte Gene-
" uiefue, pour y tenir priſon fermée. Ce qui a eſté enjoint à Dominique
" Mitouart & Charles le Moine Huiſſiers en ladite Cour pour ce mandez
" de mettre à execution & de faire commandement au Doyen & quatre
" des plus anciens Docteurs de la Faculté de Theologie de cette Vniuer-
" ſité qu'ils ayent à ſe trouuer & venir en ladite Cour Lundy matin à 7.
" heures.

Accerſiti Decanus & Doctores retulerunt prædictum M. Io. Tanquerel fuga ſibi conſuluiſſe; contra quem rurſus decretum. Demum die 2 Decemb. re in diſceptationem adducta, Baptiſta Meſnilius Aduocatus Regius quàm graue illud crimen eſſet, fortiter exaggerauit, d'auoir mis en diſpute, ſunt ipſius verba, publiquement la puiſſance du Pape ſur la temporalité du Roy, & la depoſition d'iceluy Roy, de ſon Royaume, à la volonté du S. Pere, qui eſt choſe trop hardie pour vn Subjet du Roy, & en la ville Royalle de Paris, *& vt ita dicam in oculis ipſius Principis.* En quoy les Perſonnages ſuſdits ne peuuent auoir excuſe; car telles poſitions leur ont eſté montrées & communiquées auant qu'elles fuſſent publiquement diſputées, les ont eües entre les mains, les ont ſouffertes eſtre agitées en la diſpute publique, eux preſens, aſſiſtans, oyans & conſequemment conſentans & aduoüans; choſe certes eſtrange en perſonnes d'âge, bonnes mœurs, de longue experience & reputation de doctrine. Certes ils ne peuuent nier qu'ils n'ayent mis vne forte tache noire en leur blanc, meſmement que des Grands cela eſt venu aux Petits qui ont traitté la diſpute, eſt venu aux oreilles des Eſcoutans, eſt venu iuſques à l'Impreſſion. Voilà longue ſuite & conſequence du fait. Quant aux circonſtances, elles ſont trop claires & manifeſtes pour en faire diſcours. Et pleuſt à Dieu qu'elles ne fuſſent telles. Pour reſolution ils ont à remonſtrer à la Cour en la preſence des deſſuſdits, qu'ils doiuent bien rendre graces à Dieu, au Roy, à la Reyne, aux Princes & Conſeil du Roy, qui ont fait deſia declaration témoignée de bouche, & par lettres, qu'ils vouloient diſſimuler la grandeur de cette offenſe, & ne point faire punir cette faute ſelon ſon merite, ains vſer de grace & bonté, manſuetude & miſericorde enuers les Suppoſts de cette Faculté. Plus ayans aſpect au lieu & degré d'honneur que icelle Faculté a tenu vn temps en France, & à l'eſperance de ce que l'on en peut cy-aprés eſperer, que non pas au temps & au fait qui ſe preſente, & certes ils s'attendoient bien pour le deuoir & neceſſité de leurs Eſtats de prendre plus aigres & ſeueres Concluſions qu'ils ne feront, ne voulans de leur part outrepaſſer le commandement du Roy, de la Reyne & du Conſeil, doubtans auſſi que s'il en meſaduenoit quelque choſe que l'on s'en print à eux cy-aprés. Doncques ce qu'ils requierent eſt, que en meſme lieu & ſemblable aſſemblée, auquel cette propoſition a eſté diſputée, ſoit publiquement tenu poſition contraire, affirmatiue & preciſe, damnant & reprouuant l'opinion contraire, doute & diſpute d'icelle, & ce en preſence des Doyen & Senieurs d'icelle Faculté, aſſiſtans auſſi vn de Meſſieurs les Preſidens & deux des Conſeillers d'icelle; & ce pluſtoſt que faire ce pourra; & plus, que preſentement ſoient faites defenſes auſdits de la Faculté de plus tenir Concluſions ou Poſitions, ſoit en forme problematique, affirmatiue, ou negatiue, concernant l'Eſtat du Royaume & autorité du Roy, & que leſdits Doyen & deux de ladite Faculté ayent à ſe retirer deuers le Roy, la Reyne & le Conſeil pour deprier leur faute, & rendre grace de la grace & faueur dont l'on vſe enuers eux en cet endroit, & ſoy purger des Suſpicions que l'on pourroit auoir qu'il y euſt quelque choſe latente plus à craindre & redouter que ce qui de preſent apparoiſt, s'il ne plaiſt au Roy faire receuoir en cet-

re ville de Paris par vn des Princes de France ou Gens de ſon Conſeil, telle deprecation, action de graces ou purgation. 1561.

Et ſur ce ont dit leſdits Maillard, Alleaume, Pelletier, Allain, Catherin & Palliet par l'organe dudit Maillard, qu'ils ont fait toutes diligences de trouuer ledit Reſpondant, tant au College où il ſe tenoit que autres tant par inquiſition des Sermens de ſes Compagnons & familiers, que des Portiers des Colleges & par conniuence ou autrement ne delaiſſent à repreſenter grandement deſplaiſans, de ce que autrement ils ne ſçauent où il eſt. Quant à ce qu'ont dit les Gens du Roy, encore que la Queſtion ſoit Problematique, aiment trop mieux pour le Roy, duquel ils ſont tres-humbles & tres-obeyſſans Seruiteurs & Subjets, tenir le contraire, & tout ainſi que l'vn a eſté autrefois diſputé, auſſi a eſté le contraire; toutefois ſont tous preſts d'obeyr à ce qui leur ſera enjoint & à deputer d'entr'eux pour aller vers le Roy. Eux retirez, la matiere miſe en deliberation, s'en enſuiuit Arreſt de ce iour. Et le meſme iour la Cour pour executer l'Arreſt par elle donné à l'inſtance du Procureur general du Roy à l'encontre de ceux de Sorbonne, a commis & deputé M. Chriſtophle de Thou Preſident, Charles de Dormans & Barthelemy Faye, & M. Iacques de Varade auſſi Conſeiller en la Cour de ceans en l'abſence de l'vn d'eux.

Le meſme iour aprés que le Procureur general du Roy preſent M. Nicole Maillard Doyen, Iean Alleaume, Iean Pelletier, Iean Allain, Iacques Cahun & Noël Paillet Docteurs en la Faculté de Theologie pour ce mandez à requis à la Cour, qu'eux euſſent ſuiuant les injonctions à eux pluſieurs fois faites, & par ordonnance d'icelle Cour, pour repreſenter M. Iean Tanquerel Bachelier en Theologie, pour reſpondre ſur la poſition par luy diſputée, leſdits de la Faculté oüys en leurs diligences & excuſes; enſemble ledit Procureur general en ſes Concluſions, la matiere miſe en deliberation.

Ladite Covr a ordonné & ordonne que ſuiuant la declaration baillée par M. Iean Tanquerel ſignée de ſa main & pour ſon abſence, & au lieu de luy le Bedeau de la Faculté de Theologie, declarera en plaine Sorbonne, en preſence du Doyen & de tous les Docteurs de la Faculté, meſmes dudit Cahun & Bacheliers de cette Licence prochaine qui ſeront pour cet effet congregez & aſſemblez, ſur peine d'eſtre priuez des Priuileges à eux octroyez par le Roy & ſes Predeceſſeurs, aſſiſtans l'vn des Preſidens & Conſeillers en icelle Cour, & le Procureur General, qu'il déplaiſt audit Tanquerel d'auoir tenu telle Poſition qui ſera leüe, que indiſcretement & inconſiderément ladite poſition a eſté tenuë & diſputée, & qu'il eſt certain du contraire. Suppliera tres-humblement au Roy luy pardonner l'offenſe qu'il a faite, pour auoir tenu ladite Poſition & icelle auoir miſe en diſpute. Et ce fait leur ſeront par ladite Cour faites defenſes de tenir à l'aduenir telles Poſitions; & d'abondant que deux d'entr'eux ſeront Deputez pour aller deuers le Roy, afin de le ſupplier tres-humblement qu'il leur veüille pardonner l'offenſe en laquelle ils peuuent eſtre encourus pour auoir permis ladite diſpute & les tenir en ſa bonne grace, en laquelle ils deſirent demeurer, comme ſes tres-humbles & tres-obeyſſans Subjets & Seruiteurs.

Die 12. Decemb. Senatuſconſultum iſtud executioni demandatum eſt, præſentibus Curiæ Senatoribus, Ægidio Burdino Procuratore Generali, Claudio Berruerio ex 4. Curiæ Notarijs vno, & 38. Doctoribus Theologis in Sorbona, vbi eo lecto, Petrus le Goulx Facultatis Theologicæ Apparitor ſeu Bedellus dixit altâ voce. *Ie declare en l'abſence de Iean Tanquerel, & pour & en ſon lieu, qu'il me deplaiſt d'auoir tenu la Poſition enſuiuant.* Quod Papa Chriſti Vicarius Monarcha, ſpiritualem & temporalem habens poteſtatem Principes ſuis præceptis rebelles Regno & Dignitatibus priuare poteſt; *& qu'indiſcretement & inconſiderément i'ay icelle propoſition tenuë & diſputée, & ſuis certain du contraire. Supplie tres-humblement au Roy me pardonner l'offenſe que i'ay faite pour auoir tenu ladite Propoſition & icelle miſe en diſpute.*

1561. De Edicto Pacificationis 17. Ian. *Vide infrà ad an. 1561. requeſtam Vniuerſitatis ſic reſpondentem.*

Vix confecto hocce negotio, ecce alia duo Vniuerſitatem diſtrahunt: Legatio Pontificia Cardinalis Ferrarienſis & Edictum Regium pro Hæreticorum ſecuritate; quorum vtrique interceſſit Vniuerſitas, ne Actis Curiæ inſcriberentur. Die ergo Sabbati 24. Ian. Rector Curiam ſubit, ſubit & Cancellarius Eccleſiæ Pariſienſis, poſtulantque ſibi dari Exemplar Edicti. Sur ce le Recteur de l'Vniuerſité accompagné d'aucuns Docteurs de la Faculté de Theologie ſuruenus & en audiance a propoſé en termes Latins, que l'on auoit rapporté à ladite Vniuerſité, qu'vn Edict auoit eſté preſenté ceans, auquel y auoit des choſes faites au preiudice des Fideles & Catholiques, & en faueur des Aduerſaires; ne pouuoit auoir plus ſeur refuge que à icelle Cour, laquelle il ſupplioit que l'Edict ne fuſt publié, ne permis eſtre imprimé. Auſſi a eſté rapportée la Requeſte de M. Antoine du Viuier Chancelier de l'Egliſe de Paris, Syndic du Clergé d'icelle, tendante à rauoir le double dudit Edict, pour en venir au premier iour deduire l'intereſt dudit Clergé. Et ladite Requeſte communiquée ſur le champ aux Gens du Roy, preſens au rapport d'icelle, & à la propoſition dudit Recteur, ils ont dit par l'organe de M. Baptiſte du Meſnil Aduocat dudit Seigneur, qu'ils ne trouuoient raiſonnable, ains empeſchoient que aucuns Oppoſans ou Intercedans fuſſent receus contre l'Edict fait par le Roy; remonſtrans que ce ne ſeroit iamais fait, ſi oppoſitions eſtoient receües, & que ladite Cour, ſans les oüir, entendoit trop mieux ce qu'elle auoit à faire.

Tergiuerſante Curia Edictum approbare, Mareſchallus Monmorencius Vrbis Pariſiacæ Gubernator illud nihilominus ex Mandato Regis typis Caroli Angelis ſeu Angelier edi curat; & Curia ſupprimi iubet. Rex ſibi rationes eiuſmodi tergiuerſationis declarari vult, priuſquam decernatur quidpiam. Reſpondet Curia ſe parituram; interim Rectoris & aliorum Intercedentium libellos ad Regem tranſmittit. Rex moræ impatiens reſcribit velle ſe Edictum promulgari nonobſtantibus quibuſuis rationibus. Cancellarius Regni Curiam certiorem eſſe vult de voluntate Regis. Et illa tandem fusè declarat quibus mota rationibus non duxerit eſſe conſentaneum tale Edictum promulgare, his verbis à Chriſtophoro Thuano prolatis.

Que la Cauſe pour laquelle la Cour inſiſtoit à ce que l'Edict ne fuſt publié, & ordõné que remonſtrances ſeroient faites au Roy, & en conſcience elle ne pouuoit conſeiller la publication dudit Edict, eſtoit pour autant que par iceluy Edict l'on recueilloit, que l'on vouloit dans vn meſme lieu & en vn meſme Royaume, par Loy expreſſe, ſouffrir deux Religions: choſe qui ſembloit eſtre impoſſible, & par le moyen de laquelle la ſocieté qui doit eſtre entre les hommes eſtans mis en ce monde pour glorifier Dieu & le loüer & tous ſes Oeuures, & au demourant de viure enſemble en paix, vnion, repos & tranquillité, en toute pieté & ſincerité, eſtoit entierement violée, diſſoluë & corrompuë, & que ce qui plus entretient les Monarchies, Republiques & Villes dont elles ſont compoſées, eſt limité en la Religion que *Magnum eſt habere monumenta maiorum, iiſdem vti ſacris, ſepulcra habere communia.* Et il y-a long-temps qu'il a eſté eſcrit que la diuerſité de Religion, *diſſoluit quæ inter homines eſſe debet, ſocietatem*; & en conſquence amene l'auerſion & ruine totale des Villes & des Choſes publiques; car de la diuerſité de la Religion, *Naſcuntur odia, ex odiis, ſeditiones & vrbium euerſiones.* Que l'on connoiſſoit par euidence que ces diuiſions & ſimultez entre ceux entre leſquels l'amitié doit eſtre plus grande, comme entre mary & femme, le pere & les enfans, freres & ſœurs, & entre voiſins qui ſe ſeparent les vns des autres par le moyen de la diuerſité de la Religion. Si cela ſe fait *ante legem latam*, il eſt bien à craindre que *lege lata*, les troubles ſeront beaucoup plus grands qu'ils ne ſont à preſent. Et veritablement l'on a trouué vn mot qui eſt porté par l'Edict merueilleuſement grand & approbatif d'vne Religion nouuelle, en ce qu'il fait mention de Conſiſtoires & de Synodes, & qu'il eſt permis à ceux

qui ſont de la nouuelle Religion de eux aſſembler pour faire Prieres & Oraiſons & autres exercices de leur Religion, deſireroit-on fort que ces mots fuſſent oſtez de l'Edict. 1561.

Dauantage en l'Edict eſt porté que les Magiſtrats ſeront reſpectez, quand ils ſe voudront trouuer aux Preſches & Aſſemblées; l'on doute que c'eſt que l'on doit entendre par ces mots, *de Magiſtrats*, & ſi l'intention du Roy, qui veut & entend viure en la Religion de ſes Predeceſſeurs, ainſi que l'on le void par experience publique, & comme il y eſt nourry, & auſſi que ſes Lettres d'Edict le portent, & que neantmoins ſes Magiſtrats & Officiers de Iudicature ſoient des Cours ſouueraines ou d'autres, peuuent aller aux Preſches, eux trouuer aux Aſſemblées & tenir autre Religion que celle de leur Souuerain, & celle en laquelle ils ont eſté baptiſez. Et ſemble qu'il ſeroit fort raiſonnable que le Roy ſur ce baillaſt ſa Declaration. Car ſes Officiers ne font aucune difficulté de ſe trouuer eſdits Preſches & ſoûtiennent qu'ils le peuuent faire; en cela peuuent pécher doublement *& facto ipſo*, eux ſe déportans de l'ancienne Religion & publiquement receuë, *& malo exemplo*, dautant que *Multi eos imitantur.* Et comme diſoit Platon. *Quales ſunt in Ciuitate Principes, tales ſunt & reliqui Ciues.*

Là deſſus leur fut dit par M. le Chancelier que ces mots ne s'entendoient pas indiſtinctement de tous les Officiers du Roy, ains ſeulement de ceux qui auoient la Police, & encore que l'on n'entendoit pas que ceux qui auoient la Police des Villes, fiſſent vn ordinaire d'aller aux Preſches, mais ſeulement ils s'y trouuaſſent ſelon que l'occaſion ſe preſenteroit pour empeſcher que l'on ne fiſt quelque choſe contre la Police publique, ſous ombre de la Religion, & que l'on n'attentaſt *aduerſus Conſtitutiones Principum*, fut trouué bon que de ce fuſt dreſſé vne Declaration; & leur voulut-on donner la charge, laquelle ils ne voulurent accepter.

Poſtridie acceptæ ſunt litteræ quibus Rex iubebat poſtpoſitis omnibus Admonitionibus & rationibus ſibi pareri, & Reginæ matri, Edictum promulgari. Regina voluit quoque omnem amouere à ſe ſuſpicionem mutatæ Religionis. Super his iuſſi Cognitores Regij Conſilia ſua ſeu vt vocant *Concluſiones* aperire ſcriptoque tradere, qui voluntati Regis ſubſcripſerunt, Curia ſic decreuit La Cour a arreſté qu'elle ne peut & ne doit en conſcience proceder à la Verification, lecture, publication & enregiſtrement deſdites Lettres.

In eandem rem itum ſæpè ad Regem & à rege reditum ad Curiam menſibus Ianuario, Februario & Martio; demum habita ratione temporis difficillimi, & metu ſeditionis die 6 Martij Edictum Curia admiſit *Per Proniſionem dumtaxat*, & donec aliter Rex ſtatueret.

In Vniuerſitate dici non poteſt quantus tum fuerit ſtupor animorum; quæ verò Dei ſingularis gratia fuit, pauci à fide deuiarunt; deuiarunt tamen nonnulli, & è Primarijs Collegiorum vnus, audito ſupradicto Edicto, ſui Collegij ſacras Imagines confregit. Quamobrem die 23 Ian. habitis priuatis Comitijs *Deputati*, vt legitur in Actis publicis, *voluerunt informandum à D. Rectore* (Ioanne Vernolienſi) *cum Scriba de Primario illo, qui fregit imagines ſui Collegij; & ſi conſtiterit de ea re, illum priuandum priuilegijs Vniuerſitatis, & talem declarandum in publicis Comitijs*, (id de Petro Ramo Profeſſore Regio & Præfecto Gymnaſiarcha intellige) *adeundum D. Procuratorem Generalem & illi exponendum hæreſes & erroneas propoſitiones quas tenet in ſuis Prælectionibus vir Quidam nominatus Balduinus.* Poſtridie Rector ſelectis viris comitatus adit Curiam & nomine publico intercedit ne Edictum publicetur & typis excudatur. Die verò 26. habitis frequentibus Comitijs apud Mathurinenſes placuit Legatos ad Regem pro negotio fidei deſtinare. Interceſſit vnus Ramus, *quominus mittantur Legati in Aulam Regiam quin prius intelligatur & deliberetur publicè de Articulis Vniuerſitatis nomine ad Regem mittendis*, actumque ſuæ Interceſſionis à Scriba petijt. Eadem die habitis Priuatis Comitijs Deputatorum hora 2. pome-

ridiana idem Ramus Preſlæi, Nicol. Charton Doctor Medicus Bellouaci, Guill. Gallandius Becodiani Collegiorum Primarij reclamarunt aduerſus orationem à Rectore habitam in Senatu die 24. nomine publico. Reſpondit verò Rector his verbis. *Ad ſupremum Senatum pro Officio Rectoris profectus ſum. Oraui, neque potui quidquam minus præſtare nomine Vniuerſitatis, quàm in tanto caſu non deeſſe, aut laboribus, aut curis, aut vigilijs.*

1561.

Regina mater inter hæc dubia euentus ſpe pendula fluitans vtrique Parti æquam ſe præſtat, dum tempus opportunum exſpectat. Et quia de cultu Imaginum certabatur acriter, Colloquium conceſſit Catholicos inter & Nouatores apud San-Germanum in Laya. E noſtris fuerunt, Maillardus Theol. Facult. Decanus, Sallignacus, Deſpenſæus, Boutillerius, Demochares, Vigor, Pelletarius, Furnerius; è Nouatoribus Marloratus, Theodorus Beza, Peruſſellus & Barbaſtus qui Conuentui Piſciaco interfuerant. Verum Colloquium iſtud parum vtile fuit, nec vinci potuit pertinacia Nouatorum.

Interim cum Hippolytus Ateſtinus Cardinalis Ferrarienſis in Galliam Legatus miſſus fuiſſet à Pontifice, & mandata quæ ab eo habebat, diplomate Regio ad Curiam Pariſienſem directo, vt moris erat, confirmari peteret, intercedere voluit Vniuerſitas, quia Sacerdotiorum Collationes ab Epiſcopis & alijs Præſulibus Gallicanis ad Pontificem transferre contendebat, ſed Regis literis prohibita eſt libellum ſupplicem Curiæ porrigere. Sic enim Carolus IX. ad Mareſchallum Montmorentium tunc Vrbis Præfectum ſcripſit.

Mon Couſin, ie viens d'eſtre aduerty tout preſentement que le Recteur de l'Vniuerſité de Paris a eſté induit de preſenter à ma Cour de Parlement certaine Requeſte grandement contumelieuſe contre les Gens de mon Conſeil Priué, & mon Chancelier, & que s'eſtant ledit Recteur, ce matin preſenté à ladite Cour à cette fin, il a eſté remis pour s'eſtre trouué hors l'heure trop tardiue à demain au matin: qui eſt cauſe que preuoyant ce qui en peut aduenir de trouble & d'embroüillemens, i'ay aduiſé vous deſpecher ce Porteur en toute diligence pour vous prier, & neantmoins ordonner, Mon Couſin, que incontinent la Preſente receuë & auant que ledit Recteur puiſſe demain aller à ladite Cour de Parlement vous l'enuoyez querir. Et aprés luy auoir demandé copie de ladite Requeſte, ſoit qu'il la vous baille ou non, faites luy expreſſes inhibitions & deffenſes de par moy, ſur peine de deſobeyſſance, & ſur tant qu'il craint mon indignation, qu'il n'aye à preſenter ladite requeſte ny autre en madite Cour, ny ailleurs, ſans mon ſceu & congé, & de vous qui eſtes mon Gouuerneur & mon Lieutenant General à Paris, & Pays de l'Iſle de France: Et cela fait, tranſportez-vous vers ceux de madite Cour pour leur faire ſemblables defenſes d'en receuoir de luy, ny d'autres qui ſoit pour offenſer l'honneur des Gens de mondit Conſeil ou de mondit Chancelier. Et ſur ce, mon Couſin, te prieray Dieu qu'il vous ait en ſa ſainte garde. Eſcrit à S. Germain en Laye le 3. iour de Feurier 1561. CHARLES. *Et plus bas* BOVRDIN.

Die 4. Martij electus eſt Rector M. Godefridus De la Faye Burgundici Collegij Primarius ac Moderator vir religioſus, inſigni pietate, fide & probitate præditus, præ cæteris tali honore dignus propter ſingularem in perficiendis rebus diligentiam & autoritatem, & in aggrediendis prudentiam, in omnes ſummã manſuetudinem, vt legitur in Actis Academicis. Quo Rectore mandatum Procuratori Regio Generali à Regina matre & Rege Nauarrico nomine Regis, vti curaret totam Academiam intra tria Collegia concludi, ſeu omnia Collegia ad tria reduci. Quod vbi accepit Rector, die 16. April. an. 1562. conuocauit Deputatos & omnes Gymnaſiarchas; 18. vero vniuerſos Academiæ Ordines, quibus expoſuit deplorando calamitatem ſuorum temporum, quæ Regis eſſet voluntas; id quia viſum eſt omnino graue, plurimis videbatur debere ab omnibus Lectionibus ceſſari. Sed vicit Prudentiorum ſententia, adeundum Regem ipſum, admonendumque quantam, ſi id fieri iuberet, Regno & Eccleſiæ iacturam calamitatemque importaret.

1562.

Die 23. Iunij Rector electus M. Claudius Arnoul, inſtructuſque 26. &

admonitus præſertim vt Religionem Catholicam ſartam tectamque conſeruari & ad poſteros tranſmitti curaret. Et eo Rectore facta eſt publica fidei Profeſſio ab omnibus Academicis, eiectique ac omnibus Officijs priuati qui Religioni Chriſtianæ Catholicæque terga vertiſſent. 10. quidem Iulij Congregatis Deputatis apud Mathurinenſes, tria Capita Rector expoſuit, 1. de Collatione ſeu Prouiſione Officiorum Vniuerſitatis vacantium per exitum & fugam eorum qui à fide Chriſtiana receſſerant. 2. de publica fidei Profeſſione facienda. 3. de publicis ſupplicationibus decernendis ad fidei integritatem à Deo obtinendam. 1562. SCRIPTOR.

Item die 13. habitis Vniuerſitatis Comitijs lectum eſt in eandem rem Senatuſconſultum ſequens.

Extraict des Regiſtres de Parlement.

LA Cour, oüy le Procureur general du Roy, ce requerant & deüement certiorée la Faculté de Theologie en l'Vniuerſité de cette Ville auoir fait Profeſſion de noſtre ſainte Foy Catholique, ſelon & en la forme que auoit fait icelle Cour, a ordonné & enjoint au Recteur de ladite Vniuerſité, ſuiuant l'Edict 1543. & Arreſt de ladite Cour du 6. Iuin dernier faire euocation des autres Facultez, Colleges & Communautez de cette Ville, pour eſtre faite pareille Profeſſion de noſtre ſainte Foy Catholique, & de ceux qui ſeront refuſans ou delayans ce faire, en certifier la Cour, ſur peine d'amende arbitraire. Fait en Parlement le 9. iour de Iuillet 1562. Signé CAMVS.

Iuxta ergo hocce Senatuſconſultum Rector conſilio habito ita concluſit. *Video vos in hanc ſententiam deſcendere, Profeſſionem fidei publicam probatis hacce formula, vt Decani ſingularum Facultatum accipiant profeſſionem fidei à ſingulis obſignatam eorum Chirographo, & ad Rectorem referant. De Collegijs cenſetis eadem viſitanda & in his Collegijs nomina Primariorum ac Præceptorum referenda in albo. Vos velle & intelligere omnes Præceptores & Officiarios qui fidem dederint Vniuerſitati, Arreſto Senatus contineri & comprehendi.*

Die 18. conuocatis Deputatis & Officiarijs, lecti ſunt Articuli fidei à Facultate Theologica conditi an. 1543. & ibi quidam Librarij, Pergamenarij, Religatores, Illuminatores, Scriptores & Nuncij Vniuerſitatis profeſſionem fidei iuxta illos fecerunt, tactiſque ſacroſanctis Euangelijs iurarunt ſubſignaruntque, Iuramenta eorum, excipiente M. De Mouchy Doctore Theologo. Idem factum in Curia Pariſienſi à primo ad vltimum, vt patet ex Actis eiuſdem.

Die Lunæ 20. apud Mathur. conuocatis Deputatis trium Collegiorum Nauarrici, Burgundici & Harcuriani Primarij & Præceptores iuxta eoſdem Articulos profeſſionem eiuſdem fidei ediderunt & ſubſignarunt. Die Martij 21. Remenſis, Pleſſæi, Iuſtitiani & Cenomanenſis. Idem & alij aliorum Collegiorum ſequentibus diebus ijſdem Deputatis in eodem loco præſentibus.

Quibus omnibus peractis, die 1. Aug. Vniuerſitatis decreto priuati ſunt omnibus Officijs & muneribus quotquot Profeſſionem non edidiſſent; ijſque alij ſubſtituti deinceps veræ & ſanæ doctrinæ Profeſſores: Tandemque die 25. Aug. abſoluto Catalogo eorum qui nomen profeſſi fuerant, placuit illum deferri ad Procuratorem Generalem, rogarique vt curet à Senatu plecti rebelles & contumaces.

Die Martis 15. Septemb. cum eſſet apud Mathurinenſes Vniuerſitas congregata, D Pillaguet Iuris Doctor retulit his verbis. *Plures ex diuerſis Academijs Adoleſcentes tandem coacti ſunt ad hanc Vniuerſitatem redire expulſi ab Academijs, puta Aurelianenſi, Andegauenſi, Bituricenſi, rogarunt Nos vt perlegamus in Scholis noſtris Leges; rogarunt & permulti alij Iuuenes vt publicè Ius Ciuile vnà cum Iure Pontificio perlegamus. Hanc ſupplicationem iuſtam iudicauimus. Vnum videbatur obſtare, quod prohibitum eſt ne in hac vrbe Pariſ. Ius Ciuile perlegatur. Obiecerunt iacturam temporis, neceſſitatem videmus. Con-* IVS CIVILE VNIVERSITATIS.

ſuluimus vt adirent Primores huius Ciuitatis. Primores hoc poſtulant vt ius Ci-
1562. *uile vnà cum Pontificio perlegatur. Ratio hæc eſt. Vniuerſitas noſtra à Carolo M. poſita eſt ad inſtructionem Vniuerſitatis omnium ſcientiarum. Horum ſupplicationi adhærere non eſt viſum, niſi conſultà Vniuerſitate, Conſuluimus Doctores Theologos, qui remiſerunt negotium ad Vniuerſitatem. Nomine Ciuitatis hoc requiro, vt adiunctionem præbeat Vniuerſitas ad id aſſequendum.*

Audito in hanc rem Procuratore Fiſci M. Martino Meſnart aiente rem eſſe nouam quam petebant Iuris Canonici Doctores, eſſeque grauioris momenti ac ponderis quàm vt abſque Conſiliariorum conſilio determinari poſſet, remiſſa eſt ad Conſiliarios.

Die 10. Octob. eligitur in Rectorem M. Iacobus Naudot Grammaticorum Collegij Nauarrici Primarius, inſtruiturque die 12. ab antiquo Rectore, & admonitus *vt Religionem Chriſtianam ob oculos ſibi proponat; Non patiatur Facultatem Artium à Superioribus Facultatibus peſſundari, & vt autoritatem ſuam retineat, ſubroget homines probatos in locum eorum qui defecerunt à fide.*

Eidem Naudot die 16. Decemb. ſuffectus eſt M. Hugo Preuoſteau primarius Colleg. Caluici: quo Rectore cum feruerent bella Ciuilia ob religionem & Rex Edictum quoddam Actis Curiæ inſerendum miſiſſet, quo aliud anterius contra Hæreticos latum induci & abrogari volebat, habitis in Collegio Sorbonico Deputatorum Comitijs, de eorum conſilio die 15. Ian. libellus ſupplex Curiæ porrectus eſt, vt ſequitur.

A NOSSEIGNEVRS DE PARLEMENT.

SVpplient humblement les Recteur & Vniuerſité de Paris, comme puis n'agueres ayent eſté aduertis que à ladite Cour s'eſt preſenté vn Edict en forme d'abolition, au profit des Heretiques ſeditieux & Perturbateurs du repos public, grandement pernicieux à ladite Vniuerſité & à toute la Republique Chreſtienne. Ce conſideré Noſſeigneurs, il vous plaiſe auant que proceder à la publication dudit Edict & Lettres Patentes du Roy, ordonner leſdits Supplians eſtre oüys pour plus amplement deduire leurs intereſts. Et vous ferez bien.

Die 23. Ianu conuocata Vniuerſitate de 3. Capitibus deliberatum eſt. Quorum primum fuit de litteris inuentis in ærario Vniuerſitatis, quibus continebatur, *Abbatem & Conuentum S. Germani de Pratis debere Vniuerſitati 14. libras ſingulis annis. Et concluſum eſt vt audito Patronorum Academicorum conſilio Procurator Vniuerſitatis litem illam diligentiſſimè perſequeretur.* Ita legitur in Actis Med. Idem & in Actis publicis Academiæ.

Die 10. Feb. habitis Comitijs Generalibus apud Mathurinenſes Rector expoſuit emanaſſe Edictum à Rege de perpetua venditione & alienatione centum mille librarum reditus annui ex Temporario quod vocant Eccleſiaſtico. Expoſuit autem M. Du Pont Doctor Theologus iam ſæpè in hanc rem Conuentus Prælatorum habitos reſpondiſſe non poſſe iſtud Canonicè & legitimè fieri. Itaque placuit amplius ea de re deliberari cum Deputatis & ſelectis viris, adhibitis Academiæ Patronis.

In iiſdem Comitijs M. Antonius Muldrac Proprimarius Collegij Preſlæi monuit M. Petrum Ramum de hæreſi ſuſpectum & ob hoc ex hac vrbe expulſum conari reditum in Academiam & in Primariatum priſtinum Collegij Preſlæi. Concluſum verò ipſum nullatenus eſſe recipiendum.

IVDICIVM A FACVLTATE ARTIVM LATVM.

Die 14. Martij habitis in Collegio Cenomanenſi Deputatorum Facultatis Artium Comitijs, deciſa eſt quædam controuerſia mota inter Ioannem Monuel Scholarem Diœceſis Atrebatenſis & M. Guill. Gallandium Primarium Becodianum, & in hoc poſita quod Gallandius renuerat ſuo Chirographo munire litteras teſtimoniales ſtudij continui in eodem Collegio ab ipſo Monuel conſummati; petebatque ipſe Scholaris Primarium via Iuris ad id aſtringi, aut ſi recuſaret, aliorum teſtimonio authentico vti licere. Sententia talis eſt in Reg.

Anno Domini 1562. die 14. menſis Martij apud Collegium Cenomanen-
ſe

ſe hora 10. matutina congregati fuerunt vt moris eſt DD Deputati Facultatis Artium ſuper terminanda ſeu decidenda Controuerſia mota inter Ioan. Monuel Scholarem Diœceſis Atrebatenſis ex vna, & diſcretum virum M Guill Gallandium Primarium Collegij Becodiani Partibus ex altera, ſuper eo quod idem D. Gallandius motus odio recuſabat, vt dicebat idem Monuel, ſuo Chirographo confirmare & fidem facere dictum Monuel ſtudia ſua in prædicto Gymnaſio continuaſſe, neque officio ſuo defuiſſe, nec intemperantem atque incontinentem fuiſſe; ſed in ſuis prælectionibus aſſiduum, licet idem Monuel prædicta præſtiterit. Ideoque ſupplicuit prædictus Monuel eundem Primarium cogi via Iuris ad eadem præſtanda, & in caſu recuſationis alium per dictos DD. Deputatos committi qui pro & nomine dicti Primarij ſtudiorum ſuorum fidem faciet, & atteſtationem eorundem ſtudiorum obſignet. Quibus expoſitis ibidem præſens M. Claudius Roillet in Artibus Magiſter vir Rectorius à dicto D. Gallandio attulit & exhibuit litteras ab eodem D. Gallandio prædictis DD. Deputatis ſcriptas per quas mandabat idem Gallandius præter conſcientiam ſuam ſuo chirographo non poſſe confirmare & fidem facere dictum Monuel Adoleſcentem ſtudia ſua in dicto Collegio continuaſſe, neque officio ſuo defuiſſe, nec intemperantem, aut incontinentem fuiſſe, quodque ſalua fide ſua facere non poterat, propterea quod ex quo Actui Determinantiarum ſubſcripſerat, idem Monuel Adoleſcens in eodem Collegio viſus non erat, nec dictum Collegium, vt dicebat, ſtudiorum causâ frequentauerat. Quarum quidem litterarum à dicto D. Gallandio tranſmiſſarum audita lectura habitaque atteſtatione Petri Santerre Clerici Diœceſis Rotomagenſis, Thomæ Martini & Ioannis de l'Eſpine Diœceſis Morinenſis Scholarium actu Pariſijs ſtudentium. Qui quidem medio iuramento per eoſdem præſtito atteſtati ſunt eundem Monuel Scholarem à Baccalaureatu non fuiſſe diſcholum nec noctu, diuque vagabundum; ſed in ſuis Lectionibus aſſiduum provt viderant cum ipſo intereſſendo in Lectionibus quotidianis. Cenſuerunt ijdem DD. Deputati committendum eſſe diſcretum virum M. Ioannem de la Mote Reformatorem fideliſſimæ Nationis Picardiæ ad obſignandas atteſtationes, & ſuo Chirographo confirmanda ſtudia dicti Ioannis Monuel, provt de facto eundem De la Mote, ibidem præſentem commiſerunt. Et ita per D. Rectorem concluſum exſtitit. Sig. Laffile'. 1562.

Die 24. Martij Rector creatus eſt M. Robertus Crozon Nat. Gallicanæ & Colleg Caluici, qui die 29. Martij retulit ad Proceres ne recipiantur expulſi propter religionem, niſi Primarij Collegiorum dato Chirographo pro ijs ſpondeant, quæ res remiſſa eſt ad conſilium Deputatorum.

Anno 1563. die 23. Iunij creatus eſt Rector M. Ioannes Sabot: quo Rectore nihil legimus actum valde dignum memoria, niſi quod ſæpè actum de reformando Officiariorum Rotulo, eoque Curiæ Generalium offerendo. Ei ſucceſſit 10. Octob. M Ioannes Cottereau Nat. Gall. inſtructuſque 12. de procuranda Priuilegiorum confirmatione, de Nunciorum quoque conſeruatione & de elocatione cuiuſdam partis parui Prati Clericorum. 1563.

Die 16. Decemb. ſuffectus eſt M. Iulianus de S Germano Sorbonicus, vir nobilis, nobilique tum virtutum cunctarum, tum diſciplinarum encyclopædia præclarus, inſtructus poſtridie, & in ijs Comitijs Martinus Meſnart Procurator Generalis interceſſit ne Quæſtor ærarij publici Reliquias quaſdam debitas Vniuerſitati ex Prati reditibus perſolueret, quas aiebat ad Facultatem Artium pertinere: *Dictus Meſnart ſe oppoſuit, ne quicquam perſoluatur per Receptorem Vniuerſitatis, cum hoc Vniuerſitatem minimè tangat; ſed Facultatem Artium*, id verò remiſſum ad alia Comitia. Eodem Rectore Idib. Ian. factæ ſunt publicæ Supplicationes in ædem San-Genoueſianam, ad expiandum ſcelus nefandum, in ſacram Euchariſtiam à quodam male feriato nebulone perpetratum.

Eodem Rectore, habita ſunt Comitia Generalia apud Mathur. die 20.

Ian. in quibus expoſitum eſt Regem exigere Pratum Clericorum ab Vni-
1563. uerſitate; ea tamen lege & conditione vt compenſaret, commutaretque in rem aliam quæ cederet in rem vtilitatemque Vniuerſitatis. Concluſum verò rem illam eſſe magni momenti, atque ob id communicandam cum Patronis & conſilio Vniuerſitatis priuſquam Regi reſponderetur. Hac de re ſic legitur in Reg. publicis.

Pratvm a Rege Petitvm.

Anno 1563. die Iouis 20. Ian. apud S. Math. ſolemniter, vt moris eſt, hora 8. mat. congregata fuit alma Vniuerſitas ſtudij Pariſ. ſuper negotio Prati Clericorum repetiti à Rege. Expoſita per D. Rectorem Congregationis cauſa maturiſque deliberationibus per ſingulas Facultates, vt moris eſt, præhabitis, Vniuerſitas » *cenſuit rem eſſe magni momenti, & propterea ad viros ſelectos & Conſilium Vni-* » *uerſitatis eſſe remittendam. Et ita concluſit D. Rector.*

» Anno, die & loco prædictis congregati fuerunt DD. Deputati Vniuer- » ſitatis Pariſ. cum conſilio eiuſdem ſuper prædicto negotio Prati Clerico- » rum. Ibidem comparuerunt Rector, De Courcelles Theologus, de la » Croix Iuris Canonici Doctor. 4. Nationum Procuratores, Meinart Pro- » curator Fiſcalis, Lud. Bonneau Quæſtor, de Montelon, Chauuelin, Chip- » part, Chouart Aduocati & Chauuelin Procurator Vniuerſitatis in ſupre- » mo Senatu. Maturis deliberationibus inter dictos DD. Deputatos præ- » habitis, *cenſuerunt ijdem DD. Deputati liberaliter Regi eſſe offerendum Pratum,* » *nihilominus tamen exorandum vt priuilegia antiqua Vniuerſitatis conſeruari iu-* » *beat aliamque Plateam Vniuerſitati aſſignet.* Et ita concluſit D. Rector. » De ea re rurſum ad diem 19. Septemb. an. 1564. & ſic legitur in Reg. Fa- » cultatis Med.

» Die Mercurij 19. Septemb. conuocata eſt Vniuerſitas ſuper audiendis » litteris ſcriptis à Rege & Regina matre ad Vniuerſitatem *de facienda per-* » *mutatione & compenſatione Prati Clericorum.* In qua Congregatione nomi- » nati ſunt à noſtra Facultate Decanus & D. Carpentarius qui nomine noſtræ Facultatis de ea re tranſigerent cum alijs qui ab alijs Facultatibus nominati ſunt.

Similiter in Actis Nat. Germ. ſic habetur ad diem 20. Septemb. eiuſdem anni. *20. die eiuſdem menſis Rector Vniuerſitatis ſingulos Academiæ Ordines ad Mathurinos conuocauit, litteraſque binas exhibuit, alteras à Rege, alteras à Regina miſſas: quibus Pratum Clericorum ob vſum neceſſarium repetebant, idque tamen non niſi honeſtâ permutatione. Qua de re cùm ſingularum Nationum & Facultatum ſuperiorum ſententiæ auditæ fuiſſent, Controuerſia ad viros ſelectos reiecta fuit, qui Regis Deputatos audituri eſſent. Et ita per D. Rectorem concluſum.*

Quid fecerint quidque promouerint vtrinque Deputati, nondum mihi occurrit. 21. April. anno 1565. habitis Comitijs lectæ ſunt litteræ & comprobatæ quas ad Regem & Reginam mittendas publicoque ſigillo obſignandas omnes Ordines decreuerunt. Vt habetur in Reg. Medicinæ & Nat. German. Item in ijſdem ad 15. Nouemb. eiuſdem anni rurſus ea de re fit mentio.

In Reg. quidem Nationis Germ. ſic. *De 3. Capitibus ab Ampliſſ. P. Rectore propoſitis ita ſtatuit. Ac 1um. quidem vt litteris ac Diplomatis Regijs reſponderetur, duos ex Tribu Germanica viros Philoſophicos D. Stenart & D. Danidſon ſelegit qui cum alijs Electis totam rem commodo Vniuerſitatis examinarent.*

In Reg. verò Medicinæ ſic. *Die Nouemb. 15.* habita Comitia à Rectore apud Math. de Prato Clericorum, quod cum annis ſuperioribus Regi ac Reginæ eſſet conceſſum, à nobis poſtulabat per... vt illi concederetur & iuſtis conditionibus cum D. Epiſcopo Pariſ. qui mandatum acceperat, tranſigeremus. Facultas, auditis Regis litteris quæ palam fuerunt recitatæ, exiſtimauit eſſe Pratum Regi tribuendum ea conditione vt pro portione... loco permutationis nobis concederet. *Viſa eſt commodiſſima quæ eſt ad muros D. Victoris iuxta Sequanam. Deinde à Rege eſſe poſtulandam omnium noſtrorum Priuilegiorum confirmationem. Sic concluſum à Rectore.*

Item. *Die Iulij 27. 1566. Apud Math. deliberatum eſt in Comitijs publicis de viſendo commodiſſimo loco quem à Rege Academia poſtularet Pro Prato Clericorum; in hanc nominati ſunt à Facultatibus duo, quibus hæc prouincia demandata eſt, noſtra Facultas me cum Iacobo Carpentario delegit.* 1563.

Die 19. Feb. eiuſdem an. 1563. idem Rector de S. Germano Ieſuitas, non communicato cum Proceribus conſilio Academico Iure donauit, eiſque Scholaritatis & Protectionis litteras expediuit; quas infra referemus.

Die 9. Martij an. ſupradicti 1563 habitis Vniuerſitatis Comitijs apud Mathurinenſes actum eſt de *prouiſione Officiorum duorum Scriptorum Iuratorum, vacantium iuxta Arreſtum Senatus per incapacitatem MM. Guill. & Denetz, & Nicolai le Camus.* Scilicet illi cum alijs multis à fide defecerant, ideoque Officijs omnibus Academiæ priuati fuerant. *Supplicarunt autem pro dictis Officijs Mathæus Bietryx, Antonius Perier & Iacobus Fuſtel Scriptores Pariſijs commorantes. Habita deliberatione, ipſa Vniuerſitas contulit huiuſmodi Officium duorum Scriptorum Iuratorum eiuſdem Vniuerſitatis, nempe Officium Guill. Denetz Antonio Perier, & Officium dicti Nicolai le Camus Iacobo Fuſtel, ea tamen lege atque conditione, vt dictus Perier in Academia & Fuſtel præfatus in vrbe profiteantur & exerceant.* Hæc habentur in Reg. publicis, quibus conformia ſunt Acta Facultatis Medicinæ.

Die Iouis 9. Martij conuocata Vniuerſitate apud Math. per Rectorem, duo Scriptores electi ſunt, Antonius Perier & Fuſtel, quorum alter vltra Pontes, alter in Vniuerſitate Artem ſcribendi iuxta Senatuſconſulti præſcriptum doceret.

Anno 1564. M. Antonius Muldrac Rector die 23. Iunij habitis Comitijs Vniuerſitatis expoſuit Ludouicum Bonneau eiurare velle Quæſturam ærarij Academici in gratiam Petri le Goulx minoris Bidelli Facultatis Theologicæ; ſed ea eiuratio nulli Ordini placuit propter duas rationes, quia nempe Bonneau rationes non reddiderat, & quia le Goulx Quæſturæ Officium cum Bidellatu exercere non poterat. Vnum verò in hiſce Comitijs notandum venit, quod Rector antequam aperiret locum ſupplicationibus, expoſuerit Facultatem Artium non admittere eiuſmodi ejurationem ſeu reſignationem. Sic enim legitur in Reg. publicis. 1564.

Congregata Vniuerſitas ſuper reſignatione Quæſturæ D. Ludouici Bonneau in fauorem Petri le Goulx. D. Rector dixit Facultatem Artium non habere gratam reſignationem. Deinde ſupplicationibus & iniuriis locum eſſe dixit. At paulo pòſt admiſſa eſt reſignatio in gratiam M. Nicolai Pelletarij, vt infra dicetur.

De recuſatione verò Petri le Goulx ſic habent Acta Medicinæ. *Die Veneris 23. Iunij conuocata eſt Vniuerſitas per Rectorem apud Math. ſuper reſignatione Quæſturæ Vniuerſitati facta per M. Ludouicum Bonneau in fauorem M. Petri Gouſt (le Goulx) quæ tamen reſignatio omnium Facultatum conſenſu admiſſa non eſt: tum quia Quæſtor ille ſuas rationes non reddiderat; tum quia Reſignatarius Petrus Gouſt Bidellus erat minor Facultatis Theologorum. Duo illa Officia commodè ab eodem exerceri non poſſe ſtatutum eſt.*

Die 24. Iunij Muldraco ſuffectus eſt M. Nicolaus Marchant, inſtructuſque die 26. quo Rectore die 16. Septemb. admiſſa eſt ab omnibus Ordinibus reſignatio M. Ludouici Bonneau Quæſtoris in gratiam Nicolai Pelletier viri integerrimi & de Academia optimè meriti. Item die 20. eiuſdem menſis lectæ fuerunt litteræ Regis & Reginæ de permutatione Prati Clericorum. Placuit verò omnibus Ordinibus ſelectos viros nominare qui cum Deputatis Regijs rem examinarent, examinatam verò ad conſilium Academicum reuocarent. Ea quoque die concluſum vt iuxtà mandatum Regis exequiæ celebrarentur, Imperatoris Ferdinandi, magni fidei Catholicæ Propugnaculi. Et celebratæ ſunt in Baſilica B. Mariæ Rectore præſente, Decanis & Procuratoribus comitantibus, ſumptu ſingulorum Ordinum ob exhauſtum ærarium publicum.

Idem Rector die Dominica 9. Octob. ſupplicationem obijt ſolemnem ad D. Genouefes. Prius verò quàm procederetur, admonuit inſtare Ieſuitas importuniſſimè admiſſioni ſuæ in gremium Vniuerſitatis & ad pu- De Ieſuitis.

blicam litterarum Profeſſionem; ſubiecitque deliberationi omnium Ordinum an Societatem iſtam admitti placeret. Video periſſe nobis Acta publica huiuſce diei hoc eſt regeſtum Scribæ. In Actis Medicinæ hæc tantùm verba leguntur. *Damnauit* (Vniuerſitas) *Ieſuitarum inſtituta.* At Codex Nat. Germanicæ tum Procuratore M. Hermanno rayano rem fuſius complectitur, vt infra referemus.

1564. Poſtridie huius diei electus eſt rector M. Ioannes Preuoſt Baccalaureus Theologus Sorbonicus, cui aduerſus Societatem illam ſæpè dimicandum fuit. Imprimis die 23. eiuſdem menſis conuocata Vniuerſitate per rectorem apud Math. vt legitur in Actis Medicinæ, *deliberatum eſt de negotio Ieſuitarum qui contra ſtatuta & Leges Vniuerſitatis confirmati tum a Regibus cum à ſummis Pontificibus docendi & concionandi omnimodam ſibi poteſtatem attribuunt; neque tamen aut Rectori, aut Vniuerſitati ſe ſubiectos eſſe agnoſcunt. Statutum eſt Interdictum illis factum conſilio Deputatorum ratum eſſe & confirmatum, quo illis interdicebatur ne publicè docerent, niſi prius conſtitiſſet, quà autoritate aut priuilegio hoc facerent, porrigendumque libellum ſupplicem Senatui aduerſus eos de conſilio Patronorum noſtrorum.*

De Licentia Extraordinaria Mendicantium.

DVm inſtabant Ieſuitæ rei ſuæ, duo Dominicani ſimiliter inſtabant apud regem vt vellet iubere Facultatem Theologiæ ipſos ad Licentiæ curſum extrà ordinem admittere. Extant regis ad ipſam litteræ ſex, ex quibus intelligitur quàm modeſtè quidem, ſed quàm tamen fortiter, & quandiu regiæ voluntati obſtiterit, ob mala quæ prævidebat ſibi & religioni ex multiplicatione Doctorum regularium euentura. Iuuat litteras illas referre, licet in lucem iam editas nempe an. 1649.

A Nos Chers & bien-Amez les Doyen & Docteurs de la Faculté de Thologie de noſtre Vniuerſité de Paris.

DE PAR LE ROY.

CHERS & bien-Amez, Nous auons entendu que outre les 4. religieux de l'Ordre des FF. Preſcheurs que vous auez accouſtumé de receuoir en voſtre Faculté de Theologie par chacune Licence pour Ordinaires, vous en pouuez auſſi admettre d'autres en la meſme qualité pour Extraordinaires. Et dautant que nous deſirons ſingulierement qu'vne telle Compagnie ſoit remplie de Perſonnages dignes & deſquels la vertu & doctrine ſoit connuë, ayant receu tres-bon témoignage en cet endroit de Frere Iean Couſtier Religieux profez dudit Ordre & de ſa ſuffiſance; Nous vous prions qu'en noſtre faueur veüilliez receuoir & admettre ledit Couſtier en voſtre Faculté en lieu extraordinaire pour en ioüir & y auoir lieu comme les autres de ſemblable degré, auec les Priuileges, droits, & honneurs qui leur ſont deubs, eſtimant qu'il fera vn tel fruit & vſance en voſtredite Compagnie que vous n'aurez deſagreable de nous auoir ſatisfait en cette requeſte, qui eſt la premiere que nous vous auons faite, & dont auſſi nous receurons de vous tres-grand contentement. Donné à Aix le 21. Octob. 1564.

Sequuntur aliæ datæ Narbone 10. Ian. eiuſdem anni.

A Nos Chers, &c..... Chers & bien-Amez. Il y a long-temps que nous vous auons eſcrit & prié en faueur de Frere Iean Couſtier Religieux, à ce qu'il fuſt par vous receu & admis en voſtre Faculté de Theologie au nombre des 4. Religieux FF. Preſcheurs que vous auez accouſtumé d'y receuoir par chacun an, attendu la connoiſſance que vous auez de ſa ſuffiſance, doctrine & capacité. Et pour ce que fuſtes ſi tard aduertis de noſtre intention que lors que vous receuſtes leſdites Lettres, ledit nombre eſtoit ja remply, de ſorte que vous ne peuſtes en cela ſatisfaire ledit Couſtier, pour le moins nous auez vous ainſi fait entendre. Deſirant qu'à ce pro-

chain Chapitre que vous auez à tenir pour ladite reception, il y puiſſe entrer, puiſ- "
qu'il en eſt digne, & n'en ſoit remis en plus longue attente: Nous vous prions & " 1564.
mandons qu'en noſtre conſideration vous vouliez à ce coup le preferer à tous autres "
& l'admettre en ladite place, ſçachant qu'il s'en acquittera, tellement que voſtre "
Compagnie n'en receura que contentement & reputation, & ſi ferez choſe que "
nous aurons tres-agreable. Donné à Narbonne le 20. Ianuier 1564. "

Sequuntur aliæ datæ Baïonæ 25. Iunij anni ſequentis, quarum ſuperſcriptio eadem eſt.

Chers & bien-Amez, Nous vous auons cy-deuant, eſcrit à ce qu'en faueur " de nous vous fuſſiez contens de receuoir FF. Iean Fourré & Iean Couſtier Religieux de l'Ordre des Freres Preſcheurs au degré de Bachelerie " en la Faculté de Theologie outre les 4. Ordinaires, pour lire les Sentences en la prochaine Licence, & faire autres Actes pour paruenir au degré " de Docteur. Et pour ce ſous-couleur de quelques Statuts combien qu'en " ſemblables choſes nous ayons accouſtumé faire gratifier ceux que nous " en auons eſtimez dignes & deſquels nous deſirons nous ſeruir cy-aprés, " pour la Predication: A cette cauſe nous vous mandons que toutes telles " difficultez ceſſantes, vous admettiez à ladite Bachelerie iceux Fourré & " Couſtier, & en cet endroit nous ſatisferez, de ſorte que nous connoiſſions par effet que ne deſirez moins faire pour ceux dont nous vous requerrons, que vos Predeceſſeurs, & vous auez accouſtumé de faire en ſemblable. Donné à Bayonne le 21. iour de Iuin 1565. "

Sequuntur aliæ datæ apud Campiniacum die vltima Septemb.

Chers & bien-Amez. Combien que par pluſieurs nos Lettres miſſiues " nous vous ayons cy-deuant, mandé, & bien expreſſement enjoint de receuoir en voſtre Faculté de Theologie pour Extrordinaires Freres Iean Fourré & Iean Couſtier Religieux de l'Ordre des FF. Preſcheurs au cours & " degré d'icelle Theologie, outre le nombre ordinaire des 4. Religieux de " chacun Ordre des 4. Mendians de noſtre ville de Paris, qui s'y reçoiuent " par chacune Licence, pour eſtre employez à la Lecture des Sentences & " faire tous Actes requis & neceſſaires pour paruenir au degré de Docteurs: " Ce neantmoins vous n'auez voulu iuſques icy y ſatisfaire, encore que " vous n'ayez aucune occaſion d'en faire refus, attendu que leſdits Fourré " & Couſtier ſont notoirement connus ſuffiſans, dignes & capables d'eſtre " appellez à cette dignité, dont nous ne pouuons receuoir que tres-grand " meſcontentement de vous. A cette cauſe vous mandons & enioignons " tres-expreſſément qu'incontinent la preſente receuë, toutes difficultez " ceſſantes, & ſur tout que craignez nous deſobeyr & de priuation de tous " & chacuns les priuileges de voſtredite Faculté, vous ayez à receuoir en la " prochaine Licence qui ſe fera en voſtredite Faculté, leſdits Fourré & " Couſtier pour extraordinaires audit Cours & degré de Theologie, ainſi " que nous vous auons cy-deuant eſcrit, ſans vous arreſter ne auoir égard à " ladite cõmune obſeruance de voſtredite Faculté que vous dites auoir eſté " obſeruée en icelle de ne receuoir aucuns deſdits FF. Preſcheurs pour " extraordinaires, outre le nombre ordinaire. Et y ſatisfaites en ſorte que " nous n'ayons plus d'occaſion de vous en eſcrire, & à ce ne faites faute. Car " tel eſt noſtre plaiſir. Donné à Champigny le dernier iour de Sept. 1565. "

Neque illis ſatisfactum eſt. Sequuntur aliæ datæ Bleſis 12. Decemb.

Chers & bien-Amez. Par pluſieurs nos Lettres Miſſiues, & meſmes par " noſtre dernier du mois de Septembre dernier eſtant à Champigny, Nous " vous auons expreſſément demandé & enjoint receuoir en voſtre Faculté " de Theologie pour Extraordinaires FF. Iean Fourré & Iean Couſtier " Religieux de l'Ordre des Freres Preſcheurs au Cours & degré d'icelle " Theologie, outre les 4. Religieux de chacun Ordre de Mendians qui s'y " reçoiuent par chacune Licence, pour eſtre employez à la Lecture des " Sentences & faire tous les Actes requis pour paruenir au degré de Docteurs. Et combien que par icelles nos dites Lettres vous ayez ſur ce ſuffiſamment entendu noſtre intention fondée ſur ſi bonnes cauſes que ne "

perentur ab Vniuerſitate his conditionibus quæ antea explicatæ ſunt, & vt coram omnibus interrogarentur ſuper ſuo libello ſupplici. Sed totam hanc hiſtoriam Ieſuitarum fuſius enarrare placet. 1564.

De Ieſuitarum Origine & Progreſſu.

ANno circiter 1534. initium cepit Ieſuitarum Societas, Autore Ignatio Loyola Nobili Pampilonenſi, de cuius ſtudijs & vitæ inſtituto in Collegio San-Barbarano, quia multi ſcripſerunt, nihil commemoro, niſi hoc ſolum, quod ſub finem an. 1531. Rectore M. Landerico Macyot, Scholaritatis Iuramentum præſtitit. Ille ſocios ſibi Conſcholares adlegit aliquot, iſtos nempe, Petrum Fabrum Allobrogem è Pago Villareto Diœceſ. Gebennenſis, Franciſcum Xauerium Cantabrum, Contubernales ſuos, Iacobum Laynez Seguntinum, Alphonſum Salmeron Toletanum, Nicol. Bobadillam Palentinum, Simonem Roderigum Luſitanum, Claudium Iayum Gebennenſem, Ioan. Codurium Ebredunenſem & Paſchaſium Broëtum Ambianenſem, quos omnes in Artibus Magiſterium conſecutos fuiſſe memorant. Illi igitur concepto voto in Suburbano quod Mons Martyrum dicitur, die 15. Aug. an. 1534. Romam deinde profecti & Venetias, alios non paucos ſibi adiunxerunt: adeoque cæpit Inſtitutum vitæ quod conceperant & ducebant, placere vtileque Eccleſiæ videri, vt ad ſtabiliendam autoritate Pontificia ſuam Societatem complures Adjutores habuerint. Atque imprimis an. 1540. Tibure, vbi tunc Autumnali tempore Paulus III. Pontifex Max. verſabatur, per Gaſparem Contarenum Cardinalem offerunt Inſtituti ſui profeſſionem & Societatis Conſilium, ab eoque confirmari poſtulant. Cui Inſtituto obſtitit imprimis Bartholomæus Guidicionius Lucenſis Cardinalis nouarum Religionum adeo non amicus, vt de veteribus ad certum numerum redigendis librum compoſuiſſe dicatur: verum mutata voluntate eorum poſtulatis tandem acquieuit, authorque fuit Pontifici tantummodo, vt numero certo ſocietatem illam definiret: quod Bullâ publicâ Paulus cauit, ne ſcilicet plus quam ſexaginta adſcribi poſſent. Bulla eſt eiuſmodi.

Pauli III. Prima Inſtituti Ieſuitici approbatio. Anno 1540.

PAulus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad Perpetuam rei memoriam. « Regimini militantis Eccleſiæ meritis licet imparibus diſponente Do- « mino Præſidentes & animarum ſalutem provt ex debito Paſtoralis officij « tenemur, ſolicitis ſtudijs exquirentes, fideles quoſlibet qui vota ſua in id « exponunt, Apoſtolici fauoris gratiâ confouemus, aliaſque deſuper diſpo- « nimus provt temporum & locorum qualitate penſatâ, id in Domino con- « ſpicimus ſalubriter expedire. Nuper ſiquidem accepimus quod dilecti « filij Ignatius de Loyola & Petrus Faber, ac Iacobus Laynez, necnon « Claudius Iaius & Paſchaſius Broët, ác Franciſcus Xauier, necnon Alphon- « ſus Salmeron & Simon Rodericus ac Ioannes Coduri & Nicolaus de Bo- « badilla Presbyteri Pampillonenſes, Gebennenſes, Seguntini, Toletan. « Viſon. Ebredun. & Valentin. Ciuitatum Diœceſeon reſpectiuè, in Arti- « bus Magiſtri in Vniuerſitate Pariſienſi Graduati & in Theologicis ſtudijs « per plures annos exercitati, Spiritu ſancto, vt piè creditur, afflati iam « dudum è diuerſis mundi Regionibus deſcendentes in vnum conuenerunt « & Socij effecti, abdicatis huius ſeculi illecebris eorum vitam perpetuo « Domini noſtri Ieſu C. atque noſtro & aliorum ſucceſſorum noſtrorum « Rom. Pontificum ſeruitio dedicarunt; & iam quampluribus annis lauda- « biliter in vinea Domini ſe exercuerunt: verbum Dei præuiâ ſufficienti « licentiâ publicè prædicando, fideles priuatim ad bene beateque viuen- « dum exhortando & ad pias meditationes excitando, hoſpitalibus inſer- « uiendo, pueros & perſonas rudes ea quæ ad Chriſtianam hominis inſtitu- « tionem ſunt neceſſaria, docendo, & demum omnia Charitatis Officia, «

" & quæ ad animarum conſolationem faciunt vbique terrarum, vbi pere-
1564. " grinati ſunt, multa cum laude obeundo. Cumque ad hanc almam vrbem
" ſe contulerint & in Charitatis vinculo perſiſtentes ad perficiendam &
" conſeruandam eorum Societatis in Chriſto vnionem, quandam viuendi
" formulam iuxta ea quæ ad propoſitum ſibi finem conducere vſu didice-
" runt, Euangelicis Conſilijs & Canonicis Patrum ſanctionibus confor-
" mem ediderint, factum eſt vt ipſorum ſociorum vitæ inſtitutum ſub dicta
" formula comprehenſum, non ſolum à multis probis viris & Deum zelan-
" tibus laudetur; verum etiam à quibuſdam ita approbetur vt illud etiam
" ſequi velint. Formulæ autem Prædictæ tenor ſequitur & eſt talis.
" Quicunque in Societate noſtra quam Ieſu nomine inſigniri cupimus,
" vult ſub Crucis vexillo Deo militare, & ſoli Domino atque Rom. Ponti-
" fici eius in terris vicario ſeruire; poſt ſolemne perpetuæ caſtitatis votum,
" proponat ſibi in animo, ſe Partem eſſe Societatis ad hoc potiſſimum inſti-
" tutæ vt ad profectum animarum vita & doctrina Chriſtiana & ad fidei
" propagationem per publicas prædicationes & verbi Dei miniſterium,
" ſpiritualia exercitia & Charitatis opera & nominatim per puerorum ac
" rudium in Chriſtianiſmo inſtitutionem ac Chriſti fidelium in Confeſſioni-
" bus audiendis ſpiritualem conſolationem præcipuè intendat; curetque
" primò Deum, deinde huius ſui Inſtituti rationem, quæ via quædam eſt ad
" illum, ſemper ante oculos habere, & finem hunc ſibi à Deo propoſitum
" totis viribus aſſequi; vnuſquiſque tamen ſecundum gratiam ſibi à Spiritu
" S. ſubminiſtratam & vocationis ſuæ proprium gradum, ne quis forte zelo
" vtatur, ſed non ſecundum ſcientiam. Cuius proprij cuiuſque gradus Iu-
" dicium & Officiorum diſcretio diſtributio tota ſit in manu Præpoſiti ſeu
" Prælati per nos eligendi, vt congruus ordo ſeruetur, in omni benè inſtitu-
" ta Communitate neceſſarius. Qui quidem Præpoſitus de conſilio Conſo-
" ciorum Conſtitutiones ad conſtructionem huius propoſiti nobis finis con-
" ducentes in Concilio condendi authoritatem habeat, maiori ſuffragio-
" rum parte ſemper ſtatuendi ius habente. Concilium verò intelligatur eſſe
" in rebus quidem grauioribus ac perpetuis maior Pars Societatis quæ à
" Præpoſito commodè conuocari poterit: In leuioribus autem & tempo-
" raneis omnes illi quos in loco, vbi Præpoſitus noſter præſidebit, præſen-
" tes eſſe contigerit. Iubendi autem Ius totum penes Præpoſitum erit.
" Sciant omnes Socij & non ſolum in primis Profeſſionis ſuæ foribus, ſed
" quoad vixerint, quotidie animo voluant, Societatem hanc vniuerſam &
" ſingulos ſub ſanctiſſimi D. N Papæ & aliorum Rom. Pontificum ſucceſ-
" ſorum eius fideli obedientiâ Deo militare. Et quamuis Euangelio docea-
" mur & fide orthodoxa cognoſcamus ac firmiter profiteamur omnes Chri-
" ſti fideles Romano Pontifici tanquam capiti ac I. C. Vicario ſubeſſe, ad
" maiorem tamen noſtræ Societatis humilitatem ac perfectam vnius cuiuſ-
" que mortificationem & voluntatum noſtrarum abnegationem ſummope-
" re conducere iudicauimus ſingulos nos vltra illud commune vinculum
" ſpeciali voto adſtringi; ita vt quicquid modernus & alij Rom. Pontifices
" pro tempore exiſtentes iuſſerint, ad profectum animarum & fidei propa-
" gationem pertinens & ad quaſcumque Prouincias nos mittere voluerit,
" ſine vlla tergiuerſatione, aut excuſatione illicò, quantum in nobis fuerit
" exequi teneamur; ſiue miſerit nos ad Turcas, ſiue ad quoſcumque alios
" Infideles etiam in Partibus quas Indias vocant, exiſtentes; ſiue ad quoſ-
" cumque hæreticos ſeu Schiſmaticos, ſeu etiam ad quoſuis fideles. Quam-
" obrem qui ad nos acceſſuri ſunt & antequam huic oneri humeros ſuppo-
" nant, diu multúmque meditentur an tantùm pecuniæ ſpiritualis in bonis
" habeant, vt turrim hanc iuxta Conſilium Dominicum poſſint conſumma-
" re, hoc eſt an Spiritus S. qui illos impellit, tantum illis gratiæ polliceatur
" vt huius vocationis pondus illo adiuuante ſe laturos ſperent: & poſtquam
" Domino inſpirante huic I. C. militiæ nomen dederint, die noctúque ſuc-
" cincti lumbos & ad tam grandis debiti ſolutionem prompti eſſe debebunt:
" Ne qua autem poſſint eſſe inter nos Miſſionum ac Prouinciarum huiuſce-
modi

modi aut ambitio vel detractatio, profiteantur ſinguli ſe nunquam directè aut indirectè de huiuſmodi Miſſionibus quidquam cum Rom. Pontifice curaturos: ſed omnem hanc curam Deo & ipſi Pontifici tanquam eius Vicario & Societatis Præpoſito dimiſſuros. Qui quidem Præpoſitus ſicut cæteri etiam, profiteatur ſe nihil de ſuimetipſius miſſione in alterutram partem niſi de Societatis Conſilio cum dicto Pontifice eſſe curaturum. Voueant ſinguli ſe in omnibus quæ ad Regulæ huius noſtræ obſeruationem faciunt, obedientes fore Societatis Præpoſito. Ille autem iubeat ea quæ ad conſtructionem propoſiti à Deo & à Societate finis cognouerit eſſe opportuna. In Prælatione autem ſuâ benignitatis ac manſuetudinis Charitatiſque Chriſti Petri Paulíque formulæ ſemper ſit memor: & tam ipſe quàm Conſilium ad normam hanc aſſiduè ſpectent; & nominatim commendatam habeant inſtitutionem puerorum ac rudium in Chriſtiana Doctrina, decem præceptorum atque aliorum ſimilium rudimentorum quæcumque ſecundum circumſtantias perſonarum, locorum ac temporum illis congrua videbuntur. Eſt enim maximè neceſſarium circa prouidentiam huius rei diligenter Præpoſitum & Conſilium inuigilare, cùm & in proximis Ædificium fidei ſine fundamento non poſſit conſurgere, & in noſtris periculum ſit, ne vt quiſque erit doctior, ita prouinciam hanc tanquam primò aſpectu minus ſpecioſam forſitan detrectare conetur: cum tamen reuera nulla ſit fructuoſior, vel proximis ad ædificationem, vel noſtris ad Charitatis & humilitatis ſimul Officia exercenda; ſubditi verò tum propter nunquam ſatis laudatum humilitatis aſſiduum exercitium Præpoſito in omnibus ad inſtitutum Societatis pertinentibus parere ſemper teneantur, & in illo Chriſtum veluti præſentem agnoſcant, & quantum decet, venerentur. Cum autem experti fuerimus iucundiorem, puriorem, & ad proximi ædificationem aptiorem eſſe vitam ab omni auaritiæ contagione quamremotiſſimam & Euangelicæ paupertati quamſimillimam; cumque ſciamus Dominum noſtrum I. C. ſeruis ſuis Regnum Dei ſolum inquirentibus neceſſaria ad victum & veſtitum eſſe ſubminiſtraturum, voueant ſinguli & vniuerſi perpetuam paupertatem, declarantes quòd non ſolum priuatim, ſed neque etiam communiter poſſint pro Societatis ſuſtentatione, aut vſu, ad bona aliqua ſtabilia, aut ad prouentus, ſeu introitus aliquos ius aliquod ciuile acquirere: ſed ſint contenti vſum tantum rerum ſibi donatarum ad neceſſaria ſibi comparanda recipere. Poſſint tamen habere in Vniuerſitatibus Collegia habentia reditus, cenſus ſeu poſſeſſiones vſibus & neceſſarijs Studentium applicandas, retenta penes Præpoſitum & Societatem omnimoda gubernatione, ſeu ſuperintendentia ſuper dicta Collegia & prædictos Studentes quoad Gubernatoris ſeu Gubernatorum ac ſtudentium electionem, ac eorumdem admiſſionem, emiſſionem, receptionem, excluſionem, ſtatutorum Ordinationem, circa ſtudentium inſtructionem, ædificationem ac correctionem; victus veſtituſque eis miniſtrandi modum atque aliam omnimodam gubernationem, regimen ac curam; ſic tamen vt neque ſtudentes dictis bonis abuti, neque Societas in proprios vſus conuertere poſſit, ſed ſtudentium neceſſitati ſubuenire. Qui quidem poſt cognitum in ſpiritu & literis eorum profectum, & poſt ſufficientem probationem in Societatem noſtram admitti poſſint Socij omnes quicumque in ſacris fuerint; quamuis beneficia Eccleſiaſtica, aut eorum reditus non habeant; teneantur tamen ſinguli priuatim ac particulariter & non communiter ad dicendum officium ſecundùm Eccleſiæ ritum. Hæc ſunt quæ ſub præfati Domini noſtri Pauli & Sedis Apoſtolicæ beneplacito, de noſtra profeſſione typo quodam explicare potuimus. Quod nunc fecimus, vt ſummatim ſcriptione hac informaremus, tum illos qui nos de noſtro vitæ inſtituto interrogant, tum etiam poſteros noſtros, ſi quos Deo volente, imitatores vnquam habebimus huius viæ, quam cum multas magnaſque habere annexas difficultates fuerimus experti, opportunum iudicauimus etiam ſtatuere, ne quis in hac Societate recipiatur, niſi diu ac diligentiſſimè fuerit probatus; cum-

1564.

" que prudens in Chriſto & vel doctrina ſeu vitæ Chriſtianæ puritate appa-
1564. " ruerit, conſpicuus tunc demum admittatur ad Ieſu Chriſti militiam qui
" tenuibus cœptis noſtris fauere dignetur ad gloriam Dei Patris cui ſoli ſit
" ſemper decus & honor in ſecula, Amen. Cum autem nil in præmiſſis re-
" periatur, quod pium non ſit aut ſanctum, Nos, vt ijdem Socij qui nobis
" ſuper hoc humillimè ſupplicari fecerunt in eorum pio viuendi propoſito,
" eò promptiores exiſtant quo ſe maiori Sedis Apoſtolicæ gratiæ complecti
" cognouerint & præmiſſa per nos approbari viderint promiſcuè omnia &
" ſingula tanquam ad ſpiritualem profectum eorundem Sociorum & reli-
" qui Chriſtiani gregis opportuna Apoſtolica authoritate, tenore præſen-
" tium ex certa ſcientia approbamus, confirmamus & benedicimus ac per-
" petuæ firmitatis munimine roboramus, ipſoſque ſocios ſub noſtra & hu-
" ius ſanctæ Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſcipimus. Eis nihilominus con-
" cedentes quod particulares inter eos Conſtitutiones quos ad Societatis
" huiuſmodi finem & Ieſu C. Domini noſtri gloriam ac proximi vtilitatem
" conformes eſſe iudicauerint, condere libere & licitè valeant: Non ob-
" ſtantibus generalis Concilij & felicis recordationis Gregorij X. Præde-
" ceſſoris noſtri ac quibuſvis alijs Conſtitutionibus & ordinationibus Apo-
" ſtolicis cœteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem quod in
" Societate huiuſmodi vſque ad numerum ſexaginta Perſonarum normu-
" lam viuendi eiuſmodi profiteri cupientium & non vltra admitti & Socie-
" tati præfatæ aggregari duntaxat valeant. Nulli ergo omnino hominum
" liceat hanc paginam noſtræ Approbationis Confirmationis, benedictio-
" nis, roborationis, ſuſceptionis, Conceſſionis & voluntatis infringere vel
" ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit,
" indignationem omnipotentis Dei ac B. D. Petri & Pauli Apoſtolorum
" eius ſe nouerit incurſum. Datum Romæ apud S. Marcum an. Incarn.
" Dom. 1540. 5. Kal. Oct. Pontif. noſtri an. 6.

Ita confirmato Inſtituto, tantum illi proficiunt, vt idem Pontifex tertio poſt anno, nimirum pridie id. Martij an. 1543. alterâ Bullâ liberum Ignatio & ſucceſſoribus reliquerit cuilibet petenti Societatem, concedere ad quemcumque vellent numerum, quo facto intra breue tempus mirum in modum creuit. Et notandum eſt Societatem illam eò facilius à ſummo Pontifice admiſſam, contra quam initio decreuerat, quòd tum ardentibus Germaniæ bellis propter hæreſim Lutheri, plerique de poteſtate ſummi Pontificis ambigerent; illi verò primum illud ſibi votum faciendum eſſe ſtatuerunt, in omnibus poſt Deum obedire ſummo Pontifici. Igitur ita conſtitutis rebus ſuis, Ignatius Præpoſitus Generalis vnanimi fratrum conſenſu creatus Prouincias diſtribuit, & in noſtram Galliam, præſertim verò Luteriam Paſchaſium Broëtium (Paſquier Brouez) mittit cum tyronibus aliquot ſtudiorum cauſâ. Et primum in Collegio Longobardorum conductitium cubiculum menſtruo pretio accipiunt; deinde Guillelmi Pratenſis Epiſcopi Claromontenſis fauore in domum Claromontanam in vico Citharæ ſitam ſe conferunt, vbi commodius & gratis habitarunt; donec tandem Collegium Claromontanum eiuſdem Prælati beneficio adepti ſunt, vt ſuo loco dicetur.

Anno 1549. nouam Bullam ſui Inſtituti & Societatis confirmatricem obtinent à Paulo III. Pontifice, quæ legitur in Archiuo Vniuerſitatis ſub hiſce characteribus B.12. B. eſtque huiuſmodi.

Pro inſtituto Ieſuitico. Arch. B. 12. B.

Pavlvs Epiſ. S. S. D. Ad Perpetuam rei memoriam. Licet debitum Paſtoralis Officij omnibus regularem vitam ducentibus, vt in ſuis diſciplinis & laudabilibus inſtitutis conſeruentur & augeantur, nos reddat fauorabiles & benignos, ad Societatem verò Ieſu per nos inſtitutam & approbatam, cuius ſpecimen veluti ager fertilis in Domino multiplices atque vberes fructus animarum ad ſummi Regis laudem & fidei incrementum attulit & affert quotidie verbo & exemplo in populo Chriſtiano, dirigentes præcipuè velut pius Pater oculos mentis noſtræ, dignum cenſemus vt ipſam Societatem eiuſque in odorem ſuauitatis Altiſſimo deſer-

ſeruientes Perſonas, ſpecialibus fauoribus proſequamur, illaque ſibi fa-
uorabiliter concedamus per quæ Societas ipſa vtiliter regi & proſperè 1564.
dirigi ac ad animarum auxilium fideliter in Domino procedere valeat.
Hinc eſt quod nos Dilectorum filiorum Ignatij de Loyola moderni Præ-
poſiti Generalis & aliorum Sociorum eiuſdem Ordinis ſupplicationibus
inclinati, ſibi vt Præpoſitus Generalis dictæ Societatis pro tempore exi-
ſtens cum primum iuxta Conſtitutiones eiuſdem Societatis in illius Præ
poſitum electus fuerit, eo ipſo verus ipſius Religionis Generalis Præpo-
ſitus cum libera generali & omnimoda cura & adminiſtratione omnium &
ſingulorum ad felix regimen & proſperam directionem totius Societatis
ſpectantium & pertinentium ſit & eſſe cenſeatur ſummi Præpoſiti offi-
cium in omnibus exercere incipiat ac plenam in vniuerſos eiuſdem Socie-
tatis ſocios & perſonas ſub eius obedientia degentes vbilibet commo-
rantes, etiam Exemptos & quaſcunque Facultates habentes ſuam Iuriſ-
dictionem exerceat, poſſitque & debeat dictus Præpoſitus per Perſonas
ad id à dicta Societate facultatem habentes & ad id Deputatos in certis
caſibus iuxtà dictas Conſtitutiones amoueri, & alius ipſius loco per
eaſdem Perſonas ſubſtitui & prout Perſonæ Deputatæ prædictæ id in
Domino conſpexerint ſalubriter expedire. Et ipſemet Præpoſitus pro
tempore exiſtens ire & ſuos quocumque locorum etiam inter infideles
cum expedire in Domino iudicabit, mittere ac reuocare & per nos ac
Succeſſores noſtros ad locum aliquem miſſos ſine temporis certi limita-
tione, cum id expedire ad Dei gloriam & animarum auxilium viſum erit,
(ſuper quo conſcientiam dicti Præpoſiti oneramus) ad alia loca tranſmit-
tere liberè & licitè valeat, qui vbicumque morari contingat, ad nutum
noſtrum & Rom Pontificis pro tempore exiſtentis ad Sedem Apoſtoli-
cam ſeu quo oportuerit & ſibi per dictam ſedem iniunctum fuerit, iuxta
ipſius Societatis profeſſionem venire debeant, concedimus ac volumus;
Statuimus & ordinamus quod Præpoſitus abſque Societatis & aliquis ex ſocijs
huiuſmodi abſque dicti Præpoſiti conſenſu & expreſſa licentia electioni ſeu Pro-
uiſioni de illius perſona in Epiſcopum, Archiepiſcopum aut aliam quamcumque
Dignitatem per quemcumque Principem vel quodcumque Capitulum aut alias
quaſcumque perſonas ad id autoritatem habentes pro tempore factæ conſentire aut
ad illam admitti, ſeu alicuius Prælationis & dignitatis in eadem Societa-
te ſi eam occulta aut manifeſta ambitione quæſiuiſſe conuincetur, capax
eſſe nullatenùs poſſit, quodque à correctione Regulæ Societatis eiuſmo-
di ſecundùm ordinationes eius factæ, vt vigor diſciplinæ melius conſer-
uetur, appellari aut talis appellatio per vllum Iudicem admitti ſeu ab
Officio abſolutio aut priuatio peti non poſſint, & tam Generalis quàm alij
inferiores Præpoſiti eiuſdem Societatis Fratres ſeu ſocios dictæ Societa-
tis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis ſeu alijs Eccleſiarum Prælatis
& Perſonis in ſocios aut alias ad vllum eorum miniſterium deputare mi-
nimè teneantur, niſi autoritate litterarum eiuſdem ſedis de Societate &
Indulto huiuſmodi expreſſam facientium mentionem. Et ſi quos deputa-
re contingeret nihilominus ſub Ordinis correctione exiſtentes & cum ex-
pedire iudicabunt, eoſdem remouere poſſint. Illos verò ex Fratribus ſeu
ſocijs prædictis qui ad prædicandum Crucem, vel ad inquirendum contra
hæreticam prauitatem, ſeu ad alia ſimilia negotia deputati fuerint, Igna-
tius & alij illius Succeſſores Præpoſiti Generales dictæ Societatis pro
tempore exiſtentes, remouere ſeu reuocare & transferre, ipſiſque quod ſu-
perſedeant iniungere aut alios eorum loco ſubſtituere, cum expedire vi-
derint, liberè & licitè valeant, ac eoſdem Ignatio & alijs Generalibus
Præpoſitis pro tempore exiſtentibus vt per ſe vel alios ad id per eos pro
tempore deputatos omneſque & ſingulos eiuſdem Societatis Socios &
perſonas ſub eorum diſciplina, obedientia & correctione pro tempore
degentes ab omnibus & ſingulis eorum peccatis ante vel poſt ingreſſum
in dicta Societate per eos commiſſis, necnon à quibuſuis excommunica-
tionis, ſuſpenſionis & interdicti, alijſque *Eccleſiaſticis & Secularibus* ſenten-

1564.

tijs, Cenſuris & pœnis à iure vel ab homine quomodolibet latis & promulgatis & huiuſmodi ſententijs innodatos aut in locis ſuppoſitis Eccleſiaſtico Interdicto diuina Officia celebrantes & ſuſcipientes Ordines ſic ligatos & propterea irregularitatem incurrentes abſoluere, ac cum eis cum diſpenſatione eguerint, diſpenſare poſſint, niſi exceſſus abſoluendorum & diſpenſandorum huiuſmodi, adeo graues & enormes ſint quòd ſint ad Sedem Apoſtolicam meritò remittendi. Et ne ſæpè in dubium reuocetur qui ſint ad Sedem Apoſtolicam deſtinandi, declarationem in ea parte per fel. record. Sixtum Papam IV. prædeceſſorem noſtrum in Bulla quam *Mare Magnum*, vocant, factam confirmamus. Volumus autem quod poſtquam Societati & conſortio huiuſmodi aggregari volentes abſoluti, & cum eis vt præfertur, diſpenſatum fuerit, niſi mox Ordinem intrare & peractis experientijs ſecundum Conſtitutiones dictæ Societatis vota emittere parati ſint etiamſi ſuper hoc induciæ eis à Prælatis eiuſdem Societatis concedantur, eo ipſo in priſtinas ſententias à quibus totaliter eos abſolui contigerit, relabantur & reincidant, necnon quod quilibet ex Socijs Societatis huiuſmodi peccata ſua proprio Præpoſito vel ab eo Deputato ſeu Deputatis & alijs ſecundùm ordinationem Societatis prædictæ deſignatis confiteri debeant, niſi ſuper hoc à dicto Præpoſito alium Confeſſorem eligendi facultatem habuerint. Ac inhibemus ne quis poſt emiſſa vota ſecundum conſtitutiones prædictas, *ſiue Profeſſus, ſiue Scholaris, ſi* Coadiutor huiuſmodi Societatis ſit, quemuis alium Ordinem etiam per Sedem Apoſtolicam approbatum, Carthuſienſium duntaxat excepto, niſi de expreſſa ipſius Præpoſiti aut dictæ Sedis licentia transferri; egreſſi verò aliàs quàm vt præfertur de Ordine ſeu conſortio huiuſmodi in nullo alio præterquam Carthuſienſium præfato Ordine admitti, recipi vel retineri poſſint. Ipſique Generalis & alij Inferiores Præpoſiti per ſe *vel alios ſic egreſſos, aut alios quoſcumque dictæ Societatis apoſtatas*, vt etiam alios quoſuis inſolentes & qui id mereri videbuntur, in quocumque habitu Apoſtatas profectos contigerit inuenire, excommunicare, capere, incarcerare, & aliàs ſuæ diſciplinæ ſubmittere, & ad id ſi opus fuerit, auxilium brachij ſecularis inuocare, libere, & licitè valeant; *ipſamque Societatem & vniuerſos illius ſocios & perſonas illarumque bona quæcumque ab omni ſuperioritate, iuriſdictione, correctione quorumcumque Ordinariorum eximimus & liberamus; ac ſub noſtra & præfata Sedis protectione ſuſcipimus.* Liceatque Præpoſitis & de eorum etiam facultate vniuerſis Fratribus & Socijs Societatis huiuſmodi in presbyteratus Ordine conſtitutis, in locis in quibus degunt & eos pro tempore morari contigerit, habere Oratoria & in eis ac quocumque alio honeſto & congruenti loco in altari portatili, cum debitis reuerentia & honore, *etiam tempore Interdicti, quauis etiam autoritate* Apoſtolica appoſiti, ianuis clauſis excommunicatis & interdictis excluſis, ſubmiſſa voce Miſſas & alia diuina Officia celebrare ac Eccleſiaſtica Sacramenta recipere & alijs miniſtrare, dummodo ipſi cauſam non dederint Interdicto, nec contingat id ipſis ſpecialiter interdici, hos verò qui in ipſorum Præpoſitorum & Sociorum morantur obſequijs, cuncta libere miniſtrare poſſint Eccleſiaſtica Sacramenta & ipſos cum decedent in eorum cœmeterijs ſepelire, ſi quando in terris in quibus Socij prædicti vel eorum aliqui pro tempore receſſerint, vel in eorum perſonas excommunicationis ſeu interdicti ſententias contigerit promulgari, pueri ſeu familiares eorundem Sociorum ſeruitijs deputati ac eorum & Societatis huiuſmodi negotiorum Procuratores & Operarij huiuſmodi ſententijs obnoxij minimè habeantur, ibique poſſint audire diuina, niſi eiſdem cauſam dederint vel ſpecialiter excommunicari ſeu interdici contigerit, *eoſdem nec vllis Prælatis contra aliquem de prædicta Societate vel contra alios eorum cauſa aliquam excommunicationis, ſuſpenſionis vel interdicti ſententiam, contra eiuſdem Societatis priuilegia per nos conceſſa, quorum interpretationem nobis & Apoſtolicæ ſedi reſeruamus, ferre liceat, & ſi tulerint, eo ipſo irrita,* nulliuſque roboris vel momenti ſit & eſſe ſentiatur, ac omnes & ſinguli alij Chriſti

ſideles cuiuſcumque conditionis exiſtant qui verbi Dei concionibus ſeu
prædicationibus Sociorum ſeu Fratrum Societatis eiuſmodi in Eccleſijs 1564.
vbi ipſi concionabuntur, interfuerint, diebus huiuſmodi miſſas & alia di-
uina Officia audire & Eccleſiaſtica Sacramenta ibidem recipere liberè &
licitè valeant, nec ad id, ad proprias parochiales Eccleſias accedere te-
neantur. Et quia eiuſdem Societatis Fratres & ſocios de locis ad loca trans-
ferre contingit propter quod ſtabilem & continuam in certis & determi-
natis domibus manſionem habere non poſſunt, & in ipſa Societate ido-
neos tantum & comprobatos ad ſacros Ordines promoueri intelleximus,
eidem Præpoſito Generali & Ordinandos Socios & Fratres eiuſdem Socie-
tatis quibuſcumque maluerit Catholicis Antiſtitibus gratiam & commu-
nionem dictæ ſedis habentibus præſentare ipſiſque Antiſtitibus præſen-
tatos huiuſmodi abſque omni promiſſione vel obligatione ipſorum Ordi-
nandorum Fratrum & Sociorum ad omnes, etiam ſacros & Preſbyteratus
Ordines promouere: Et cum ipſi Socij magnam patientes pro Chriſti no-
mine Paupertatem exhortationis pio ſtudio bonos ad potiora dirigant &
errantes ad rectitudinis ſemitam laudabiliter reuocare procurent, con-
cedimus in Excommunicatorum & Hęreticorum vel Schiſmaticorum, vel
Infidelium terris liberè commorari & cum eiſdem conuerſari; de licen-
tia tamen Præpoſiti Generalis, & ab eis tunc etiam quando per ipſos illo
tranſire contigerit, neceſſaria vitæ depoſcere & recipere valeant. Quod-
que nullus ipſorum Correctionis, vel Viſitationis, vel Inquiſitionis Offi-
cium Monaſterijs, vel Eccleſijs ſeu quibuſcunque perſonis impendere,
vel ad cognitiones cauſarum, citationes partium & denunciationes ſen-
tentiarum Interdicti vel Excommunicationum procedere aut curam Mo-
nialium ſeu Religioſarum vel quarumlibet perſonarum recipere tenean-
tur per litteras Apoſtolicas impetratas vel in poſterum impetrandas niſi
de hoc indulto & ordine Sociorum huiuſmodi expreſſam facientes men-
tionem, autoritate & tenore prædictis & ſpeciali gratia indulgemus. *Con-
cedentes ipſis Socijs vt de ijs quæ in Ornamentis, aut pro eis, aut libris, fabrica,
luminaribus, ſeu pro victu vel Indumentis eorum, necnon pro annuis cenſibus rel-
dimendis, ad quorum ſolutionem aliqua Domus Societatis prædictæ obligatæ for-
ſan exiſtunt, ac de Domibus & Collegijs ac eorum prædijs, hortis, alijſque locis
eiſdem Socijs, iuxta eorum viuendi inſtitutum haberi conceſſis aut de ijs quæ ſibi
pro huiuſmodi rebus, domibus, Collegijs, prædijs, & hortis emendis per quaſcum-
que perſonas legari aut relinqui contigerit pro tempore, & alijs bonis quibuſcum-
que per dictam Societatem & ipus Collegia poſſeſſis ad præſtationem procuratio-
num, Legatorum prædictæ ſedis vel Nunciorum* ipſius aut Ordinariorum loco-
rum aut Exactionum, Collectarum ſeu Subſidiorum ſeu Prouiſionum
quorumcumque minimè teneantur, nec ad id per litteras eiuſdem ſedis
aut Legatorum vel Nunciorum, ſeu Diœceſanorum prædictorum cuiuſ-
cunque tenoris fuerint, vllo vnquam tempore compelli poſſint, niſi ipſæ
litteræ Apoſtolicæ plenam & expreſſam de verbo ad verbum de Indulto
& conceſſione huiuſmodi ac de eorum ordine mentionem fecerint. *Et ſi
forte per nos, vel dictam ſedem de pijs Legatis diſpoſitis & relictis in genere vel in
ſpecie Decima vel alia portio ſeu Quarta alteri piæ vel non piæ cauſæ quomodoli-
bet hactenus* conceſſa fuerit, vel illam in poſterum concedi ſeu ſolui aut
dari, mandari contigerit, Socios præfatos & illorum Domos & bona quæ-
cumque ab eis legata & relicta aut alias in eorum fauorem diſpoſita in
Conceſſionibus & mandatis huiuſmodi, decernimus & volumus minimè
comprehendi, niſi de ipſis ac præſenti Decreto & voluntate noſtra, non
per clauſulas generales idem importantes; ſed vera, expreſſa & ſpecifica
mentio fiat in eiſdem. *Et inſuper ſi contingat Socios ipſos vt adiuuante Prin-
cipe aliquo, Marchione, Duce, Comite vel Communitate vel quauis ad id po-
tenti & facultatibus abundante perſona, aliquam Domum, Eccleſiam aut Col-
legium Societatis præfatæ ædificent & conſtruant, ſeu id per alicuius ſimilis per-
ſonæ* teſtamentum mandari vel quouis modo eis afferri, Domum, Eccle-
ſias ſeu Collegia huiuſmodi cum omnibus ad id neceſſarijs & opportunis

" conſtitui & ædificari ac locum pro huiuſmodi conſtructione oblatum re-
1564. " cipi poſſe, eoſque Domos, Eccleſias, Collegia, Cellas, Oratoria vbi-
" libet per dictos Socios pro tempore conſtructa vel eis donata eo ipſo quod
" ædificata vel donata fuerint, Apoſtolica autoritate prædicta, erecta, ap-
" probata & confirmata, ac bona quæcumque pro Collegiorum dote ſeu
" Scholarium inibi pro tempore commorantium ſuſtentatione, per quoſ-
" cumque Chriſti fideles pro tempore donata, relicta & legata, eo ipſo
" prædicta Apoſtolica autoritate perpetuò applicata & appropriata eſſe &
" cenſeri, niſi aliàs ad collationem ſedis prædictæ pertinerent & Eccleſias
" prædictas cum Cœmiterijs benedici aut conſecrari facere, & primum la-
" pidem poni per quoſcumque Epiſcopos, ſi Diœceſani vltra 4. menſes id
" facere diſtulerint, poſſe decernimus, inhibentes omnibus & ſingulis Ar-
" chiepiſcopis, Epiſcopis alijſque Eccleſiarum Prælatis & locorum Ordi-
" narijs, ac quibuſuis alijs Poteſtatibus Eccleſiaſticis & Secularibus, illis ni-
" hilominus mandantes ne ipſos Socios aut eorum Domos, Eccleſias aut
" Collegia huiuſmodi ad aliquorum requiſitionem ex propria eorum vo-
" luntate ſi id in Domino expediens fuerit, ædificare volentes, quoquo mo-
" do in huiuſmodi conſtructionibus impediant, perturbent aut moleſtent.
" Et vt Societatis huiuſmodi profeſſoribus omnis vagandi occaſio & ad
" Apoſtolicam ſedem prædictam recurrendi ſubſtrahatur pro poſſe neceſſi-
" tas, Generali & de eius licentia Prouincialibus Præpoſiti dictæ Societatis
" pro tempore exiſtentibus & illorum Vicarijs & loca tenentibus, vt cum
" eiuſdem Societatis perſonis defectum Natalium ex adulterio, ſacrilegio,
" inceſtu vel quouis alio nefario & illicito coitu prouenientem patienti-
" bus, nec non cum his qui ex quauis cauſa præterquam homicidij volunta-
" rij, bigamiæ & mutilationis membrorum irregulares fuerint, poſtquam
" in Ordine ipſo vota immiſerint vt defectu & irregularitate huiuſmodi
" non obſtantibus ad quoſcumque etiam ſacros & preſbyteratus Ordines
" promoueri & in illis etiam in Altaris miniſterio miniſtrare & irregulares
" defectum Natalium patientes prædicti ad quaſcumque adminiſtrationes
" & officia Societatis dictæ eligi, recipi & aſſumi, eaque gerere & exercere
" libere & licite valeant, diſpenſare poſſint autoritate & tenore prædictis
" concedimus & indulgemus. Præterea cum intellexerimus Populos Ci-
" uitatis, terrarum & locorum apud quæ habitationem ijdem Socij habent,
" vel vbi eoſdem verſari aut tranſire contingit, exemplo allectos & indu-
" ctos vitæ Religioſæ quam Domino concedente ducunt, libenter ad con-
" fitendum eiſdem & ſacratiſſimam Communionem de manibus eorundem
" accipiendam confluere, vt illis ſic confluentibus ſatisfacere valeant vni-
" uerſis vtriuſque ſexus fidelibus, vt cuilibet de Societate dicta confiteri
" poſſint, Rectoris ſui licentia minimè requiſita, cui non teneantur eadem
" peccata de quibus confeſſi & abſoluti fuerint, rurſus confiteri. Necnon
" omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus tam forenſibus quàm in Ciuitatibus &
" locis in quibus Socij prædicti conſiſtunt, commorantibus aut illac tranſ-
" euntibus, Euchariſtiæ Sacramentum quod in ſuis Eccleſijs decenter te-
" *nere Socios præfatos volumus, quocumque anni tempore præterquam in feſto Paſ-*
" *chatis, Reſurrectionis Dominicæ & mortis articulo, niſi neceſſitas vrgeret eorun-*
" *dem fidelium Parochialium Eccleſiarum Rectorum licentia* minimè requiſita, ac-
" cipere libere & licitè valeant; necnon animarum profectui prouidere vo-
" lentes de Dei omnipotentis miſericordia ac BB. Petri & Pauli Apoſtolo-
" rum eius autoritate confiſi omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti
" fidelibus vbilibet commorantibus verè pœnitentibus & confeſſis ſeu tem-
" poribus à iure ſtatutis confitendi propoſitum habentibus qui aliquam Ec-
" cleſiam, aut alium pium locum dictæ Societatis ſemel ſingulis annis, præ-
" ter annum Iubilæi in die pro tempore dictæ Societatis exiſtentem propo-
" ſitum eligendo, à primis Veſperis vſque ad occaſum ſolis, eiuſdem diei in-
" cluſiuè, deuote viſitauerint & inibi orationem Dominicam ac ſalutatio-
" nem Angelicam recitauerint, plenariam omnium peccatorum indulgen-
" tiam ac remiſſionem in forma Iubilæi, autoritate Apoſtolica, tenore præ-

ſentium miſericorditer concedimus & elargimur. Et inſuper 4. alijs ſcilicet Natiuitatis, Circumciſionis, Epiphaniæ & Corporis Chriſti feſtiuitatum, necnon Veneris, Dominicis & Quadrageſimalibus diebus ſingulorum annorum vſque ad Octauam Paſchatis, Eccleſias & alia pia loca dictæ Societatis deuotè viſitauerint, & inibi orationes & ſalutationes prædictas ſimiliter recitauerint, ac verbum Dei, ſi in illis prædicetur, deuotè audiuerint, ſeptem annos & totidem Quadragenas de iniunctis eis pœnitentijs miſericorditer in Domino relaxamus. — 1564.

Ac Præpoſito Generali eiuſdem Societatis, vt quos de ſuis idoneos in Domino iudicauerit ad Lectiones Theologiæ & aliarum Facultatum, alterius licentia ad id minimè requiſita, vbilibet deputare poſſit. Et vt cum aliquos, ex Fratribus ſeu ſocijs Societatis huiuſmodi in Sarracenorum & Paganorum, aliorumque Infidelium terras & prouincias alias remotiſſimas à quibus non poteſt adiri Sedes Apoſtolica, miſerit, poſſit eis autoritate noſtra facultatem concedere vt Chriſtianos ibidem commorantes Confeſſione peccatorum ſuorum audita & pœnitentia ſalutari iniuncta eos & eorum quemlibet ab omnibus & ſingulis eorum peccatis etiam in Bulla Cœnæ Domini reſeruatis, & à conſequentibus cenſuris & pœnis abſoluere, & cum ijs qui ab infidelitate conuertentur, tantum, & in locis remotiſſimis qui prius in Gradibus non licitis tamen lege diuina non prohibitis matrimonia contraxerint, vt in ijſdem manere poſſint, diſpenſare ac in locis prædictis remotiſſimis quaſcumque Eccleſias, Hoſpitalia & alia pia loca; prout expediens fuerit, erigere ac nunc & pro tempore erecta reformare ſine alicuius præiudicio, & veſtes Sacerdotales, Pallas, Corporalia, Calices, Altaria, Cemiteria, ſi Epiſcopus qui ea faciat, non adſit, benedicere, ac profanatas Eccleſias reconciliare poſſint, & quæcumque ſtatuta & ordinationes deſuper neceſſaria facere, illaque poſtquam facta fuerint, mutare, alterare ac illis addere & detrahere, ac Præpoſito Prouinciali in illis longinquis partibus reſidente decedente, interim dum alius per Generalem Præpoſitum mittitur, loco Præpoſiti ſic decedentis alium eligere libere & licite valeant. Et quia in numeroſis illis Populis illarum Regionum tanta eſt Sacerdotum raritas, vt vnus plurium curam populorum ſuſcipere debeat, vt bis eodem die Miſſam celebrare diuerſis in locis valeat. Et inſuper attenta meditatione penſantes quantum vtilitatis ad exaltationem Chriſtianæ fidei & Euangelicæ veritatis, Societatis prædictæ Profeſſores afferant & afferre valeant, omnia & ſingula, gratias, immunitates, Conceſſiones, priuilegia & Indulta antea per nos eidem Societati & illius Socijs ac Perſonis quomodolibet conceſſa, quæ hîc pro ſpecificatis haberi volumus, approbantes, innouantes & confirmantes quòd Socij dictæ Societatis qui alibi quàm in vrbe Roma profeſſionem emittere non poſſint, litteris Apoſtolicis ab ipſa Societate ad id ob aliquas cauſas ad tempus impetratis, non obſtantibus eiſdem de licentia Præpoſiti Generalis præfati vt profeſſionem ipſam vbilibet mittere liberè & licitè valeant, concedimus & indulgemus. Nec non Ignatio & alijs Succeſſoribus Præpoſitis Generalibus dictæ Societatis pro tempore exiſtentibus vt indultum aliàs per nos eidem Societati; ſuper habendis 20. Coadjutoribus conceſſum, ad alios quoſcumque quos idoneos fore cenſuerint, ſub eorum obedientia degentes extendere & quaſcumque gratias, conceſſiones & Indulta eiſdem Generalibus dictæ Societatis præpoſitis pro tempore exiſtentibus per nos conceſſa per eorum Vicarios aut perſonas ad id ſibi bene viſas præſertim in Indiarum & alijs partibus remotis pro tempore ſubſtitutas exercere liberè & licitè valeant, ac preſentes litteras & in eis contenta quæcumque ex quauis cauſa de ſuſceptionis, aut obreptionis, aut nullitatis vitio ſeu intentionis noſtræ defectu notari vel impugnari nullatenus poſſe, ac ſub quibuſuis ſuſpenſionibus, derogationibus, limitationibus & alijs quibuſuis contrarijs diſpoſitionibus & gratiarum & indulgentiarum conceſſarum derogatorijs ſeu reuocatorijs, etiam per nos & ſedem eandem pro tempore cōceſſis, nullatenus comprehendi, ſed ſemper

Contra Vniuerſitatem.

1564. " ab illis exceptas exiſtere ac ſuos plenarios effectus ſortiri & illarum Tranſ-
" ſumptis manu Notarij publici ſubſcriptis & ſigillo alicuius Canonici Me-
" tropolitanæ vel alterius Cathedralis Eccleſiæ, ſeu perſonæ in dignitate
" Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eandem prorſus fidem quæ adhiberetur
" ijſdem Originalibus litteris, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ, vbique in iudi-
" cio & extra adhiberi debere, & ſic per quoſcumque Iudices & Commiſ-
" ſarios quauis etiam Apoſtolica autoritate fungentes, ſublata eis & eorum
" cuilibet quæuis aliter iudicandi & interpretandi facultate & autoritate,
" iudicari & definiri debere, ac ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auto-
" ritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane de-
" cernimus, ac dilectis in Chriſto filijs Illuſtribus & Nobilibus viris Princi-
" pibus & Dominis Temporalibus & venerabilibus Fratribus Prælatis Ec-
" cleſiaſticis in quauis dignitate conſtitutis prædictam Societatem & ſingu-
" los illius Socios plurimum in Domino commendantes, non ſolum ne eos
" inquietari aut eorum priuilegia violari permittant, ſed vt benignè & cum
" charitate, vt decet, ſuſcipiant, exhortamur atque in Domino rogamus. Et
" nihilominus vniuerſis & ſingulis Vener. Fratribus noſtris Archiepiſcopis
" Epiſcopis ac dilectis filijs Abbatibus, Prioribus & alijs Perſonis in digni-
" tate Eccleſiaſtica conſtitutis, nec non Metropolitanis & aliarum Cathe-
" dralium Eccleſiarum Canonicis ac eorundem Archiepiſcoporum & Epiſ-
" coporum Officialibus & Vicarijs Generalibus vbilibet conſtitutis, per
" Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi ac cuilibet eorum per ſe vel
" alium ſeu alios præſentes litteras & in eis contenta huiuſmodi, vbi & quã-
" do opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum Sociorum vel alicuius eo-
" rum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes eiſdemque Socijs in præmiſ-
" ſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant autoritate noſtra eoſ-
" dem Socios litteris & in eis contentis huiuſmodi pacificè gaudere, non
" permittentes eos aut eorum aliquem ſuper præmiſſis, aut quibuſuis alijs
" rebus & cauſis per locorum Ordinarios, aut quoſcumque alios, quomo-
" dolibet indebitè moleſtari, ſed eos contra quoſcumque cuiuſcumque
" conditionis vel qualitatis exiſtentes, & quauis etiam Patriarchali, Archi-
" epiſcopali, Epiſcopali aut mundana dignitate & exemptione fungentes &
" munitos in quibuſuis cauſis Iuſtitiæ complementum miniſtrantes id quod
" per eos ordinatum fuerit, ad executionem debitam perduci faciant illoſ-
" que quos cenſuras vel pœnas præfatas incurriſſe conſtiterit, excommu-
" nicatos ac interdictos declarent ac faciant, ac mandent publicè nuncia-
" ri, ac ab omnibus arctius euitari, & legitimis ſuper his habitis & habendis
" proceſſibus ſeruatis illos quoties opus fuerit, iteratis vicibus aggrauari
" procurent, Contradictores autoritate noſtra, appellatione poſtpoſita cõ-
" peſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachij Secularis
" non obſtantibus Conſtitutionibus & Ordinationibus ac Iuramento con-
" firmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & con-
" ſuetudinibus, necnon priuilegijs, indultis & litteris Apoſtolicis S. Benedi-
" cti & S. Franciſci ac Mendicantium, ac alijs Ordinibus ſupradictis illo-
" rumque prælatis & perſonis etiam ſemper non communicandis gratijs ſi-
" bi conceſſis, & aliàs quomodolibet per nos & ſedem prædictam conceſſis,
" auec toute modeſtie ce qui appartient à leur cauſe. Ce fait leſdits de la
" Ramée demandeur, & Charpentier deffendeur preſens, oüys l'vn aprés
" l'autre. La Covr en enterinant la Requeſte faite par le Procureur ge-
" neral du Roy, & ayant égard aux Concluſions par luy prinſes, ordonne
" pour l'aduenir quand aucun ſera pourueu par le Roy d'vn eſtat de Lecteur
" du Roy, il ſera oüy & examiné par Gens à ce connoiſſans & experimen-
" tez en la Profeſſion, dont le pourſuiuant ſera pourueu en la preſence de
" deux Conſeillers d'icelle, qui à ce ſeront commis, enſemble le Procureur
" general du Roy, ou l'vn des Aduocats dudit Seigneur. Et pour le regard
" de Charpentier pourueu par le Roy, ladite Cour pour pluſieurs bonnes
" cauſes iuſtes & raiſonnables conſiderations, ordonne par maniere de Pro-
" uiſion & iuſques à ce que autrement en ait eſté pourueu en procedant par
" elle à la reformation de l'Vniuerſité de Paris, ſuiuant les Lettres Patentes,
" qu'il ioüira du benefice de Lecteur du Roy, ſuiuant ce qu'il a preſente-
" ment offert & promis, à ſçauoir que dedans trois mois il commencera à
" lire Ariſtote au liure *de Cœlo*, le liure de la Sphere de Proclus ou bien les
" Elemens d'Euclide & de Sacroboſco, & au ſurplus mettront ceux qui
" ont eſté cy-deuant, pourueus par le Roy des eſtats de Lecteurs & Profeſ-
" ſeurs; Royaux en cette Ville leurs Prouiſions, deuers ladite Cour dedans
" trois iours, pour icelles veües & communiquées audit Procureur General
" & luy oüy en ſes Concluſions, ordonner ce que de raiſon pour la diſtin-
" ction des Profeſſeurs & de la Profeſſion qu'ils feront. Le 11. Mars 1565.

Idem Princeps anno ſequenti, menſe Martio de Profeſſoribus Regijs, ita edixit inſtante eodem Ramo contra Carpentarium.

" Charles par la Grace de Diev Roy de France. A tous
" ceux qui ces Preſentes lettres verront, ſalut. Le feu Roy noſtre tres-ho-
" noré Seigneur & ayeul, aima tant en ſon viuant, & les Lettres & les Let-
" trez, qu'il voulut qu'en l'Vniuerſité de Paris, y euſt des Profeſſeurs à ſes
" gages en toutes langues & ſciences. Ce qui ſucceda ſi heureuſement que
" les plus doctes Perſonnages de l'Europe ont eſté appellez à ladite Pro-
" feſſion, & fait vn ſi grand fruit, qu'il eſt ſorty vn nombre infiny de Gens
" doctes qui par tout le monde ont témoigné la grandeur de noſtredit
" ayeul. Ce qui a eſté continué par feu noſtre tres-honoré Seigneur & Pe-
" re. Et nous auions vn meſme deſir & volonté, & vacquant vne place de
" Profeſſeur aux Mathematiques, Nous aurions donné ladite place à vn
" qu'on nous auoit dit eſtre ſuffiſant & capable; mais noſtre bien-amé M.
" Pierre de la Ramée Doyen de nos Profeſſeurs, voyant que contre noſtre
" deſir, celuy que nous auions pourueu de ladite place, eſtoit inconnu &
" ſon erudition cachée, & que voulant faire quelques leçons, il ſe ſeroit
" monſtré ridicule, en auroit preſenté Requeſte à la Cour de Parlement
" faiſant entendre la ſurpriſe dommageable à toute la Republique, afin
" que celuy qui ſe diſoit pourueu, fuſt examiné, ce que par ladite Cour au-
" roit eſté ordonné que nous aurions trouué bon & raiſonnable à cauſe de

quoy, afin qu'à l'aduenir l'Eſtat de nos Profeſſeurs ne ſoit baillé qu'aux " 1565.
plus doctes & capables, Nous auons ordonné qu'auenant la vacation "
d'aucune place de nos Profeſſeurs en quelque Science & Langue que ce "
ſoit, on le fera à ſçauoir par toutes les Vniuerſitez fameuſes & autres "
lieux; & que ceux qui ſe voudront preſenter & ſoûmettre à la diſpute & "
lecture de la Profeſſion vacante, ainſi qu'il leur ſera propoſé par le Doyen "
& les autres Profeſſeurs, y ſeront receus pour aprés eſtre choiſi par nous "
le plus ſuffiſant & capable de ceux qui auront leu & diſputé, dont nous "
ſerons aduertis par le Doyen & autres Profeſſeurs, & par Nous pourueu "
ainſi qu'il appartiendra, & ſans preiudice de l'Arreſt de noſtredite Cour "
pour le regard de celuy qui doit eſtre examiné. Donné à Moulins le 8. "
Mars 1566. Regiſtré en Parlement le 2. Avril 1566. "

Haſce litteras Curia Actis ſuis inſeruit die 1. April.

Veües par la Cour les Lettres Patentes du Roy, données à Moulins "
le 8. iour de Mars dernier paſſé, ſignées par le Roy en ſon Conſeil. *De* "
Laubeſpine. Par leſquelles ledit Seigneur veut & ordonne qu'auenant "
vacation cy-aprés, d'vne place de l'vn de ſes Profeſſeurs en quelque Lan- "
gue & Science que ce ſoit, on le faſſe ſçauoir par toutes les Vniuerſitez "
fameuſes & autres lieux, & que ceux qui ſe voudront preſenter & ſe ſoû- "
mettre à la diſpute & lecture de la Profeſſion vacante, ainſi qu'il leur ſe- "
ra propoſé par le Doyen & les autres Profeſſeurs, y ſeront receus pour "
aprés eſtre choiſi par ledit Seigneur, le plus ſuffiſant & capable de ceux "
qui auront leu & diſputé, dont il ſera aduerty par le Doyen & autres "
Profeſſeurs, & par iceluy Seigneur pourueu, ainſi qu'il appartiendra. La "
Requeſte preſentée par les Lecteurs du Roy en ladite Vniuerſité de Pa- "
ris, Signée de la Ramée Doyen des Lecteurs, les Concluſions ſur ce du "
Procureur general du Roy & tout conſideré. LA COVR a ordonné & "
ordonne que leſdites Lettres ſeront leües en Iugement au premier iour, "
& ce fait enregiſtrées, oüy ſur ce le Procureur general du Roy, *à la char-* "
ge qu'à l'Examen de ceux qui ſe preſenteront cy-aprés, pour eſtre pourueus des pla- "
ces de Lecteurs du Roy, deux des Conſeillers d'icelle qui à ce ſeront commis & l'vn "
des Aduocats & le Procureur general du Roy aſſiſteront, & en leur abſence y "
preſidera le plus ancien deſdits Profeſſeurs, & ſans deroger à l'Arreſt "
donné iudiciairement, l'onziéme dudit mois de Mars. Fait en Parlement "
le 7. Avril 1566. "

Sur les Lettres Patentes données à Moulins le 8. iour de Mars dernier "
paſſé: Signées, *De Laubeſpine*, par leſquelles & pour les cauſes y conte- "
nuës, ledit Seigneur veut qu'aduenant vacation d'vne place de l'vn de ſes "
Profeſſeurs en quelque Science & Langue que ce ſoit, celuy qui ſe vou- "
dra preſenter, ſera examiné par la forme contenuë auſdites Lettres. "
Aprés qu'elles ont eſté iudiciairement leües, & que LOISEL pour les "
Lecteurs du Roy, que l'Vniuerſité de Paris en a requis la verification & "
regiſtre. A quoy a dit Du Meſnil pour le Procureur general du Roy, que "
le College des Profeſſeurs du Roy, requiert bien que ceux qui y ſeront "
appellez, ſoient examinez, & en cela eſt *æmulatio & contentio virtutis*, "
pour y appeller les plus doctes & plus ſçauans, ainſi que l'exercice le "
monſtrera. Au moyen dequoy ont conſenty, comme encore ils conſen- "
tent l'enterinement & verification deſdites Lettres. LA COVR ordonne "
que ſur le reply deſdites Lettres ſera mis qu'elles ont eſté leües, publiées "
& enregiſtrées. Oüy, & ce conſentant le Procureur general du Roy, ſe- "
lon le contenu de l'Arreſt du iour d'hier, interuenu ſur la verification "
deſdites lettres. Fait en Parlement le 2. Avril 1566. "

Victoria Rami bilem mouit Carpentario qui ſtatim libellum edidit contra ipſum Ramum quem vocat Theſſalum Academiæ Pariſienſis Methodicum.

Die 23. Iunij an. 1566. (qui cœpit initium capere à Kalendis Ianuarijs) Rector ſuffectus eſt Iacobus Martinus in Collegio Becodiano actu Re- 1566.
gens; quo Rectore habita ſunt Comitia die 24. Iulij hiſce de capitibus,

1566. de Prato Clericorum cuius permutationem cum alio loco Vniuerſitati commodiore Rex poſtulabat. Et eam ob rem à ſingulis Ordinibus deputati quidam viri die 27. eiuſdem menſis. De Ieſuitis, quibus Claromontenſis Epiſcopus teſtamento multa legauerat: decretumque vt illi Teſtamentum exhiberent: vocati autem die 28. promiſerunt ſe exhibituros. De Bibliopolis qui ad iuramenta adſtricti ſunt. Denique de Beneficiarijs qui ſine titulo Academica Beneficia poſſidebant, cenſuerunt omnes eſſe expungendos & reditus annuos ſequeſtrandos.

Die 21. Auguſt. in priuatis Selectorum Comitijs actum adhuc de libello ſupplice Ieſuitarum: & ita concluſum. *Si ſimpliciter hi qui Ieſuitæ appellantur reſponderint, an vt Regulares tantùm, an vt Seculares recipi ab Academia poſtulent, Vniuerſitas faciet quod decebit.*

Die 10. Octob. M. Nicolaus Muſſemble è Collegio Cardinalitio ſuffectus eſt Rector, ſtatimque poſt electionem rem habuit cum M. de Hodicq Archigymnaſiarcha occaſione ſedis ſeu loci honoratioris & eminentioris, quem prædictus de Hodicq ſupra Rectorem occupauerat. Vnde conqueſtus Rector in Comitijs die 19. eiuſdem menſis habitis. Hodicquus autem ita cauſam ſuam tueri conatus eſt, *velle quidem* ſe honorem debitum & aſſuetum deferre D. Rectori, ſuum verò retinere. Se ad Magiſterium Collegij Cardinalitij euocatum, *ea ratione locum* ſibi deſignatum in ſacello eiuſdem Collegij occupaſſe quem ſui anteceſſores ſemper occuparant: Procuratores Nationum in Nationibus præeſſe D. Rectori; ſuum ergo Rectori, ſuum ſibi honorem conſeruari debere. Hæc autem controuerſia remiſſa eſt ad Deputatos.

Forma Eligendi Decani in Facultate Medicinæ.

DECANI MEDICORVM ELECTIO MVTATA.

EOdem Rectore, mutata eſt conſuetudo eligendorum Decani, Lectorum & Examinatorum in Facultate Medicinæ: hactenus enim Electio facta fuerat per Intrantes 4. Nationum; quemadmodùm fieri ſolet Electio Rectoris in Facultate Artium: at verò M. Simone Pietre Decanatu abeunte, forma alia introducta, quam ipſe in Reg. conſcripſit ad diem 19. menſis Octob. Sic ergo ille.

Vt nimium antea frequens contentionum, æmulationis & ſimultatum tollatur omnis occaſio, paxque ſit inter Doctores perpetuò, abrogata veteri lege & Inſtituto eligendi Decani à 4. Doctoribus, 4. Nationum ambiendique turpiter LECTORVM OFFICII, vniuerſi ſaluberrimæ Facultatis Doctores per iuramentum trina Congregatione legitimè conuocati ſtatuerunt vt deinceps die Sabbati proximo poſt feſtum omnium Sanctorum Congregatis ante horam 8. à ſacro omnibus Doctoribus more ſolito, ſingulorum ac præſentium duntaxat qui per maiorem partem Ordinarij adfuerint, Nomina prout ingredientur, Decano Facultatis tantùm excepto, ſeparatim per Iuniorem Doctorem qui tunc adfuerit, clauſis tabellis papyraceis deſcribenda in duas vrnas ſeorſim conijciantur, Maioris quidem & Antiquioris Ordinis in eam quam Decanus Honoris qui tunc adfuerit, tenebit. Minoris in alteram, quam ſimiliter eiuſdem Ordinis antiquiſſimus tenebit. Ex his tabellis ita ſine fraude vlla in ſuam ſingulatim vrnam vel ciſtellam coniectis, diuque agitatis, Facultatis Decanus ſuo abiturus Magiſtratu coram prius exporrecta manu, trium quidem Maioris ordinis Doctorum primùm tabellas, deinde duorum Minoris ſimililiter ordinis ex ſua ſeparatim vrna depromere, & Facultati protinus renunciare, bona fide tenebitur. Hi quinque ita ſorte aſſumpti ſine vlla cuiuſquam prehenſatione in abditum Sacellum veteri more diuinam opem imploraturi ſecedent, præſtito prius penes Decanum conſueto iuramento. Ibique conſentientibus inter ſe, maiori ex parte eorum ſuffragijs tres Decanatus futuri maximè omnium dignos alios à ſe & quorum nemo eo munere prius functus fuerit; duos quidem ex Maiori, vnum ex Minori ordine pro veteri deliberandi more nominatim eligent, eo-

rumque trium nomina ſuis ſeparatim tabellis in vrnam mittent. Et cuius " vnius primùm tabella Decani Facultatis manu ſorte deprompta fuerit, " 1566. is in proximum biennium Decanus eſto. Quod ſi prædicti Deſignatores " de 3. illis ita eligendis non conſenſerint, alij quinque Deſignatores ſiue " Electores rurſum ex Vrna ſorte educentur, donec omnium conſenſus ad " præſcriptam illam & minimè fraudulentam trium electionem & nomi- " nationem deuenerit. "

De Lectoribvs Scholarvm. *Eadem Electionis & Sortitionis formula in Publicis Scholarum Lectoribus ſeruabitur; niſi quod ijdem 5. Electores immutandi in futuros Scholarum Lectores ex Minori ordine vnum duntaxat, ex Maiori duos bona fide nominabunt. Ex quorum ſingulorum tabellis in vrnam conjectis Decanus ſimiliter duos tantùm ſortietur. Cuius tamen tabella hoc anno poſterior exprompta fuerit, in annum proximum duntaxat lectio eſto pro hac vice.*

De 4. Examinatoribvs fvtvrorvm Baccalavreorvm. *Creato Decano & Scholarum Profeſſoribus ita ſigillatim conſtitutis, Baccalaureorum Examinatores 4. duo quidem Maioris & Antiquioris ordinis promi, totidemque ſimiliter ſecundi qui tunc fuerint, quique antea idem munus in ſuo ordine numquam geſſerint, aſſumentur & per Decanum renunciandi in Commentarios redigentur. Sed hæc electio fiet proximo Purificationis Deiparæ Virginis ante futurum examen die.*

Iuxta hanc formam electus eſt die 2. Nouemb. M. Ioannes Rochon è Iunioribus. Et id quoque Actis Facultatis conſignatum his verbis.

Anno Dom. 1566. die 2. Nouemb. habita ſunt Comitia in Scholis Superioribus, vt qua forma erat ante definitum, Decanus deſignaretur, vetere abrogata, maximo Doctorum omnium concurſu facto, nomina ſingulorum Papyraceis tabellis conuolutis inſcripta ſeparatim conjecta ſunt in duas vrnas; Seniorum quidem in vnam & Iuniorum in alteram. Illa commiſſa eſt Domino de Varades Medico Regio honoris Decano, Seniorum primo. Hæc D. l'Eſtelle Iuniorum quoque Primo. Depromptæ ſunt à Decano Facultatis D. Pietre tabellæ ex ambabus quinque quas ſors obtulit. Tres quæ trium Doctorum antiquorum, duæ quæ duorum recentiorum nomina continebant, vt hi quinque Doctores eſſent quorum fidei & ſapientiæ poteſtas permitteretur eligendi tres alios Decanatu maximè dignos. Tres igitur Electores maioris ordinis fuêre D. Granger, D. Huguet & D. Variquet. Duo Minoris, D. Gourmelin & D. Deſireux qui omnes præſtito jureiurando, ierunt confeſtim in ſacellum, vbi diuina implorata ope, cum diu multumque deliberaſſent & vno conſenſu tres imprimis hoc Magiſtratu dignos iudicaſſent, nempe ex ordine Seniorum duos D. Deniſot & D. Laffilé, ex ordine Iuniorum M. Ioan. Rochon, D. Granger cum alijs in publicum reuerſus rem totam toti ordini vt eſſet in Sanctiore loco geſta, renunciauit. Addidit omnibus à ſe expenſis & probatis tres demum ſibi viſos eſſe ad eam dignitatem ſuſtinendam idoneos, quorum probitas, doctrina & facultates maximè commendabiles eſſent. Sed nequaquam eorum nominari nefas eſſe, ne cæteri grauiter ferrent quibus ſors non fauiſſet. Eum tantum pro lege poſita Decanum fore, cuius nomen ex vrna primùm eximeretur. Placuit toti Ordini vt tres illi (neſciebatur enim) ante ſortitionem publicè nominarentur. Cœteris enim honori id quoque futurum quod digni eo Magiſtratu iudicati ſint. Quorundam ſententia fuit, vt ne aliquando dolus ſubſit, ſemper nominandos eſſe, quia ſcribi vnius tantùm nomen in 3. tabellis poſſet. Quare tabellis tribus quæ trium Deſignatorum nomina infraſcripta continebant, ordine apertis vt ſors ferebat atque explicitis primus nominatus eſt Ioannes Rochon: Deinde alij duo Deniſot & Laffilé. Qui tres gratiſſimi omnibus fuerunt. Inuolutæ deinde tabellæ illæ tres ſolæ in vrnam (vrnæ loco galerus erat) immiſſæ ſunt, diuque in ea diligenter clauſa verſatæ. Tandem Decanus manum intulit & obuiam primam tabellam extulit in qua ſcriptum erat nomen Ioannis Rochon. Sic antiquior ille Decanus D. Pietre nouum me (etſi alij duo meritiſſimi erant) Decanum proclamat. Omnes laudant, probant & Dei opus iſtud eſſe prædicant. Amen.

Die 16. Decemb. nouus Rector Academiæ creatus eſt Margarinus de la Bigne Baccal. Theologus & inſtructus die 18. de lite Ieſuitica; qua de re

1566. ſubſecutis diebus Comitialibus actum ſæpè & 11. Ian. prohibitum Scholaſticis audire Lectiones Ieſuitarum, eorumque Scholas frequentare. Et in iiſdem Comitijs actum de erigenda noua Iuriſdictione apud Mathurinenſes, creandiſque nouis Officiarijs à Rectore & Vniuerſitate; verum iſtud minus placuit, tum ne lis oriretur cum Cónſeruatore, tum ne videretur Rector ſuum potius quàm publicum commodum quærere.

1567. Anno 1567. Edictum à Rege propoſitum de augmento taxationis pro ſigillo Cancellariæ : quod quia vergebat in detrimentum Vniuerſitatis alumnis, ipſa libellum ſupplicem Regi porrexit, quò ab illa noua impoſitione forent immunes. Seruatur in Tabulario ſub hiſce notis. A. 577.

AV ROY.

" SIRE,

Pro moderatione taxæ sigilli.

" Vos tres-humbles les Recteur & Vniuerſité de voſtre ville de Paris, " humblement vous remonſtrent qu'en reſpect de leur pauureté qui eſt " compagne ordinaire des Eſcholiers & bons Eſtudians, ils ont eſté ſupportez par les Officiers de voſtre Couronne & de vôtre Iuſtice par cy-deuant, " & ſoulagez en toutes leurs neceſſitez ſous l'adueu de vos Predeceſſeurs " Roys & Anceſtres, qui ont prins en honneur d'eſtre nommez & appellez " Peres & Protecteurs des Lettres & Eſtudians. Ce qui a eſté diſcontinué " depuis quelque temps par voſdits Officiers, leſquels en toutes affaires & " Charges ordinaires ou Extraordinaires n'ont aucunement reſpecté les " pauures Eſtudians, ains en beaucoup de ſortes ont iceux indignement " traittez, les reduiſant au rang commun ou en pire condition que chacun " du Peuple, de maniere qu'ils ont ſans ceſſe à combatre & ſe defendre pour " ſe maintenir és libertez, franchiſes & prerogatiues qu'il a pleu à voſdits " Anceſtres leur départir, non point en intention de s'enrichir ny de mieux " eſtre; mais de peur de ſuccomber ſous le faiz de neceſſité & pauureté inſupportable, dont au grand regret de tous Gens-de-bien ils ſentent ladite Vniuerſité auoir eſté perſecutée & deſolée depuis quelques années en " çà, meſmes qu'il conuient aux Suppoſts d'icelle de ſe diſtraire de leur " eſtude pour garentir le corps & les Particuliers de ladite Vniuerſité des " Oppreſſions imminentes par l'iniure du temps. Et encore qu'ils euſſent " par cy-deuant eu iuſte occaſion de ſe plaindre de la rigueur qui leur eſt " tenuë en voſtre Chancelerie en laquelle ils ſont taxez pour les expeditions du ſcéel telles qu'elles ſoient à la plus grande taxe qui ſoit point, " qui eſt entr'autres de 8. Seaux qui reuiennent à la ſomme de 20. liures 8. ſ. " Pariſis par chacun Arreſt qui eſt leué pour ladite Vniuerſité, qui eſt contre l'honneſteté & liberalité accouſtumée de laquelle vos Officiers anciennement les ont fait reſſentir par l'adueu de vos Anceſtres ſe conformans à leurs bonnes volontez & inclinations, toutesfois ils n'auroient entrepris de s'en plaindre importunément, tant que l'occaſion s'eſt addonnée plus grande par le moyen de la publication de vos Lettres Patentes " du 22. iour de Mars l'an 1566. par leſquelles auriez ordonné que les Expeditions Preſidiales de voſtre ville de Paris ſeroient expediées ſous le " ſcéel ordinaire de la Chancelerie dudit lieu & à la taxe accouſtumée audit ſcéel, qui eſt vne recharge nouuelle & inſupportable aux Pauures " Eſtudians, tant en chef que en membres particuliers, la pluſpart deſquels qui ont affaire deſdites expeditions, ſont orphelins, leſquels ſont " contraincts de plaider pour la deffenſe de leur bien. Et dautant, Sire, " que les Supplians redoutent, que eſdites Expeditions Preſidiales voſdits " Officiers ne les veulent traiter par telle & meſme rigueur & taxe qu'ils " ont accouſtumé leur ſeuir & garder és expeditions de voſtre Cour de " Parlement, qui eſt choſe exceſſiue & contre l'intention de vos Predeceſſeurs, Sire, & la faueur laquelle par certaine bonté & royale inclination vous portez à ladite Vniuerſité qui eſt le Seminaire de tous Gens vertueux.

Pour

Pour ces cauſes requierent & vous ſupplient tres-humblement, Sire, " 1567.
qu'il vous plaiſe de voſtre benigne grace & liberalité exempter leſdits "
Supplians, comme les plus fauorables entre les Pauures, de la charge & "
taxe exceſſiue dudit ſceel, meſmes pour le regard deſdites expeditions "
Preſidiales, à tout le moins icelles moderer par telle honneſte mediocri- "
té que leſdits Supplians qui ſont vexez & trauaillez plus que tous autres "
par l'iniure du temps, ſe reſſentent en cette part, comme ils ſouloient "
faire le temps paſſé, de voſtre liberalité & bonne affection enuers les Let- "
tres & les Eſtudians, & prieront Dieu leſdits Supplians pour la manuten- "
tion & accroiſſement en tout heur de voſtre Majeſté. "

Porro Edictum illud Regium die tantùm 27. Sept. an. 1570. prodijt, & Actis Curiæ inſcriptum 8. Ian. 1571. cuius 25. art. eſt de litteris Conſeruatorijs, his verbis. *Gardes Gardiennes qui payent 51. ſols Pariſ. payeront 3. ſeaux valans 7. liures 13. ſols Pariſ.*

Hoc anno actum ſæpè de expungendis ex Albo Academico quibuſdam Officiarijs qui à fide deſciuerant, & qui contra Regem ad Hæreticorum caſtra transfugerant. Et die 12. Decemb. Oudinus Petit Librarius ex ſententia Facultatis Artium & Theologiæ expunctus, in ciuſque locum ſuffectus Michaël Iulien; quamquam aliæ duæ Facultates nihil grauius contra prædictum Petit decernendum eſſe ſentirent, niſi per maiorem poteſtatem, Regem ſcilicet aut Curiam Pariſienſem liceret. *Verum*, vt habent Acta Medicinæ, *Rector eum fretus duabus alijs Facultatibus plena poteſtate deſtituit & eius Officium Iuliano contulit.* At verò ne Schiſma oriretur eam ob rem in Vniuerſitate, placuit offerre libellum ſupplicem Regi & Curiæ, quò liceret omnes Academicos & Academiæ Officiarios qui à fide deſciuiſſent, omnino expellere & è faſtis eradere: Quod factum anno ſequente.

Interim notare conuenit Hæreticos hoc anno certa die quaſi ex compacto, arma cœpiſſe, Duce Condæo, magnamque Galliæ Partem occupaſſe, Rege inermi, & nihil tale ſuſpicante, demum cum ad vrbem Pariſienſem acceſſiſſent, plurimos eiuſdem ſectæ ad eorum caſtra transfugiſſe, & in ijs tres Primarios Collegiorum, Ioa. Dabin Chenaci, Nicolaum Charton Bellouaci, Petrum Ramum Preslæi; cum nonnullis Officiarijs. Verum victis ad San-Dionyſium hoſtibus, menſe Octobri, Vniuerſitas Apoſtatarum conſortium autoritate publica munita defugit.

Anno igitur 1568. qui à menſe Ianuario incepit, vt deinceps anni conſequentes, Rectore M. Michaële Aubourg die 2. Ianu. actum de Profeſſione fidei & Religionis Catholicæ ab omnibus exigenda; ac proinde de perluſtrandis omnibus & ſingulis Collegijs: qua de re ſic legitur in Reg. Med. *Die 2. Ian. Rector expoſuit æquiſſimum videri, vt hiſce temporibus quibus de Religione certaretur, Vniuerſitas quam oporteret eſſe Magiſtram veræ pietatis & Religionis, veluti & bonarum omnium Artium, à ſingulis in ſuis Ordinibus rationem fidei ac Religionis expoſceret, vt boni in ea confirmarentur, & alij errore fortaſſe decepti ad eandem reuocarentur.* Omnes Ordines id ſummopere laudarunt. Rector cum Cenſore Theologo D. Demochare, Decanis Facultatum, Procuratoribus Nationum, Procuratore Fiſci, Quæſtore & Bidellis Vniuerſitatis Gymnaſia omnia perluſtrauit. Pauci inuenti ſunt qui in tanta multitudine quam Vniuerſitas alit à Religione Catholica & Romana alieni eſſent.

1568.

Die 12. eiuſdem menſis habitis Comitijs Generalibus, lectus eſt libellus ſupplex Ædilium Pariſienſium Regi offerendus, ſi ſe vellet Vniuerſitas ijs adiungere; petebant autem ex Iure Ciuili & Canonico vnam Facultatem fieri, licereque Profeſſoribus hocce tempore calamitoſo, vtramque Facultatem profiteri, ne Liberi ſui peregre cogerentur proficiſci ad alias Academias hæreticis ſcatentes. Verùm repulſam tulerunt. In ijſdem Reg. Medic. ſic habetur. *Die 12. eiuſdem menſis deliberatum eſt de Libello ſupplice Doctorum Iuris Pontificij, quo poſtulabant à ſummo Pontifice & Rege licere ſibi Lutetiæ ad Gradus & honores Iuris Ciuilis veluti & Pontificij ſtudioſos vtriuſque Iuris euehere. Cauſam dicebant, quod pleriſque ciues iniquiore animo ferrent*

Ivs Civilis.

1568. *ſuos liberos ad Ius Ciuile diſcendum aliò abmitti à ſe oportere, vbi hæreſes plurimæ vigerent. Eum autem libellum quia Domus Ciuica probabat, petebat vt Vniuerſitas quoque probaret & ad cauſam ſe ſe adiungeret. Sed ne ordo Vniuerſitatis & ſtatuta violarentur, & alijs Ciuibus iniuria fieret, non impetrarunt.*

In Reg. publicis legitur fuiſſe porrectum illum libellum ab Ædilibus, ſed forte inſtigantibus Iuris Pontificij Doctoribus, vide infra ad diem 19. Iunij. Die 25. eiuſdem menſis actum eſt de alio libello ſupplice Regi porrigendo vt excluderentur omnes Officiarij Vniuerſitatis transfugæ & Hæretici: Concluſumque vt omnes in ſuis Ordinibus coram ſuis Decanis ſuam Religionem profiterentur. *Cumque alij Ordines* (Reg. Med.) *operæpretium ducerent vt ad audiendam eam Profeſſionem Doctor aliquis Theologus adhiberetur, Ordo Medicorum exiſtimauit ſuam in Scholis Med. à Decano capite Facultatis audiri poſſe, non aſcitis Theologis quos immiſceri rebus Medicorum non oporteret.*

Die 22. Ian. Nicolaus Charton Doctor Medicus Beluacenſis Collegij Primarius ad Hæreticos transfuga, ſuo Primariatu ſpoliatus eſt, Senatuſconſulto quod tale eſt.

» Veu par la Cour la Requeſte preſentée par M. Martin Euerard Do-
» cteur en la Faculté de Theologie, par laquelle attendu que ſuiuant la
» fondation du College de Dormans, dit de Beauuais, par laquelle entre
» autres choſes eſt expreſſement porté que le Principal dudit College ſe-
» ra *Presbyter*, & que *M. Nicole Charton* Docteur en Medicine pourueu de
» ladite Principauté n'ayant tenu conte de ſe faire promouuoir à l'Ordre
» de Preſtriſe, combien que par pluſieurs Arreſts il euſt eſté ordonné, le
» Suppliant par le moyen de l'incapacité dudit Charton auoit eſté preſen-
» té à ladite Principauté par l'Abbé de ſaint Iean des Vignes, ladite pre-
» ſentation emologuée par Arreſt de ladite Cour & ledit Arreſt executé
» par l'vn des Huiſſiers d'icelle Cour, il y auoit neantmoins eſté empeſché
» par ledit Charton, qui oncques n'auroit voulu obeyr iuſques à l'année
» 1562. que pour l'abſence dudit Charton à cauſe de la Religion; ledit Sup-
» pliant y auoit eſté commis, & depuis à ſçauoir l'an 1563. iceluy Charton en
» vertu d'vnes Lettres Patentes par luy obtenuës auroit eſté remis, lequel
» encore continuant en ſon opinion contraire à la Religion ſe ſeroit au com-
» mencement des preſens troubles, comme ſeditieux & rebelle abſenté
» auec pluſieurs autres de cette ville, il requeroit ſur ce luy eſtre pourueu,
» & eſtre dit ſuiuant ladite Prouiſion, qu'il ioüira de la Principauté, ſans
» que ledit Charton, incapable, comme dit eſt, y puiſſe plus eſtre receu, ne
» celuy qui ſe pretend auoir eſté pourueu au lieu d'iceluy Charton. Veu
» auſſi leſdits Arreſts, les Concluſions ſur ce, du Procureur general du Roy,
» auec la Prouiſion faite au Suppliant de ladite Principauté par l'incapaci-
» té dudit Charton & tout conſideré. LADITE COVR a ordonné & or-
» donne qu'il ſera informé à la Requeſte dudit ſuppliant, de ce qu'il pre-
» tend ledit Charton, ſuiuant les ſtatuts dudit College n'auoir iamais chan-
» té ne voulu chanter la Meſſe, *& qu'il eſt abſent pour le fait de la Religion de-*
» *puis ces troubles, auec ceux qui ont pris & qui portent les Armes contre le Roy,*
» leur aidant & fauoriſant, pour ladite information faite & rapportée de-
» uers ladite Cour, & communiquée audit Procureur General, & veües
» ſes Concluſions eſtre par elle ordonné ce qu'il appartiendra. Et cepen-
» dant fait inhibitions & defenſes audit Charton de s'immiſcer aucune-
» ment en ladite Principauté, ains luy enjoint en laiſſer & ſouffrir le ſup-
» pliant ioüir ſuiuant ſa Prouiſion & Arreſt de ladite Cour par luy obtenu
» ſur icelle. Et quant à celuy qui ſe dit eſtre nouuellement pourueu de la-
» dite Principauté, ordonne qu'il ſera reuelé à ladite Cour pour luy & le-
» dit ſuppliant, oüis aprés auoir communiqué auec le Procureur Gene-
» ral y eſtre pourueu ainſi que la Cour aduiſera & verra eſtre à faire. Ce 22.
» Ianuier 1568.

Paulò ante M. Ioannes Dahin Primarius Collegij de Chenaco ſeu ſancti Michaëlis de hæreſi ſuſpectus & fugax Collegij ſui adminiſtratione ab

eadem Curia priuatus fuerat. Actum eſt ſimiliter contra M. Petrum Ramum, vt patet ex ſequenti Senatuſconſulto 29. Ianuarij 1568. 1568.

"Vev par la Cour la Requeſte preſentée par M. Antoine Muldrac Bachelier en Theologie en l'Vniuerſité de Paris, contenant que par cy-deuant M. Pierre de la Ramée, dit Ramus, Principal du College de Preſle en l'an 1562. ſe ſeroit abſenté pour le fait de la nouuelle opinion, dont il eſtoit notoirement diffamé, & le Suppliant eſté pourueu par l'Eueſque de Paris, Superieur en cet endroit de la Chapelle fondée audit College à laquelle eſtoit annexée la Principauté dudit College, & ſuiuant la Prouiſion auroit depuis eſté mis en poſſeſſion; laquelle poſſeſſion pareillement auroit eſté confirmée par Arreſt de ladite Cour de Parlement, nonobſtant l'oppoſition faite à ladite prinſe de poſſeſſion dudit Suppliant, par vn nommé Iean Poiteuin, ou autre commis par ledit Ramus, & ſuiuant ledit Arreſt, ledit Suppliant auroit ioüy de ladite Chapelle & Principauté iuſques à ce que l'Edit de pacification ſeroit ſuruenu par le moyen duquel il eſtoit permis à ceux de la Religion pretenduë Reformée, rentrer dedans leurs biens, Offices & Dignitez, au moyen dequoy ledit Suppliant auroit cedé le lieu audit Ramus, *lequel derechef s'eſtoit à preſent abſenté pour ladite nouuelle opinion, & laiſſé ledit Poiteuin ou autre en ſa place, ayant intelligence auec luy, & par meſme moyen s'eſtoient retirez tous les Eſcholiers dudit College, de façon que ledit College eſtoit demeuré ſans Eſcholiers & exercice, requeroit y eſtre pourueu.* Veües les Concluſions du Procureur general du Roy & pieces attachées à ladite Requeſte, & tout conſideré.

"Ladite Cour a commis & commet le Suppliant à l'exercice de ladite Principauté, iuſques à ce que par le Roy ou ladite Cour autrement en ſoit ordonné. Le 29. Ianuier 1568.

Interim Vniuerſitas Regi libellum ſupplicem porrigit contra transfugas, nominatis die 23. Ian. qui eum adirent, è Theologorum Ordine, Vigor, Hugues, de Saintes; è Decretiſtis, de la Croix; è Medicis Varade & Charpentier; ex Artium Facultate 4. Procuratoribus. Rector verò & voce & ſcripto ita ſupplicauit.

AV ROY.

SIRE,

"Les Recteur, Docteurs, Regens & Maiſtres de l'Vniuerſité de voſtre ville de Paris vous remonſtrent en toute humilité que pour le bien public & ſuppreſſion de la nouuelle Religion pretenduë Reformée & extirpation des hereſies pullulantes de iour en iour, ils auroient ſuiuant vos Edicts priué des priuileges par vous & vos predeceſſeurs Roys, donnez à ladite Vniuerſité; aucuns Libraires & autres Officiers de ladite Vniuerſité manifeſtes Sectateurs & fauteurs de ladite Religion, comme par leur vie, liures ſcandaleux par eux vendus & departement de cette Ville dés le commencement de ces preſents troubles eſt manifeſtement apparu, & faiſant diligente inquiſition des autres Suppoſts de ladite Vniuerſité pour n'auoir auec eux, ſinon les vrays Amateurs de Dieu, tenans la Religion Catholique Romaine, pour de laquelle faire profeſſion, ils auroient conclud que chacun deſdits Suppoſts ſe trouuaſt à certain iour deuant le Doyen de ſa Faculté & là en preſence d'iceluy, & de deux Docteurs en Theologie fiſt proteſtation de viure en l'obeyſſance de Dieu, du Pape, du Roy, & entretenir & garder la Religion Catholique Romaine, trauaillent toutesfois en vain, ſi par voſtre Majeſté ils ne ſont autoriſez, aidez & ſecourus. Ce Conſideré, Sire, plaiſe à V. M. ordonner, donner & octroyer en continuant auſdits de l'Vniuerſité, plaine puiſſance & autorité de mettre hors du Corps d'icelle Vniuerſité, tous & chacuns les Officiers qu'ils connoiſtront eſtre de ladite nouuelle Religion, & en la place d'iceux ſubſtituer & mettre autres perſonnages tenans la Religion Catholique Romaine, qui eſt celle que vous tenez, & faire commandement à tous à

1568. qui il appartiendra de receuoir & integrer ceux leſquels en la place des autres ſeront par iceux de l'Vniuerſité preſentez. Et pour euiter qu'aucuns Sectateurs des Hereſies ne ſe couurent du nom d'Eſcholier, ſoit enjoint à tous Eſtudians, quinze iours aprés qu'ils ſeront habituez en ladite Vniuerſité pour y eſtudier & pareillement aux Maiſtres & Pedagogues qui en auront la conduite, d'aller au Recteur faire meſme proteſtation & profeſſion de Foy que deſſus. Deffenſes auſſi ſoient faites auſdits Recteur, Doyens des Facultez & Chanceliers de ladite Vniuerſité de n'admettre aucun Eſtudiant à quelque degré que ce ſoit, que premierement il n'ait promis & iuré ce que deſſus. Soit fait commandement auſdits Doyens de faire faire pareille profeſſion de Foy à vn chacun des Maîtres & Docteurs de leur Faculté, & remarquer diligemment ceux qui ne voudront obeyr pour y pouruoir, ainſi que voſtre Majeſté trouuera eſtre bon. Et leſdits Supplians prieront Dieu, comme touſiours ils font, pour l'accroiſſement de voſtre ſalut & proſperité. Signé, AVBOVRG Recteur.

Die 9. Febr. conuocati Deputati cenſuerunt perluſtranda eſſe seriò omnia Collegia & in ijſdem Catalogum Magiſtrorum, Burſariorum & Pædagogorum à ſingulis Primarijs exigendum. Hæc autem Iuramenta à Primarijs exacta, vt habetur in Actis Vniuerſitatis.

IVRAMENTA PRIMARIORVM.

1. Iurabis quod Catalogo quem nobis proponis, omnes Regentes, Magiſtri, Pædagogi, Burſarij Magni & Parui qui in tuo degunt Collegio, continentur, nec eorum aliquem omiſiſti.

Item quod omnes tui Collegij prædicti Regentes Magiſtri & *alij viuunt*, quantum potes intelligere, ſecundùm Eccleſiam Catholicam quam Romanam dicimus; & quòd deinceps nullos in tuo Collegio aliter viuere permittes. Et ſi quos è tuo Collegio eam ob cauſam emiſeris, dices.

Item Iurabis quod obſeruabis morem antiquum & coges tuos vt adſint ſacrificio Miſſæ & diuino cultui ad regulam præſcriptam à Fundatoribus.

Comparuit autem apud Mathurinenſes, vbi hæc fiebant, M. Franciſcus Borel Primarius Montis-Acuti cum ſuis & fidem Religionemque Catholicam iuxta formulam ſequentem à Demochare fidei Inquiſitore conſcriptam profeſſus eſt.

SVMMA PROFESSIONIS FIDEI.

Ego N. Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem & in Ieſum Chriſtum Filium eius vnicum D. noſtrum qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria Virgine & in Spiritum ſanctum, qui ex Patre Filioque procedit.

Certa quoque & firma fide credo vnam ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam in terris quæ in fide & moribus errare non poteſt, cui omnes obedire tenentur, cuius ſummus Pontifex Rom. eſt caput viſibile & Chriſti Vicarius vniuerſalis, qui poteſtatem habet ligandi, ſoluendi, excommunicandi & Indulgentias conferendi, extra quam non eſt *ſalus*.

Eccleſiæ Præcepta de audienda Miſſa diebus Dominicis & Feſtiuis & horum dierum obſeruatione, de Confeſſione vocali Sacerdoti *facienda*, de Corporis Chriſti perceptione ſemel ſaltem in anno & jeiunijs Quadrageſimæ, & aliorum dierum, de ciborum delectu & abſtinentia, & quæcumque ab eadem ſunt tradita & ſacroſanctis vniuerſalibus Concilijs definita eſſe ſeruanda ſub peccati pœna, ingenuè confiteor.

Corde ſimiliter & ore profiteor ſeptem eſſe Sacramenta ad noſtram ſalutem à Chriſto inſtituta; Baptiſmum qui vnus eſt, & paruulis ad peccati deletionem & ſpiritualem regenerationem neceſſarius.

Confirmationem quam ſoli Epiſcopi adminiſtrant ad fidei robur & gratiæ augmentum, Pœnitentiam quæ in Contritione peccatorum, Confeſſione Sacramentali & ſatisfactione conſiſtit. Euchariſtiam cuius perceptio ſub vtraque ſpecie Panis & Vini non eſt Laïcis neceſſaria, cum ſub vna integrum & verum Chriſti Corpus & Sanguinem contineat. Demum Ordinem, Matrimonium & Extremam-Vnctionem.

Firmiter etiam credo Nos Sanctorum auxilio iuuari, quos non ſolum imitari, ſed & venerari atque orare nobis valde eſt vtile. Neque minus

fide teneo Miſſæ ſacrificium, piorum viuentium ſupplicationes, orationes, "
Eleemoſynas, ad ſancta loca peregrinationes ac cætera pietatis opera tam " 1568.
Nobis quàm mortuorum animabus in Purgatorio plurimum prodeſſe. Si- "
cut non dubito, ſed conſtanti fide affirmo ſtatum illum vitæ quem Reli- "
gionem Monaſticam profeſſi ſequuntur, Deo gratum eſſe. "
Deteſtor denique omnem hæreſim & præcipuè Lutheranorum & Cal- "
uiniſtarum quos & illorum Sectatores æterno anathemate dignos eſſe cre- "
do. Et ita per hoc ſacroſanctum Chriſti Euangelium quod manu tango, "
iuro Sig LAFFILE'. "

Ergo Primarij, Præceptores, Pædagogi, Diſcipuli, etiam Inquilini fidem Catholicam iuxta Articulos propoſitos profeſſi ſunt, vt legitur in Reg Med. *Profeſſi quoque Doctores Theologi & Iuris Pontificij, Doctores quoque Medici prope omnes manu Euangelio & imagini Chriſti appoſitâ ſanctè iurarunt.* Iurarunt item Baccalaurei & Bidelli. Nec vllum Collegium ab eiuſmodi profeſſione & luſtratione exemptum fuit. Ordo verò Collegiorum deſcribitur in Reg. Vniuerſitatis, inceptus à Lexouienſi quia M. Michaël Aubourg Rector eiuſdem erat Primarius. Hinc itum in Barbaranum, cuius Primarius erat M Robertus Certain. Poſtea in Remenſe, cuius Primarius erat M. Le Vaſſeur Doctor Theologus; itum quoque in Caluicum, in Sorbonicum, ad Scholas Iuris Canonici, denique totus ferè menſis Februarius in eiuſmodi luſtrationibus & profeſſionibus fidei excipiendis conſumptus eſt. Iuſſi verò abſentes ſe ſiſtere & nomen fidemque profiteri, ſecùs omni munere, officio, gradu & priuilegijs priuatum iri Nonnulli iurare detrectarunt, & priuati ſunt.

Die 24. Martij Rector creatus eſt M. Iacobus Marandus Profeſſor Becodianus: Et eo Rectore Rex ita edixit 3 Iunij.

Auiourd'huy 3. Iuin 1568. le Roy eſtant à Paris, ſur les Remonſtrances "
à luy faites par les Recteur, Docteurs, Regens, Maiſtres & Suppoſts de "
ſa Fille aiſnée l'Vniuerſité de Paris, a ordonné *& ordonné que tous ceux qui* "
enſeignent & enſeigneront ou feront Lectures, ſoit en Eſcholes priuées ou publi- "
ques en ladite Vniuerſité: enſemble tous ayans Charge de Colleges ou au- "
tres Communautez, en quelque Art & Faculté que ce ſoit, & de quel- "
ques Perſonnes qu'ils puiſſent eſtre ſtipendiez & ſalariez, *meſmes ceux qui* "
ont fonction & gages de ſa Maieſté pour faire Lecture & exercice publique, ſe- "
ront de la Religion Catholique & Romaine, obſerueront les loix, ſtatuts, "
& Ordonnances de ladite Vniuerſité, tant en vie, mœurs, que décence "
d'habits. Et où il s'en trouueroit qui ne voudroient garder, obſeruer ce "
que deſſus, ſa Majeſté veut qu'ils ſoient priuez de leurſdites Charges & "
fonctions, & qu'en leurs places y ſoient pourueus d'autres de la qualité "
ſuſdite. En témoignage dequoy icelle ſa Majeſté a voulu ſigner ce pre- "
ſent Breuet de ſa propre main, & iceluy fait contreſigner à moy ſon Con- "
ſeiller, Secretaire d'Eſtat & de ſes Finances. CHARLES. ROBERTET.

Die 19. Iunij Curia Pariſienſis tandem indulſit Iuris Pontificij Doctoribus, Iuris etiam Ciuilis publicam profeſſionem.

Veüe par la Cour la Requeſte à elle preſentée par les Docteurs-Regens "
de l'Vniuerſité de Paris en la Faculté de Droict-Canon, contenant que "
pluſieurs remonſtrances leur auroient eſté faites par leſdits habitans de "
cette ville de Paris pour inſtruire leurs Enfans, tant en Droict-Canon, "
que Ciuil, & que lecture & interpretation fuſt faite à certaines heures du "
iour publiquement des Loix Ciuiles, & que leſdits Habitans de ladite "
ville de Paris, ne pouuoient ſans grand danger enuoyer, meſme en ces "
temps auſquels les troubles ne ſont du tout appaiſez, leurs Enfans & al "
liez és Vniuerſitez fameuſes de ce Royaume, eſquelles l'on interprete le "
Droict-Ciuil, & que quand ils eſtoient auſdites Vniuerſitez à cauſe du "
meſme danger ils ne pouuoient ſubuenir à leurs Enfans & Alliez; par ce "
que les Meſſagers ne ſe vouloient charger d'argent à leurs perils & for- "
tunes, comme ils auoient anciennement accouſtumé de faire, & demeu- "
roient leſdits Enfans denuez de tout aide. Ladite Requeſte communiquée "

" au Procureur general du Roy. Veües ſes Concluſions, & tout Conſideré,
1568. " *Il ſera dit que ladite Cour pour bonnes & iuſtes Cauſes à ce là mouuans a permis & permet aux Docteurs-Regens de ladite Faculté de Droict-Canon lire publiquement à telles heures qu'ils aduiſeront, le Droict-Ciuil és Eſcholes de la Faculté de Decret, conformement auec le Droict-Canon. Et ce par prouiſion.* Et pour accorder des heures eſquelles ils procederont à la Lecture deſdits Droict-Canon & Ciuil, s'aſſembleront au lieu où ils ont accouſtumé s'aſſembler, pour aduiſer deſdites heures, & rapporteront ce que par eux en aura eſté aduiſé à M. Chriſtophle de Harlay Conſeiller & Preſident en ladite Cour & Eſtienne du Gué auſſi Conſeiller en icelle Cour, que la Cour a commis & commet quant à ce, pour, iceluy veu, eſtre ordonné ce que de raiſon. 19. Iuin 1568.

Die 22. Iunij Marando Rectori ſuffectus Claudius Sellier Profeſſor Marchianus, quo Rectore die 26. decreuit Vniuerſitas vrgere propoſitum & apud Regem euincere, ne quis non Catholicus, Gymnaſiarcha aut Profeſſor eſſe poſſet. Atque ad eam rem faciliùs impetrandam ſtatuit coniungendum ſibi Cleri & Ciuitatis Pariſ. auxilium.

" Die Sabbati 26 Iunij conuenerunt DD. Deputati in ædem Mathurinorum. Expoſita per D. Rectorem cauſa Congregationis cenſuerunt DD. Deputati conuocandos Lectores & Gymnaſiarchas fidei ſuſpectæ, & monendos vt fidem Catholicam & Romanam profiteantur. Libellum ſupplicem nomine Vniuerſitatis Cleri & Mercatorum dictatum cum Clero Mercatoribus communicandum, vt cauſæ Vniuerſitatis ſubſcribant & comitatum Rectori ad Regem eunti libellum porrecturo præbeant. Et ita per D. Rectorem concluſum eſt & ſubſignarunt C. Sellier Rector, Faber P. de Sugere, Rochon I. de Cueilly Procur. Galliæ, V. Gaudran Procur. Picardiæ. Talis autem libellus Regi porrectus.

AV ROY.

" SIRE

" Les Recteur, Docteurs, Regens, Maiſtres & Suppoſts de voſtre Fille aiſnée l'Vniuerſité de Paris vous remonſtrent en toute humilité, que combien qu'il euſt pleu à voſtre Majeſté ordonner ſur la Requeſte, de laquelle la copie eſt icy attachée, que tous ceux qui enſeignent ou enſeigneront, ou feront lecture, ſoit en Eſcholes priuées ou publiques en l'Vniuerſité de Paris, enſemble toutes perſonnes ayans charge de College ou autres Communautez en quelque Art & Faculté que ce ſoit, & de quelque perſonne que puiſſent eſtre ſtipendiez & ſalariez, meſme ceux qui ont fonction & gages de voſtre Majeſté pour faire lecture & exercice public, ſeront de la Religion Catholique & Romaine, & obſerueront les loix, ſtatuts & ordonnances de voſtre Vniuerſité, tant en vie, mœurs, que decence d'habits, & que où il s'en trouueroit qui ne voudroient garder & obſeruer ce que deſſus, ils ſeroient priuez de leurſdites charges & fonctions, & que en leur place ſeront pourueus d'autres de la qualité ſuſdite, ſuiuant laquelle Ordonnance leſdits Supplians auroient fait dreſſer Lettres Patentes leſquelles ſignées de l'vn des Secretaires de vos Commandemens ils auroient preſentées auec ladite Requeſte & Ordonnance à *M. le Chancelier pour y mettre le Sceel, ce qu'il ne veut faire, ne meſme rendre leſdites Lettres & Requeſte.* Ce Conſideré, SIRE, & que le tout a eſté ordonné par voſtre Majeſté, & voſtre Conſeil Priué, & qu'il eſt queſtion d'vne affaire qui importe à tout l'Eſtat de voſtre Royaume, voire à l'Egliſe Vniuerſelle, il vous plaiſe commander à mondit ſieur le Chancelier de ſceeller leſdites Lettres & les deliurer auſdits Supplians, leſquels prient & prieront touſiours Dieu pour voſtre ſalut & ſanté. L'AFFILE'.

Similiter Curia Pariſienſis die 13. Iulij decernit neminem deinceps ad vllum Munus Officiumve admiſſum iri, qui non eſſet Religionis Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ.

Extraict des Regiſtres de Parlement.

VEV par la Cour la Requeſte à elle preſentée par le Procureur general du Roy, contenant que de tout temps la Iuſtice eſtant en ſa premiere vigueur, force & ſplendeur, les Officiers & Principaux d'icelle eſtoient aſſiſtez par leurs Miniſtres & Sergens, tant ordinaires que autres reſidans és Villes où eſtoit le ſiege d'icelle, que auſſi par le Preuoſt des Mareſchaux, que autres & Archers, non ſeulement aux Actes de l'exercice de la Iuſtice, expedition des Cauſes, execution des mandemens d'icelle, mais en tous Actes publics & celebres, comme des Aſſemblées Chreſtiennes qui ſe faiſoient en l'Egliſe de Dieu, Catholique, Apoſtolique & Romaine, proceſſions generales & autres, toutefois puis peu de temps en çà la miſere & calamité des temps auoit tellement diuerty l'eſprit de pluſieurs que la pluſpart des Sergens, Preuoſts & Archers faiſoient difficulté d'aſſiſter la Iuſtice & ſes Officiers, contre leurdit deuoir, au grand mépris d'icelle: & tellement que par ce defaut ſe pouuoient commettre pluſieurs inſolences, dont la correction ne s'en enſuiuroit, ne pouuant apprehender les coupables à faute deſdits Sergens, requeroit partant leur eſtre ſur ce pourueu, & tout conſideré.

LA COVR a ordonné & ordonne, que d'oreſnauant les Sergens ordinaires & eſtablis és Villes, Preuoſtez des Mareſchaux, Archers d'icelle ſeront tenus d'aſſiſter les Iuges & Officiers de la Iuſtice en tous Actes publics, ſoit pour les captures des delinquans, que és aſſemblées Chreſtiennes qui ſe font en l'Egliſe de Dieu, Catholique, Apoſtolique & Romaine, Proceſſions generales & autres, ſur peine de priuation de leurs Eſtats, & confiſcation de leurs gages, profits, & émmolumens qui leur ſont & ſeront deus: *Et outre a ladite Cour ordonné & ordonne, que pour l'aduenir il ne ſera receu aucuns Officiers, ſoient Enqueſteurs, Adioints, Clercs de Greffe, Sergens, Preuoſts des Marchands, Archers, ny meſmes Officiers ſubalternes, accouſtumez eſtre receus par les Iuges Royaux, qu'ils ne ſoient de la Religion Catholique, Apoſtolique & Romaine, & qu'ils n'ayent fait Profeſſion de leur Foy & Religion, ſuiuant les Edicts & Ordonnances du Roy, & Arreſts de ladite Cour, cydeuant donnez, ſur les peines portées par leſdits Edicts & Ordonnances.* Fait en Parlement le 13. iour de Iuillet 1568. Signé, DV TILLET.

Die 8. Iulij habitis apud Mathurinenſes delectorum ſeu Deputatorum Comitijs, Profeſſores Regij octo Fidei Profeſſionem ediderunt iuxta ipſius Vniuerſitatis Decretum. Qua de re ſic habetur in Actis publicis.

Die Iouis 8. Iulij 1568. apud S. Math. ſolemniter vt moris eſt, hora 7. matutina congregati fuerunt DD. Deputati almæ Vniuerſitatis Pariſ. *Super profeſſione fidei à Profeſſoribus Regijs facienda, iuxta dictæ Vniuerſitatis Decretum:* ibi comparuerunt vener. & circunſpecti viri DD. & MM. Claudius Sellier Rector, Ioa. Faber Doctor Theologus loco ſui Decani, Iacobus de la Croix Doctor Iuris Canonici, Io. Rochon Doctor & Decanus Facultatis Medicinæ; Franciæ, Picardiæ, Normaniæ & Germaniæ Nationum Procuratores, Nicolaus Vignier Procurator Fiſcalis & Nicolaus le Pelletier Quæſtor dictæ Vniuerſitatis. Expoſita per D. Sellier Rectorem cauſa Congregationis, M. Nicolaus Vignier Procurator Fiſcalis Vniuerſitatis ſupplicauit vt qui fidem Catholicam & Romanam ore profeſſi ſunt, ſigno proteſtentur. Supplicauit præterea ne Primarij quempiam Lectorem admittant in ſuis ædibus niſi à D. Rectore & viris ſelectis poteſtaté receperint. Et de hac re moneantur Primarij. Petijt MM. Nicol. Charton & Mercier vocatos & non comparentes iterum vocari. Maturis deliberationibus inter ipſos DD. Deputatos præhabitis, ipſi DD Deputati annuerunt ſupplicationi prædicti D. Vignier. Et ita per D. Rectorem concluſum extitit. *Profeſſi ſunt fidem & Religionem Catholicam Romanam MM. Quinquarboreus, Lambin, du Cheſne, Duret, Pelerin, Charpentier, Forcadel & Goulu Profeſſores Regij, auditis Articulis fidei qui prælecti fuerunt, & obſignarunt.*

1568. Die 23. Iulij habitis apud Mathurinenſes eorundem Deputatorum Comitijs, placuit cæteris Iuramentis ad Profeſſionem fidei conſcriptis nouum hoc addi.

Vos iurabitis quod ſecundùm Eccleſiam Catholicam & Romanam viuetis, à qua ſi defeceritis, omnibus Priuilegiis Vniuerſitatis & veſtræ Facultatis priuabimini.

Item cenſuerunt admonendos eſſe Profeſſores Regios, Primarios, Pædagogos & quoſcunque Lectores, ſeu Publicos, ſeu Priuatos vt ſuos Diſcipulos & Auditores admoneant de eadem Religione profitenda coram D. Rectore.

Item decretum admonendos eſſe Profeſſores Regios vti ſupplicationibus Academicis adſint, locuſque eis aſſignatus poſt Rectorem. At M. Quinquarboreus vnus ex illis die 28. Iulij, quo die ſupplicatum fuit ſolemniter ad D. Martini Campenſis, in Comitio Mathurinenſi dixit Regiorum Profeſſorum Collegium acceſſiſſe iuſſu & mandato D. Rectoris, licet nouum id eſſet, & eatenus inauditum, nullumque Diploma Regium ſecum fuiſſet communicatum. Poſtulauit verò habita ratione Regis cuius Profeſſores ſunt, & Illuſtriſſimi Cardinalis Lotharingi qui Collegio præſt, ſuo Ordini latus alterum concedi in inceſſu è regione Theologorum; ſecus Supplicationi veluti priuatos interfuturos. Qua de re poſtquam deliberatum eſt, ita concluſum, Profeſſores Regios aut proxime Rectorem ſecuturos, aut immediatè ante Procuratores Nationum inceſſuros, donec aliter viſum fuiſſet; vt legitur in Reg. Vniuerſitatis. At in Actis Medicinæ ita habetur. *Quoad Profeſſores Regios pertinet, concluſum eſt ſequi debere proximè Magiſtros Artium, vel proximè Rectorem. Interrumpi enim cæteros Ordines non oportere, cum Magiſtri tantùm ſint linguarum. Doctores tamen Superiorum Facultatum qui fuerint, ſuæ Facultatis Ordine poſſe incedere.* Quam Concluſionem idem Quinquarboreus dixit ſe ratam & gratam habere ſine præiudicio ſui Collegij.

Cæterum quia rem eſſe nouam aſſeruerat, nullumque extare Diploma Regium quo iuberentur Profeſſores Regij Supplicationibus Academicis adeſſe, præterquam quod id ſatis euidenter continebatur in Breui Regio quod ſupra retulimus, inſuper curauit Vniuerſitas id autoritate Curiæ Pariſienſis confirmari. Atque in eam rem libellum porrexit.

A Noſſeigneurs de Parlement.

« Sur ce que M. Iean Durand Aduocat en la Cour de ceans à ſupplié M. Robert Fuſtel Docteur en cette Vniuerſité eſtre receu Aduocat en ladite Cour en faiſant le ſerment pour ce requis & accouſtumé, & que de Thou pour le Procureur general du Roy, a remonſtré qu'il y a eu Requeſte cy-deuant preſentée par les Docteurs, Regens des autres Vniuerſitez de ce Royaume, à ce que aucuns Aduocats ne puiſſent eſtre receus en ladite Cour ſans Lettres de degré de Docteur en licence eſdites Vniuerſitez autres qu'en cette Ville, où il n'y a Eſchole de Droict-Ciuil, ains ſeulement de Droict-Canon. LA COVR a ordonné & ordonne pour cette fois, & ſans tirer à conſequence pour les autres Vniuerſitez, que ledit Fuſtel receu Docteur en cette Vniuerſité, ſera receu à faire le ſerment d'Aduocat en ladite Cour, & de fait aprés le ſerment arreſtẽ par luy fait, il y a eſté receu. Le 17. Decembre 1571.

Conqueſti aliarum Vniuerſitatum Doctores litem intentant, at Noſtri vadimonium deſerunt; & contra eos tale latum eſt Eremodicium.

« Entre les Recteurs, Docteurs & Regens des Vniuerſitez d'Orleans, Angers & Poitiers, demandeurs en Requeſte d'vne part, & les Docteurs en la Faculté de Decret en l'Vniuerſité de Paris, defendeurs d'autre. Aprés que Paſquier pour les Demandeurs a demandé defaut contre les Defendeurs, & que Ramat pour leſdits Defendeurs a dit que cette cauſe eſt de conſequence, n'a veu la Requeſte des Demandeurs, ne communiqué auec eux, ce qui eſt prealable, & que Cordelle Huiſſier a rapporté auoir appellé à la Barre iceux Defendeurs, & M. Mathurin le Beau'leur Procureur, & que de Thou pour le Procureur general du Roy a requis defenſes eſtre faites aux Aduocats de ladite Cour, de preſenter aucuns

1572. » pour eſtre receus au ſerment d'Aduocat, s'ils ne ſont Licentiez és Loix en » autre Vniuerſité que en cettedite Ville où il n'y a profeſſion qu'en Droict-» Canon ſimplement. La Covr a donné & donne defaut contre les De-» fendeurs, eux & leur Procureur appellez & rapportez en la maniere ac-» couſtumée, & en enterinant la Requeſte faite par le Procureur general » du Roy, fait ladite Cour inhibitions & defenſes aux Aduocats d'icelle de » preſenter aucuns pour eſtre receus Aduocats, qui auront eſté faits Licen-» tiez en Droict-Ciuil en cette Vniuerſité de Paris. Le 28. Mars 1572.

Neque in eo Iudicio ſteterunt Extranei Doctores. Obtinent contra noſtros Mandatum quod vocant Executorium. Sed Curia hocce Decreto 18. Iulij 1573. vetuit executioni demandari.

» Veu par la Cour la Requeſte preſentée par les Doyen & Docteurs-Re-» gens en Decret en l'Vniuerſité de Paris, par laquelle attendu qu'ayant » volontairement obey aux defenſes à eux faites, ceſſé la profeſſion en » Droict-Ciuil & en faire aucuns Graduez; ce neantmoins les Docteurs-» Regens en l'Vniuerſité d'Orleans par ſurpriſe & aprés le deceds de feu » M. Mathurin le Beau leur Procureur, auroient obtenu vn Executoire de » dépens à l'encontre des Supplians, & nonobſtant les defenſes à eux faites » ou à M. Eſtienne Caillart leur Procureur, de mettre ledit Executoire de » dépens à execution, iuſques à ce que les Parties euſſent eſté oüyes. Et » cõbien que de la Requeſte à cette fin preſentée par iceux Supplians, copie » euſt eſté baillée audit Caillart, leſdits Docteurs d'Orleans par vne autre » ſurpriſe auroient preſenté Requeſte à ladite Cour & obtenu permiſſion » de contraindre leſdits Supplians au payement du contenu audit Execu-» toire, meſmes par empriſonnement de leurs perſonnes, ils requeroient » pour obuier à tel mépris & ſcandale qui s'en pourroit enſuiure, leur eſtre » ſur ce pourueu. Veu auſſi la Requeſte cy-deuant preſentée par leſdits » Supplians le 17. iour de Decembre dernier paſſé, auec les ſignifications » & defenſes eſtant au dos d'icelle, la copie de l'Arreſt obtenu par leſdits » Docteurs d'Orleans le 9. iour de ce mois: Et tout conſideré.

» Ladite Covr a ordonné & ordonne ſuiuant ladite Requeſte preſen-» tée par les Supplians le 17. iour de Decembre dernier paſſé que les Par-» ties ſeront oüyes ſur icelle, & à cette fin auront audiance au premier » iour, & cependant & iuſques à ce que en icelle Parties oüyes, autrement » y ait eſté pourueu: Fait ladite Cour inhibitions & defenſes auſdits Do-» cteurs d'Orleans & audit Caillart leur Procureur, de faire mettre à exe-» cution leſdits Executoire de dépens & Arreſt par eux obtenu ſur peine » d'amende arbitraire & de tous dépens, dommages & intereſts.

Die 23. Iunij electus eſt in Rectorem M. Thomas Martin Claſſicus Becodianus litterarum profeſſione inſignis, cuius Rectoratus Bartholomæa Hæreticorum ſtrage memorabilis quoque fuit. Ille paulo ante, nempe die 17 Aug. cum Deputatis Regem ſalutauerat apud Luparam, vt immunis eſſet Vniuerſitas à quodam Iure nouo quod vocabant, *Nouarum acquiſitionum*. Et ei Rex reſponderat, *à Maiorum inſtituto ſe non diſceſſurum, neque permiſſurum quidquam diſpendij Vniuerſitatem ferre*; vt legitur in Actis Medicinæ. Idem Thomas poſtea à M. Simone Vigoreo Archiepiſcopo Narbonenſi accerſitus, Romam perductus eſt: exinde Collegij Squillani apud Toloſates Primarius conſtitutus: vt videre eſt in faſtis Rectorijs.

Die Dominica 14. Septemb. habitis Mathurinenſibus Comitijs ab eodem Rectore multa deliberationis Capita propoſita ſunt. 1. de Ieſuitis inſtantibus & vrgentibus admitti; quam in rem concluſum neque admittendos, neque reijciendos, ſed tolerandos, & compellendos interim ad legum ſtatutorumque Academicorum obſeruationem pro temporum turbulentiſſimorum ratione. 2. de Immunitate proſequenda. 3. Porrigendum *Prætori Pariſienſi libellum ſupplicem, vt dies concederet conſuetos & addictos antiquitus agendis cauſis Vniuerſitatis; ea tamen lege vt aliæ quoque, ſi quæ eſſent, poſt priuilegia agerentur.* Idque denuo die 26. eiuſdem menſis ſtatutum.

1572.

Die 16. eiuſdem menſis agitata eſt in Comitijs quæſtio de perſolutione pretij pro conductione aulæ ſeu cubiculi in quo recondebatur Pergamenum; an ſcilicet Facultatis Artium ſoluere, an Rectoris qui ſolus ius percipit, an totius Vniuerſitatis. Tandemque ita definitum, lucrum relinquendum Rectori, onus ſuſcipiendum Vniuerſitati; proindeque ex æquo & bono ſolutionem factum iri ex ærario Vniuerſitatis.

Idem Rector habitis die 2. Octob. Comitijs duo expoſuit, quorum vnum erat collatio Capellaniæ, alterum conqueſtio Librariorum de quodam Priuilegio obtento, ne liberum foret vnicuique typis mandare veteres etiam libros & Preces Chriſtianas. Hac de re ſic legitur in Reg. publicis.

De Priuilegio Priuato Impreſſorum.

Anno Domini 1572. die Iouis 2. menſis Octob. apud S. Math. ſolemniter, vt moris eſt hora 8. mat. conuocata & congregata fuit alma Vniuerſitas ſtudij Pariſ. Exponendo per D. Rectorem cauſam Congregationis, hæc verba fecit. Duo ſunt quæ nobis hodiernæ coitionis occaſionem præbuerunt, Viri Patres, alterū quidem facile, alterum verò paulò difficilius. Prius de ſubrogando eo quem Medicorum Ordo nominabit in locum demortui venerabilis & ſcientifici viri D. Stephani Creneüil Doctoris defuncti, cuius Manibus dij ſint propicij, qui cum nobiſcū ageret, exiguo aliquo Academiæ cenſu fruebatur. Poſterius de contentione exorta inter nonnullos noſtræ huius vrbis Librarios, quā Ego quanta potero fidelitate breuitateque vbi expoſuero, veſtrum Iudicium veſtraque exiſtimatio valebit. Iacobus Keruer vir probus; & in Curia Municipali Decurionis munere laudabiliter perfunctus commendatione Ramboüillerani Cardinalis Romæ adiutus impetrauit à Beatiſſimo Papa Pio & à Gregorio ſummo Pontifice noſtro vt ſolus in hoc Galliæ Regno Breuiaria, Preces B. Mariæ Virg. Diurnalia & Miſſalia, ſi ita loqui liceat, ad Tridentinæ Synodi regulam examinata & diligentiſſimè reformata typis ſuis committeret, huicque Indulto & Priuilegio Pontificio ſemel atque iterum ſuſcripſit Majeſtas Regia. Fretus igitur Pontificia & Regia autoritate magno ſuo commodo ab annis aliquot commercium hoc ſolus exercuit, donec paucis abhinc menſibus à permultis ſuæ ſortis & conditionis hominibus publicam vtilitatem prætexentibus in ius vocatur. Aiunt enim nihil eſſe perniciofius ipſis priuilegijs, quæ à Typographis obtinentur, propterea quod illi hac arte publici & neceſſarij libri venditionem ſibi ſolis reſeruantes & reliquos inde remouentes ſpeciem quandam inuehunt Monopoliæ, vt ſonat ipſa dictio Græca, quare non eſſe concedenda huiuſmodi priuilegia niſi maximè vrgentibus cauſis, vt cum Typographi ſumptibus vel in Autorem libri, vel in Interpretem, vel in Tranſlatorem, vel in Correctorem factis onerantur. Keruerum autem pro vectura horum Codicum ſolum aliquid perſoluiſſe. Quare & varia proferunt Senatuſconſulta quibus iſta Priuilegiorum ratio abrogata fuit, Impreſſioque librorum omnibus relicta, vtquo plures eidem excudendæ operi incumbunt, eo minoris væniret. Deinde Keruerum priuilegio ſummi Pontificis adieciſſe Codicem Precarium & Diurnalia, quod non negat Keruerus; ſed reſpondet iſtos Precum & dierum libros eſſe acceſſiones & appendices, vt qui Breuiariorum diſtractionem permiſerit, tacite quodammodo & cætera quæ inde dependent, intellexerit.

Præterea & hoc dictitant cum ad illius Breuiarij vſum omnes Sacerdotes quorum numerus eſt innumerus cogantur niſi Cenſuris Pontificijs à Cœtu conſilioque Piorum abigi velint, non poſſe vnum ſolum Typographum omnibus ſatisfacere, nedum ea cum cæteris Nationibus communicare. Keruerus aſſert ſibi ſupereſſe domi multa Breuiaria inutilia propter hanc Tridentinam reſtitutionem, quorum alij idem ſibi eueniſſe reſpondent, præſertim Merlinus qui Breuiariorum temporibus ſanctiſſimi Pontificis Pauli vſitatorum, nunc autem exoletorum ſeptem millia proponet. Keruerus periculoſam eſſe horum librorum venditionem ſi publica ſit, propterea quod multa parum fidei Chriſtianæ irrepent. Librarij ita pu-

» blicam deſiderant impreſſionem vt his duntaxat committatur, quorum
1572. » fides erit clara & Illuſtris locupletiſſimis hominum ſiniſtra Religionis ſuſ-
» picione carentium teſtimonijs confirmata. Hæc ſunt præcipua vtriuſque
» Partis adiumenta, vos quod ex vſu Reipub. erit, decernite. Etſi vultis
» communem eſſe diuenditionem, mandatum eiuſce rei ergo nuncupate,
» vt lib rarij ſuis expenſis litem illam in quocumque foro terminent.

De rebus autem propoſitis ſic cenſuit Vniuerſitas. Capellaniam vacantem contulit Claudio Varicquet Decani Med. filio Clerico Pariſ. deſcendit in cauſam Librariorum & Merlini, ſuis tamen ſumptibus, rogauitque vt conſeruarent Iura Vniuerſitatis. Libellum autem ſupplicem Librariorum eorumque rationes non erit inutile his attexere.

S'eſt auſſi preſenté M. Iacques Guillore Procureur des Syndic & De-
» putez, ſur le fait de la Reformation de l'Imprimerie, lequel auroit re-
» monſtré qu'il n'y auoit choſe plus pernicieuſe, ny qui plus faſſe encherir
» les Liures que les Priuileges qui s'obtiennent par les Libraires & Impri-
» meurs, & par le moyen deſquels la vente d'vn Liure qui peut eſtre gran-
» dement neceſſaire au Public, eſt attribuée à vn Marchand ſeul, en quoy
» l'on introduit vne eſpece de Monopole. Et ſont les Priuileges defendus
» de droict commun, *in l. vnic. C. de Monopol.* Et ſont tels Priuileges impe-
» trez, ſinon auec grand' cauſe, comme quand vn Imprimeur fait quelques
» frais extraordinaires, ſoit enuers l'Autheur ou Traducteur qui a compo-
» ſé ou traduit vn Liure nouueau, ſoit enuers quelque autre homme docte,
» lequel ait employé beaucoup de trauail pour reuoir vn Liure, & le faire
» imprimer en beaucoup plus correcte forme qu'il n'auoit encore eſté im-
» primé auparauant. A raiſon de quoy par diuers Arreſts de la Cour de Par-
» lement tels pretendus Priuileges ont eſté declarez nuls, & l'Impreſſion
» demeurée libre à tous Libraires & Imprimeurs, afin que chacun s'em-
» ployant à l'Impreſſion des Liures, ils en ſoient dautant à meilleur mar-
» ché. Et par ce que leſdits Syndic & Deputez pour la reformation de
» l'Imprimerie auoient entendu qu'il y auoit quelques Imprimeurs qui ont
» obtenu Priuileges pour imprimer les Heures, Iournaux, Breuiaires &
» Meſſels qui nouuellement ont eſté reformez par l'autorité de noſtre S.
» Pere le Pape ſuiuant le dernier Concile de Trente, iceluy Guillore pour
» leſdits Syndic & Deputez remonſtre qu'il n'y a aucune apparence à tels
» priuileges. Car vn ſeul Imprimeur ayant la vente de tels Liures qui ſont
» neceſſaires à tous Eſcholiers, ce luy ſera occaſion de vendre ſa marchan-
» diſe au double. Et pour cette occaſion ledit Guillore ou dit nom auroit
» ſupplié leſdits ſieur Recteur & Meſſieurs de l'Vniuerſité de bailler procu-
» ration à hommes conuenables, afin de faire pourſuite tant enuers noſtre
» S. Pere le Pape, que enuers le Roy, & ſes Cours de Parlement, afin de
» faire ordonner: Que les ſuſdits Breuiaires, Meſſels, Iournaux & Heu-
» res ſeront imprimez par tous Imprimeurs qui cy-deuant auoient accou-
» mé d'en imprimer, pourueu toutefois que leſdits Libraires & Imprimeurs
» ſoient Catholiques, & qu'ils ſoient hors de toute ſuſpicion & qu'ils ſoient
» tels certifiez par les Curez & Vicaires de leurs Paroiſſes, & par le Maire
» ou Preuoſt des Marchands ou Eſcheuins de leurs Villes, & par deux no-
» tables Docteurs en Theologie, enſemble par leur Eueſque & par le Re-
» cteur de l'Vniuerſité, & que tous priuileges precedents ſoient reuoquez,
» comme octroyez ſans cauſe & par ſurpriſe.

Similiter M. Nicolaus Vigner Procurator Generalis Vniuerſitatis in hanc rem verba fecit, in hunc modum ſupplicando.

» Rector Ampliſſime, voſque viri Conſultiſſimi: Leges bonas ex malis mo-
» ribus natas nemo eſt qui non intelligat, vt quemadmodum vbi multi ſunt
» ægroti, multi ſint Medici, ita vbi multa vitia, multæque illa vindicent le-
» ges ſint, neceſſe ſit. Quod Solon Athenienſis Legiſlator videtur teſtatus,
» qui interrogatus cur nullam in Parricidas legem tuliſſet, neque vllos eſſe,
» neque futuros ſperare ſe reſpondit. Iam verò vitium ita pridem inuete-
» rauit, tametſi rei litterariæ nocentiſſimum, vt quibus poſſit elui pharma-

cis, niſi huic graſſanti ſeſe Rectoris & Vniuerſitatis opponat autoritas, "
vix vllus excogitarit. Priuilegiorum genus eſt ad marſupia ſtudentium " 1572.
exhaurienda, Librariorum verò implenda excogitatum, quod iam ita ca- "
put extulit, vt nullum fere opus typis demandetur quamuis tritum, quam- "
uis antiquum quin priuilegijs munitis aliquis Typographus non ſolum "
Βιβλιοπώλης, ſed etiam Μονοπώλης exiſtat, vt iam non ſine cauſa clamant "
Franciſcani & aliorum generum Ordines ſe Breuiariorum, Diurnalium & "
Precum horariarum penuria laborare. Cui malo dum ſtudet mederi, "
pientiſſimus vir Guill. Merlin, veſtrum implorat auxilium, & ego ſuppli- "
co vt illum veſtra autoritate fulciatis qua fretus procuret quod antea ali- "
qua ex parte, procurante viro Religioſiſſimo Iacobo Keruer Senatuſcon- "
ſultis quæ ego in manibus habeo, cautum eſt, vt quæ ſint in ſtudentium & "
orantium perniciem conceſſa priuilegia, funditus tollantur, neque vlli "
liceat Typographo ſe priuilegio munire vt ſolus, aliquod venale opus ha- "
beat, niſi vt prudenter ab Ampl. D. Rectore dictum eſt, in Autorem noui "
operis, Correctorem, Interpretem eiuſque generis litteratos homines "
quibus Ars Typographica indiget, ſumptus ſint faciendi. Libertatem "
autem illam non tam latè patere vt ad omnes promiſcuè ſeſe extendat "
præſertim in excudendis operibus diuinis de quibus nunc maxime agitur, "
ſed tantùm ad Catholicos & nulla nouæ Religionis infamia laborantes, "
vt cautè dictum eſt ab Ampl. D. Rectore. "

Die 5 Octob. habita eſt ſupplicatio ſolemnis ad D. Pauli. Mandatum Rectoris ijſdem prope verbis conſcriptum legitur, quibus & noſtra hodierna. Tale vero eſt.

Nos Thomas Martinvs Rector Vniversitatis Magistrorvm "
et Scholarivm Pariſijs ſtudentium, ex matura & concordi deliberatio- "
ne eiuſdem Vniuerſitatis, Præcipimus & Mandamus Omnibus & ſingulis "
dictæ Vniuerſitatis Suppoſitis Iuratis & non Iuratis cuiuſcumque ſtatus, "
gradus, conditionis aut præeminentiæ exiſtant, quatenus ſub debito Iu- "
ramenti & ſub pœnis priuationis & reſecationis perpetuæ à gremio & con- "
ſortio dictæ Vniuerſitatis compareant die Dominica Craſtina hora 8. de "
mane cum Cappis, Reliquijs & habitibus decentibus in ſancto Mathurino "
ituri Proceſſionaliter & deuotè ad Eccleſiam D. Pauli, ad exorandum Al- "
tiſſimum pro vnione S. Matris Eccleſiæ, pro proſperitate & felici ſuc- "
ceſſu Domini noſtri Regis & Reginæ eius Conſortis, cæterorumque Do- "
minorum de ſanguine Regio, pro conſeruatione & augmentatione Vni- "
uerſitatis & huius inclytæ vrbis Pariſienſis, etiam pro ſerenitate tempo- "
ris & fructibus terræ. Et ibi fiet Sermo ſolemnis ad populum & non alibi "
Pariſijs ante Prandium. Datum ſub ſigillo Rectoriæ Vniuerſitatis anno "
Domini 1572. die 4. Octob. "

Eadem die idem Rector, vt legitur in Actis Med. eleganti oratione declamauit in Boſſulum quendam in Collegio Cenom. actu Regentem, de hæreſi ſuſpectum; indeque ſtatutum eſt eundem Boſſulum ad Electos, ſeu Deputatos Vniuerſitatis intra triduum vocandũ, futurumque reum niſi ſe purgaret. Cum autem die 10. Martino ſuffectus fuiſſet M. Guill. Luquin, ille Boſſulum ob contumaciam & vadimonij contemptum damnauit, concluſitque præterea reos ſimiliter eſſe habendos, quotquot in fide vacillare comperirentur Vnde ipſa quoque Vniuerſitas voluit vt qui Abecedarios Pueros docerent, prohiberentur lectione alienorum librorum à Religione & ſuos monerent de Confeſſione & Actibus Religionis: Item vt Medici Ægrotos de animæ ſalute monerent. Quia verò Hæretici Preces Gallico idiomate conſcriptas introduxerant, habita quoque eſt ratio Poſtulationis Syndici Theologorum, vt in Gymnaſijs prohiberentur Gallicæ præces.

Die 23. Nouemb. idem Rector, vt legitur in Actis Med. *accerſitis ſecum Decanis Facultatum & Nationum Procuratoribus cum ſingulis eorum Comitibus & alio Comitatu Academiæ conſueto, aduentanti in vrbem Cardinali ab Vrſinis ſummi Pontificis Legato occurrit pro foribus D. Stephani è Regione Iacobitarum,*

eidem gratificaturus. Die autem 27. eiuſdem menſis idem Rector cum Se-
1572. lectis inijt rationem tuendæ Academiæ aduerſus Italos Vectigalium Redemptores, qui pro nouis acquiſitionibus Vniuerſitatem fatigabant.

Die 16. Decemb. Rector electus eſt M. Dionyſius Hangart Baccal. Nauarricus, inſtructuſque die 18. potiſſimum de proſequenda apud Regem Immunitate quam vocabant, *nouarum Acquiſitionum*, inuentionis Italicæ.

Anno 1573. die 9. Ian. in Comitijs Generalibus admiſſa eſt permutatio
1573. facta à M. Iacobo Burle Doctore Theologo Diœceſis Beluacenſis S. Germani Veteris Parocho cum M. Nicolao Beuuart Doctore etiam Theologo Diœc. Remenſis ad Capellaniam quandam fundatam in Eccleſia Collegiata S. Germani Autiſſiodorenſis: Idque ſaluo iure Nationis Gallicanæ, cuius intererat Sacerdotium iſtud conferre, ſi reſignatio ſeu permutatio facta non fuiſſet.

Die 12. Feb. in Comitijs Deputatorum queſtus eſt Rector quod Decretiſtæ ſuos Baccalaureos promouerent, nullo certo tempore, Rectore non vocato & iniuratos, petijtque huic malo remedium afferri. Quia verò contra Reformationem Tutauillæam Decretiſtæ expoſuerunt ſe Decreta quædam habere Senatus, placuit Conſilio Selectorum, vt illi ſeſe componerent more cæterarum Facultatum, amplecterentur ſtatuta Tutauillæa: ſi quæ haberent arreſta, ea poſtridie exhiberent aut eorum exemplaria; alioquin tota Vniuerſitas ageret in eos. Poſtridie conuocata Vniuerſitate poſt maturas deliberationes, ſic Rector concluſit. *Moneatur Collegium Iuris Canonici, vt more cæterarum Facultatum ſeſe componat, ſeruet & non violet antiqua ſtatuta. Baccalaurei tempore ſtatuto conficiant ſuos Actus; vocent D. Rectorem & Cancellarium.*

De Boſſulo iterum.

Eodem die 12. Feb. habitis Comitijs Mathurinenſibus iterum actum de
» cauſa Boſſuli: de quo hæc habentur in Actis Medic. *Hic Natione Gallus*
» Dionyſiano fano oriundus, eloquentiſſimus & doctiſſimus, & vt aiebant,
» *Caroli Hiſpaniarum Principis Præceptor*, mortuo Carolo, Patriæ amore ca-
» ptus Lutetias redijt, vbi cum ſumma omnium admiratione Philoſophiam
» cepit profiteri; ſed quoniam incautus cum Gaſparinis familiarius verſa-
» retur, eorumque cauſam audacius amplecti videretur, territus interne-
» cione aliorum latuit, à Rectore in ius vocatus & hæreſeos accuſatus, tunc
» ſtatutum niſi ipſe ſe purgaret, omni priuilegio & munere Vniuerſitatis pri-
» uaretur. Quare pacatioribus rebus poſtulat reſtitui. Quia tamen Comi-
» tijs non adfuit, proinde ſtatutum audiendum eſſe Boſſulum & Rectorem
» eum, à quo fuerat delatus, priuſquam de cauſa ſtatueretur. Aliquot die-
» bus poſt, indictis alijs Comitijs, adfuit Boſſulus cum magna Scholaſtico-
» rum multitudine; tum elegantiſſimam orationem, ſine fuco tamen & ma-
» gno apparatu habuit, quâ ſe Catholicæ & Orthodoxæ fidei ſemper ad-
» dictum demonſtrare conatus eſt. Sed cum Rector ille delator iſtorum Co-
» mitiorum eſſet ignarus, & non adeſſet, vt ſuæ accuſationis cauſam diceret,
» nihil etiam tum decretum eſt; quod Ego dixiſſem non eſſe veriſimile eum
» Rectorem à quo fuerat delatus, tam proteruum ac contumelioſum iniu-
» riumque eſſe, vt ſine occaſione virum, cuius doctrina non facile carebat
» Vniuerſitas, impudentiſſimè accuſaret, proinde ſtatuit Rector vtrumque
» ſimul audiendum & cauſam exactius penſitandam.

In ijſdem Comitijs concluſum *eos qui ſeſe conferunt ad Ieſuitanæ factionis Profeſſores, non eſſe ad Gradum Magiſterij, ad Licentiam ſeu Magiſterium admittendos*. Item Profeſſores humanarum Artium debere nomen fidemque profiteri apud Rectorem.

Die 13. Martij latum eſt Senatuſconſultum quo quingentæ libellæ annui reditus à Petro Ramo legatæ & teſtamento relictæ Mathematicarum Profeſſori, traderentur Iacobo Gohorry Cauſidico, Hiſtoriæ Francicæ Continuatori, donec nouus in Mathematicis Profeſſor fuiſſet electus. Tale eſt illud Senatuſconſultum.

» Sur la Requeſte preſentée à la Cour par les Preuoſt des Marchands & Eſcheuins

Eſcheuins de la ville de Paris, par laquelle ils auroient remonſtré que M. " 1573.
Pierre de la Ramée par ſon Teſtament auroit legué 500. l. tournois de ren- "
te qu'il auoit ſur ladite Ville, au Lecteur de Mathematique qui ſeroit éleu "
par les Supplians, le premier Preſident de ladite Cour & le premier Ad- "
uocat, & que c'eſtoit choſe ſuperfluë, attendu la multitude deſdits Le- "
cteurs és Mathematiques ſtipendiez par le Roy & par les Colleges, & "
qu'il ſeroit plus expedient employer ladite rente, aux gages d'vne per- "
ſonne capable qui ſeroit éleuë par les deſſuſdits & le Procureur general "
du Roy, pour continuer l'Hiſtoire de France de Paul Emile, depuis le "
commencement de Charles VIII. iuſques au Roy à preſent regnant; à "
cette cauſe requeroient que ladite rente fût donnée à celui qui ſeroit éleu "
& choiſi pour ce faire. Veu par la Cour ladite Requeſte, les Concluſions "
du Procureur general du Roy, & oüy leſdits premier Preſident, Aduo- "
cat du Roy, ſecond en l'abſence du premier, & leſdits Supplians: Et "
tout conſideré. LADITE COVR a ordonné & ordonne que par maniere "
de prouiſion & iuſques à ce que leſdits Supplians, leſdits premier Preſi- "
dent & premier Aduocat du Roy, ayent aduiſé de choiſir vn Lecteur ſuf- "
fiſant & capable pour lire és Mathematiques publiquement, ſuiuant le Te- "
ſtament dudit de la Ramée, s'il eſt trouué expedient pour le bien public, "
ladite rente de 500. l. tournois & arrerages d'icelle eſcheus iuſques à huy, "
ſera baillée & deliurée à M. Iacques Gohorry Aduocat en ladite Cour, "
pour continuer en langue Latine l'Hiſtoire de France de Paul Emile, de- "
puis le commencement du Roy Charles VIII. iuſques au Roy à preſent "
regnant, & à cette fin prendre Pancarte authentique, bons memoires & "
inſtructions; recueils & autres Papiers neceſſaires pour compoſer au "
vray l'Hiſtoire, & en payant par le Receueur de la Ville audit Gohorry la- "
dite rente de 500. liures & arrerages d'icelle, il en ſera & demeurera dé- "
chargé & l'en décharge ladite Cour enuers & contre tous. 13. Mars 1573. "

Die 21. Martij quæ erat vigilia Paſchæ, electus eſt in Rectorem M. Ioannes Guthe: quo Rectore in Comitijs die 11. Iunij habitis decretum eſt vt iuxta Mandatum Regis ſingulæ Facultates priuatim nominarent aliquos è ſuis qui reformandæ Vniuerſitati operam darent. Rurſus eadem de re actum die Sabbati 13. Iunij. Et nominati ſunt D. Vigor Doctor Theologus, vir eruditionis ſingularis & paris integritatis vitæ, iam à ſummo Pontifice Archiepiſcopus Narbonenſis deſignatus, D. Pillaguerius Doctor Canonicus & Decanus, D. Charpentier Doctor Medicus; Gilmerius ex Facultate Artium; quorum ſingulis data eſt poteſtas quos vellent ex ſuis Ordinibus ſecum accenſendi. Ijs autem iniunctum, vt Reformatores adirent, Illuſtriſſimos Cardinales Lotharingum & Borbonium, Epiſcopos Autiſſiodorenſem, Vaurenſem, Andegauenſem & Pariſienſem, quibus demandata fuerat à Rege Prouincia reformandæ Vniuerſitatis, vt habetur in Actis Med.

Die 23. Iunij Rector ſuffectus eſt M. Stephanus Rouſſelet, inſtructuſque die 26. præſertim de procuranda libertate Prati Clericorum aduerſus quendam de Montagne Procuratorem in Parlamento, & Incolas ſuburbij San-Germano-Pratenſis, qui viam inter duo Prata mediam, Prataque ipſa ſordibus & cloacis complebant.

Die 10. Octob. creatus eſt Rector M. Ioannes Paradis Baccal. Theologus Sorbonicus, quo Rectore, die 21. Octob. orta eſt in Natione Gall. contentio & controuerſia de Decanatu tribus Senonenſis inter plures Magiſtros. Qua de re ſic legitur in Reg. LIS DE DECANATV.

Anno Domini 1573. die 21. menſis Octob. hora 8. matutina apud S. Math. ſolemniter, vt mors eſt, congregata fuit hon. Natio Gall. ſuper nonnullis eiuſdem Nationis rebus agendis. Expoſita per D. Procuratorem Congregationis cauſa & loco ſupplicationibus & iniurijs accommodato M. Antonius la Galle vir Rectorius ſupplicuit, vt Antiquior Magiſter actu Regens ſederet pro Decano *Senonenſi, illiuſque Prouinciæ Decanus haberetur iuxta Statuta Vniuerſitatis. M. Guill. Dernecourt ſupplicuit*, vt qui curſum Philoſophicum abſoluerit, *no-*

minetur Decanus Senonenſis, prout cautum eſt ſtatutis Academiæ.

1573. *Maturis deliberationibus per ſingulas Prouincias, vt moris eſt, præhabitis, ipſa Natio nominauit in Decanum Senonenſem M. Guill. Dernecourt. Et ita per D. Procuratorem eiuſdem Nationis concluſum fuit. A qua Concluſione dictus la Galle ad ſupremum Senatum prouocauit, quod prædictus Dernecourt non ſit antiquior Magiſter nec regat actu. M. Ioannes Deniſot intercesſit huiuſmodi concluſioni.* Sig. BOVTEILLIER pro ſcriba cum ſyngr.

Die vltima Octob. M. Mauricius de la Corde Doctor Medicus ſupplicauit ſuæ Facultati reſtitui in integrum. Ille à fide deſciuerat & multoties relapſus fuerat; vnde & in Senatu Pariſ. & in Prætorio Vrbano multatus fuerat. Præſertim verò, quia ad Eccleſiæ gremium redire velle videbatur, Senatuſconſulto interdictum ei fuerat toto biennio omni Societate Collegij Medicorum. Elapſo biennio, reſtitui poſtulauit. Facultas rem grauioris eſſe momenti dixit, quàm vt abſque conſenſu Academiæ poſſet illam decidere: propterea quod aliàs Rector in Comitijs Mathurinenſibus inhibuerat, ne quenquam ex ijs Medicis qui propter profeſſionem nouæ Religionis excluſi fuerant, imprudente Academia reſtituerentur. Ergo conſulitur Rector. Ille die 6. Nouemb. Selectos conuocat: qua de re ſic legitur in Reg. Med.

RESTITVTIO MAVRICII DE LA CORDE.

Die 6. Nouemb. Paradiſus Rector Vniuerſitatis Conſilium ſelectorum Vniuerſitatis cœpit in Ædibus ſuis Sorbonicis, vt ageretur de redintegratione D. Mauricij de la Corde Doctoris Medici à Facultate expuncti ſecundum Senatuſconſultum. Hic enim auditâ Facultatis Medicorum ſententia, ſe non poſſe reſtitui citra Vniuerſitatis conſenſum, ſupplicuit coram Rectore & Delectis viris, vt ſuo loco, Ordini & dignitati inter Doctores Medicos reſtitueretur; quoniam ita vellet Sententia Senatus multis antè annis lata, cui ſe paruiſſe dixerat. In eo Conſilio ſtatutum vt idem D. de la Corde coram tota Academia in Comitijs Math. ſupplicaret, quod delectorum virorum Conuentus id præſtare non poſſet. Additumque eundem D. de la Corde oportere ea omnia quæcumque vel à Rege vel Mareſchallo, vel Senatu habuiſſent omnes Expuncti contra Facultatem Medicorum, aut ipſam Academiam Scribæ Vniuerſitatis deponere vt lacerarentur, ſine tamen eiuſdem de la Corde infamiæ nota. Verum coactus eſt ipſe De la Corde ad Senatum recurrere, à quo tandem obtinuit reſtitutionem, vt dicetur ad an. ſequentem.

Die 16. Decemb. Rector electus eſt M. Claudius Perier Pontiarchachanus Diœc. Ebroicenſis Baccalaureus Theologus Coll. Harcuriani.

PATRONATVS VNIVERSITATIS.

Ad hunc annum Iulianus Peleus tom. 2. Hiſtor. Gall. l. 4. ſic ſcribit de Patronatu Academiæ.

La Cour iugea cette année au mois de Septembre que l'Vniuerſité de Paris eſtoit vn Corps pluſtoſt profane & Seculier, que Clerical & Eccleſiaſtique: Et que le droict de Patronage qui luy appartient, eſt profane, en ſorte que le Pape n'y ſçauroit deroger, combien que les Papes ayent donné pluſieurs Priuileges à cette Compagnie, auſſi bien que les Roys de France, & que l'on euſt donné ſeance à ſes Deputez au Concile de Conſtance entre les Eccleſiaſtiques. Verum exiſtimo Autorem iſtum annorum epocha aberrare.

1574. Anno 1574. die 21. Ian. cum inuitatus Rector ad Paranymphicas orationes Fratrum Prædicatorum Apparitoribus ſuis comitatus Locum adiuiſſet, à quodam Iacobita Frat. Ioanne Generi repulſus diu aëris iniurias tulit; immò & ab eodem percuſſus eſt. In Conſeſſu ſedebat Thuanus Senatus Princeps, qui de facti inſolentia certior factus, Reum comprehendi cuſtodirique iuſſit. Prior Domus videns rem vltra proceſſuram, Percuſſorem perquiri curauit, non repertum ſacris arcuit, excommunicatumque denunciauit. Res ſic ſe habet in vetuſto Codice membranaceo Procuratorum Nationis Gallicanæ, ita ſcribente M. Martino Fleury Procuratore.

INIVRIA RECTORI FACTA VINDICATA.

Mei Magiſtratus tempore cum apud Iacobitas Paranymphus haberetur, Rector Academiæ propter hominum frequentiam ingreſſu prohibitus & aduerſa temporis iniuria aſperitateque in aditu protendere coactus, à Iacobita Sacerdote quodam

iniurijs affectus eſt, qui ab Apparitoribus comprehenſus & ad D. de Thou primum Præſidem qui in corona illa celebri conſidebat, pertractus, tandem M. Fremiau Doctori Theologo Iacobitæ traditus; cuius culpâ poſtea nebulo iſte ſceleratus euaſit, quem proſequi & vbique per Cœnobij cætera conquirere, vt tantum crimen expiaret, totus Iacobitarum Grex ſimulauit, atque Prior, niſi compareret, excommunicauit, & omnibus tum Academiæ, tum Conuentus priuilegijs & honoribus priuauit, eique ſecundum ſtatuta pœnas & carceres conuocatis omnibus & ſingulis Fratribus, proſtituit. De qua iniuria D. Rector Claudius Perrier apud 4. Facultates & Deputatos conqueſtus eaſque opem & auxilium precatus, quod iniuria non priuata, ſed Rectoria eſſet, omnium calculis rem ad ſupremum Senatum referendam concluſit. Sed Prior Iacobitarum vocatus quantâ diligentia Nebulonem conquiſiſſet & quàm iniquo animo ferret, aperuit & pœnas grauiſſimas quas ex ſtatutis irrogauerat, declarauit. Atque ne ea de re quiſquam dubitaret, Decretum & ſententiam Capituli ſigillo Conuentus obſignatam Rectori dedit. Quibus perlectis & magnitudinem ſupplicij admirantibus, omnibus ad Arbitrium Prioris totum negotium delatum eſt. 1574.

Extat in Reg. Vniuerſitatis ſententia Capituli Iacobitarum, qualis Vniuerſitatis Deputatis die 28. Ianu. apud Harcurium congregatis per Priorem exhibita fuit.

In Dei Filio ſibi dilecto Fr. Ioanni Genero Conuentus Pariſienſis Ordinis FF. Prædicatorum ſtudenti Fr. Dominicus Sergent eiuſdem Conuentus humilis Prior & Reformatæ Congregationis Gallicanæ Præfati Ordinis Generalis Vicarius ſalutem & modeſtiæ ſpiritum. Tametſi Apoſtolus Paulus ſeruum Dei inſtituens docuerit eum non oportere litigare, ſed manſuetum ac patientem & modeſtum eſſe debere; nihilominus viſis hodie per nos ac præſtantiſſimos Magiſtros noſtros Regentes, Doctores & Baccalaureos Facultatis Theologiæ in eodem noſtro Conuentu agentes Informationibus & Proceſſu ad requiſitionem D. Perier Rectoris digniſſimi Vniuerſitatis eiuſdem vrbis contra te factis, compertum habuimus te die 21. huius menſis Ianu. ſub horam primam poſt meridiem eundem vigilantiſſimum D. Rectorem Scholam Theologiæ huius Conuentus de more ingredientem, non minus temerariè quàm atrociter percuſſiſſe in maximum totius præfatæ Vniuerſitatis, nedum huius Conuentus ignominiam & ſcandalum, nec reiteratis noſtris de reparando iniuriam notis etiam ſub præcepto formali iuſſionibus paruiſſe. Quare volentes vt par eſt, vnicuique ius dicere & quod ſuum eſt reddere, noſtri autoritate Officij, deque dictorum Magiſtrorum Theologiæque Candidatorum conſilio declaramus Te præfatum Fr. Ioannem Generi ſententiam maioris excommunicationis incurriſſe; & nihilominus te vocamus ac præcipimus in virtute Spiritus S. & ſanctæ obedientiæ quatenus inſtante primi actus Theologici celebratione in eadem Schola compareas, prænominatum D. Rectorem conuenias, culpam tuam agnoſcas & ab eo ac tota prædicta Vniuerſitate maxima cum humilitate veniam petas, & nihilominus te mora, ſtudio & omni Gradu in eadem Vniuerſitate habenda priuamus, & ab eadem tanquam membrum putridum reijcimus; nec non carceribus & alijs poſitiuis pœnis per ſacras noſtras Conſtitutiones Percuſſoribus taxatis adiudicamus. Mandantes omnibus & ſingulis Prioribus Conuentuum noſtræ Congregationis ſub pœna depoſitionis ab Officio, ad quos te declinare contigerit, vt eas pœnas ſubire te faciant. In quorum fidem Præſentibus Sigillo dicti Vicariatus munitis ſubſcripſimus. Datum Pariſijs hac die 27. Ian. an. Domino 1574. ſic ſignatum Fr. Dominicus Sergent Prior & Vicarius Generalis. Paraſé & ſceellé en cire rouge en Placart.

Deputati ergo habito ſuper ea re conſilio cenſuerunt Reum, ſi repereri poſſet, adducendum coram & cogendum fateri ſe peccaſſe, *vtque veniam petat à tota Academia iuxta ſententiam D. Prioris.*

Die 13. menſis Martij Iudicium latum eſt ab eodem Rectore & Deputatis Facultatis Artium contra quoſdam Magiſtros Phyſices Profeſſores qui Diſcipulos ſuos laurea Magiſterij ante tempus donabant. Tale autem eſt.

Hac die 13. menſis Martij an. 1574. hora 10. matutina conuocati ſunt « viri ſelecti Facultatis Artium à D. Rectore in ſuo cubiculo ſuper Phyſicis «

” & alijs violantibus ſtatuta Academiæ & præſertim Diſcipulis M. Ioan-
1574. ” nis Riolani Phyſici Becodiani, de quibus ita à D. Rectore & viris ſelectis
Sententia Rectorum. ” poſt maturam deliberationem decretum eſt. 1. *non licere D. Riolano neque alteri hoc anno Phyſicos laurea Magiſterij donare, neque Gymnaſium, neque Primarium, nec Aulam ſuo iure priuare; & Milon anno elapſo laurea donatum contra leges Academiæ è libris Academiæ, & numero Magiſtrorum delendum*, & licere ſoli M. Nicolao Mercatori Metaphyſico Becodiano donare laureâ Magiſterij Diſcipulos D. Boſſuli, cum eſſet Dialecticus apud Becodianos cuius curſum eſt perſequutus. Idemque de cæteris & Diſcipulis & Gymnaſijs iudicium eſſe voluit; idque ſignificari ſuperioris & inferioris Examinis Tentatoribus, tum etiam Bidellis, ne Scholas aperiant nec in libris ſcribant ſub pœna priuationis Priuilegiorum. Putauit etiam totus Conſeſſus hoc ſignificandum vtrique Cancellario ne eos admittant. Sig. Perier Rector, Muldrac, Cueilly, Menault, le Ieune, Daloth, Gaudran Chriſti cum ſyngraphis.

Die 24. Martij Rector electus eſt M. Simon Bigot Pariſinus Decanus Tribus Pariſienſis in Natione Gallicana, Præclaræ Facultatis Artium Profeſſor & Doctor, Pleſſææ domus Primarius, anno ætatis 40. & ab adepta Magiſterij Laureola 25. *Eo Rectore, vt ipſe ſcribit in Codice Rectorio, non ſolum Reſpub. litteraria maximis periculis agitata eſt, immò tota Ciuitas Lutetiana circumuoluta erat procellis & telis aduerſæ fortunæ, ſed etiam integra Regni Gallici Nauis fluctibus & aduerſis tempeſtatibus agitata & quaſi concuſſa varijs proditionum generibus & tumultibus bellicis vndiquaque circumuallantibus, & potiſſimum in Regiam Majeſtatem inſurgentibus. Vnde dolore ac mæſtitia Rex Carolus oppreſſus in grauem morbum incidit. Qua de re commoti viri graues Academiæ almæ Vniuerſitatis Pariſ. conſtituunt & decernunt ſupplicationes publicas ad ædem Cœleſtinorum ſacram. Rem tamen nouam multis viris & Religioſis illis, ideoque ob abſtruſam Religioſorum hominum vitæ & viuendi rationem ſecluſam ab hominum Conuentu. Illi tamen maximo cum pietatis affectu & magno Ornamentorum apparatu Academiam & Rectorem excipiunt ſuis in ædibus ſacris, in quibus ſacratiſſimum Corpus Chriſti à vener. Decano ſacræ Facultatis Theologiæ conficitur, & concio à Doctore Theologo habetur. Die Iouis 1. April. 1574.*

Die 30 Maij quæ erat dies Pentecoſtes, obijt Carolus IX. cuius Exe-
Regis exequiæ celebrãtur ab Vniuerſitate. quias in æde Mathurinenſi celebrauit Vniuerſitas die 22. Iunij præſente & autore huiuſce Officij Rectore; qui Exequiarum harumce circunſtantias ita deſcribit. *Cerei fient 12. ponderis vnius libræ. Tedæ vel faces ardentes totidem, appendebunt omni ex parte templi periſtromata lugubria appoſitis Regis inſignibus nobilitatis vndiquaque. Archiepiſcopo Narbonenſi M. noſtro Simone Vigor Doctore Theologo Auguſtiſſimum Corpus Chriſti celebrante & offerente pro requie & æterna felicitate Regis noſtri Caroli* IX. *nuper defuncti vt eius anima æterna beatitudine frui valeat. Adſtantibus Doctoribus vniuſcuiuſque Ordinis & Facultatis Ornatis inſigniori habitu, præſentibus 4. Procuratoribus inſignitis veſte purpurea, Baccalaureis omnibus comitatum præſtantibus. Nuncijs & Bibliopolis Iuratis ad exequia vocatis, ſumptibus vniuſcuiuſque Facultatis. Hæc autem omnia*, inquit, *inſcribenda curauimus tanquam noua & antea inaudita, vt ſucceſſores noſtri & memoriæ mandare queant, & obſeruare valeant, ſi neceſſitas & temporis opportunitas permittat.*

Poſtridie quæ erat dies 13. Iunij M. Iulianus de Bere Lauallenſis Diœc. Cenoman. ſuffectus eſt in Rectorem; quo Rectore die 12. Iulij in vrbe Pariſienſi, & 13. in æde San-Dionyſiana ſolemnes exequiæ Regis ab omnibus Ordinibus vrbis celebratæ ſunt; quibus & vocata interfuit Vniuerſitas.

Die 9. Auguſti habita ſunt Comitia ad deliberandum de permutatione Curiæ S. Germani veteris: qua de re ſic legitur in Reg. Vniuerſitatis. *Die*
Permutatio Curiæ S. Germani veteris. ” *Lunæ 9.* Aug. 1574. apud S Math. ſolemniter, vt moris eſt, hora ſolita congregata extitit alma Vniuerſitas Studij Pariſ. ſuper Permutatione Curæ Parochialis Eccleſiæ S Germani veteris in Ciuitate Pariſ. facienda cum Nobili & ſcientifico viro D. Ægidio Sçauant in ſupremo Senatu Pariſ.

Conſiliario, Canonico Præbendato inſignis Eccleſiæ B. Mariæ Laudunenſis & ad huiuſmodi Canonicatum & Præbendam pacificos, nullaque pen- 1574.
ſione annua creata aut fructuum ſeu locorum reſeruatione grauatos ſuaque iura & pertinentia vniuerſa. Expoſita per D. Iulianum de Bere Rectorem cauſa Congregationis & loco ſupplicationibus & iniurijs accommodato, ibidem comparuit vener. & diſcretus vir M. Germanus Binoys Aduocatus in Curia Eccleſiaſtica Procurator & nomine Procuratorio venerab. viri Nicolai Beuuart Preſbyteri Remenſis & Doctoris Theologi Rectoris ſeu Curati prædictæ Parochialis Eccleſiæ S. Germani Veteris in Ciuitate Pariſ. commorantis Pariſijs in Collegio Sorbonæ, virtute Procuratorij per eundem Beuuart coram M. Iacobo Raffelin Clerico Pariſ. publico autoritate Apoſtolica Curiarumque Epiſcopalis & Conſeruationis Priuilegiorum Apoſtolicorum dictæ Vniuerſitatis Pariſ. Notario iurato & in Regiſtris Epiſcopatus & Præpoſituræ Pariſ. immatriculato de die 7. præſentis menſis Auguſti reſignauit huiuſmodi Parochialem Eccleſiam S. Germani Veteris in manibus D. Rectoris & Vniuerſitatis vnà cum omnibus & ſingulis ſuis Iuribus & pertinentijs vniuerſis ſponte & liberè, cauſâ tamen Canonicæ permutationis de huiuſmodi Parochiali Eccleſia cum nobili & ſcientifico viro D. Ægidio Sçauant in ſupremo Senatu Pariſ. Conſiliario, Canonico Præbendato inſignis Eccleſiæ Laudunenſis, & ad huiuſmodi Canonicatum & Præbendam pacificos nullaque penſione annua grauatos, ſuaque Iura & pertinentia vniuerſa & non aliàs aliter, nec alio modo, ſupplicauitque huiuſmodi reſignationem admitti.

Ibidem etiam prædictus D. Sçauant tantundem ſupplicuit.

M. Nicol. Vigner Procurator Fiſcalis dixit, etiamſi nota ſit fides & religio dicti D. Scauant, tamen ſupplicauit vt exhibeat teſtes ſuæ fidei & Religionis. M. Petrus Guineſault Procurator Franciæ ſupplicauit vt ſi admittatur huiuſmodi reſignatio, id fiat ſine præiudicio turni Nationis Gall. in turno exiſtentis. Maturis deliberationibus per ſingulas Facultates ſuper adductis in medium pro more præhabitis.

Artium Facultas admittit eiurationem ſeu Reſignationem Eccleſiæ Parochialis S. Germani Veteris in fauorem D. Sçauant pro cauſa.

Medicorum Ordo idem cenſet quod Facultas Artium.

Iuris Ordo Beneficium vâcans cauſâ permutationis confert Domino Sçauant ſine præiudicio turni Nationis Gallicanæ. De eius fide non dubitat.

Theologorum Ordo admittit reſignationem factam Parochiæ S. Germani Veteris in fauorem D. Sçauant cauſâ Permutationis. Et quia inualuit in hac Academia, vt qui admittuntur, ſint probatæ fidei, etiamſi non dubitet de fide eius, cenſet adhibendos indices ſuæ fidei. D. Secart Doctor Theol. ſupplicauit vt teſtimonium ſuum admittatur.

Ex his deliberationibus exiſtimatis admittendam reſignationem & eiurationem factam in perſonam clariſſimi D. Scauant Conſiliarij Regij, neque exiſtimatis eſſe cogendum vt adhibeat alios teſtes ſuæ fidei & religionis quàm D. Doctorem Theologiæ, ſaluo tamen iure turni Nationis Gall. in turno exiſtentis, & ita concludo.

Die 14. Septemb. habitis Medicinæ Facultatis Comitijs vnus è Conſiliarijs Curiæ cum Oſtiario aduenit, eiuſdem Curiæ Decretum executioni demandaturus quo Mauricius de la Corde in integrum reſtituebatur. Res ſic ſe habet in Actis prædictæ Facultatis.

Die Iouis 14. Sept. D. Poëſle ſupremi Senatus Conſul ampliſſimus ab eodem Senatu delegatus qui eiuſdem Senatus Arreſtum per Oſtiarium vulgo Huiſſier de redintegrando in ſuum Ordinem Mauricio de la Corde Doctore Medico iampridem propter defectionem à vera Religione Ordine Medicorum expuncto exequeretur. Conſul ergo finita oratione & diſputatione D. de Beaucheſne Licentiati concionem habuit, ſedentibus & audientibus Doctoribus Medicis, reliquo Auditorio auſcultante, quâ vniuerſum Ordinem exhortabatur ad vnionem & pacem & ſinceram

» Religionem amplectendam. Addidit Senatui gratiſſimam eſſe Medico-
1574. » rum conſtantiam in aſſerenda Catholica fide aduerſus eos qui defecerant;
» nunc autem Regis voluntatem eſſe omnes ſuos ad vnionem Pacis & Reli-
» gionis redire, omnes pœnitentes exoſculari & amplexari. Proinde Sena-
» tum edixiſſe, vt non obſtante aut impediente quauis interceſſione idem
« de la Corde reſtituatur ſuo Ordini ac Dignitati inter Doctores Medicos,
» cuius pœnitentias per tot annos ſatis omnibus conſtare prædicauit. Qua-
» re lecto Senatus Edicto per Oſtiarium atque recitato in medio Docto-
» rum conſeſſu iuſſit eundem De la Corde, ſuæ Dignitati & Ordini reſtitui.
» Tum Ego Facultatem ſuper dicto & facto Regis Edicto & Senatui au-
» dientem fuiſſe. Anno ſuperiore ſupplicanti De la Corde, pro redintegra-
» tione ſua benignè annuiſſe, modò Vniuerſitas conſentiret; non enim li-
» cere quenquam ex illis qui à fide defecerant, in noſtrum Ordinem reci-
» pere, niſi prius ab Vniuerſitate probatus fuiſſet, nec poſſe quenquam frui
» noſtris priuilegijs quem Vniuerſitas ſuum non agnoſceret. Eandem Fa-
» cultati Medicorum prohibuiſſe ne imprudente & inconſultâ ſe & repu-
» gnante quenquam ex his admitteret, *nefas autem eſſe Facultati non parere*
» *Vniuerſitati quem veluti Parentem reueretur*. Proinde Facultatem Senatui
» ſupplicare, vt ratio interceſſionis Vniuerſitatis ſuper reſtitutione De la
» Corde haberetur, facultatemque ſui Reſponſi actum poſtulare; ne ſi
» quando, quod Deus auertat, alia tempora incidant, Facultas arguatur tan-
» quam negligenter tutrix & vindex veræ Religionis. Proteſtatus eſt ſe il-
» lud actum daturum.

Super ea autem re cum deliberaſſent Deputati Vniuerſitatis cum Re-
ctore die 24. Sept. placuit aduerſus ipſum De la Corde, qui à fide & reli-
gione Catholica deſciuerat, porrigi libellum ſupplicem Senatui. Paulo
poſt tamen, nempe 28. Decemb. reſtitutus eſt, poſtquam ſuæ fidei ratio-
nem interrogatus publicè dedit; vt infra videbitur.

De Iesvitis. Die 11. Octob. Rector creatus eſt M. Ioannes Deniſet in Collegio Har-
curiano degens, inſtructuſque die 12. præſertim de Reformatione Vni-
uerſitatis ad quam conſummandam iuſſerat Senatus articulos conſcribi
& dari. Die autem 5. Nouemb. congregata fuit Facultas Artium apud S.
Iulianum, ad inquirendum modum viamque reſtituendæ in priſtinum
ſplendorem Academiæ, quæ ab aliquot annis prolapſa plurimùm fuerat.
Cauſa verò mali inuenta, Ieſuiſtarum ſchola. Itaque maturis delibera-
tionibus præhabitis, *Cenſuit Facultas Auditores Ieſuiſtarum qui eos audiunt*
& certiores facti ſunt ſtatutorum Academiæ, nunc & hoc tempore eſſe priuandos
priuilegiis Academiæ, maximè eos qui Officia publica gerunt, & alios nempe
Gymnaſiarchas Collegiorum in quibus nullum eſt exercitium, monendos vt conti-
neant ſuos, ne adeant Ieſuiſtas; regentiam & curam huiuſce rei committendam
4. Nationum Reformatoribus ſeu Cenſoribus qui eandem concluſionem dictis Pri-
mariis & Gymnaſiarchis exhibeant & notificent.

Poſtridie congregatis Vniuerſitatis Proceribus, prędicta Concluſio pla-
cuit; placuit & ipſi Vniuerſitati die 12. Nou. apud Mathurinos ſua Comi-
tia generalia habenti. Quibus in comitijs Quæſtio propoſita de Officio
Nota de M. Roberto de Sorbone. & Miſſa pro defuncto M. Roberto de Sorbona, quibus celebrandis nega-
» bant Mathurinenſes ſe teneri, contra tamen longæuam conſuetudinem.
» Hac de re ſic habetur in Reg. Vniuerſ. *Inſuper dixit* (Rector) *controuer-*
» *ſiam heſterna die ortam de ſacro faciendo in æde Mathurinenſi, in requiem animæ*
» *M. Roberti de Sorbona in qua eius exequiæ à 200. annis ſolitæ ſunt celebrari, ſed*
» *tamen Mathurinenſes recuſarunt ianuas aperire vt Officium de mortuis celebra-*
» *retur in requiem animæ dicti D. Roberti de Sorbona. Ibidem præſens Fr. Iacobus*
» *Fabre ſacriſta Conuentus Math. ſupplicuit vt oſtendatur fundatio dicti D. Rober-*
» *ti de Sorbona, qua conſtet eos teneri ad celebrandum huiuſmodi officium & vt con-*
» *ſeruetur in priuilegijs Vniuerſitatis*; idque ei conceſſum. Porro de Ieſuitis
» placet hæc referre quæ leguntur in Codice membranaceo vetuſto Procu-
ratoris Nat. Gall.

Eodem menſe, paulò ante Vniuerſitas decreuit adhuc aduerſus Ieſui-

ſuitas, præſertim aduerſus Maldonatum, qui ſæpè vocatus ſe ſiſtere noluit. Hac de re ad 5. Nouemb. ſic ſcribit Procurator Nationis Gall. M. Petrus Primet Pariſ. quartæ Collegij Nauarrici Claſſi præfectus. *Ad perpetuam* huius Magiſtratus memoriam pertinet quod die 5. Nouemb. M. Ioannes Deniſet Vniuerſitatis rei literariæ clauum tenens, conſentiente Facultate Artium, Iulianenſibus Comitijs, cenſuit & concluſit Primarios ac Præceptores, qui gentem Ieſuitanam diſcipulorum præſentia decorarent, vel eorum Prælectionibus audiendis ipſimet adhærerent, per Nationum Cenſores admonendos vt ab iſtis abſtinerent, alioqui priuilegijs & honoribus Academiæ priuarentur. Quæ concluſio quia Senatuſconſultum de Ieſuitis conuellere, aut aliquo modo labefactare videbatur, à ſuperioribus Facultatibus primùm non eſt probata, ſed ad Deputatos delata die 12. Decemb. quo tempore delata eſt ex Maldonati notationibus ab ipſo Rectore de intemeratæ Matris Virginis Conceptione Pariſienſi Theologiæ, vt ipſa dicebat, non conſentanea ſententia, cum de ſupplicatione ad ſacrum Palatij ſacellum apud Mathurinos ageretur. Sequenti luce ad Rectorem Haricurianum inita ſunt Comitia Selectorum, in quibus de illa Iulianenſi Concluſione firmanda, pecunijs ex quaque Facultate colligendis pro terminanda lite apud ſupremam Curiam pendente, deque Maldonati ſententia diceretur. Sed propter opinionum varietatem concludi nihil potuit: tum quia maturiore deliberatione frequentioribuſue Comitijs rem ſeriùs peragi debere viſum eſt; tum etiam quia Maldonatus à toto cœtu per Apparitores accerſitus adeſſe recuſauit. Rector ſui Magiſtratus finem imminere cum aduerteret vt ſuæ in parentem communẽ beneuolentiæ locupletiſſimum teſtimoniũ poſteris exhibendum relinqueret, poſt biduum qui dies erat penultimus ſui Rectoratus, ad Mathurinos celeberrimum cœtum coëgit, ad quem iterum Maldonatus conuocaretur qui forte antea cum ſuis deliberandi ſpatium concupiſſet, vel priuatum Rectoris cubiculum exhorruiſſet. Illis quidem eſt ſancitum Iulianenſem huiuſmodi recentem Concluſionem ſupremi Senatus conſtitutioni nihil refragari, litem communibus Facultatum ſumptibus perſequendam ad finem. *Maldonatus cum tota factione Ieſuitana temerarius & rebellis proclamatur omnium calculis, & ad Pariſ. Epiſcopum negotium illud Theologicum relatum;* quoniam præter exſpectationẽ fautorum eius, qui ex Deputatis tunc erant, toti Academiæ obſequium latiſſimum denegare non dubitauerit. Deinde 15. eiuſdem menſis haud abſque bonorum dolore, Magiſtratu cedere Deniſetum compulit, virum certè dignum confeſſione omnium, annis Neſtoreis, & cui toto vitæ tempore Rectoris dignitas committeretur; ſed ita ceſſit, vt ea ſe abdicare non paſſus ſit priuſquàm M. Iacobus de Cueilly ſucceſſor deſignatus ſacroſancto iureiurando ſeadſtrinxerit ac receperit ſe cauſam Academiæ omnibus & corporis & ingenij viribus amplexurum, donec faſcibus Rectorijs vt clauâ Herculis Ieſuitanam hydram contuderit, vel tanquam Augis ſtabulum Lutetiam hac colluuione perpurgauerit. 1574.

» *genter ab omnibus caueretur*, ne ſi Chirurgis permitteretur publicè profi-
» tendi licentia, quinta quædam Facultas contra Vniuerſitatis iura & leges
» de nouo introduceretur. Hanc Fiſci Cognitoris ſupplicationem ſubſecu-
» ta eſt D. Vincentij Muſtel ſapientiſſimi viri, qui cum clariſſimis ex noſtro
» Ordine pridie nominatis DD. Deniſet, l'Affilé, Rochō, Gourmelin, le Con-
» te, Verneil, Mareſcot, qui illic vnà mecum eius rei gratia aderat, poſtula-
» tio, qua Rectorem ac Deputatos requirit, ſedulò vt proſpicerent ne con-
» tra Vniuerſitatis Concluſionem anno 1515. die 9. Dec. in Publico totius
» Academiæ Conuentu factam mox à me in medium proferendam aliquid
» fortaſſis imprudenter decerneret: Neve ab iſtis Chirurgis ſe à priſcis
» quondam ſeculis ad hanc vſque diem Diſcipulos noſtros addito etiam
» Iureiurando profitentibus, nunc verò turpiter violata fide peierantibus
» vllam noſtræ Facultati, cuius eſt proprium ſuos Diſcipulos docendi mu-
» nus, iniuriam fieri permitterent; quin potius Academiæ iura, leges, Con-
» cluſiones atque Decreta perpetuò retinerent, *& noſtræ Facultatis quæ 4.*
» *totius Pariſienſis Academiæ Partem conſtituit, priſtinum ſplendorem, dignitatem*
» *atque autoritatem integram ſeruarent planèque tuerentur.*
» Ego verò hanc D. Muſtel ornatiſſimam orationem excipiens præfatus
» initio me communem totius Academiæ non priuatam noſtri Ordinis, niſi
» quatenus cum ea coniuncta eſt, & indiſſolubili Societatis vinculo conne-
» xa, cauſam agere, protuli ex Commentarijs Decanatus poſterioris D. du
» Hamel prædictam Academiæ Concluſionem eo tempore factam, eamque
» coram Selectis ſeu Deputatis viris alta voce legi quæ conceptis verbis
» apertè declarat, quod anno Domini 1515. *Chirurgi recepti fuerant in gre-*
» *mium & conſortium Vniuerſitatis tanquam Scholaſtici & Diſcipuli Facultatis*
» *Medicinæ, & non tanquam Licentiati, aut Magiſtri in Chirurgia facientes Quin-*
» *tam Facultatem contra iura & ſtatuta Pontificia; his tamen legibus & conditio-*
» *nibus quod Chirurgi gaudebunt priuilegijs Vniuerſitatis, dummodo dicant ſe Scho-*
» *lares Facultatis Medicinæ, & quod ſingulis annis in feſto B. Lucæ iuramenta*
» *antiqua & ſolita renouabunt*, & quod frequentabunt Lectiones & Actus

Medicinæ. Venient ad Decanum Facultatis circa feſtum Omnium Sanctorum cum certificatione quod audiuerunt Lectiones Ordinarias, ſeque in Regiſtris Facultatis inſcribi facient, ſinguli ſoluentes pro inſcriptione 18. ſolidos Turonenſes, ſicut veri Scholaſtici circa prædictum feſtum facere conſueuerunt. Aliàs delebuntur de libris Vniuerſitatis, neque amplius gaudebunt priuilegijs dictæ Vniuerſitatis, niſi adimpleant leges & omnino pareant conditionibus quas olim receperunt & quibus ſe adſtringi voluerunt. 1576.

Illi tum à Rectore vocati cum hæc à me prolata audiſſent, inſano quodam furore perciti & velut mentis impotentia capti multa contumelioſè dixerunt, atque inſolenter ſeſe iactantes, noſtros ſe Diſcipulos profiteri noluerunt; ſed contra neque nos Præceptores ſuos vllo modo agnoſcere, neque ſe ad ea quondam præſtari ſolita iuramenta vllis legibus adſtringi, nec vnquam in poſterum eas conditiones prius commemoratas ſeruare, Nobiſque vlla in re ſubijci velle, pleno atque impudenti ore dixerunt. Tum Ego rationem hanc ſubiunxi, eoſque ſuo iugulans gladio ſic in eos ſua ipſorum tela contorſi. *Nemini munus publicè docendi in Academia concedi debet, niſi ſit è gremio & conſortio vnius è 4. Facultatibus, quæ totum Academiæ corpus conſtituunt.*

Iam verò Chirurgi neque ſacratiſſimæ Theologorum Facultati ſunt ſubditi, neque Doctorum Iuris Pontificij Collegio adſcripti, neque in Ordinem Facultatis Artium redacti, neque poſtremo in numero Doctorum Medicinæ comprehenſi, quandoquidem eos ſua ipſorum lingua violatæ fidei non modo reos arguit, verùm etiam ſui veteris erga Medicinæ Doctores Officij Deſertores. Non eſt igitur illis, quippe ab his 4. totius Academiæ Facultatibus excluſis vlla publicè in Academia docendi poteſtas concedenda. Alioquin quinta Facultas erit in Academiam introducenda; cuius vi publicum in ea docendi munus obire poſſint. Quod quoniam Academiæ Decretis & legibus omninò repugnat, fieri nullo modo debet.

Hîc quidam ex illis. *Sumus*, inquit, *in Artibus Magiſtri, eſtque hoc nomine nobis conceſſa legendi poteſtas.* Ita inquam, *niſi vxores veſtræ vobis eam adimerent. Nam Magiſtri in Artibus vt Academiæ monimenta teſtantur, vt primùm vxores ducunt, omnem ſibi antea nomine illius Magiſterij conceſſam publicæ profeſſionis Facultatem, priſtinaque iura vnà cum vxoribus amittunt.* VXORATI.

Adde quod maxima Pars Chirurgorum non eſt eum Magiſterij gradum aſſecuta. Immò qui inter ipſos ſunt in Artis operibus præſtantiores planè ſunt ἀναλφάβητοι, nec vnquam Grammatices elementa primis quod aiunt labris deguſtarunt. Deinde verò Facultas Artium ſuis circunſcripta finibus ea demum quæ ad Artes humaniores, vnde nomen habet, & Philoſophandi rationem pertinent, non autem quæ ſunt Artis Chirurgicæ, profiteri debet.

Rurſum alius. Poſtulamus adſcribi Facultati Medicinæ. Tum Rector, an, inquit, tanquam Doctoribus Medicis Superiores? Non eò vt opinor audaciæ prorumpetis. An vt æquales, ac pares? At fruſtra de æqualitate certatis, cum nullum in Iatrica Schola eruditionis ſpecimen edideritis, ideoque parem cum illis honoris ac Doctoratus Gradum minimè ſitis aſſecuti. An denique vt inferiores & Diſcipuli? At hoc ipſum nunc palam ac publicè denegaſtis.

Ad hæc cum nihil haberent quod appoſitè reſponderent, prorſus obmutuerunt; & quidquid reliquum erat illis præſidij, id omne in Diplomatis quibuſdam Regijs Priuilegia & Vectigalium immunitates, non tamen vllum in Academia munus docendi concedentibus, ideòque nihil ad rem pertinentibus collocarunt. Quorum nihilominus Diplomatum reliquorumque omnium quæcumque apud Rectorem depoſuerant, inſtrumentorum, quibus niti ſtudebant, exemplar Amanuenſis Academiæ Chirographo ſubſignatum poſtulaui, ne quid in poſterum falsò nobis imponerent.

Poſtremo ſuperioribus rationibus & hanc addidi ab abſurdo petitam.

—— " Si Chirurgis ſe Doctorum Medecinæ Diſcipulos profiteri recuſantibus &
1576. " datæ olim fidei ſuique erga Præceptores Officij deſertoribus conceditur
" publicè Chirurgiam interpretandi Facultas, quanquam ne ſi quidem il-
" lis conceſſum eſſet, non poſſint ob ignorationem eo rectè munere defun-
" gi, nonne pari iure, aut etiam potiori Tonſoribus Chirurgis Doctores
" Medicos, quorum aſſiduis quotidie Lectionibus interſunt, ſuos merito
" præceptores agnoſcentibus, eadem illa Chirurgiæ profeſſio tribuenda
" erit? Et Pharmacopæis Doctorum Medicinæ prælectionibus edoctis Phar-
" maciæ pariter è ſuggeſtu docendi facultas concedenda? Nam cum vtri-
" que ſint in ſuæ cuiuſque Artis operibus pariter æqualiterque verſari, cur
" ijs æquali profeſſionis iure frui non licebit? Etenim quæcumque Chirur-
" gi ad Chirurgiam, eadem ni fallor Pharmacopæi ad pharmaciam eſſe de-
" bet analogia atque proportio. Ecquam igitur rem litterariam ſperare
" poſſumus; ſi contra veteres Academiæ leges pro quibus à viris bonis om-
" nis eſt ſuſcepta contentio, præterque omnem iuris & æquitatis rationem
" publicè docendi poteſtas à legitimis ſcientiarum Profeſſoribus ad eos ho-
" mines transferatur? Impudentiæ in omnem antiquitatem propoſitum
" erit præmium; renaſcetur Academiæ nouæ pernicioſa licentia. Vetus
" Diſciplina morum vitæque optimæ Magiſtra omnino extinguetur. Adde
" quod Chirurgica cum in ijs verſetur, vt nominis ratio indicat quæ ma-
" nus duntaxat operâ perficiuntur, non eſt inter Artes libero & ingenuo
" homine dignas; ſed potius mechanicas recenſenda. Cuius rei vel hoc cer-
" tiſſimam fidem facit, quòd Chirurgi reliquorum Mechanicorum more, à
" Prætore vrbis duntaxat Chirurgicum nomen & exercendæ Artis obti-
" nent Facultatem, non autem à ſummo Pontifice; à quo tamen vnico vel
" eius Vicem-Gerente Academiæ Cancellario omnes Liberalium Artium
" Profeſſores, Doctores atque Magiſtri publicam docendi licentiam con-
" ſequuntur. Hæc ferè ſunt rationum momenta quibus pro tuenda & ad-
" uerſus iſtos malè feriatos homines ſtrenuè fortiterque defendenda to-
" tius Academiæ maximéque Iatrici Ordinis autoritate ac dignitate vſi
" ſumus.
" Tandem iſtiuſmodi Chirurgis à Rectore ſecedere iuſſis, vt & hæc
" Controuerſia Selectorum virorum iudicio dirimeretur, cum ij me præ-
" ſente ſententiam dicere iccirco minime æquum ſibi videri dicerent, quod
" cum publicæ totius Academiæ cauſa priuata noſtri Ordinis coniuncta eſſe
" videretur, Ego pariter morem Rectori gerens, licet inuitus ſeceſſi; prius
" tamen breui epilogo repetitis meis rationibus addita inſuper duplici pe-
" titione. Priore quidem vt pendente lite interim velut per modum vt lo-
" quuntur, Prouiſionis, Publicationis in Academia Profeſſio iſtiuſmodi
" Chirurgis interdiceretur: Poſteriore autem, vt mihi poſthac in Senatu
" ſi opus fuerit, aut alio quouis loco ius noſtrum perſequenti totius Acade-
" miæ Adiunctio concederetur. Verum poſt diuturnam à prima, nimirum ad
" quintam vſque temporis moram, propterea quod Procuratores non
" prius quicquam de re propoſita decernere vellent quàm Seniores cuiuſ-
" que Nationis conſuluiſſent, re infecta diſceſſimus. Vnde totum hoc quid-
" quid erat negotij, placuit ſelectis viris ad publica in poſterum Comitia
" differri, quibus tota hæc controuerſia maturè totius Academiæ conſilio
" dijudicaretur.

Die 27. eiuſdem menſis, indictis Priuatis Comitijs apud Sorbonam, duo fuerunt præcipua Capita deliberationis. Vnum pertinens ad Articulos deferendos ad Comitia Bleſenſia. Alterum ad Chirurgos & Medicos: Quoad primum, placuit omnia ſingularum Facultatum pluribus paginis conſcripta ad duo ſumma genera reuocare, *Pietatem & Iuſtitiam*, vt legitur in Actis Med. *Illius cultum* ſic à Regia Majeſtate precibus impetrari, vt vnica, vera & ſincera, Catholica nimirum, Apoſtolica & Romana Religio paſſim in tota Gallia ſarta, tecta atque inuiolata ſeruetur. Huius verò priſtinum ſplendorem atque autoritatem Edicto Regis poſthàc ita demum retineri, vt Beneficia, Magiſtratus atque Officia nulla ſint vænalia,

ſed ea viris vitæ innocentia, morumque probitate integerrimis & ſingulari "
eximiaque doctrina conſpicuis pro ſuis meritis honeſtæque virtutis & la- " 1576.
borum præmio conferantur. Iura omnia libertates, immunitates & pri- "
uilegia in corpore Iuris comprehenſa & concluſa toti Academiæ & 4. il- "
lius ſingulis Ordinibus, pro antiqua & laudabili ſuperiorum Regum & "
Imperatorum munificentia & liberalitate concedantur. Poſtremò huius "
Edicti Regij eorum omnium exactam obſeruationem ſanctiſſimè præci- "
pientis fideliſſimi æquiſſimique Executores à Regia Majeſtate nominati "
nobis deſignentur. Hactenus Acta Med. Publica verò & Communia ad- "
dunt, vt qui publicè profitebantur, ex Publico honorarium reciperent. "

Quoad alterum caput, D. Rouſſelet Decanus Medicinæ ſupplicauit, vt tempore litis interdicatur Chirurgis lectione publica. Poſtulauit quoque ſibi actum dari eorum qui dixerunt ſe non eſſe diſcipulos, & adiunctionem Vniuerſitatis ſibi dari aduerſus illos. Quæ omnia ad Vniuerſitatem remiſſa ſunt.

Ergo die 7. Decemb. rurſus ea de re actum; item & de Bibliopolis qui libros prauæ doctrinæ vænales exponebant; de quibus duobus capitibus fusè in Reg. Academicis; in Actis verò Medic. ita legitur.

Die Veneris 7. menſis Decemb. 1576. indicta fuerè publica apud Math. Comitia; quibus de 2. articulis eſt deliberatum. Prior erat de ineunda ratione quâ nulli in poſterum deprauatæ doctrinæ libri vænales haberentur, ſicque omnis hæreticæ prauitatis tolleretur occaſio. *Poſterior verò de ſupplice libello ab Academiæ Cancellario Rectori oblato, eiuſdemque ad Rectorem Epiſtola, quorum vtroque poſtulabat, vt Chirurgis poſt ſuſceptam quam paratus erat vltro illis impertiri, Apoſtolicam benedictionem, publicum in Academia docendi munus concederetur.* "

Quod ad priorem art. attinet, placuit toti Academiæ ſupplicem libellum diplomati à Rege Carolo IX. Felicis memoriæ eius rei gratia impetrato annexum ſupremo Senatui offerri, quo Bibliopolis omnibus in poſterum librorum deprauatæ doctrinæ venditione & publicatione interdiceretur. "

Quod autem ad Academiæ Cancellarij ſupplicationem ſpectat, illam docui omnino eſſe iniquiſſimam; tum quod Chirurgi ſuſcipiendæ Apoſtolicæ benedictionis non eſſent capaces; quippe qui nullum in vna è 4. Facultatibus Curriculum eſſent emenſi, nullumque præceptorum chirographis comprobatum: quod ij facere ſolent qui Apoſtolicam benedictionem eiuſque virtute Licentiarum Gradum ſunt in aliqua Facultate adepturi, ſui ſtudij fidem feciſſent. Tum quod non ſolum Cancellario; ſed nemini cuiquam ſine iuſſu, & expreſſo, vt loquuntur ſummi Pontificis mandato, cui potiſſimum innititur Academia, aliquid in ea innouare liceret. "

His ſubiunxi eas rationes quas ſuperioribus Comitijs, cum ea de re ageretur, in medium attuleram, quaſque hoc loco repetere minime eſt opus. Quin etiam illud addidi, vt quoniam duobus Dominis parere nemo poteſt, & Chirurgi in ſui, vt loquuntur, Magiſterij adeptione Operariorum ſeu Mechanicorum inſtar Prætori vobis fidem dediſſent, palam ac publicè profiterentur: num ſeſe vellent illius imperio antea ſubducere quàm Academiæ autoritati ſubijcerentur, atque Rectoris iuſſa capeſſerent. "

Re poſtmodum ad 4. Ordines delata, vno omnium conſenſu excepto Iuris Canonici Collegio, quod quidem ad Academiæ Patronos iuxta fiſci Cognitoris poſtulationem negotium referri volebat, Nobis verò vltro tacentibus, ne in noſtra cauſa Iudices eſſe videremur, *Rector tandem aliquando ſtatuit Chirurgos ab Academiæ conſortio & cætu procul eſſe arcendos, & omni publico & priuato docendi munere omnino priuandos.* "

Hæc eſt obortæ inter nos & iſtiuſmodi Chirurgos controuerſiæ ſumma, & totius rei geſtæ apud Academiam hiſtoria, quam in publica illius monimenta redigendam curaui, & cuius exemplar ab Amanuenſi vulgo Scriba ſuo chirographo ſubſignatam habui, quo nos aduerſus iſtiuſmodi ſedi- "

" tioſorum qui adhuc neſcio quid monſtri alunt, nefarios conatus poſthac
1576. " tueri ac defendere poſſimus. Cæterum expoſuit Rector quod ſibi impru-
" denti memoria exciderat ſe à D. Fabro Theologiæ Syndico nuper acce-
" piſſe litteras quibus Procuratorium Inſtrumentum ab Academia ſibi dari
" poſtulabat, cuius opera de Conſcriptis totius Academiæ Articulis in pu-
" blico Conuentu habita oratione, apud Regem ageret. Verum matura
" omnium deliberatione ſtatutum eſt prædicto D. Fabro habendas eſſe gra-
" tias pro ſua propenſæ in Academiam voluntatis atque animi ſignificatio-
" ne. Illi tamen Procuratorium Inſtrumentum idcirco concedi minimè
" poſſe, quod Meldenſis Epiſcopus Priuilegiorum noſtrorum Conſeruator
" id vltro muneris nullis Academiæ ſumptibus ſe ſe ingenuè ſuſcepturum
" pollicetur.

Honorarium Cancellarii.

Paulo ante nempe die 24. Nou. latum eſt Senatuſconſultum de Honorario Cancellarij Pariſ. quod ei penſitare detrectabant Licentiandi. Qua de re nos ad 13. Feb. Tale eſt autem Senatuſconſultum.

" Sur les Plaidoyez faits en la Cour de ceans les Ieudy 16. & Ieudy 23. Feu. dernier paſſé entre M. Antoine du Viuier Chanoine & Chancelier en l'Egliſe de Paris, requerant l'enterinement d'vne Requeſte par luy preſentée, à fin d'eſtre maintenu & conſerué en ſes droits honorifiques & accouſtumez eſtre payez par les Licentiez en la Faculté de Theologie nonobſtant empeſchement & refus à luy fait par les Licentiez en ladite Faculté en cette année, d'vne part: Et leſdits Licentiez defendeurs & encore Demandeurs à l'enterinement d'vne Requeſte par eux preſentée le 13. iour dudit mois, tendant à ce que les billets & ſuffrages qui ſe baillent par les Docteurs de ladite Faculté pour la diſtribution des lieux des Licentiez ſoient par eux ſignez & mis en vne capſe publique fermant à clef: Les Recteur & Vniuerſité de Paris, & Meſſire Loüis de Beze Eueſque de Meaux Conſeruateur des Priuileges de ladite Vniuerſité interuenans & ioints auec leſdits Licentiez d'autre. Et encore ledit du Viuier Chancelier, demandeur à l'enterinement d'vne autre Requeſte du 3. iour dudit mois, *à fin que en toutes les Aſſemblées, Proceſſions & Actes publics qui ſe feront en ladite Vniuerſité, il ait le premier & le plus honorable lieu aprés le Recteur, & auparauant le Doyen de ladite Faculté de Theologie, d'autre part.* Aprés que Brouſſel pour ledit Chancelier de l'Vniuerſité, Lautier pour leſdits Licentiez, Anjorant pour leſdits Recteur & Vniuerſité, & Chocheuel pour ledit de Beze Eueſque de Meaux Conſeruateur furent reſpectiuement oüys en leurs Plaidoyez, defenſes, repliques & dupliques, enſemble Briſſon pour le Procureur general du Roy en ſes Concluſions.

" Ladite Covr ordonna que le 23. iour de Février pour la grandeur importance de la matiere auant que faire droit ſur leſdites Requeſtes eſquelles les Parties auroient conclud, qu'elle en delibereroit au Conſeil au premier iour & ſera l'Arreſt prononcé le Ieudy prochain enſuiuant à l'Audiance. Et depuis la matiere miſe en deliberation.

" Il ſera dit que ladite Cour pour le regard de la Requeſte de du Viuier Chancelier, contre leſdits Licentiez pour pluſieurs bonnes cauſes, iuſtes & raiſonnables conſideration, à cela mouuans a mis, & met les Parties hors de Cour & de Procez, ſans deſpens d'vne part & d'autre. Et neantmoins pour obuier à tous differends & diſſenſions qui pourroient eſtre meües à l'aduenir entre ledit Chancelier & ſes Succeſſeurs, & les Pourſuiuans le Cours de la Faculté de Theologie. Ladite Covr a ordonné & ordonne que outre les droits qui luy ont eſté octroyez, & dont les Parties ſont demeurées d'accord par leurs Plaidoyez, *qui ſont 40. ſols pour leur bonnet, 12. ſols, 6. deniers tournois pour le Paſt, & 7. ſols, 6. deniers tournois pour l'aſſiſtance & autres droits* quelconques que ledit Chancelier & ſes Succeſſeurs pourroient pretendre ſous ombre de la couſtume & maniere ancienne de faire, *il ne pourra, ne ſeſdits Succeſſeurs prendre que demy eſcu pour chacune Licence*, ſans pouuoir demander ne receuoir autre choſe d'eux, encore que volontairement il luy fuſt offert. Et en ce n'entend ladite Cour compren-

dre

dre & ne ſont comprins les Mendians pourſuiuans le Cours de Theologie, "
pour le regard deſquels ledit Chancelier ſe contentera de ce que de tout " 1576.
temps & ancienneté leſdits Mendians ont accouſtumé luy offrir & payer. "
Et quant à la Requeſte dudit Chancelier touchant la Preſſeance, aprés "
auoir ſur ce oüy le Doyen de la Faculté de Theologie, il ſera fait droit, "
ainſi qu'il appartiendra par raiſon. Le 24. Nouembre 1576. "

Anno 1577. die 2. Ian. cum D. de Brezé Epiſcopus Meldenſis Conſeruator Priuilegiorum, Articulos Vniuerſitatis Comitijs Bleſenſibus proponere ſibi non licere ſignificaſſet, id negotij demandatum eſt Genebrardo qui Bleſas proficiſcebatur eo die, vt eos DD. Peletario & San-Germano Doctoribus Theologis committeret. 1577.

Die 8. Ian. celebratum eſt funus Imperatoris, cui Rector ex Regis mandato interfuit cum Decanis & Procuratoribus. Die autem 1. Feb. habitis Facultatis Artium Comitijs ad eligendos Examinatores Licentiandorum, rurſum mota eſt quæſtio de Iure præſentandi, an Cancellarij, an Nationum eſſet. Ibi, quemadmodum legitur in Reg. Vniuerſitatis, *D. Brizebat ſupplicauit vt Concluſiones Facultatis Artium & aliarum Facultatum latæ contra D. Cancellarium, & Statuta ſarta & tecta retineantur, vt Cancellarius aut Subcancellarius non præſentent Examinatores, ſed ſingulæ Nationes deligant quoſdam ad id munus obeundum. Irruit*, inquit, *impudenter in poſſeſſiones Facultatis Artium atque ſumma iniuria mittit ſingulis annis Subcancellarium vt præſentet Examinatores, cum neſciat eos qui ſunt capaces. Supplicauit, vt concluſiones latæ à Facultate Artium & Vniuerſitate retineantur.* Contra D. Voillet Procancellarius San-Genouefianus dixit ſe prouocare ad Senatum, ſi quid forte concluderetur contra ius Cancellarij.

Iterum de Exam. a Cancellario præſentandis.

In Actis diei Lunæ leguntur de Chirurgis quæ ſequuntur. Ad diem 12. Feb. "

De Chirurgis.

Ce iour 12. Février 1577. veües par la Cour les Lettres Patentes du Roy "
en forme de Declaration & Impetration: Données à Blois le 10. Ianuier "
dernier. Signées, Henry, & au deſſous: Par le Roy, M. Iean le Comte "
Maiſtre des Requeſtes ordinaires de l'Hoſtel, preſent Pinart, obtenuës "
par les Preuoſt & College des Maiſtres Chirurgiens & Profeſſeurs en "
l'Art & Science de Chirurgie en cette ville de Paris, par leſquelles & "
pour les cauſes y contenuës; ledit Seigneur en confirmant & interpre- "
tant les Priuileges à eux cy-deuant octroyez par ſes Predeceſſeurs Roys, "
dit & declare que ſon intention a touſiours eſté que les Impetrans puiſ- "
ſent continuer lecture publique, tant en l'Vniuerſité de Paris que ailleurs "
où bon leur ſemblera, de leurdit Art & Science de Chirurgie, & faire de- "
monſtrations Anatomiques, Bandages, des Simples & toutes autres con- "
cernant leurdit Art, ſans qu'ils y puiſſent eſtre troublez ne empeſchez, "
tant par les Suppoſts de ladite Vniuerſité, que autres, auſquels iceluy Sei- "
gneur defend les troubler & empeſcher, ſur peine d'eſtre priuez des "
Droits & Priuileges qu'ils pourroient pretendre, comme Suppoſts de "
ladite Vniuerſité, comme plus au long le contiennent leſdites Lettres. "
De l'ordonnance de ladite Cour communiquée au Procureur general "
du Roy, & tout conſideré. Ladite Covr auant proceder à la verifi- "
cation deſdites Lettres, a ordonné qu'elles ſeront communiquées, tant "
aux Recteur & Suppoſts de l'Vniuerſité, que aux Doyen & Faculté de "
Medecine en cette Ville, pour eux oüys, ordonner ce que de raiſon. "

Tandem illi cum Decano Medicinæ Contractum iſtum inierunt 11. Martij.

A tous ceux qui ces Preſentes Lettres verront, Iacques Daumont, "
Cheualier, Baron de Chapes, Seigneur de Dun le Palteau & Cors, Con- "
ſeiller du Roy noſtre Sire, Gentilhomme ordinaire de ſa Chambre, Gar- "
de de la Preuoſté de Paris, ſalut: Sçauoir faiſons, que pardeuant Iean "
Brigand & Iean Reperand Notaires du Roy noſtre Sire, au Chaſtelet de "
Paris ſoubſignez, furent preſents en leurs Perſonnes, Noble & ſcienti- "
fique perſonne, Maiſtre Claude Rouſſelet, Docteur-Regent en la Facul- "
té de Medecine de Paris & Doyen d'icelle; au nom & par l'authorité & "

—— " conſentement de ladite Faculté, pour ce par ledit Doyen legitimement
1578. " aſſemblée en leur Bureau de leurs Eſcholes en la maniere accouſtumée,
" comme il a dit d'vne part : Et honorables perſonnes, Eſtienne le Ieune,
" Marbier & Chirurgien à Paris, & Lieutenant general de Noble homme
" Iean de Parcontat premier Barbier Chirurgien, & Valet de Chambre du
" Roy : Nicolas Hance, Chirurgien ordinaire du Roy, & Maiſtre Barbier
" Chirurgien Iuré à Paris, n'agueres Lieutenant dudit premier Barbier du
" Roy, & ancien Maiſtre, & Deputé de ladite Communauté, Iean Athe-
" nas, Iean de Laiſtre, Iean Giraut & Pierre le Gendre, auſſi tous Maiſtres
" Barbiers Chirurgiens à Paris, à preſent Iurez & Gouuerneurs dudit Eſtat,
" tant en leurs noms qu'eſdites qualitez ; que comme eſtants authoriſez de
" toute leur Communauté, auſſi comme ils diſoient ; & encore ſtipulants,
" ſoy faiſants forts d'icelle leur Communauté d'autre part : Leſquelles Par-
" ties auſdits noms, volontairement, ſans force, ny contrainte aucune, ſi
" comme elles diſoient, recognurent & confeſſerent auoir accordé entre
" elles ce qui s'enſuit :

" Premierement, Que la Faculté de Medecine tient & eſtime les Maiſ-
" tres Barbiers & Chirurgiens de Paris, ſes Enfans, Eſcholiers & diſciples,
" comme elle a touſiours fait cy-deuant ; & auſſi leſdits Maiſtres Barbiers
" & Chirurgiens recognoiſſent ladite Faculté, tant en corps, que cha-
" cun Docteur d'icelle en particulier, leurs Superieurs & Maiſtres, auſ-
" quels ils ont promis & promettent en cette qualité obeyr, & enſuiuant
" les Ordonnances & Arreſts de la Cour & Priuileges d'icelle Faculté :
" Promettans iceux Maiſtres Barbiers & Chirurgiens, par les foy & ſer-
" ment de leur corps, pour ce par eux preſté és mains deſdits Notaires, ne
" oüyr, ny aſſiſter eux, ny leurs Seruiteurs à autres Leçons, que celles que
" leur feront leſdits Docteurs en Medecine, ou l'vn d'eux : Et à ces fins,
" promet icelle Faculté faire entretenir la bonne couſtume de donner par
" chacun an auſdits Maiſtres Barbiers & Chirurgiens, deux bons & nota-
" bles Docteurs au choix & élection, & par la deputation d'icelle Faculté,
" pour leur faire Leçons ordinaires, & les inſtruire en l'état de Chirurgie,
" deſquels Docteurs liſants ceux qui voudront eſtre Maiſtres, ſeront tenus
" auoir Atteſtation, comme ils ont frequenté aſſiduëment les Leçons deſ-
" dits Docteurs par l'eſpace de quatre ans entiers, qui leur baillera auſſi
" confirmation de ladite Atteſtation auant qu'ils ſoient interrogez & exa-
" minez, ſuiuant les Arreſts, & auant qu'ils faſſent Chef-d'œuure & qu'ils
" puiſſent acquerir le Degré de Maiſtriſe ; & à faute de ce, l'Examen &
" Chef-d'œuure ſeront nuls & de nul effet : & ne pourront pas vn deſdits
" Barbiers & Chirurgiens qui auront eſté pourueus contre la forme deſ-
" ſuſdite, ſe preualoir & ioüir des Priuileges dudit Eſtat. Et afin que l'Or-
" dre & Police introduite ou confirmée par leſdits Arreſts pour le fait deſ-
" dites Maiſtriſes, ſoient entretenus : *Les Lieutenant & Iurez ſeront tenus,*
" *nommément quand il y aura quelque Aſpirant à la Maiſtriſe dudit Eſtat, en ad-*
" *uertir le Doyen de ladite Faculté, à ce qu'il aſſiſte auec deux Docteurs de ladite*
" *Faculté à l'Examen, Chef-d'œuure & Maiſtriſe qui ſe fera dudit Aſpirant ; Auſ-*
" *quels Doyen & Docteurs ſera deferé par leſdits Maiſtres Barbiers & Chirurgiens*
" *tout l'honneur de preſence & de preſſeance, comme à leurs Maiſtres, leſquels Doyen*
" *& Docteurs aſſiſteront audit Examen ; & ſans l'approbation & conſentement par*
" *eſcrit & ſignature deſquels, nul ne ſera receu à Maiſtriſe, à peine de nullité & de*
" *tous deſpens, dommages & intereſts, & amende de 8. liures Pariſis, applicable,*
" *moitié aux Pauures, & l'autre moitié à ladite Faculté, & payable ſans deport*
" *par celuy qui ſe ſera preſenté, ou par leſdits Iurez qui l'auront receu, au choix du*
" *Doyen de ladite Faculté, & pour le ſalaire & vacation deſdits Doyen & Do-*
" *cteurs, ledit Examiné leur ſera tenu bailler & diſtribuer à chacun d'iceux Aſſi-*
" *ſtans vn eſcu ſol, & outre ſera tenu iceluy Examiné quand il ſera receu Maiſtre au-*
" *dit Eſtat, bailler & diſtribuer au Doyen d'icelle Faculté ſoixante douze ſols ſix*
" *deniers tournois*, & ce pour les droits deubs à la Faculté : à faute de ce faire,
" ſeront tenus leſdits Lieutenant & Iurez, l'vn pour l'autre, & chacun pour

le tout ſans diuiſion, payer ladite ſomme en leur propre & priué nom, "
ſauf leur recours à l'encontre dudit Examiné; & partant & moyennant " 1577.
ce, ſera tenu le Bedeau de ladite Faculté par l'authorité, & ſelon le com- "
mandement d'icelle, d'enuoyer vn billet ſigné du Doyen de la Faculté "
audit Lieutenant, quand il ſe fera Section Anatomique, leſquelles ne ſe "
pourront faire qu'auec le conſentement dudit Doyen, approuué par ſon "
ſeing, & ſeau d'icelle Faculté, ſuiuant les Arreſts de la Cour, aux peines "
portées par iceux, à ce que ledit Lieutenant en faſſe aduertir les Maî- "
tres de Chef-d'œuure dudit Eſtat: leſquels Maiſtres, de l'authorité & "
par la permiſſion que deſſus, entreront aux Eſcholes d'icelle Faculté, pour "
aſſiſter & voir faire leſdites Sections aux heures preſcripres par le Doyen "
ſeulement, ſans qu'ils puiſſent eſtre contraints de rien payer, ny que l'Ar- "
chidiacre ou autre de la Faculté puiſſe pour raiſon deſdites Sections rien "
exiger d'eux: Et ſeront tenus leſdits Maiſtres Barbiers & Chirurgiens de "
Chef-d'œuure, ſi bon ſemble à ladite Faculté, & à la premiere denontia- "
tion faite du billet cy-deſſus mentionné, dont ſera crû le Bedeau d'icel- "
le à ſon ſimple ſerment, de faire leſdites Sections Anatomiques, ou bail- "
ler gens ſuffiſants & capables pour ce faire, ſelon le vouloir de ladite Fa- "
culté & Doyen d'icelle, ſauf au cas que leſdites gens baillez & preſentez "
par leſdits Maiſtres Barbiers & Chirurgiens ne fuſſent agreables à ladite "
Faculté & au Doyen d'icelle, de faire faire leſdites Sections par autres que "
ladite Faculté & Doyen éliront & nommeront à leur choix & option, ſe- "
lon & ainſi que bon leur ſemblera; à la charge toutesfois, que pendant "
leſdits Maiſtres Barbiers & Chirurgiens ſe maintiendront en leur deuoir "
& obeyſſance enuers ladite Faculté, tel que deſſus, Il y en aura vn deſdits "
Maiſtres appellé par ladite Faculté pour leſdites Sections. Et afin que le- "
dit Doyen, Archidiacre & autres, cognoiſſent leſdits Maiſtres de Chef- "
d'œuure, leur ſera baillé par leſdits Lieutenant & Iurez le Catalogue d'i- "
ceulx, ſigné de leur main, tous les ans le lendemain de S. Luc, ſelon leur "
ordre de priorité, lequel Catalogue contiendra les noms des Iurez faits, "
& qui ſeront pendant le temps de l'inſcription dudit Catalogue, qui ſera "
collationné & eſcrit és Regiſtres de ladite Faculté; afin que l'on cognoiſ- "
ſe ceux qui ſe pourront dire Maiſtres & Iurez: & ne pourront eſtre dits "
Maiſtres & Iurez ceux qui ne ſeront eſcripts d'an en an eſdits Regiſtres "
de ladite Faculté; & ceux qui d'oreſnauant paſſeront Maiſtres audit "
Eſtat, & aprés auoir ſatisfait audit Doyen & aux clauſes cy-deſſus, pren- "
dront de luy vn certificat qu'ils porteront à l'Archidiacre pour ſe faire "
enregiſtrer, ſans que ledit Archidiacre puiſſe d'eux rien pretendre ny "
exiger: Et ſeront tenus leſdits Lieutenant & Iurez dudit Eſtat, ſuiuant "
& entretenant leur ancienne couſtume, de venir tous les ans le lende- "
main du iour de la feſte de S. Luc entre ſept & huict heures du matin aux "
Eſcholes de Medecine, pour preſter au nom de toute leur Communauté "
les Serments accouſtumez audit Doyen & Docteurs de ladite Faculté, "
leſquels ils obſerueront, & feront inuiolablement obſeruer à perpetuité "
par leurs ſucceſſeurs. Et quant aux Chambellans, Empiriques & autres "
perſonnes non Maiſtres ou approuuez par ladite Faculté; promet ladite "
Faculté & Doyen d'icelle, toute aide & faueur auſdits Maiſtres Barbiers "
& Chirurgiens; & ſera permis auſdits Maiſtres en faire leur plainte à la- "
dite Faculté, le tout aux deſpens deſdits Maiſtres & de leur Communau- "
té; car ainſi a eſté tout le contenu cy-deſſus par exprés conuenu & ex- "
preſſement accordé entre leſdites Parties eſdits noms: Promettant par "
icelles & chacune d'elles endroit ſoy, par les foy & ſerment de leurs "
Corps, pour ce par elles & chacune d'elles, mis, baillées & jurées és "
mains deſdits Notaires, tout le contenu en ces preſentes, auoir & tenir "
pour agreable, ferme & ſtable à touſiours, ſans y contreuenir en aucune "
façon & maniere que ce ſoit, ains rendre, bailler & payer l'vne d'elles à "
l'autre & ſans aucun plaid ou procez, tous couſts, frais, miſes & deſpens, "
dommages & intereſts, qui faits, eus, ſoufferts, ſouſtenus & encourus "

" ſeroient par faute de l'entretenement & accompliſſement de tout le con-
1577. " tenu en ces Preſentes, ou d'aucune choſe d'icelles, non faite, entrete-
" nuë & accomplie, ſelon & par la forme que dit eſt, & en ce pourchaſſant
" & requerant ſoubs l'obligation de tous les biens à ladite Faculté & Com-
" munauté appartenant: Que leſdites Parties & chacune d'elles endroit
" ſoy, en ont ſoubmis & ſoubmettent à juſticier à la Iuſtice, juriſdiction &
" contrainte de ladite Preuoſté de Paris, & de toutes Iuſtices & Iuriſdi-
" ctions, par tout où ſceus & trouuez ſeront pour le contenu cy-deſſus ac-
" complir, ſelon & par la forme & maniere que dit eſt cy-deſſus; & renon-
" ceront en ce faiſant leſdites Parties & chacune d'elles endroit ſoy eſdits
" noms, à toutes choſes à ceſdites Preſentes Lettres, leur effet & teneur,
" contraire & au Droict, diſant, *generale renonciation non valoir.* En témoin
" de ce, Nous Nicolas Quiquebeuf à preſent Garde du Seel de la Preuoſté
" de Paris, pource que par l'inſpection de la minute ſur laquelle ceſdites
" Preſentes ont eſté groſſoyées, nous eſt apparu les choſes ſuſdites eſtre
" vrayes, & auoir ainſi eſté faites & paſſées pardeuant leſdits Brigand & Re-
" perand, qui groſſoyées & miſes en cette forme, ont eſté par ledit Repe-
" rand, & de luy ſeul ſignées l'an 1608. le 29. Iuillet, pour ce qu'à cedit iour
" & auparauant iceluy ledit Brigand eſtoit decedé: Auons fait mettre à
" ceſdites Preſentes le ſeel de ladite Preuoſté de Paris, qui faites & paſſées
" furent audit Paris, *Multiplex*, l'an 1577. le 11. Mars. La minute des Pre-
" ſentes eſt demeurée pardeuers ledit Reperand, expedié pour la Faculté
" de Medecine. Signé en fin, Reperand: *Ita eſt*, Qviqvebevf.
" Entre les Doyen & Docteurs de la Faculté de Medecine en l'Vniuer-
" ſité de Paris, demandeurs en Requeſte du 22. du preſent mois d'vne part,
„ & Mathurin Preuoſt Imprimeur Iuré en ladite Vniuerſité en perſonne,
„ defendeur; les Chirurgiens Iurez interuenans en cauſe, d'autre.
„ Aprés que Chriſtophle Chauuelin pour les Demandeurs; le Veſte
„ pour leſdits Chirurgiens Iurez, ont eſté oüis; enſemble ledit Preuoſt Im-
„ primeur en perſonne; & de Thou pour le Procureur general du Roy qui
„ a dit, que l'vne & l'autre des Parties font des compoſitions & inuectiues,
„ à quoy eſt bon pouruoir & faire ceſſer les Imprimeurs.
„ Ladite Covr ordonne que les Parties communiqueront reſpecti-
„ uement auec le Procureur general du Roy, pour eux oüys eſtre ordonné
„ ce que de raiſon. Et cependant a fait & fait inhibitions & defenſes aux
„ Parties reſpectiuement de compoſer ne bailler Liures à compoſer aux
„ Imprimeurs, ſans y mettre le nom, & aux Imprimeurs d'imprimer tels
„ Liures à peine de punition corporelle s'il y eſchet, & ſi aucuns ont eſté
„ commencez à imprimer, ſeront ceſſez. Permet la Cour faire ſaiſir les
„ Preſſes & les mettre en main de Iuſtice; & ſera le preſent Arreſt ſignifié
„ au Syndic des Imprimeurs pour le faire ſçauoir à tous les Imprimeurs à
„ ce qu'ils n'en pretendent cauſe d'ignorance. Le 24. Auril 1577.
„ Ce iour 16. Ianuier 1578. veüe par la Cour la Requeſte à elle preſentée
„ par les Doyen & Docteurs de la Faculté de Medecine en l'Vniuerſité de
„ Paris, par laquelle attendu que ladite Cour par ſon Arreſt du 14. Iuillet
„ 1575. ſuiuant autres Arreſts precedens en enterinant la Requeſte & Con-
„ cluſions ſur ce par le Procureur general du Roy, auroit fait defenſes à
„ tous Libraires & Imprimeurs de cette Ville, & reſſort de ce Parlement,
„ d'imprimer ou faire imprimer aucuns liures de Medecine, Chirurgie ne
„ autres, ſinon qu'au préalable ils euſſent eſté veus & communiquez à la-
„ dite Faculté & par elle approuuez; que neantmoins au contempt deſ-
„ dits Arreſts & defenſes, y auoit quelques Libraires & Imprimeurs, com-
„ me les Supplians ſont aduertis, qui s'efforcent à imprimer & expoſer
„ en vente pluſieurs Liures contenans ladite Medecine & Chirurgie, au
„ grand dommage du public, combien que ils ne les ayent communiqué à
„ ladite Faculté, ils requeroient leur eſtre ſur ce pourueu. Veu auſſi l'Ex-
„ traict dudit Arreſt, les Concluſions du Procureur general du Roy, &
„ tout conſideré. La Covr ayant égard à ladite Requeſte & Concluſions

du Procureur general du Roy a ordonné & ordonne que iteratiues inhi- « 1577.
tions & defenſes ſeront faites & les fait ladite Cour à tous Libraires, Im- «
primeurs & autres d'imprimer, ne faire imprimer, ne expoſer en vente au- «
cuns Liures & Traittez concernans la Medecine & Chirurgie, ſans les «
auoir préalablement communiquez à ladite Faculté, ſuiuant leſdits Ar- «
reſts. Et neantmoins où ils s'en trouueroient aucuns commencez à impri- «
mer, ou ja imprimez, ou expoſez en vente contre la forme ſuſdite, a per- «
mis & permet aux Supplians les faire ſaiſir en quelque lieu qu'ils ſoient «
trouuez, & en cas d'oppoſition ſeront les Oppoſans adiournez en icelle «
Cour pour y venir deduire leurs moyens d'oppoſition & proceder en «
outre comme de raiſon. «

Die 16. Martij electus eſt Rector M. Guill. Dernecourt Baccal. Theol. & Socius Nauarricus, nec non Decanus Tribus Senonenſis in Natione Gallicana. Quo Rectore, cum nonnulli Rhetoricæ Profeſſores ſuis præceptionibus admiſcerent quoque Dialecticæ Præceptiones, inhibitum eſt Primarijs Collegiorum ne id fieri paterentur, vt legitur in Actis Med. ad diem Lunæ 22. April. quo Congregati apud Mathurin. ſelecti viri de Collegiorum reſtitutione ſeu Reformatione deliberarunt. Cenſuerunt autem omnes, monendos eſſe ſingulos Gymnaſiarchas, *ſedulò vt proſpicerent ne Rhetoricam Artem profitentes in ſuis Gymnaſijs Præceptores vna cum Eloquentiæ Præceptis Philoſophiæ quoque Præcepta perturbato rerum Ordine in poſterum traderent, ſed ſuis ſe cuiuſque artis finibus continerent.*

Die 23. Iunij electus eſt Rector M. Claudius Thoallier, inſtructuſque die 26. & vltima Iunij ſolemnes habuit ſupplicationes ad D. Germani Autiſſiodorenſis pro extirpatione Hæreſeon. Quo Rectore in Comitijs Vniuerſitatis die 27. Aug. habitis actum de mutatione Loci in quo habebatur Curia Conſeruationis, qua de re ſic legitur in Actis Med.

Die Martis 27. Aug. 1577. habitus eſt apud Mathurinenſes 4. Ordinum totius Academiæ Conuentus, *in quo de loci in quo Priuilegiorum Academiæ Conſeruator dicere ius ſolet, commutatione iuxta Mathurinenſium petitionem, eſt deliberatum; ſtatutumque vno omnium conſenſu veterem locum eſſe retinendum, nec de illius mutatione, niſi antea conſultis Academiæ Patronis eſſe cogitandum.*

Eodem Rectore cum ageretur in Conuentu Bleſenſi trium Regni Ordinum de concedenda libertate Religionis reformatæ profitendæ, habitis Comitijs decretum eſt porrigi oportere libellum Regi nomine Vniuerſitatis, ne id ſineret fieri præſertim, in vrbe Pariſ. & in Inſula Franciæ; ad id decretæ quoque ſupplicationes ſolemnes & habitæ ad D. Martini. Acta Publica, & clarius Medicinæ ſic habent.

Die 7. menſis Septemb. 1577. indictis apud Mathur. Comitijs fuit hoc «
in deliberatione poſitum, eſſet ne à Rege porrecto ab Academia ſupplici «
libello poſtulandum, vt ſi qua proponeretur, vt rumor erat; cum nouæ «
opinionis quam falsò Religionem appellant, ſectatoribus fœderis ineun- «
di ratio, id ea demum additâ cautione fieret, *vt nulla cùm in toto Regno tum* «
vero in vrbe atque adeo vniuerſa Franciæ Inſula præterquam Catholicæ, Apo- «
ſtolicæ & Romanæ fidei ac Religionis ſeu publica, ſeu priuata exercitatio permit- «
teretur; idque vicinarum Prouinciarum Picardiæ & Normaniæ exemplo, «
quibus idipſum poſtulantibus fuerat nuper Regia liberalitate conceſſum. «
Placuit ſingulis Academiæ Ordinibus, vt is ſupplex libellus ab Amanuen- «
ſi tunc diſertis verbis palam ac publicè recitatus ſigillo Academiæ & «
Amanuenſis chirographo ſubſignatus Regi primo quoque tempore of- «
ferretur; cum præſertim ad hoc efficiendum Chriſtiani nominis ratio & «
Catholicæ fidei profeſſio noſtraque ſingulorum conſcientia nos cogat, «
Regis voluntas in publico 3. Ordinum Conuentu abunde teſtata vehe- «
mentius impellat, vicinorum exempla commoneant, denique publicæ «
tranquillitatis & pacis ſingulare ſtudium & cura cohortetur. Ac quoniam «
à Deo Opt. Max. bene agendi principia cauſæque ducuntur, ſtatutum «
eſt vno omnium conſenſu, Publicas ad D. Martini ſupplicationes in diem «
Martis proximum eſſe decernendas, vt diuino numine freti voti noſtri «

—— " apud Regem compotes effici poſſimus.

1577. " Porro in Conuentu expoſuit fiſci Cognitor Aurigas eſſe nonnullos " qui ob interclusum veterem agendis curribus aditum, aliam ſibi per " Scholaſticum Pratum ab Academia quandiu vellet, nulla præfinita tem" poris mora, concedi viam oblatâ etiam pecuniâ, ſuis precibus conten" derent. Quorum annuere petitioni ſinguli Academiæ Ordines minimè " æquum putarunt, ne idipſum pro quo olim cum pleriſque alijs ſtrenuè " ac fortiter, adhibitâ etiam Senatus autoritate pugnauimus, nunc vltro " illis temere conceſſiſſe videremur, néve leuioris ac turpioris alicuius ſpe " lucri, quod ad paucos fortaſſe perueniret, veteris noſtræ poſſeſſionis ma" gno Academiæ dedecore, diceremur eſſe deſertores.

Die 20. Septemb. latum eſt Senatuſconſultum circa Reformationem Vniuerſitatis, ex quo multa deſumpta, quæ in Conſtitutionibus Bleſenſibus anni 1579. continentur.

Die 10. Octob. Rector electus eſt M. Nicolaus Ricart ſeu Richard Nauarricus, inſtructuſque die ſequenti. Quo Rectore die 22. Octob. habita ſunt Comitia ad deliberandum de Reformatione Vniuerſitatis, pro vt Senatus decreuerat. Placuit vero adiri Principem Senatus rogarique tantiſper differi Executionem Senatuſconſulti, donec Academia nonnullas exceptiones propoſuiſſet. Quam in rem biduo poſt habita ſunt adhuc Comitia. Et in ijs Procurator Generalis Vniuerſitatis, *poſtulauit nomine D. Epiſcopi Meldenſis Priuilegiorum Academiæ Conſeruatoris ſibi dari Academiæ adiunctionem in perſequenda lite ſuſcepta aduerſus Mathurinenſium Cœnobiarcham de loco Iuris ab eo dicendi retinendo more Maiorum. Cui quidem poſtulationi omnes annuerunt; ſic tamen vt illius duntaxat, non autem Academiæ impenſis id fiat.* Sic habent acta Med.

Obitvs M. Roberti de Sorbona.

Die 6. Nouemb. habitis Deputatorum Comitijs in Regia Nauarra, *expoſuit D. Rector cauſam Congregationis de celebratione obitus M. Roberti de Sorbona qui ſolebat celebrari in craſtino D. Martini apud Mathurinenſes. 2. de adeundo Rege pro reformatione Vniuerſitatis, vt Senatuſconſultum Reformationis Academiæ corrigatur. 3. de confirmatione Priuilegiorum. Maturis deliberationibus inter ipſos DD. Deputatos præhabitis, cenſuerunt mittendos duos viros qui adeant Miniſtrum Mathurinenſem. Quod ſi Procuratoribus vel alio modo velint aperire fores pro celebratione obitus Roberti à Sorbona, libellum ſupplicem porrigendum non eſſe: ſi recuſarint, aliò migrandum ad Ædem Sorbonicam. De alijs Capitibus proſequendum noſtrum Ius apud Senatum ea via qua cepimus. Et ad publica Comitia remittitis articulos Reformationis.* Ita legitur in Actis Vniuerſitatis.

Die 3. Decemb. rurſus actum de Reformatione, deque luſtrandis Collegijs; ſed quoniam Rex ſelectos viros reſtituendæ diſciplinæ præfecerat, ſufficere viſum eſt Gymnaſiarchas & Seniores conuocare cohortarique ad obeundum munus ſuum ſtrenuè, diligenter & aſſiduè; imprimiſque vt omnes Mulierculas à ſuis Collegijs arcerent, vt Burſarios inutiles expellerent, alioſque eorum loco ſufficerent, Diſcipulos loqui Latinè iuberent.

Die 16. Decemb. Rector electus M. Thomas Scourjon Baccalaureus in Medicina, confecto triennio in humanioribus litteris apud Marchianos; & altero triennio in Philoſophicis apud Cardinalitios, vbi tum morabatur. Huic viro multa incubuerunt negotia eaque grauiſſima. Imprimis enim, quia fama ſparſa fuerat fore vt Academiæ priuilegia, aut imminuerentur aut abrogarentur, ei connitendum fuit vt conſeruarentur. Habitis ergo die 23. Decemb. Comitijs Selectorum placuit Regem adiri, Andinum Ducem fratrem eius, Reginam vtramque, Cardinalem Borbonium, D. Chiuernium, vt qua valebant apud Regem gratia & autoritate, apud eum Vniuerſitatem tuerentur.

1577.

De Ieſuitis.

OCcaſionem nacti Ieſuitæ Cardinalem Borbonium adeunt, cuius operâ ſciebant Vniuerſitatem indigere, efficiuntque vti ille Proceres Academiæ accerſeret, ageretque cum ipſis de contrahenda cum Ieſuitis ſocietate. Rector non degener Anteceſſorum veſtigijs inſiſtens, tam firmis rationibus Cardinalis animum ab hoc propoſito abduxit vt ſuam Vniuerſitati relictam voluerit libertatem. Ea de re ſic ipſe ſcribit in libro Iuratorum.

IESVITARVM CONATVS.

“ Quo tempore qui Claromontanam domum incolunt Ieſuiſtæ appellati, in Academiam cooptari poſtularunt. Quod cum Illuſtriſſimi Principis ac Cardinalis Borbonij gratia & autoritate ſe impetraturos ſperarent, Rectorem viroſque ſelectos ex Mandato ſummi Pontificis & Chriſtianiſſimi Regis, vt ferebant, ad illum euocandos curarunt, qui expoſitâ illius Congregationis cauſâ & Ieſuiſtarum de Repub. bene merendi ſtudio, eoſdem iuſſit Academiæ gremio excipi. Sed cum ex Rectore viriſque Deputatis qui pro Academiæ tuenda libertate conuenerant, Ieſuiſtarum vitæ inſtitutum ſine magna veteris Diſciplinæ confuſione, & Statutorum Vniuerſitatis abrogatione tolerari non poſſe cognouiſſet, rem totam Academiæ arbitrio commiſit, gratum & memorem illius ſe alumnum acerrimumque propugnatorem profeſſus. Atque ita de ſpe & conatu fuerunt depulſi.

In Actis Medic. ad diem 29. Decemb. ita legitur. “ Die Dominico 29. eiuſdem menſis indicta fuêre apud eundem Rectorem Priuata Comitia, quibus eſt de duobus rerum capitibus à Selectis viris deliberatum. Prius erat de noua per Nicolaum Hoüel Pharmacopæum Ptochodochij cuiuſdam quod ille *Domum Charitatis appellat*, *inſtitutione*. Poſterius de Reſponſione ad Mandatum Illuſtriſſimi Principis D. Cardinalis Borbonij ſuper Ieſuitarum petitione, quâ in Academiam adoptari poſtulabant. Ad priorem artic. quod attinet, viſa eſt omnibus noua iſthæc Ptochodochij ratio à prædicto Hoüel parum prudenter ne dicam temerè, contra totius Academiæ ſtatum integritatemque ſuſcepta minimè ferenda. Ideóque porrigendus Senatui ſupplex libellus eò pertinens vt de ſingulis ab illo deſcriptis eius Inſtitutionis capitibus Academia certior fiat, ſicque aduerſus iſtum nouitatis ſtudioſum hominem alioqui minimè malum ſuum ius tueatur.

PTOCHODOCHIVM.

“ De Poſteriore autem ea fuit communis omnium ſententia, reſpondendum eſſe D. Cardinali Borbonio Academiam vti ſemper antea, ſic etiam hodierno die, illius præceptis atque mandatis libenter obſequuturam. Verum quoniam quæ dudum à Ieſuitis contra Academiam in Senatu intentata fuit ſeu incepta, adhuc ſub Iudice lis eſt, iccirco nobis liberum non eſſe quicquam ea de re ſine Senatus autoritate decernere, ac totius litis diremptionem non ex priuata Academiæ ſententia, ſed vniuerſi Senatus iudicio pendere, ideóque ad illum meritò referri. Huc accedit quod quæcumque à Ieſuitis propoſitæ ſunt ſuæ in Academiam adoptionis conditiones, eas non niſi ſolius ſuæ Profeſſionis legibus ſubire volunt. Quarum iccirco prius quàm adoptari poſſint, neceſſaria eſt aperta cognitio, vt intelligatur ſintne Academiæ Statutis conſentaneæ atque conſentientes, ne illarum ignoratione quippiam contra Academiæ iura imprudenter geratur. De hac re adhuc infra.

Ad diem 7. Ian. 1578. ita legitur in actis Curiæ.

“ Ce iour ſur ce que M. le premier Preſident a dit les grand' Chambre & Tournelle aſſemblées, que le Roy en preſence de M. le Preſident du Faur & aucuns Conſeillers de la Cour de ceans, que iceluy Seigneur auoit mandez, luy commanda dire à cette ſa Cour, qu'il vouloit & entendoit que Iuſtice fuſt faite d'vn Religieux de Clery, nommé Frere Noël Baudinot, qui en plaine Sorbonne, auoit tenu des Poſitions & Diſputes ſur iceluy publiquement qui concernoit ſon Eſtat, & à l'inſtant ledit Frere Noël Baudinot mandé en preſence des Gens du Roy, & oüy & interrogé

" ſur leſdites Poſitions & Epiſtre liminaire imprimée, retiré ; oüy le Pro-
1578. " cureur general du Roy en ſes Concluſions, la matiere miſe en delibera-
" tion. Ladite Covr a arreſté & ordonné que ledit Frere Noël Baudi-
" not ſera preſentement mené & conduit au Conuent & Prieuré de ſaint
" Martin des Champs pour y demeurer iuſques à ce qu'autrement par la
" Cour en ſoit ordonné, & que les Grand-Maiſtre de Nauarre, Faber Syn-
" dic de Sorbone, M. Huart & Baleſdens, demeurans au College des Cho-
" lets, ſur leſquels ledit Baudinot s'eſt excuſé, comparoiſtront demain
" matin en icelle pour eux oüys en ordonner. 7. Ianvier 1578.
" Ce iour 8. iour MM. Baleſdens Principal du College des Cholets.....
" Faber Syndic de Sorbonne..... Pelletier Grand M. du College de Na-
" uarre & Doyen Sorbone, Huart Docteur en Theologie & Curé de S.
" Sulpice lez-Paris, ſuiuant l'Ordonnance de ladite Cour d'hier mandez &
" oüys en icelle les grand' Chambre & Tournelle aſſemblées, les Gens du
" Roy preſens & oüys, auſſi en leurs Concluſions, retirez, en deliberant
" l'heure a ſonné.
" Ce iour 10. Ianuier en continuant la deliberation du iour d'hier ſur
" l'audition des quatre Docteurs en Theologie pour le fait des Poſitions &
" Diſputes de Sorbone par Frere Noël Baudinot Religieux de Clery pri-
" ſonnier au Conuent de S. Martin des Champs, a ordonné & ordonne que
" ledit Frere Noël Baudinot ſera plus amplement oüy & interrogé ſur les
" faits que le Procureur general baillera ; enſemble plus amplement infor-
" mé ſur iceux, & cependant leſdits Pelletier, Faber, Baleſdens & Huart
" ne partiront de cette Ville & Faux-bourg.

Rurſus idem Rector die 12. Ianu. 1578. vocatus eſt cum Proceribus ad Cardinalem ob rem Ieſuitarum ; vt legitur in ijſdem Actis Medicinæ Facultatis.
„ *Die Dominico 12. menſis Ianu. 1578.* vocatus eſt Rector vnà
„ cum Selectis viris apud Illuſtriſſimum Principem D. Cardinalem Borbo-
„ nium, qui Epiſcopis pientiſſimis, Lutetiano, Andegauenſi, Meldenſi &
„ Vindocinenſi ac duobus ſupremæ Curiæ Senatoribus D. Vaillant aliàs de
„ Pimpont & D. Broüet aſſidentibus, Rectorem diſerta quidem & eleganti
„ oratione eſt adhortatus, vt Ieſuiſtas ſuperioribus diebus ſcripto id maxi-
„ mè poſtulantes in Academiam adoptaret, multis rationibus ab illorum
„ ſingulari doctrina, morum probitate, vitæ innocentia, pietate, non præ-
„ termiſsâ etiam quam illi ſuis in docendo laboribus allaturi videbantur,
„ Academiæ vtilitate & dignitate petitis ; addito inſuper ſummi Pontificis,
„ vt aiebat, Mandato & Regia autoritate id perſuadere conatus. Cuius
„ orationem Rector ſubmiſsè excipiens reſpondit ſe omneſque Academiæ
„ Proceres vti ſemper antea, ſic hodierno die illius præceptis ac monitis
„ ſaluo iure Academiæ cui fidem dederunt, vltro libenterque obſequutu-
„ ros. Verum quia ex duobus duntaxat, quos Regulares & Seculares vo-
„ cant, hominum generibus Academia eſt conſtituta, iccirco operæ pretium
„ videri, vt vtro nomine Ieſuiſtæ in Academiam adſcribi & cooptari velint ;
„ liquidò conſtet. *Tum Prouincialis Ieſuiſtarum qui præſens aderat, vt ſeſe hoc*
„ *dilemmate vrgeri ſentit, reſpondet Ieſuiſtas ex voto quidem eſſe Regulares, non*
„ *tamen abſolutè, ſed ea conditione, vt nimirum vouere non poſſint niſi ea lege vt*
„ *palam omnes Artes doceant : ſic enim Pontificio diplomate quam Bullam vocant,*
„ *omnino eſſe conſtitutum.* Quod quidem captioſum & fallax hominis reſpon-
„ ſum Rector prudenter eludens ſubiunxit, *licere quidem Ieſuiſtis pro ratione*
„ *voti ſuos ac ſuæ Profeſſionis Collegas ſeu Socios reliquorum Religioſorum more*
„ *priuatim apud ſe docere. At publicum in Academia quoſlibet docendi munus So-*
„ *lis Secularibus peculiare & proprium, ad illos vt nec ad cæteros Monachos mini-*
„ *mè transferri oportere ;* vt ex Academiæ ſtatutis eiuſque olim facta per Car-
„ dinalem Tutauillæum Reformatione conſtat. Quod ſi quid præter hoc
„ beneficij, aut vt ita dicunt prærogatiuæ ex ſummi Pontificis Decreto ſeu
„ Bulla ſibi tribui concedique putant, apertam eius declarationem, ſeu ex-
„ plicationem ab vno ſummo Pontifice omnino dependere eamque adhuc
„ deſiderari. Hanc Rectoris ſententiam Priuilegiorum Academiæ Con-

ſeruator

ſeruator & Vindocinenſis Epiſcopus, necnon ſingularum Facultatum Decani reliquique ex Academia Selecti viri ſuis ſingulorum deliberationibus comprobarunt & confirmarunt. Ita Rector cum ſuis Illuſtriſſimo D. Cardinali atque vniuerſo Cœtui perpetuam felicitatem precatus diſceſſit. 1578.

Verum iſta Rectoris eluſio parum profuit, nam paulò poſt Ieſuitæ à Gregorio ſummo Pontifice datas Romæ Nonis Maij Bullas obtinuerunt quales voluerunt. Die autem 20. Ian. Deputati apud Rectorem rurſum de eo negotio deliberarunt, cenſueruntque vt antè pluries, Ieſuitas non poſſe admitti, tum quod ſint Regulares, tum quia lis pendet in Senatu, idque intimandum Conſeruatori Priuilegiorum Apoſtolicorum.

Die 4. Feb. habitis Comitijs Mathurinenſibus, quia inſtabat dies Paranymphorum Theologicorum & Licentiæ à Cancellario impertiendæ, Rector admonuit nonnullos eſſe Regulares, qui Licentiatum ambiebant nec tamen Vniuerſitati fidem præſtiterant, idque contra ſtatuta, quibus cauetur ne vllus ad Gradum vllum Academicum promoueatur, niſi data prius fide Rectori & Academiæ. Quamobrem placuit omnibus ſtatuta illa inſtaurari, vt legitur in Reg. Acad. & in Actis Medic. his verbis.

Religioſi fidem præſtare Rectori iubentur.

Die Martis 4. Feb. 1578. *habita ſunt publica* apud Mathur. Comitia in quibus eſt de aperiendo Nominandorum Catalogo deliberatum, expoſitumque à Rectore quoſdam eſſe Religioſos Gradum Licentiarum in Theologia iam-iam adepturos *qui nullam antea fidem Academiæ dediſſent, contra veterem Academiæ Concluſionem* ab Amanuenſi palam tunc & publicè lectam, qua prohibetur ne quis ad Baccalaureatus, nedum ad Licentiæ Gradum in vlla Facultate promoueatur, niſi de Academiæ data fide (Scholaſticum juramentum vulgo dicunt) prius conſtiterit. Statutum eſt vno omnium Ordinum conſenſu aperiendum eſſe Nominandorum Catalogum, & vetus illud Academiæ Decretum non modò non eſſe violandum; ſed ab eo ne tranſuerſum vnguem eſſe diſcedendum. Ideoque tales Religioſos per fiſci Cognitorem eique adiunctum operis Socium D. Deniſet Cenſorem Gallicanum eſſe monendos, vt huic Decreto morem gerant, & iura Academiæ perſoluant, hortandumque D. Cancellarium ne contra Maiorum inſtituta veteremque Academiæ libertatem & dignitatem Gradum illis Licentiarum imprudenter concedat. Quod ſi minus dicto audientes fuerint ac Refractarij, per Fiſci Cognitorem totius nomine Academiæ intercedi oportere.

Die 1. Martij Congregata apud Mathurinos Vniuerſitate poſtulauit Vignerus Procurator Generalis ſibi licere Cuſtodes præficere Prato Clericorum, qui cauerent ne in dies, vt fiebat, actaretur; quod eſt illi ab omnibus vltro conceſſum, vt legitur in Reg. Vniuerſitatis & Medicinæ Facultate.

Die 24. Martij electus eſt in Rectorem M. Claudius Hermodorus Gozzius paulo ante Nationis Gallicanæ Procurator: cui 23. Iunij ſubſtitutus eſt M. Guido à S. Paulo Delphinas, Claſſicus Pleſſæus; quo Rectore tumultus eſt exortus inter Scholaſticos & Nautas menſe Iulio: & die 24. eiuſdē menſis, habita ſunt Comitia apud Mathurinenſes ad deliberandum de modo ſedandi illius tumultus; cuius autores fuerant quidam Errones & Nebulones Scholaſticorum nomen vſurpantes & mentientes. Ne verò boni & veri hiſce deinceps rixis inuoluerentur, ſtatutum eſt, vt legitur in Actis Med. *monendos eſſe à Rectore Gymnaſiarchas*, vt ſuæ fidei commiſſos Scholaſticos in ſuis Gymnaſijs contineant, nec horis Veſpertinis in vrbe vagari permittant, alios verò extra Gymnaſia commorantes, tum per ſingulos Claſſium Ductores, tum etiam Profeſſores Regios, quorum aſſiduis lectionibus interſunt, viuâ voce eſſe cohortandos, vt nihil poſthac faciant à veri Scholaſtici officio alienum, néve cum nebulonibus & flagitioſis hominibus Scholaſticorum nomen falsò mentientibus conſuetudinem habeant. Alioqui ſi ſui velut officij deſertores quippiam Scholaſtici perſona & nomine poſthac indignum egerint, non eſſe quod ab Aca-

" demia quidquam opis atque præſidij debeant expectare. *Ac quoniam fre-*
1578. " *quentiores in Academia Gymnaſtæ ſeu Artis Gladiatoriæ Magiſtri non paruam*
CONTRA GLADIATORES. " *huic malo dare videntur occaſionem, dum Scholaſtici dimicandi ſtudio incenſi*
" *arma tractantes aduerſus alios inſolentius ſe gerunt, viſum eſt porrigendum eſſe*
" *ab Academia Senatui ſupplicem libellum qui eo pertineat vt iuxta Senatuſconſul-*
" *tum iam pridem à Curia latum, nullis eiuſmodi Gladiatoribus liceat Artis Gladia-*
" *toriæ ludum in Academia aperire; ſed illi cogantur alium procul ab Academia*
" *ſibi deligere locum huic ludo accommodatiorem.*

In iiſdem Comitijs expoſuit Rector eſſe nonnullos qui neglecto fonte riuulos conſectantes Artium & Scientiarum compendia pro veris ac legitimis veterum libris contra Academiæ leges magno Iuuentutis detrimento prælegerent; vnde Vignerus Procurator Fiſci, ab Academia ea de re iamdudum conditas eſſe leges, verum eas non ſatis religioſè obſeruari, immò etiam omnino violari querebatur. Vt huic malo remedium afferretur, ſelecti ſunt quatuor viri, quibus data eſt omnis poteſtas inquirendi in Legum & Statutorum huiuſmodi Infractores.

Die 18. Aug. in priuatis Deputatorum Comitijs actum eſt de querimonia Gymnaſiarchæ Sagienſis, quod Burſarij in Theologia ſtudentes Collegij ſtatuta negligerent, ſtatutumque vt illi in obſeruandis legibus Collegij eſſent diligentiores, atque in eo potiſſimum vt omnes diuino Officio ſemper adſint, ſintque etiam in audiendis Lectionibus Theologicis frequentiores; & vt Theſes ſuo quiſque ordine proponant diſcutiendas. In Reg. Vniuerſitatis fusè continentur acta huiuſce diei, hoc modo.

" Anno Domini 1578. die 18. menſis Aug. congregati fuerunt DD. Rector
" & Deputati almæ Vniuerſitatis Pariſ. in cubiculo D. Rectoris in Colle-
COLLEGII SAGIENSIS REFORMATIO. " gio Pleſſæo. Ibidem comparuerunt venerabiles & circunſpecti viri DD.
" Guido à S. Paulo Rector, Ioan. Faber Doctor Theol. & Syndicus Fa-
" cultatis Theol. Iacobus de la Croix Doctor & Decanus Facultatis Iuris
" Canonici, Ioan. Peſcheur Doctor Medicus loco Decani ſuæ Facultatis
" Medicinæ, Michaël Aubourg Doctor Theologus Vicarius Generalis D.
" Archidiaconi de Paſſeyo Burſarum Collegij Sagienſis in dicta Vniuerſi-
" te fundati Collatoris Ordinarij, & Simon de la Croix Primarius dicti Col-
" legij Pleſſæi. Ibidem etiam comparuerunt DD. & MM. Ioannes Dadre
" Doctor Theologus & Primarius dicti Collegij Sagienſis, Guill. Durand
" Sacellanus, Michaël de Beaumont & Philippus de Launay in Artibus Ma-
" ſtri Burſarij dicti Collegij Sagienſis.

" Expoſita per D. Rectorem Congregationis cauſa & loco Supplicatio-
" nibus & iniurijs accommodato dictus Dadre Primarius expoſuit & con-
" queſtus eſt quod cum ante 3. annos ad Præfatum Collegium moderandum
" fuiſſet accerſitus; omni animi dimicatione contenderat, vt Statuta eiuſ-
" dem Collegij quæ antea quaſi in tenebris neglecta iacuerant, in ſolem
" proferrentur, & ab omnibus ſuis Burſarijs qui ad ea ſeruanda iuramento
" ſeſe addixerant, omni mora poſthabita ſeruarentur. Duos in eodem Col-
" legio eſſe Burſarios, vnum eorum qui Philoſophiæ, alterum eorum qui
" Theologiæ dare debent operam, debere Theologos ex præſcripto ſtatu-
" torum cap. 9. audire lectiones tum Biblicas, tum Magiſtri ſententiarum.
" Quod ſi quis in illis Lectionibus perſequendis negligentiorem ſe ſe gere-
" ret, è numero Burſariorum expungi debere. Item eoſdem iuxta 10. Ca-
" put Statutorum ita firmiter inſudare Theologiæ vt infra ſeptennium
" Gradus Baccalaureatus ſibi compararent; & iuxta ſecundum dictorum Sta-
" tutorum caput ſingulis Sabbati diebus Theologicas Theſes ſuo ordine de-
" fenderent, ac viciſſim partes Reſpondentium & Argumentantium age-
" rent. Ad hæc omnia obſeruanda & peragenda ſupranominatos Burſarios
" ſæpè multumque monuiſſe, & quod in rem ſuam fore, & ad honorem
" Collegij plurimum facere videbatur, eoſdem vt id efficerent, coëgiſſe.
" Nihil tamen ſuis monitionibus & vtiliſſimis conſilijs & præceptis effe-
" ctum eſſe. Immò inter eos eſſe aliquem nempe M. Guillelmum Durand
" qui ſe ad eiuſmodi Lectiones audiendas, aut ad Diſputationes proſequen-

das non teneri dicit, & conſtanter aſſeuerat eò quòd Sacellanus ſit. Im- " 1578.
mò diſputationes rideat, eas appellans rixas & iurgia, cum tamen per ea- "
dem ſtatuta cap. 49. idem Durand Sacellanus non minus teneatur ad præ- "
dictas lectiones audiendas, Diſputationes agitandas & ad Gradum in præ- "
dicta Facultate acquirendum, quàm cæteri. Quæ cum animaduerteret "
prædictus Primarius, ſibi his in rebus non obtemperari, iſta denunciaſſe "
D. ac M. Michaëli Aubourg Doctori Theologo Vicario Generali D. Ar- "
chidiaconi de Paſſayo dictarum Burſarum Collatori. Qui quidem præ- "
dictus Vicarius in præfatum Collegium cum ſemel & iterum veniſſet, "
eiuſdemque Burſarijs ad ea quæ ſui muneris erant, peragenda præcepiſ- "
ſet, nihil propterea promotum eſt. Quocirca tanquam ad extrema re- "
media confugiens dictus Primarius implorabat auxilium dictorum DD. "
Deputatorum, dicens iuxta 19. caput Statutorum in eo caſu Rectorẽ Aca- "
demiæ eſſe talis controuerſiæ Iudicem, cuius ordinationi teneantur om- "
nes ſe ſubmittere ſub pœna priuationis talis Burſarij parere nolentis. Eas "
ob cauſas ſupplicuit à prædictis DD. Deputatis, vt ſibi recta monenti & "
iuſta præcipienti prædicti Durand, de Beaumont & Delaunay in poſte- "
rum, ad Lectiones Theologicas tum Biblicas, tum Magiſtri ſententiarum "
audiendas diligenter nauarent operam, vt ſtatuto tempore Gradum Bac- "
calaureatus acquirere poſſint. Et vt hoc facilius fieri poſſit, ſingulis Sab- "
bati diebus alternatim Theologicas Theſes defenderent. Quod qui fa- "
cere recuſarent, Burſis omnino, ſecundum prædicta, ſtatuta priuarentur. "

Quo audito præfatus D. Rector poſtulauit à prædictis Durand, de Beau- "
mont & Delaunay Burſarijs vt ad ea quæ à prædicto D. Primario diceban- "
tur, reſponderent. Qui quidem de Beaumont & Delaunay reſponderunt "
ſe nouiſſimè Theſes poſuiſſe Theologicas. Prædictus autem Durand ſuo "
ordine nolle Theſes defendere, ideoque proteſtari, vt ante proteſtati "
ſunt, nunquam diſputaturos, neque Theſes poſituros niſi prius dictus Du- "
rand ſuo ordine diſputaſſet.

Ad hæc dictus Durand dixit ſe valde oneratum, celebrare ſex Miſſas "
ſingulis hebdomadibus & ſingulis diebus Dominicis & ſolemnibus feſtis "
Veſperas decantare, & eiſdem decantandis raro dictos Burſarios intereſſe: "
ſe iam ſenio confectum & ex ſuis Burſis ſingulis hebdomadibus percipere "
duntaxat 30. aſſes pro celebratione dictarum Miſſarum & Veſperarum & "
ex tam exiguo reditu non poſſe neque teneri aliquem Gradum acquirere. "

Maturis deliberationibus inter ipſos DD. Rectorem & Deputatos ſu- "
per præmiſſis præhabitis, viſiſque & examinatis Statutis dicti Collegij, ipſi "
DD. Rector & Deputati ordinauerunt quod prædicti Burſarij in poſte- "
rum prædicta ſtatuta in quæ iurauerunt, diligenter obſeruabunt; Sacro "
& Veſperis intererunt, vtque interſint omnes, prædictus Primarius cu- "
rabit & abſentes notabit. Audientque Lectiones tum Biblicas, tum Ma- "
giſtri ſententiarum, diſputabunt & Theſes ponent Theologicas ſuo ordi- "
ne, ſub pœnis in Statutis contentis: Prædictumque Durand Sacellanum ad "
ea præſtanda & facienda ſuo ordine teneri, vt alij Burſarij, cenſuerunt. "
Et ita per D. Rectorem concluſum extitit. "

Die 2. Septemb quæſitum an fineret Vniuerſitas aquæductum fieri per medium Pratum Clericorum, prout Senatuſconſulto cautum erat, an intercederet. Hac de re ſic legitur in Actis Medicinæ. *Die Martis poſtridie Kal. Sept. 1578.* indictis apud Rectorem Comitijs deliberatum eſt de Senatuſconſulto Curiæ, quo ſtatutum eſt vt Aquæ-ductus ad expurgandas San-Germani ſuburbij eluuies & ſordes per medium Scholaſticorum Pratum duceretur. Viſum eſt viris ſelectis poſtulandum eſſe à Senatu, porrecto in eam rem ex D. Choart Academiæ Patroni ſententia, ſupplici *li- "
bello vt vetus ea Academiæ quondam à Regibus conceſſa & perpetua annorum ſe- "* AQVÆ DVCTVS PRATI.
rie confirmata poſſeſſio Regia autoritate & beneficientia hodierno die ad- "
huc ſalua & integra retineatur, neque illius fruitio à quoquam intertur- "
betur. Quod ſi res eò redierit, vt neglectâ Academiæ poſtulatione, om- "
nique iuris illius & æquitatis ratione ſublata, ad eam Academia ſeruitutem, "

» licet refragantibus ſingulis Ordinibus, vi maiore oppreſſa cogatur, ſal-
1578. » tem id à Senatu impetrandum, vt pro iſta prorſus inuoluntaria veteris il-
» lius fundi vſurpatione, iuſtum ſeruitutis pretium Academiæ perſoluatur.

Die 10 Octob. M. Carolus Gilmer Scholæ Remenſis Primarius refe-ctus eſt Rector, cui 16. Decemb. ſucceſſit M. Ioannes Peſchant Lemouicenſis ex Philoſophiæ Profeſſore Nauarrico & Decano Prouinciæ Bituricenſis tum Baccalaureus primi Ordinis apud Regiam Nauarram.

1579. Eo Rectore ſtatutum eſt (an. 1578. 30. Decemb. & conſequentibus Comitijs Ianuarij an. 1579. vt cogerentur Pædagogi Gymnaſiorum qui nondum Lauream Magiſterij fuerant conſecuti, eam conſequi, fidemque ac Religionem Apoſtolicam & Romanam profiteri, nî mallent excludi.

Prædicto Rectori ſucceſſit die 24. Martij M. Michaël Guiteau Andegauenſis in vtroque Iure Licentiatus. Quo Rectore 13. April. concluſum oportere Regem adire pro conſeruatione Priuilegiorum. Item vocandos autores quorundam Ludorum in Collegio Pleſſiaco exhibitorum, in quibus multorum fama læſa fuerat.

Die 28. deſcenſum eſt in cauſam Facultatis Medicinæ contra Riuerium quendam Paracelſiſtam. Ille vocabatur Rochus le Baillif aliàs la Riuiere, veteris Philoſophiæ Naturalis & Iatricæ artis perturbator habebatur, & nouæ cuiuſdam atque antea inauditæ Paracelſicæ κακονυμίας aſſertor. Et cum die 29. eiuſdem menſis de habendis extraordinarijs ſupplicationibus ageretur, poſtulauit Decanus eiuſdem Facultatis cauſam ipſius Deo commendari vt mentes Iudicum apud quos lis erat, contra iſtum Impoſtorem, ad aſſerendam veritatem conuerteret. His autem verbis vſus eſt. *Vt Germania Lutherum monſtrum peperit, cuius poſtea ſemen Germaniam primùm, deinde totum Chriſtianum Orbem infecit quod ad animæ ſalutem, ſic eadem Paracelſum hominem impium, ignarum, Atheum peperit, cuius Diſcipuli primùm eandem quod ad Corpus attinet, perdidit. E quibus ecce Riuerius proſiliens in Galliam, niſi in ipſo limine opprimatur, ipſam labefactabit. Deus igitur ſic illuſtret mentes Iudicum, vt præcepto eo quod ſimplex verumque eſt, hominem iſtum malum abigant & ad infenſos nominis Chriſtiani hoſtes Turcas quos impune perimat, relegent.*

De hocce negotio ſic habetur in actis Curiæ ad diem 29. Maij.

En la Cauſe d'entre les Doyen & Docteurs de la Faculté de Medecine,
» Briſſon pour le Procureur general du Roy a requis conformément aux
» Arreſts donnez en pareil cas, que le defendeur ſoit oüy & interrogé, &
» ſon Liure veu & examiné par les Docteurs de la Faculté de Medecine en
» cette ville de Paris, tels qu'il plaira à la Cour ordonner en la preſence de
» deux des Conſeillers d'icelle, & iuſques à ce que inhibitions & defenſes
» ſoient faites audit defendeur d'exercer & pratiquer la Medecine. LA
» COVR auant que faire droit ſur la Requeſte preſentée par les Doyen &
» Docteurs de la Faculté de Medecine, auſquels ont adheré les Recteur &
» Suppoſts de l'Vniuerſité, enſemble ſur les Concluſions du Procureur ge-
» neral du Roy: A ordonné & ordonne que pardeuant l'vn des Preſidens &
» deux des Conſeillers d'icelle qu'elle commettra quant à ce; enſemble de
» cinq Medecins de cette ville de Paris, dont les Parties conuiendront de-
» dans trois iours, & à faute d'en conuenir en ſera par elle pris, le defen-
» deur ſera oüy & interrogé tant ſur ſon Liure, duquel on demande la ſup-
» preſſion, que ſur ſa Doctrine & experience, dont ſera fait Procez verbal
» par iceluy rapporté pardeuers ladite Cour & communiqué audit Procu-
» reur General faire droit aux Parties, ainſi qu'il appartiendra par raiſon
» cependant & iuſques à ce qu'autrement en ſoit ordonné: Fait inhibitions
» & defenſes au defendeur de pratiquer la Medecine en cettedite Ville, en-
» core qu'il fuſt appellé, *etiam inter volentes.*

» Ce iour la Cour ayant veu l'Arreſt par elle donné des le xx. iour de May
» dernier entre les Docteurs de la Faculté de Medecine en l'Vniuerſité de
» Paris d'vne part, & M. Roch le Bailly ſieur de la Riuiere d'autre, par le-
» quel entre autres choſes auroit eſté ordonné que pardeuant l'vn des

Preſidens & deux des Conſeillers d'icelle ledit Baillif ſeroit interrogé " 1579.
au fait & experience de la Medecine & d'vn Liure par luy composé & fait "
imprimer, par cinq Docteurs en Medecine pour ſur le Procez verbal & rap- "
port dudit Interrogatoire & examen eſtre fait droit aux Parties, oüy ſur "
ce le Procureur general du Roy, a commis, nommé & deputé M. Bertrand "
Preuoſt Preſident & Iacques Viole, & Nicolas Perrot Conſeillers du "
Roy en icelle pour executer l'Arreſt ſuſdit, & ce qui ſera par eux ordon- "
né, ſera executé nonobſtant oppoſitions ou appellations quelconques & "
ſans preiudice d'icelles. Le 2. Iuin 1579. "

Die 1. Maij Rector adijt Regem pro Priuilegiorum conſeruatione deprecaturus. Rex benigne exceptum remittit ad Chiuernium Procancellarium. Et ille, vt habetur in Actis Med. Rectori dixit, *Academiam quæ ſe Regis filiam primam natu profitetur, debere quoque & eius commoda procurare, nunc res Regis in ea eſſe anguſtia, vt vel noua à populo ſubſidia exigere cogatur, vel amplificare ſuum domanium: illud eſſe alienum; hoc igitur reſtare. Tamen Regem nunquam cogitaſſe de tollendis priuilegijs Academiæ, ſed quidam abuſus qui ſub illorum nomine committuntur: & quamplurimi etiam valde diuites non re ſed nomine Officiarij fiant Vniuerſitatis. Itaque monuit Rectorem vt deſcriberet Catalogum Officiariorum neceſſariorum Academiæ, horum, vt omnium Suppoſitorum factorum vt priuilegia conſeruarentur.* Paulo poſt, nempe 30. eiuſdem menſis eidem Procancellario porrectus eſt Catalogus, & ſæpè aliàs in eam rem ſalutatus; quanquam verò rumor ſpargebatur velle Regem omnes Officiarios Vniuerſitatis facere Regios, ſemper tamen aſſeruit Procancellarius Regem non modo conſeruare velle priuilegia; ſed & augere atque amplificare.

Die 12. eiuſdem menſis Excommunicatio à Cenſoribus denunciata aduerſùs Boleſium Gymnaſij Montiſacuti Primarium approbatur, vt legitur in ijſdem Actis. Ille verò poſtridie in Collegio Iuſtiniano interrogatus à Rectore dixit litem intentatam eſſe in Curia, eius ſe exſpectare Iudicium, nec aliud quidquam reſpondere voluit: quamobrem iterum confirmata eſt Excommunicatio. At ille contumacior factus Regentes diuitum qui in ſuo Collegio docebant, ad minorem numerum redegit. Vnde alia lis orta apud Senatum Academicum, vt infra dicetur.

Die 23. Iunij Rector eligitur M. Iulianus Peletarius Artiſtarum Nauarricorum Primarius; quo Rectore 18. Septemb. Præceptores diuitum Collegij Montani conqueſti ſunt de ſuo Gymnaſiarcha Boleſio, quod ſtatuta mutaret; quodque Præceptores diuitum reduceret ad paucos vt eos tandem omnino excluderet, & de negligentia Præceptoris Pauperum admonitus, cum reprehendere & caſtigare negligeret. Contra ille dixit ſe iuraſſe in ſtatuta ſui Collegij, ea velle conſeruare; Domum eſſe Pauperum; Pauperes in ea velle promouere. Stipendijs Præceptorum diuitum non ſufficere reditus domus nunc obæratæ. Rogatus num vellet ſtare iudicio Rectoris & Vniuerſitatis, dixit ſe ne quid in Rectorem & in Curiam peccet, prouiſurum. Litem enim ad Curiam iam ante delatam; dies ei dictus eſt craſtinus qui erat 19. eiuſdem menſis, voluitque Academia vt ad ea quæ pertinent ad mores & diſciplinam, ſuo iudicio tam Primarius quàm Regentes ſtarent. Quod ad fundationem & ſtatuta Collegij, duos è ſingulis Facultatibus delegit qui Rectorem comitarentur cum eoque inuiſerent D. Fran. de la Roche-Thomas, Conſiliarium, cui Curia negotium iſtud commiſerat.

Die 24. adeunt Deputati cum Rectore Collegium. Primarius non fuit inuentus. Interrogati Præceptores Pauperum de conſuetudine loci, deque numero Regentium diuitum, reſpondent ſe ſemper, aut maiorem diuitum quàm Pauperum, aut certè æqualem vidiſſe; ſed id factum defectu Pauperum. Dies dicitur & Boleſio & cuidam Monacho nomine *de la Garde*, ob irreuerentiam commiſſam in ſacroſanctam Euchariſtiam.

Die 26. requiruntur ſtatuta Collegij à Boleſio. Præſcribitur numerus æqualis vtriuſque generis Regentium; quod ſi non facit, iterum decla-

ratur excommunicatus. Ille Curiam interueniſſe reſpondet, eique parendum. Hæc ferè acta Medicinæ. At in Reg. Vniuerſitatis ea de re paulo fuſius.

1579.

Iam ante mota fuerat iſta quæſtio, fuerantque duo lata Senatuſconſulta, vnum die 22. Aug. 1578. alterum die 19. Maij 1579. quo cautum fuerat Statuta Vniuerſitatis necnon eiuſdem Collegij & Arreſta Senatus inuiolabiliter obſeruanda, & ab eodem Bouleſe D. Rectori & eiuſdem mandatis parendum. Item & D. Thomas, cui Commiſſa fuerat à Senatu Cura reformandi & luſtrandi prædicti Collegij edixerat die 25. Aug. an. 1579. his verbis, *Que tous les Maiſtres Pauures, qui ſont capables de Regenter, regentent à cette S. Remy prochaine :* quibus Boleſius ſe tuebatur. Neque his contentus obtinuit à Rege litteras ſequentes datas die vltima Septemb.

" Henry par la Grace de Dieu Roy de France et de " Pologne. Au premier noſtre Huiſſier ou Sergent ſur ce requis, ſalut. " De la Partie de noſtre Amé & Feal Iean Bouleſe Preſtre, pauure perpetuel & Pere des Pauures & Principal du College de Montagu nous a eſté " expoſé que au preiudice des Statuts dudit College & Ordonnance de " noſtredite Cour de Parlement, confirmatiue de celles de noſtre Amé & " Feal, Conſeiller de noſtredite Cour M. François-Thomas, ſignifiée au " Recteur de l'Vniuerſité & autres Particuliers qui s'efforcent de contreuenir auſdits Statuts & au preiudice des defenſes de noſtredite Cour de " n'attenter, ledit Recteur & Vniuerſité en lieu d'obeyr à noſtredite Cour, " & ſuiure leſdits Statuts qu'il doit garder, il a contreuenant à iceux defendu ſur peine de Cenſures de n'admettre au nombre des Regens dudit " College plus de pauures Regens, que riches és Claſſes de Grammaire, " delaré ledit Expoſant Cenſuré & excommunié. Deſquelles defenſes & " Cenſures d'excommunication faites au preiudice des Arreſts de noſtredite Cour, Ordonnance dudit Thomas & Statuts dudit College, ledit Expoſant ſoy ſentant greué, a appellé, & en tant que beſoin ſeroit en appelle par ces Preſentes, comme d'abus, à Nous & à noſtredite Cour, & de " tout ce qui s'en eſt enſuiuy. Pour ce eſt-il, que Nous te mandons & commettons par ces Preſentes que ledit Recteur & Vniuerſité qui ont decerné leſdites Cenſures & Excommunications, tu adiournes à certain & competant iour en noſtredite Cour de Parlement pour ſouſtenir leſdites Cenſures, torts & griefs deſſuſdits, iceux voir, corriger, reparer & amender ſi " metier eſt ; & intime & fay à ſçauoir à MM. Clement-Iacob, Iean Stuart, " Gilles Flamain & Pierre Guinefault & autres qu'il appartiendra, qu'ils " ſoient & comparent audit iour, s'ils voyent & cuident que bon ſoit, & " que ladite cauſe & matiere d'appel leur touche & appartienne en aucune " maniere, en leur faiſant les inhibitions & defenſes en tel cas requiſes & " accouſtumées. Et de ce faire te donnons pouuoir en certifiant par toy " ſuffiſamment audit iour noſtredite Cour de Parlement de ce que fait auras ſur ce, à laquelle nous mandons faire aux Parties oüyes, bon & brief " droit. Car ainſi nous plaiſt-il eſtre fait. Donné à Paris le dernier iour de " Septembre 1579. Et de noſtre regne le 6. Par le Conseil. Ainſi ſigné Le Buyer, & ſcellé ſur ſimple queüe de cire jaune.

Leguntur in iiſdem Reg. Vniuerſitatis Libelli ſupplices porrecti à M. Clemente Iacob Præſide, Ioanne Stuart, Petro Guinefault & Ægidio Flamain, Priori Cartuſianorum & Capituli Pariſienſis Reformatoribus Luſtratoribus dicti Collegij. Sed quid tandem poſtea ſtatutum fuerit & decretum à Curia, nihil amplius legitur in Actis Vniuerſitatis.

Die 10. Oct. Rector ſuffectus eſt M. Nicolaus Bonvilliers Prior & ſocius Sorbonicus, duodecim annis tum apud Barbaranos, tum apud Marchianos in erudienda Iuuentute elapſis. Eadem die quidam nomine Thouſan ſupplicauit ſibi concedi Clericatum Magnorum Nunciorum vacantem per obitum M. Dionyſij Feret. Idem 18. Aug. pro eodem munere ſupplicauerat, ſed obſtante Procuratore Nat. Gall. ne admitteretur, donec ſuæ fidei Religioniſque teſtes produxiſſet, reiectus fuerat. Nec illa die

10. Octob. admiſſus, ob eandem rationem, quoniam ſæpè monitus vt fidei ſuæ teſtes daret, contumacem ſe præbuerat eatenus. Die verò 14. 1579.
Nouemb. admiſſus eſt Ioannes Bondan. Et vt legitur in Actis Med. *declaratum eſt Nunciorum ius non eſſe Clericum nominandi.*

Die 16. Decemb. Rector electus eſt M. Adrianus d'Amboiſe Pariſinus, ſocius Nauarricus, inſtructuſque die 19. & rogatus vt hæreticos compeſceret. Chirurgorum Actibus tanquam ab Academia expulſorum ne vt Rector intereſſet.

Pro Sanctione Pragmatica contra Concordata.

ANno 1580. menſe Ianuario iuſſa pluries Curia Actis ſuis inſcribere 1580.
Conſulta Bleſenſia ſeu Ordinationes factas Bleſis an. 1577. Regem adijt & voce & ſcripto rationes edidit quibus adducta Regijs mandatis parere diſtulerat, maximè propterea quod in 1. Art. vbi de collatione Archiepiſcopatuum & Epiſcopatuum agitur, Pragmatica-Sanctio abrogari; Concordata verò autoritate Comitiali trium Regni Ordinum ſtabiliri videbantur. Contra verò Curia eiuſdem Pragmaticæ ſanctitatem & neceſſitatem, Concordatorum verò abrogationem ſuadere nitebatur. Igitur ad Regem hæc verba fecit Senatus Princeps, prout retulit, die 29. Ian. Que la maniere de laquelle on auoit vſé par cy-deuant au Parlement ſur la publication des Lettres Patentes, Ordonnances & Edicts qui y eſtoient addreſſez pour les lire, publier & regiſtrer, eſtoit telle. Que les Chambres aſſemblées, lecture faite deſdites Lettres, Ordonnances ou Edicts, on gardoit la forme ancienne, qui eſt que l'on commettroit deux Conſeillers du Parlement pour les voir & en faire le rapport, l'vn ſoûtenant la ſuaſion & l'autre la diſſuaſion deſdites Lettres, Ordonnances ou Edicts que l'on vouloit faire publier. La deliberation ſolemnelle ſur ce faite, s'il ne ſe trouuoit aucune difficulté ſur telles Lettres, Ordonnances ou Edicts, eſtoit incontinent procedé à la lecture & publication pour puis aprés en faire regiſtre. Et s'il ſe trouuoit que la choſe fuſt ſujette à remonſtrance, les remonſtrances eſtoient ordonnées à faire, eſtant dreſſées & leües en la Compagnie, eſtoient portées au Roy par eſcrit, ou par Commiſſaires, qui ſpecialement eſtoient à ce faire deputez, qui portoient leſdites remonſtrances ſignées & ſouuent ſans faire aucunes remonſtrances, publioient leſdites Lettres auec certaines modifications & reſtrictions dont le regiſtre eſtoit & demeuroit chargé. Et ſi pardeſſus leſdites remonſtrances, le Roy declaroit par ſeconde ou plus ample iuſſion qu'il vouloit eſtre paſſé outre, ſur ce luy ont touſiours eſté faites d'autres & iteratiues remonſtrances. Et quand nonobſtant toutes leſdites remonſtrances, le Roy a voulu qu'il fuſt paſſé outre, la Cour ayant fait ce qui eſtoit en elle, a mis ſur les regiſtres, que telles Lettres eſtoient leües, publiées & régiſtrées du commandement tres-exprés du Roy, par pluſieurs fois reïteré. Laquelle clauſe a ſeruy pour monſtrer, *que non voluntate Patrum, ſed mandato Regis*, elles auroient paſſé; & cela ſignifioit que toutes & quantesfois qu'il plairoit au Roy que telles Lettres ainſi publiées fuſſent reuoquées, cela ſe pourroit par vne ſimple Lettre Miſſiue, meſme par vne ſeule iuſſion & Ordonnance verbale. Meſme on a voulu tenir que les Lettres publiées, *de Mandato expreſſo*, expiroient & n'auoient lieu aprés le decez du Roy, par le commandement tres-exprés duquel telles publications auroient eſté faites, dautant que *morte Mandantis mandatum expirat.* Et ne ſe trouuera point que l'on en ait iamais vſé autrement au Parlement, ny que les Roys ayent fait inſtance de faire paſſer les choſes aprés commandement tres-expres, ſans en charger le regiſtre. Et n'ont les Roys troué mauuais ne eſtrange que ceux du Parlement qui iugent & doiuent iuger en leur conſcience bien informez de la verité par la Loy & par la raiſon, reſpondiſſent en la verification des Lettres dont ils eſtoient pourſuiuis, qu'ils ne pouuoient proceder à la verifi-

——" fication deſdites Lettres, vſans de ces mots, *Non poſſumus neque debemus.*
1580." Toutefois le Parlement aduerty qu'il auoit pleu au Roy, Nous *more ſolito atque exemplo veteri*, ordonner que l'on fiſt tel regiſtre que l'on verroit deuoir eſtre fait ſur leſdits Articles & cahier des Eſtats, ſans mettre ſur le reply des Lettres aucunes reſtrictions, modifications ne choſes quelconques, aprés en auoir longuement deliberé & diſputé, s'eſtoient enfin accommodez à la volonté du Roy, & paſſé auec grande difficulté, que ſur le reply des Lettres ſeroit ſimplement mis, qu'elles auoient eſté leües & publiées & regiſtrées aprés pluſieurs deliberations & tres-humbles remonſtrances faites au Roy: Neantmoins eſtoit chargé de remonſtrer tres-humblement audit Seigneur, comme il faiſoit pour & au nom de toute la Compagnie, qu'il trouuaſt bon que le Parlement deliberaſt ſur tous les Articles & Edicts qui luy ſeroient preſentez en la maniere accouſtumée; & que ſi nonobſtant les remonſtrances du Parlement, il luy plaiſoit eſtre paſſé outre, l'on peût charger le reply des Lettres comme touſiours a eſté fait, *que telles Lettres auoient eſté leües, publiées & regiſtrées par le mandement & commandement tres-exprés du Roy*, afin que la poſterité peuſt connoiſtre que l'on n'auoit rien obmis de ce que *more Maiorum*, auoit accouſtumé eſtre fait. Et ainſi auoit charge de remonſtrer que l'on auoit voulu perſuader au Roy, que puiſque le Parlement auroit vne fois fait remonſtrance, & que nonobſtant icelle il plaiſoit au Roy qu'il fuſt paſſé outre, ſans vſer d'autre modification ne reſtriction, ſuiuant les Lettres Patentes, qui autrefois ont eſté apportées au Parlement du temps du feu M. le Chancelier de l'Hoſpital qui n'auoient iamais eſté enterinées ne verifiées par le Parlement, & que nonobſtant icelle, ladite Cour auoit ordonné & arreſté, conformément à ce qui auoit eſté fait de tout temps & ancienneté, qu'elle vſeroit de toutes & telles remonſtrances qu'elle trouueroit deuoir eſtre faites par raiſon. Et a dit au Roy, que ledit feu ſieur Chancelier l'auoit expreſſément requis quand il ſe trouueroit à propos de le pouuoir dire & declarer au Roy, qu'il luy dît apertement que leſdites Lettres par leſquelles eſtoit porté que le Parlement n'vſaſt de iteratiues remonſtrances, ains qu'il paſſaſt outre, ayant entendu la volonté du Roy, eſtre le plus pernicieux Edict & de mauuaiſe conſequence que oncques fut preſenté au Parlement, & que l'vne des choſes dont il ſentoit ſa conſcience la plus chargée, eſtoit d'auoir obſtinément ſoûtenu ledit Edict, & perſuadé qu'il falloit qu'il euſt lieu & fuſt gardé & entretenu par ceux du Parlement, & eſtimoit que c'eſtoit l'vne des choſes en laquelle il auoit plus offenſé le Public, & qu'il penſoit auoir eſté cauſe de ſa defaueur & de ſon reculement & éloignement de la Cour.

" Aprés auoir dit au Roy ce que deſſus, luy remonſtra que par le Cahier des Eſtats y auoit beaucoup de choſes bonnes & aduiſées, pourueu qu'elles fuſſent bien executées, & que le tout giſoit en l'execution qui eſt la force des Loix & des Ordonnances; car c'eſt peu de choſe de faire des Loix & Ordonnances, ſinon qu'elles ſoient gardées & deſquelles les deux principaux poincts & articles concernent la Pieté, Religion & la Iuſtice, *Pietate & iuſtitia Principes Dij fuerunt.* Que le Parlement auoit fort loüé la bonne & ſainte opinion du Roy, a rendu graces à Dieu de ce qu'il l'auoit ſi bien inſpiré, que de vouloir donner ordre au fait de la Religion & de la Iuſtice, meſme de pouruoir les Archeueſchez, Eueſchez & Abbayes de ce Royaume, tant Religieux que Moniales, de Perſonnes capables & ſuffiſantes pour l'acquit & decharge de ſa conſcience; mais auoit charges tres-expreſſes de remonſtrer que le Parlement auoit touſiours ſoûtenu *La Pragmatique*, & fort empeſché que le *Concordat* n'euſt lieu, & a touſiours fait trouuer l'inſtance que le Parlement auoit fait fort honorable & bien magnifique. Et n'y a lieu en toute la Chreſtienté où l'on ne faſſe cas de la *Pragmatique*, laquelle le Parlement a touſiours tenuë, meſmes en ce qui y eſt porté par icelle, *que le Pape eſt au deſſous du Concile, & le Concile pardeſſus le Pape*. Choſe à quoy les Papes ont touſiours formellement

Hie.

inſiſté,

inſiſte, & ont fait effort, tous ceux qui ont tenu la Principauté depuis la " ——
publication de la Pragmatique, qui fut en l'an 1438. iuſqu'au regne du feu " 1580.
Roy François I. que le Pape Leon ſe trouuant à Boulongne auec le Roy, fit "
que le Roy accorda l'abolition de ladite Pragmatique. Ce faiſant le Pape "
luy accorda qu'il euſt la nomination aux Benefices & Prelatures principa- "
les de ſon Royaume, tant ſeculiers que reguliers. Mais en la publication "
dudit Concordat y eut inſiſtement, tellement qu'il ſeroit paſſé, *de Manda-* "
to expreſſiſſimo, & en la preſence du ſieur de la Trimoüille que le Roy en- "
uoya pour cet effet. Le Parlement deſire & a deſiré qu'il ſoit connu à la "
poſterité conformément aux deliberations ſur ce faites, dont les Regi- "
ſtres ſont pleins, qu'il a touſiours perſeueré en cette volonté d'abolir le "
Concordat & remettre ſus la Pragmatique, que les Anciens ont appellé "
le *Palladium* de France: *quo ſublato*, l'on a eſtimé que nos affaires ne ſe "
ſont ſi bien portées qu'ils ſouloient faire auparauant. Ioinct que par ladi- "
te Pragmatique l'on n'auoit pas tollu, ne oſté au Roy de nommer aux Pre- "
latures vacantes en ſon Royaume; car il eſt nommément porté que aue- "
nant vacation, le Roy fera inſtance enuers les Electeurs pour les Perſon- "
nes qui auront bien merité de luy & de la choſe publique de France. Et "
auſſi l'on a touſiours tenu en France que ceſſant le Concordat, par lequel "
le Pape ſe veut faire croire qu'il a bien fait pour nos Roys de leur accor- "
der la Nomination des Prelatures de ce Royaume, nos Roys de tout "
temps ont eu ce droict de nommer qui leur a eſté accordé par l'Egliſe "
Vniuerſelle aſſemblée, en la perſonne du Roy Charles le Grand Empe- "
pereur & Roy de France, duquel nous fiſmes hier la feſte pour auoir par "
luy chaſſé Didier Roy des Lombards, & remis le Pape en ſon Siege, & en "
toutes ſes Poſſeſſions, dont il auoit eſté expulſé. Il eſt vray que l'on a vou- "
lu faire croire que Loüis Debonnaire ſucceſſeur de Charlemagne y auoit "
renoncé: ce qu'il n'auroit pû faire ſinon pour ſon temps, eſtant ce droict "
acquis perpetuellement & irreuocablement à la Couronne de France, & "
n'ont eu nos Roys autres moyens pour ſe defendre contre la puiſſance du "
Pape, quand il s'eſt voulu éleuer contr'eux & les droicts de l'Egliſe Gal- "
licane, ſinon de cette Pragmatique-Sanction & defenſe d'icelle touſiours "
faite & ſoûtenuë par le Parlement, auec Oppoſition fondée par l'Vni- "
uerſité de Paris, à la publication de l'execution des Bulles & Concordat "
faits en cette ville de Paris. Ainſi le Roy ne doit trouuer mauuais ſi le "
Parlement le ſupplie trouuer bon que la publication des Articles con- "
cernans la prouiſion aux principaux Benefices de ce Royaume qui ſont les "
Eueſchez, Abbayes & Monaſteres qui de ſoy ſont tres-bons, ſoit mis que "
leſdits Articles ont paſſé ſans approbation du Concordat & à la charge "
de faire inſtance, quand l'opportunité le pourra donner, de remettre la "
Pragmatique.

Prædicto Amboſio Rectore die Veneris 26. Feb. habitis Vniuerſitatis Comitijs apud Mathurinenſes M. de la Croix Primarius Collegij Pleſſiaci queſtus eſt de praua conſuetudine quæ incipiebat inualeſcere, donandi pileo Magiſtrali Scholaſticos poſt biennium Philoſophicum, cum ex Statutis non poſſet id fieri niſi poſt triennium. Supplicauit ergo vt aut liceret ſuos deducere ad pileum poſt biennium, aut non liceret cæteris. Qua de re poſtquam ab omnibus Ordinibus deliberatum eſt, ſic Rector concluſit. *Probatu ſupplicationem D. de la Croix Primarij Pleſſæi, ne quis admittatur ad Lauream Magiſterij, niſi curſu confecto per ſpatium trium annorum cum ſemiſſe, & ſine conſenſu Primarij & Præceptoris.* NOTA.

Die 24. Martij Amboſio ſuffectus eſt M. Ioannes le Cheualier è Collegio Lexouæo. Qui Rector cum Supplicationem extraordinariam indixiſſet ad 29. April. propter Peſtis ingruentis rumores & in morbum forte delapſus adeſſe non potuiſſet, M. Carol. Gilmer tum Procurator Nat. Gall. aſſumpto habitu Rectorio eius vices obiuit, vt legitur in Actis Med. *Rector repente cum in morbum incidiſſet, non potuit ad eſſe: in locum illius progreſſus eſt D. Gilmer & in habitu Rectoris quia Procurator Gallicæ Nationis. Nulli ſenio-*

rum tale quid vnquam contigiſſe viderunt.

1580. Die 23. Iunij refectus eſt Rector M. Ioannes Deniſet: quo Rectore cum graſſaretur Peſtis, Ieſuitæ qui Peſtiferis conſolandis ſeſe addixerant, Sacellum S. Symphoriani occuparunt; vnde tamen expulſi ſunt connitentente & collaborante Rectore: quamobrē illi gratiæ actæ ſunt in Comitijs die 5. Iulij habitis; vt legitur in Actis Med. *Gratiæ habitæ ſunt Rectori & eius Comitibus quod impetraſſent à Præfectis Policiæ, ne Ieſuitæ qui Peſtiferos inuiſuri erant, habitarent in Sacello D. Symphoriani, qui locus eſt in medio octo Gymnaſiorum celebrium. Res erat magni momenti. Mandatum eſt Rectori & Primarijs vt admonerent diſcipulos de nitore & temperantia ſeruanda, tum ut ſeſe intra ſua Collegia continerent.*

Die 10. Octob. M. Ludouicus de Creil Pariſinus, Prior Sorbonicus fuit Rector electus. Cui M. Ioannes Boucher Pariſinus ſocius Sorbonicus ſubſtitutus eſt die 16. Decemb. qui cum ſeptem annos litteras tum humaniores, tum Philoſophicas partim in Academia Remenſi, in qua & Rector Henricum III. Franciæ & Poloniæ Regem tum primùm inaugurandum ſalutauerat, vtque rata eiuſdem Academiæ Priuilegia eſſent, & apud ipſum & in Curia Iuuaminum egerat; partim Lutetiæ in Regio Burgundienſi Gymnaſio profeſſus, biennium etiam Theologicum in Collegio Graſſinorum docuiſſet, Cenſoria primum, mox Procuratoria dignitate functus, eodem die quo Procuratorio munere ceſſit, Rector eſt à Quatuorviris vno conſenſu nominatus, referente M. Bleſio Martino, quem & ſucceſſorem habuit, ipſe ex Rectore Prior Sorbonicus factus. Hæc, vt ſupra conſcripta ſunt, leguntur in libro Rectorum de Nomenclatura Iuratorum; item & quæ ſequuntur.

PERGAMENVM. *Huius Magiſtratus tempore cum alijs rebus, tum nobili illo Senatuſconſulto pro Iure Pergameni eſt inſignitus, quod ſæpius expetitum, à nemine tamen adhuc impetratum aduerſus Inſtitutorum technas & Conſeruatoris Regiorum Priuilegiorum molles ſententias ipſo in Senatu referente & cauſam Academiæ valuis Curiæ patentibus agente non obſcuris aut ambiguis, ſed diſertis & apertis verbis, incredibili totius Senatus conſenſu pronunciatū eſt, ſtatutumque vt quod Reges Academiæ conceſſerant, vt Rectoris eſſet quidquid Pergameni clanculum latuiſſet, quod confici adhuc minimè potuerat, id validum & efficax ipſi primùm, deinde ſequentibus Rectoribus eſſet. Quo æternum vt gaudeat & floreat Academia, tam impensè idem optat quàm ſtudiosè hoc totum non tam ſui quàm Academiæ cauſa ab eodem confectum eſt.*

CANCEL. PAR. Die 24. Decemb. M. Ioan. du Viuier Antonij Viuiarij paulo ante defuncti Cancellarij Pariſienſis ex fratre nepos, ac Regis in ſupremo Senatu Conſiliarius, ſuffectus eſt in locum patrui, & iuramenta ad id præſtari ſolita in Capitulo Pariſienſi coram Rectore præſtitit, vt legitur in eodem Codice, his verbis.

Nec verò omittendum quod omiſſum plane erat D. Ioan. du Viuier, Antonij Viuarij nuper dum viueret, Cancellarij Pariſienſis ex fratre Nepotem, ac Regis in ſupremo Senatu Conſiliarium in defuncti Patrui locum ſuffectum iuramenta ad id præſtari ſolita in Capitulo Parisienſi coram Rectore & duobus Theologiæ Doctoribus præſtitiſſe 24. Decemb. 1580.

1581. Anno 1581. Buchæro Rectore die 14. Feb. ſupplicauit Primarius Collegij Bonorum Puerorum ad Vicum S. Honorati, vt ſibi contra Burſarios ſuos faueret Academia, nec ad Licentias vlli admitterentur niſi qui ſtadium decurriſſent Philoſophiæ in Collegio celebri, ſeu vt vocabant, famato. Sed & aliud ſupplicauit in Comitijs 19. Martij, vt liceret ſibi domum reædificare ſeu inſtaurare in vſum proprium, pollicituſque eſt ſe daturum ſummam Academiæ, id ſi permitteret; item & ſingulis Burſarijs, vt in alio aliquo Collegio alerentur, annuum reditum. Verum id viſum eſt Academiæ non debere licere. Et tale eius legitur Decretum in Actis Medicinæ.

» Ædes ſumptibus Abbatis Bellaüe Primarij reficiuntor. Quia commo-
» dum ſenſit, incommodum ſentito. Ab Academia hææ des licet longè diſ-
» ſitæ propter conſequentiam ne remouentor.

In Reg. verò Vniuerſitatis leguntur Sententiæ ſingulorum Deputatorium, & talis Concluſio Rectoris, *Cenſetis nequaquam domum iſtam publicam, nempe Collegium Bonorum Puerorum alienandam, ne aperiatur feneſtra, vt idem fiat de Gymnaſijs in quibus non fiunt exercitia.* 1581.

Die 23. Martij M. Blaſius Martinus Lingonenſis poſt quadriennium in Philoſophiæ Profeſſione poſitum apud Caluicos & Barbaranos, item triennium apud Graſſinæos, omnibus Nationis Gall. muneribus & officijs perfunctus ad Rectoriam dignitatem euehitur, referente M. Carolo Gilmerio Primario & Decano Remenſi. Ille die 27. Martij craſtino Paſchæ vnà cum Procuratoribus 4. Nationum, Quatuorviris ſeu Magnis Intrantibus & quamplurimis alijs & Bidellis ſingularum Nationum adijt Eccleſiam San-Germano-Pratenſem, ibidemque in ſacello Cœnobij audita Miſſa Pratum luſtrauit, *& proteſtationes fecit ſolitas, actumque petijt à Scriba præſente. Ob id verò potiſſimum luſtrauit Pratum, vt limites recognoſceret qui aliò tranſlati fuerant propter vias communes; non ſine pernicie & ruina Prati.*

Die 4. Aprilis habita ſunt Comitia Generalia in quibus expoſuit Rector M. Petrum Vadillum, deſerto Collegio Becodiano, ad Longobardicum ſe contuliſſe vbi nullum erat Artium exercitium, ibique Compendia Dialecticæ dicere aggreſſum affixis ad compita programmatis ſe aulam Longobardicam ad hoc delegiſſe. Placuit Vniuerſitati homini diem dicere, ſed ob contumaciam quia pluribus Comitijs vocatus non interfuit, aut ſi interfuit, parere noluit, aut certis tantùm conditionibus, puta ſe paratum eſſe repetere Becodianum, ſi modo Primarius ſibi Diſcipulos, victum & ſtipendia ſuppeditaret, tandem priuatus eſt, & contra eum libellus porrectus Curiæ vt autoritate publica à docendo deſiſtere cogeretur.

Die 27. Aprilis habitis Comitijs, monitus eſt Rector ne Chirurgorum Actibus interreſſet, reprehenſus quod habitu Rectorio cum Bedellis ijs interfuiſſet, (vt habent Acta Med.) Iuraque Vniuerſitatis neglexiſſet, & quod idem honoris iſtis Chirurgis Refractarijs contuliſſet, quod veris Academiæ liberis. *Licere quidem illi tanquam priuato adeſſe, tanquam verò Perſonam publicam ſuſtinenti, nequaquam. Poſtulauit autem Decanus Facultatis Medicinæ expoſtulationem ſuam in Acta Vniuerſitatis referri, & omnes Ordines conſenſerunt.* Rector verò ingenuè faſſus eſt ſe Actum Diſcipuli Chirurgi reuera ſua honoraſſe præſentia, quod ille Magiſter in Artibus eſſet, quod ab honoratiſſimis viris rogatus, quodque percelebres etiam Medicos eidem adfuturos & reuera adfuiſſe cognouerit.

Die 23. Iunij Rector electus eſt M. Gaufridus de la Faye Pariſienſis, Burgundiani Collegij moderator, Reginæ matris eleemoſynarius, qui iam olim nempe ante 19. annos eodem munere defunctus fuerat. Quo Rectore, die 1. Septemb. in Sacello Sorbonico actum cum Deputatis de modo eximendi Vniuerſitatem à Tributo vinario quod Rex impoſuerat, & placuit in eam rem Regem ipſum adiri.

Die 27. eiuſdem menſis Septemb. expoſuit Decanus Medicorum exiſſe à Chirurgis libellum omnibus ijs titulis ſuperbientem, quibus hactenus Academiæ Facultates gauiſæ ſunt. Placuit eorum Prætorem vocari, vt vel ejuraret, vel approbaret libellum. Ille verò vafer & deſultorius ſæpè Comitia Congreſſuſque Deputatorum eluſit, vt legitur in Actis Med.

Die 10 Octob. Rector electus eſt M. Iacobus le Preuoſt Nauarricus Canonicus Pariſienſis, inſtructuſque poſtridie, & primùm vt habent acta Medicinæ *monetur*, & rogatur ne interſit actibus Chirurgorum. *Item ne idem committat quod Anteceſſor, qui contra Rectoriam dignitatem, quo die Proceres & vrbis & Vniuerſitatis conuiuio excepit, vt Miniſter ſe geſſerat, nec ſederat niſi iam pœne ex acto Conuiuio, modeſtiam quippe adhibere voluerat, ſed quæ modeſtiæ limites tranſiliret, iniuria enim fiebat Rectoriæ dignitati.*

Item ad diem Lunæ ante feſtum omnium Sanctorum, ſic habent eadem Acta. *Vocatur Chirurgorum Prætor, vt libellum prædictum recognoſcat. Negauit ſuum; cum tamen oblatus eſt, eius chirographo confirmatus. At Chirogra-*

phum tantam vim, fidem & autoritatem habet, vt nemo bonus, nemo inquam,
1581. *niſi qui deploratæ ſit nequitiæ, inficiari audeat. Tamen Prætor eſſe eiurauit. Deinde cum ſe ipſa ſua confeſſione induiſſet, effugere voluit & aliquid iſti impudentiæ prætexere; rogatus autem à Clariſſimo Peletario, num Medicos tanquam Præceptores agnoſcerent, iſte homunculus Prætor qui quantulus eſt, totus beneuolentia Medicorum exiſtit, Medicos à ſe ipſo didiciſſe impudenter affirmauit.*

Anno 1582. die 12. Martij M. Mathæus Boſſulus qui iampridem de hæreſi ſuſpectus ab Vniuerſitate fuerat ex Albo Academicorum expunctus,
1582. reuerſus ad ſaniorem mentem factique pœnitentia ductus petijt veniam, obtinuitque quia viuâ voce profeſſus eſt fidem, pollicituſque ſe victurum juxta dogmata Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ. Quæ deputatorum ſententia & indulgentia ab ipſa Vniuerſitate in Comitijs generalibus 16. Martij habitis confirmata eſt.

Die 24. Martij electus eſt Rector M. Ludouicus Andrieu Ambianenſis Profeſſor Caluicus. Quo Rectore cum vacauiſſet Quæſtura ærarij Academici per obitum M. Ioannis Litterati, collata eſt M. Iacobo Geruais Procuratori Collegij Iuſtitiani.

Die 23. Iunij Rector electus eſt M. Claudius Lallemant Baccal. Sorbonicus in Collegio Caluico commorans: quo Rectore die 21. Aug. cum conueniſſent Selecti, actum eſt de quibuſdam negotijs cauſiſque motis inter Medicos & Chirurgos. Obtinuerant Chirurgi à ſummo Pontifice Reſcriptum, quo licebat eis locum habere in Vniuerſitate Pariſ. omnibus verò viſum eſt id nouum & inauditum quod introducere volebat Pontifex; quamobrem cenſuerunt ei reſcribendum, rogandumque ne Iura violet Vniuerſitatis, immò vt in perpetuum Chirurgi ab ipſa arceantur & extrudantur. Quando verò acta ſit cauſa in Senatu, dicetur infra.

Chirvrgi.

Die 10. Octob. refectus eſt Rector M. Blaſius Martinus: quo Rectore multa facta ſunt & acciderunt digna memoria, quæ non erit inutile ſummatim hîc adſcribere, quemadmodum ea ipſe digeſſit in libro Iuratorum. Sic ergo ſcribit.

„ Blaſius Martinus abhinc 15. menſibus nec eo plus, iam ſemel Rectoratu functus 10. Octob. 1582. omnium Nationum conſenſu ex inſperato, „ quod antea tam breui intra annos 50. contigit nemini, ad eundem Magiſtratum, vnde non ſine honore deceſſerat, cum honore reuocatur. In „ quem tanta confluxit negotiorum multitudo, vt ab ijs obrui magis extimeſceret, quàm emergere poſſe ſperaret. Primùm enim cum ſuo tempore vita functus eſſet, nunquam ſatis deſideratus Primus Curiæ Præſes „ Chriſtophorus de Thou, in eiuſque funere ad quod inuitata fuerat Academia, aut amiſſa priſtina illa ſui Ordinis dignitate, parendum eſſet Senatui; aut totius Curiæ ſi fortaſſis fuiſſet neglecta autoritas, conflanda inimicitia, effecit per Dei gratiam vt ſublata omni inuidiæ tempeſtate nihil „ ſuæ antiquæ dignitatis amitteret in procedendo Academia; cui honoratus præſcriptus eſt locus cum ampliſſimo & digniſſimo Prætore Vrbano: „ atque in templo D. Andreæ in quo ſepultum jacet exanime corpus in Superioribus ſubſellijs cum Principibus & Præſidibus Curiæ ſederet,

„ Subinde parendum ei fuit mandato Regis quo in ædes Reuerendiſſimi „ Cardinalis à Borbonio conuenire iubebatur cum ſingulis Principibus & „ Proceribus Galliæ. Et quæ tot tragœdias apud Franciſcanos excitauit, „ componeretur diſcordia, quique ex ea familia præſentatus nominatus „ fuerat, aut excluderetur, aut confirmaretur prorſus: quo in loco Principum ſingularem ſenſit beneuolentiam, *à quibus in ſuperiori loco iuſſus ſedere primuſque rogatus eſt ſententiam.* Paulo poſt cum eſſet ei renunciatum „ nonnullos in Academia obſcœna & turpia in ſuggeſtu alicubi iuuenes & „ auditores docere, ne longius malum ſerperet, naſcenti morbo præſens attulit remedium. Sed illud non fuit parui laboris aut curæ mediocris Rectorum paulatim collabentem dignitatem reſtituere, effrenatamque in „ dies Præceptorum & Scholaſticorum quorundam augeſcentem licentiam Rectoria cohibere poteſtate: quod cum magno conatu ſtudioque

in Rempub. litterariam ageret; Curiæ implorato auxilio, Senatuſconſultum impetrauit, quo placuit videri vt ſinguli Præceptores, Magiſtri, Regentes tam qui ſuo iure in vrbe liberè viuerent, quàm qui in Collegijs incluſi eſſent, ſuæ prouinciæ ſingulis Rectoribus rationem redderent, ſuorum diſcipulorũ nomina & cognomina exhiberent; *atque ſinguli fidem Rectori & Academiæ darent. Ne quis in poſterùm nomen Scholaſtici vſurparet qui non publicis Academiæ Commentarijs & codicibus Iuratorum inſcriberetur.* Fuit illud poſtremum Magiſtratus non minus difficile Librariorum Lugdunenſium impios conatus impedire; qui cum clanculum Iuris vtriuſque Ciuilis & Canonici ampliſſimum volumen excudendi à Rege priuilegium accepiſſent, quaſi authoritate Regis armati, eorum Librorum typographia ſingulis Bibliopolis interdixerunt. Quod cum Regi optimo ſignificatum eſſet, ijs conceſſum priuilegium fuiſſe magno incommodo litterarum totiuſque Academiæ, totum negotium iſtud ſuo interiori ſanctiorique Conſilio, quod priuatum appellant, permiſit: adeoque in Secretario cum vtrinque ab Aduocatis diſertiſſimis cauſa diſceptata fuiſſet, poſtquam Rector oſtendit quantum intereſſet Academiæ ſi interdiceretur Librarijs noſtris Typographia ſuperiorum Librorum, factus voti compos plenam poteſtatem imprimendi à Rege impetrauit. Quod vt fauſtum felixſque ſit, perpetuò Academiæ precor. 1582.

Non eſt autem illud omittendum ſui Magiſtratus tempore *ex menſe Decembri præciſos fuiſſe dies decem, itavt ex mandato ſummi Pontificis per vniuerſum Chriſtianiſmum ad reformationem Kalendarij ſubſtractis diebus 10. non amplius vno & 20. diebus conſtaret, diéque decima ſexta Natalis Domini dies ſolemnis celebraretur.* Et quoniam ex ipſo die faſces Rectorios debebat Rector deponere, Rectoriâ poteſtate potitus eſt toto ipſo tempore, ſeque ſuo munere abdicauit poſt omnia feſta Natalis Domini; quod quia inauditum antea fuerat, ſequenſque dignitas Rectoris Natalis dicebatur, rei nouitatem in memoriam Poſteritatis hoc loco conſignari voluit.

Ad diem S. Lucæ ſic legitur in Actis Facultatis Medicinæ de cauſa Chirurgorum & Medicorum. Superius mentio injecta eſt de ſubreptitijs libellis, quibus Chirurgorum ambitioſa Societas plus ſibi tribueret quàm ius & ratio poſtularet. Verendum fuit, ne ſi taceretur, ius præſcriptionis eſſent habituri. Sic enim ambitio ſenſim gliſcit ac creſcit præſertim apud ignaros & mechanicos homines quos priuata quædam vis impetuſque animi ciet, non autem ratio regit. Academia negotium & litem aduerſus eos amplectitur & conficere conatur.

M. Stephanus du Four Doctor Medicus, tunc Rector Vniuerſitatis tantùm laboris ſumpſit, quantum ſi de propria ſalute, de vita, de fortunis ageretur. Niſi ego laborum comes & teſtis, nunquam quicquam tale à Rectore exſpectauiſſem; dictus à Præſide dies. Duo dies integri in Patronorum actionibus inſumuntur. M. Ioannes Chouart pro Academia prudentiſſimè ſummoque Iudicio dixit, D. Chopinus pro Facultate aliquot Capita ſatis plauſibiliter præſtrinxit. M. C. Robert pro Cancellario Vniuerſitatis ingenioſè orauit. M. Auguſtinus de Thou Regius Patronus breuiter & ad rem conuenienter.

Pro Chirurgis M. Ioan. de Veſt à Chirurgo natus & Chirurgorum Patronus vaſtè & effœminatè dixit. Academiæ Cardines & firma Facultatis Medices fundamenta molliuſcula & effœminata oratione concutere ac conuellere Giganteo more tentauit. Senatus vt ſolet, tanta latinitate paſtus & recreatus nil ſtatuit, nil decreuit quod in rem Academiæ redundaret. Hoc tamen qualecumque fuit Senatuſconſultum intra paucos dies Patronorum Orationes pro decernenda, vt vocant, aliqua prouiſione Senatui eſſe offerendas. Nec licet plurimis ſumptis laboribus, hoc conſequi potuimus, vt abſolutum ea de re Senatuſconſultum obtineretur. Et quoniam iſti Chirurgi quacumque ratione ſe in Academiam intradere voluerunt, etiam ſummi Pontificis fauorem implorarunt. Ab eo manarunt neſcio quæ litteræ ſiue, vt vocant, Signaturæ; quibus illis Apoſtolicam

" benedictionem vult impertiri, *vt Licentiatorum gloria reluceant.* Quæ te-
1582. " la vt retundantur, Rector Academiæ ad Papam ſcripſit pluresque litte-
" ras Romam miſit, quibus & Cardinalium & aliorum auxilium imploretur.
" Et hoc beneficio I. Lallemant Rector Adriani Lalemantij Doctoris Me-
" dici filius totam Academiam ſibi deuinxit.

Die 14. Nouemb. conuocata Vniuerſitate apud Mathur. quæſiuit Rector quo ordine procedendum eſſet in Exequijs Chriſtophori de Thou Principis Curiæ Pariſienſis ad quas fuerat inuitata Academia. Placuit quidem procedere; ſed ea lege vt debitus locus Vniuerſitati ſeruaretur, quod factum eſt. Acta Medicinæ ſic habent.

„ Die Mercurij 14. Nouemb. 1582. conuocati ſunt à Rectore ſub horam
„ 8. matutinam omnes Academiæ Ordines, in Mathurinenſium ædes, vt ab
„ illis conſilium caperet de adeundis Exequijs Illuſtriſſimi Senatus Principis
„ Chriſtophori Thuani ad quas cohoneſtandas ab hæredibus inuitatus fue-
„ rat. Quod cum omnibus placuiſſet, ea lege vt quam maximè fieri poſſet,
„ Academiæ dignitas retineretur, itum eſt in domum defuncti, vnde cum
„ reliqua pompa in B. Andreæ ædem contendêre Academiæ Ordines, *ita vt*
„ *Rector dextram viæ partem, Prætor Pariſienſis ſiniſtram obtineret.*

Die 29. habitis in Collegio Cenomanenſi Selectorum Comitijs, expoſuit Rector ſibi à Rege mandatum vt Cardinalem Borbonium adiret, voluntatem ſuam auditurus. Adijt & 4. Decemb. extraordinarias ſupplicationes habuit ad D. Genouefes, pro proſpero rerum Gallicarum ſtatu, proque impetranda Prole Henrico III.

Die 16. Decemb. non videmus factam fuiſſe pro more Rectoris electionem, nec cauſa legitur in Actis: nam eodem quo ſupra Rectore in Cenomanenſi, die 20. eiuſdem menſis 4. capita propoſita ſunt ad deliberandum. 1um. fuit vt legimus in Actis Med. de approbatione ſedulitatis & diligentiæ quam Rector exhibuiſſet, vt Senatuſconſulto cogerentur omnes qui Pædagogi munere fungerentur in Academia, nomen ſuum profiteri apud Rectorem & in Catholicam, Apoſtolicam & Romanam Eccleſiam iurare; deque ſumptibus refundendis Rectori quos pro eo Senatuſconſulto obtinendo feciſſet. Alterum fuit de forma Iuriſiurandi quam ſequi & ſeruare conueniret. 3um. de ineunda ratione quâ multi libri deprauatæ doctrinæ qui apud Bibliopolam quendam in Suburbio Marcellino reperti fuerant, Academiæ judicio ſubmitterentur. 4um. de Interdicenda Artium Profeſſione Bernardo cuidam, Abbatiæ dicto, propter obſcœnos ſermones quos lectionibus ſuis inſerebat, magno corruptelæ Iuuentutis quæ eò confluebat, periculo.

De 1. placuit non modò gratias agi Rectori propter diligentiam adhibitam, ſed & ſumptus à Quæſtore ærarij Academici ipſi refundi. De 2. veterem Iuriſiurandi formulam, quæ Franciſco I. regnante conſcripta fuit, retineri. De 3. porrigi Senatui ſupplicem libellum, duoſque deligi Theologos qui adulterinam doctrinam examinarent. De 4. Interdici Bernardo Abbatiæ publica Profeſſione, monerique Primarios omnes Collegiorum ne illum ſuis in Scholis docere ſinant. Senatuſconſultum ſuprà memoratum tale legitur in Actis Curiæ ad 5. Decemb.

» Ce iour, veüe par la Cour la Requeſte à elle preſentée par les Recteur
» & Vniuerſité de cette ville de Paris, contenant que depuis la contagion
» derniere ladite Vniuerſité auoit eſté renouuellée des trois parts d'Eſcho-
» liers nouueaux & de l'autre moitié d'autres Eſcholiers qui s'attribuent
» le nom de Pedagogues, Maiſtres & Regens qui ſont inconnus, leſquels
» eſtant en Ville & en liberté, & non en College, ne ſe voulans ranger aux
» loix & diſcipline Scholaſtique, negligeoient l'autorité du Recteur, d'où
» procedent pluſieurs inconueniens, faute d'en auoir la connoiſſance, enco-
» re que tous ceux qui ſont d'vn corps deuſſent reconnoiſtre leur chef &
» rendre compte de leur vacation pardeuant luy; de maniere que pour ob-
» uier aux abus qui ſe peuuent commettre faute de la connoiſſance que les
» Superieurs doiuent auoir de ſon temps, des Maiſtres & Pedagogues &

principalement afin de preſter le ſerment de leur Religion, meſme que " ledit Recteur auoit eſté aduerty qu'en pluſieurs lieux & endroits de ladi- " 1584.
te Vniuerſité ſe faiſoient pluſieurs aſſemblées illicites de la pretenduë " Religion nouuelle, ce qui n'auoit encore eſté pratiqué en icelle Vniuer- " ſité, qui auoit eſté touſiours purgée de toute hereſie, & pareillement toû " jours maintenu le ſeruice diuin de la Religion Catholique. Ioinct qu'il " eſtoit ordonné par les Edicts de Blois que les Superieurs & Recteurs és " Vniuerſitez connoiſtroient tous les Regens, Pedagogues, diſciples & " tous autres Eſtudians, à cette cauſe requeroient que tous Precepteurs, " Pedagogues, Maiſtres & Regens fuſſent tenus & contrains de donner les " noms & ſurnoms de leurs enfans & diſciples, pour entendre comme ils " eſtoient enſeignez, à quoy ils employoient le temps, quelle Religion ils " tenoient; & par meſme moyen que leſdits Maiſtres & Regens fuſſent im- " matriculez en l'Vniuerſité & jurez pardeuant ledit Recteur. Veües les " Concluſions du Procureur general du Roy: Et tout conſideré, il ſera dit, " que ladite Cour en enterinant ladite Requeſte, a ordonné & ordonne, " que tous Precepteurs, Pedagogues, Maiſtres & Regens ſeront tenus & " contraints bailler & donner au Recteur les noms & ſurnoms de leurs en- " fans & diſciples pour entendre comme ils ſont enſeignez, à quoy ils em- " ployent le temps & quelle Religion ils tiennent pour eſtre leſdits Mai- " ſtres & Regens immatriculez en l'Vniuerſité & jurez pardeuant ledit Re- " cteur, & outre que d'Office à la requeſte du Procureur general du Roy, " il ſera informé du contenu cy-deſſus, pour information faite, rapportée, " veüe & communiquées, en ordonner. Et ſera le preſent Arreſt leu & pu- " blié à ſon de trompe & cry public és Carrefours de ladite Vniuerſité & " lieux accouſtumez à faire proclamations, à ce qu'aucun n'en pretende " cauſe d'ignorance. "

Anno 1583. actum ſæpè de luſtrandis Collegijs, reformandaque Vniuer- ſitate, & in ea re plus quam tres menſes fuerunt conſumpti. Die quidem 1583.
15. Ian. concluſum parendum Senatuſconſulto quo iubebatur Vniuerſitas Collegia ſua luſtrare; *vt autem res auguſtior eſſet* (ſic legitur in Actis Med.) *viſum eſt ex dignitate Rectoris fore, ſi Decanis Superiorum Facultatum comitatus Gymnaſia luſtraret.*

Die 26. eiuſdem menſis eadem de re rurſus actum. Et in ijs Comitijs expoſuit Rector porrectum à Syndico Facultatis Artium ſupplicem libellum Senatui, quo poſtulabat vt cogerentur Gymnaſiarchæ tres alere Philoſophiæ Profeſſores, ijſque honeſta ſtipendia conſtituere, quo Philoſophiæ ſtudia iam penè abolita priſtino ſplendori reſtituerentur. Sed iſtud negotium ad ipſam Facultatem Artium remiſſum. Rogata tamen eſt, *quò Philoſophiæ ſtudia melius colerentur, vt de vetere annorum numero nihil detraheretur.* Ita habetur in Actis Med.

Die 19. Feb. M. Carolus Gilmer Gymnaſiarcha Remenſis ſupplicauit aliorum Gymnaſiarcharum nomine differri luſtrationem Collegiorum & Reformationem Vniuerſitatis, propterea quod erant articuli nonnulli in quibus videbatur ineſſe nonnihil difficultatis, idque donec maturiùs fuiſſent examinati. Placuit verò eos tradi Rectori, & per Rectorem alijs Facultatibus, vt ſingulæ apud ſe rationes dubitandi expenderent.

Verùm cum Procuratores Nationum & Cenſores die 26. Feb. conueniſſent, Francæus Cenſor Nat. Gall. dixit non debere Facultatem Artium reformari vnicam, ſed & alias quoque, aut ſi vna reformetur, cæteras nihil in eam habere debere autoritatis, *cum Par in Parem non habeat Imperium.* Die verò 1. Martij habitis Comitijs generalibus ad dicendas ſententias de articulis per Gymnaſiarchas propoſitis & additis ad eos qui fuerant antè ſingulis Ordinibus communicati, prædictus Francæus in Theolog. Baccal. Nationis Gallicanæ poſtulauit non modò Facultatem Artium, ſed & Superiores quoque Ordines reformari, Articuloſque porrexit in quibus ipſi reformandi eſſent. Hinc orti clamores & vociferationes. *Facultas Artium Generalem eſſe voluit reformationem, aut ſi ſpecialis*

1583.

fieret, faciendam apud S. Iulianum Pauperem; cœteræ reclamarunt, ajentes Senatuſconſulto caueri tantùm de Facultate Artium. Rector tamen concluſit cum Facultate Artium, & ita legitur in Reg. publicis. Tres Superiores Facultates cenſuerunt reformandam Facultatem Artium D. autem Rector concluſit vniuerſalem eſſe faciendam.

ÆQVALITAS FACVLTATVM.

At in Reg. Facultatis Medicinæ ea de re ſic legitur. *Cum iam ſententiæ dicendæ eſſent, Magiſtellus neſcio quis, qui ſe Nationis Gallicanæ Cenſorē aiebat, poſtulauit vt non modò Artium Facultas, ſed & Superiores Academiæ Ordines corrigerentur, proque Articulis qui à Primarijs exſpectabantur, alij articuli aduerſus Superiores Academiæ Ordines Scribæ Academiæ dati ſunt vt publicè legerentur.* Reclamatum eſt hinc & inde. Alijs Senatus autoritate ſe tuentibus, *alijs Æqualitatem Ordinum omnium Academiæ non ferre, vt alij in alios ius habeant, dicentibus.* Tandem Superiores Ordines ſententiam dixerunt quæ » fuit huiuſmodi, vt non recuſarent corrigi ſe ſi opus eſſe videretur, iuci» piendum tamen eſſe à Facultate Artium quæ à vetere Academiæ diſci» plina tantopere defeciſſet.

In ijſdem Comitijs Vignerus Procurator Generalis Vniuerſitatis poſtulauit, *vt deliberaretur de lite inchoata aduerſus D. Guyon in ſupremo Senatu Procuratorem pro Laudimijs, quæ vernacula lingua appellamus* Lods & Ventes, *ob emptas ædes quarum dominium erat penes Academiam.* Placuit verò litem illam amicè dirimi.

Die 24. Martij Rector electus eſt M. Claudius François Catalaunenſis Baccalaureus Theologus ex Cenſore Nationis Gall. referente Mathæo Boſſulo Pariſienſis Tribus Quatuorviro, paulo ante Academiæ conſortio redonato. Quo Rectore die 19. Aprilis placuit adiri Proprætorem Pariſienſem vt vnum aut duos dies Priuilegiatorum cauſis iuxta veterum conſuetudinem Academiæ præſcriberet. Ex deliberationibus autem ſingularum Facultatum ſatis patet abijſſe in deſuetudinem.

DIES ACADEMICI IN FORO CASTELLETI.

Facultas quidem Artium ſic. *Adeundum Prætorem Conſeruatorem Priuilegiorum Regiorum. Deligendos quoſdam qui eum adeant vt dies nobis præſcribat; ſi non fecerit, libellum ſupplicem porrigendum Senatui. Iuris Collegium. Adeundum D. Proprætorem huiuſce vrbis, ſi D. Rector & viri ſelecti præſtare velint id in vtilitatem Academiæ. Dies deſignati Iuri dicendo ſeruentur. Si minor ſit numerus Priuilegiatorum, primo Ordine appellentur vt ſeparari poſſint ab alijs cauſis.*

Facultas Theologiæ. *Adeundum D. Proprætorem Pariſienſem, vt ſeruetur nobis dies. Hinc concludit Rector. Adeundum D. Proprætorem vt dies nobis dictus, nobis conſeruetur, aut ſaltem priuſquam appellentur cauſæ communes; deligendos quoſdam qui eum adeant.* Ita legitur in Reg. publicis Vniuerſitatis.

Die 17. Maij indictis à Rectore Comitijs apud Mathurinenſes actum eſt de ſufficiendo M. Chriſtophoro Aubry Doctore Theologo in locum M. Ioa. Dammartin Doctoris quoque Theologi defuncti Curionis S. Andreæ de Arcubus, cuius Nominatio ad Nationem Normanicam pertinebat. Et illa confirmata eſt. Statutum verò eſt, vt habent Acta Med. *Vt quoties per obitum vacaret Beneficium aliquod, cuius Nominatio ad Academiam pertineret, indicerentur Comitia biduo antequam haberentur.*

Die 23 Iunij M. Petrus Dinet Molinenſis Doctor in Artibus, in Conſultiſſimâ Decretorum Facultate Licentiatus & in Theologia Baccalaureus cum duos annos apud Barbaranos, & 4. in Regia Burgundia fuiſſet cùm Philoſophiam tum Theologiam Profeſſus, ad Rectoratum promotus eſt referente M. Laurentio Bourceret. Eidem ſucceſſit die 10. Octob. M. Andreas Bartholomæus Anicienſis, ſocius Nauarricus; quo tempore peſtis graſſabatur. Vnde 17. Octob. habitis Comitijs, deliberatum eſt an claudere Collegia oporteret, necne, placuitque tandem Conuictores intra Collegia edoceri, extraneis claudi, donec vis morbis deſæuiſſet.

Die 6. Decemb. qui D. Nicolao ſacer erat, ab omnibus Academiæ Ordinibus à Rectore conuocatis Iuſta funeris perſoluta ſunt Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo Cardinali Renato Birago Franciæ Cancellario qui diem

diem obierat in Cœnobio D. Catharinæ de Valle Scholarium, in cuius templo cum ſolemni Pompæ apparatu tanto quantus optari potuit, ſepultus eſt iuxta Valentiam Balbianam Coniugem chariſſimam. Hæc ex Actis Medicinæ. Ipſe verò Rector, qui Pompæ interfuit, ſic ſcribit in Libro Iuratorum. 1583.

At illud quidem memoria dignum eſt, quod ſub finem Magiſtratus eius contigit, ipſum videlicet ad optimi, iuxta ac nobiliſſimi Cardinalis de Birago & integerrimi Galliarum Cancellarij *cohoneſtandam Funebrem Pompam vocatum cum Principe Cleri ad læuam proceſſiſſe; ita tamen vt totum illud interſtitium, quod inter ipſum & feretrum intercedebat, ſemper inane manſerit, cum ex altera parte paruam intercapedinem Sacrificus & eius Miniſtri cum magna Epiſcoporum turba & aliis multis faſces & inſignia nobilitatis defuncti præferentibus replerent.* Præterea primus ad læuam in choro ſedit quoad demortuo iuſtæ perſoluerentur inferiæ.

Eodem Rectore die 14. Decemb. Curia Priuilegiorum Academicorum à Rege confirmatorum Litteras Patentes actis ſuis inſeruit.

" Veües par la Cour les Lettres Patentes du Roy en forme de Chartres: données à Paris le 16. iour de Nouembre 1582. Souſſignées, Par le Roy en ſon Conſeil. DE LAVBESPINE, obtenuës par l'Vniuerſité de Paris, contenant confirmation des Priuileges, immunitez, franchiſes, & libertez octroyées par les Predeceſſeurs Roys de France, à ladite Vniuerſité, Supposts, Seruiteurs, & Officiers d'icelle, conformément à ceux accordez par le Roy Loüis XII. en l'an 1513. aux Libraires Iurez de ladite Vniuerſité pour le trafic & commerce de leurs Marchandiſes, faiſant defenſes expreſſes aux Perſonnes Fermiers de la Doüanne ſur les Paſſages de Lion, Troyes, Châlons, Roüen, Dieppe, Nantes & autres lieux, Ports & Havres d'empeſcher, leſdits Libraires directement ou indirectement en l'apport de leurs Marchandiſes & tranſport d'icelles, leſquelles entant que que beſoin ſeroit, ſeront declarées de nouuels franches & quittes de toute ſorte d'impoſitions, peages, ports, ponts & paſſages, comme plus au long le contiennent leſdites Lettres, la requeſte preſentée par ladite Vniuerſité tendante à la verification deſdites Lettres de l'ordonnance ladite Cour, communiquées au Procureur general du Roy, ſes Concluſions ſur ce; & tout conſideré. LADITE COVR a ordonné & ordonne que leſdites Lettres Patentes ſeront regiſtrées és regiſtres d'icelle: oüy ſur ce le Procureur general du Roy, pour ioüir par les Imprimeurs de l'effet & contenu en icelles, ainſi que bien & deüement ils en auroient ioüy & vſé. Le 14. Decembre 1583. "

Idem Rector cum indixiſſet Comitia ſupplicatoria ad diem 15. Decemb. in morbum incidit, ita vt adeſſe non potuerit. Tunc ergo quæſitum quo Duce procederet Vniuerſitas, alijs aliud ſentientibus, tandem citra præiudicium Procurator Gallicanæ Nationis Rectorem egit. Qua de re ſic habetur in Actis Medicinæ.

PROCVRATOR GALL. RECTOREM AGIT

" Die Iouis 15. eiuſdem menſis indictis apud Mathurinenſes Comitijs, decreta eſt ſupplicatio ordinaria Rectoris M. Andreæ Bartholomæi ad regiam ædem Nauarræ. Cum autem morbo implicatus ſupplicationi ipſe intereſſe non poſſet, quæſitum eſt quis vices abſentis gerere deberet. Alijs Procuratorem Nationis Gall. ad hoc munus poſcentibus, quod in Comitijs publicis pro Facultate Artium vnus coram Rectore dicere ſoleret; *aliis verò eum qui Rectoratu nuper functus fuerat, efflagitantibus vt dignitati Academiæ conſuleretur.* Tandem cum efflueret tempus altercando, maximæ parti eorum qui aderant, viſum eſt vt Procurator Nat. Gallic. abſentis Rectoris vices gereret, ea conditione ne factum hoc in exemplum aliàs traheretur, ſi quid ſimile aliquando contingeret. Poſtulauitque fiſci Academiæ Procurator vt Decretum hoc in Academiæ Commentarios referretur. "

In Reg. verò Academiæ ſic habetur. *D. Procurator Galliæ loco D. Rectoris ægrotantis expoſuit cauſam Congregationis, & dixit D. Barthelemy Rectorem*

incidiſſe in grauiſſimum morbum, adeſſe non poſſe & eius perſonam ſuſtinere. Sup-
1583. *plicuit vt rata habeantur quæ à D. Rectore geſta ſunt, Comitatum ad Regiam Nauarram, necnon litteras commendatitias ſibi concedi.*

D. Binet antiquus Rector dixit eſſe Statutum vt Antiquus Rector perſonam D. Rectoris ſuſtineat. Supplicauit in eius locum admitti.

Theologus habet rata. Litteras commendatitias concedit; *cenſet vt antiquus Rector ſumat cappam nomine Rectoris. Iuris Ordo de Nata controuerſia quis vices D. Rectoris ſubire debeat, Procurator Franciæ pro hac vicem ſubeat, ſed ne trahatur in conſequentiam.* Habet gratas litteras commendatitias, & comitatum pollicetur.

„ Medicus ad componendam Quæſtionem hoc tempore natam concluſit *vt Procurator Galliæ vices ſubeat Rectoris ægrotantis.* Cenſet retinendum eſſe ea conditione, ne trahatur in conſequentiam; pollicetur comitatum & litteras commendatitias.

„ Facultas Artium, *cenſuit Procuratorem Galliæ debere vices gerere D. Rectoris abſentis*, litteras commendatitias & Comitatum pollicetur. Ex his deliberationibus retulit D. Vincentius Raffard Procurator Galliæ Ius eſſe pro hac vice tantùm ne trahatur in conſequentiam, Procuratorem Galliæ debere ſuſtinere vices D. Rectoris ægrotantis. Habetis grata, &c. pollicemini comitatum ampliſſimum.

Hæc Quæſtio rurſum agitata eſt paulo poſt ſub ſucceſſore; die 18. eiuſdem menſis. Prædicto Rectori ſuffectus eſt M. Ioannes du Hamel Abrin-
1584. cenſis: quo Rectore die 5. Ian. anno 1584. habitis Vniuerſitatis Comitijs deliberatum de Quæſtionis ſupradictæ deciſione. Facultas quidem Artium hoc ad ſe pertinere dixit, & remiſit ad Deputatos. Item & Facultas Medicinæ. Iuris Ordo, *de Prorectore ſi fortaſſis morbo laboret, exiſtimat antiquum debere ſupplere vicem illius; ſi vterque deſit, Decanum Facultatis Theologiæ debere ſupplere vicem.* Theologorum Ordo. *De Prorectore quando datus eſt antiquus Rector in Conſilium, ſi contingat infirmari vel impediri, antiquus ſuppleat vices. Si vterque abſit, D. Decanus Theologiæ.* Ex his deliberationibus retulit D. Rector. *D. Antiquum Rectorem debere prouinciam Rectoris ſuſcipere.* Si non adſit, *ſuppleat vices D. Decanus Theologiæ. D. Procurator Galliæ ſe oppoſuit & impedit quominus antiquus Rector ſuppleat vices D. Rectoris abſentis. D. Procurator Normaniæ interceſſit idem. D. Procurator Germaniæ interceſſit idem.*

In Actis Nat. Germ. ea de re ſic legitur. *Decani ſuperiorum Facultatum Prorectorem pronunciarunt defunctum Rectorem, qui ſi etiam impediretur, Decanum Theologiæ. Tres Procuratores ſe ſe huic ſententiæ oppoſuerunt, nempe Galliæ, Normaniæ & Germaniæ aſſerentes negotium illud eſſe penes Facultatem Artium.* Quare hæc lis adhuc eſt ſub Iudice.

Acta Medicinæ ſic. Omnium Ordinum conſenſu in ijs Comitijs ſtatutum eſt 1. &c. 2. &c. 3. *Vt quoties Rector Academiæ morbo, aut alio graui negotio impeditus à Comitijs abeſſe cogeretur, huius vices gereret qui ante hunc Rectoratu perfunctus fuiſſet; qui ſi non poſſet, Decanus Facultatis Theol. illas ſubiret.*

Die 21. Ian. actum ſerio de reformatione Academiæ, non quidem vnius Partis, vt ante, ſed omnium Ordinum. Quæſtio verò præcipua fuit, an Reformatio. Tutauillæa eſſet reuocanda in vſum, an quædam eius Capita, an habita ratione temporis, tollendi tantum quidam abuſus. Et ea de re in pluribus Comitijs actum eſt, vt legitur in Reg. Academicis. In Actis quoque Medicinæ clarè hoc modo.

„ Die Sabbati 21. Ian. 1584. indicta ſunt à Rectore priuata Comitia apud Graſſinorum ædes in quibus de duobus artic. deliberatum eſt. Primus fuit de *Reformatione Ordinum omnium Academiæ*, de cuius forma cum dubitaretur inter Academiæ Deputatos, quæſitum eſt an renouanda eſſet Reformatio olim facta à Reuerendiſſimo Cardinale Tutauillæo an. Domini 1452. an verò temporis præſentis habenda ratio eſſet. 2us. fuit de coërcendis quibuſdam Vectigalium Redemptoribus, qui quod inter Academiæ Nuncios olim cooptati fuiſſent, illius priuilegijs contra quam fas eſſet, gau-

derent. *Deputatorum ſententia fuit temporum calamitatem non ferre vt Cardinalis Totauillæi Reformatio renouaretur, proindeque ex ſingulis Ordinibus deligi oportere viros pietate & conſilio inſignes, qui Reformationis illius articulis diligenter perlectis, quid tenendum aut quid immutandum videretur, iudicarent, deinde ad Academiam referrent.* Vectigalium autem Redemptores quos ex Nunciorum numero eſſe renunciatum fuerat, vocandos eſſe vt Iureiurandi ſacramento præſtito, reſponderent an vectigalia redimerent: quod ſi confiterentur, ex Nunciorum catalogo expungendos eſſe, quia contra fidem Academiæ datam facerent. 1584.

Die 4. Feb. in Comitijs Mathurinenſibus expoſita fuit ſententia Deputatorum de Reformatione Tutauillæa. Et vt habetur in ijſdem Reg. Med. *re diligentius conſideratà, ſingulorum Ordinum ſententia fuit, non eſſe attingendam Reformationem à Reuerendiſſimo Cardinale Totauillæo olim factam, quòd autoritate ſummi Pontificis facta fuiſſet; ſed ſumma Capita abuſuum qui in Academiam irrepſerant, deſcribenda, iiſque viſis deligendos è ſingulis Ordinibus viros aliquot, qui de illorum tollendorum ratione ad Academiam referrent.*

Die 24. menſis Martij electus eſt Rector M. Nicolaus Dadon ex Cardinalitio; inſtructuſque die 27. & admonitus, quod reliquum erat *de Prato Clericorum, aut alienandum, aut dandum in annuos cenſus.* Et die 10. April. cum eſſet apud Mathurinenſes congregata Vniuerſitas, Guido Simon Scholaſticus, vt legitur in Reg. publicis, expoſuit ſe obtinuiſſe *à Rege & ſuo Secretiori Conſilio Arreſtum nomine ipſius Vniuerſitatis, quo ordinatum fuit ipſam Vniuerſitatem & ſuos Suppoſitos à quacumque Parte Regni & à quocumque Parlamento ſeu Senatu pro quacumque re attrahere & conuenire poſſe ſuos debitores & bonorum detentores coram D. Præpoſito Pariſ. Conſeruatore Priuilegiorum Regiorum ipſius Vniuerſitatis non obſtantibus Ordinationibus Regijs forſan in contrarium editis & charta Normana.* Petebat verò ſibi pecuniæ partem quam in Arreſti proſecutionem impenderat, ab Vniuerſitate rependi. Placuit rependere, ſi modo Arreſtum quod obtinuerat, aut ſe obtinuiſſe dicebat, communicaret, ſecus nequaquam.

Die Sabbati 28. April. habita ſunt in Cardinalitio Comitia Deputatorum ad deliberandum de ratione comprimendæ ſeditionis ortæ inter Scholaſticos & Milites Prætorianos. Habita & 11. Maij ad deliberandum ſuper diplomate Regio quo libri vænales onerabantur vectigali. Placuit verò libellum ſupplicem porrigi Regi, vt immunes forent ſaltem libri qui non eſſent contra Religionem Catholicam conſcripti.

Die 23. Iunij M. Laurentius Bourceret creatus eſt Rector, & 25. Inſtructus: eaque die placuit quoque intereſſe exequijs Franciſci Valeſij Andium Ducis Regis fratris, prout mandatum fuerat; item & apud S. Dionyſium inhumationis Impenſas ex ærario Academico ſuppeditari, Rectori 2. aureos in ſingulos dies, Decanis, Procuratoribus & Officiarijs aureum vnum, ſingulis Bidellis Semiaureum. Diebus autem 26. & 27. celebratæ ſunt exequiæ & in Baſilica Pariſienſi & in San-Dionyſiana.

Die 22. Aug. habitis Comitijs Mathurinenſibus Felix le Maignier omnium Ordinum conſenſu ſuffectus eſt in locum Patris defuncti Roberti le Maignier Librarij Iurati. Rixa autem quædam orta eſt inter Officiarios Vniuerſitatis, puta Procuratores Nationum, quorumnam eſſent emolumenta, quæ ex receptionibus eiuſmodi proueniebant, an eorum quorum temporibus Officia vacauerant, an verò eorum quorum temporibus Librarij aut alij publicè admittebantur. Natio Germanica imprimis ſic ſtatuit, vt legitur in Actis ipſius. Nota de Ivre Officiariorvm.

18. Die Septemb. Germanorum antiquitatis retinentiſſima Natio per Acceenſum in locum ſacrum, vbi Senatus haberi ſolet, conuocata, concordibus omnium ſuffragijs hanc legem tulit, & inter acta publica referri iuſſit.

In Nuncio eligendo & in Demortui locum adrogando mortis horam inſpiciunto.

Vt de mortis hora conſtet, libitinarias Curati tabulas conſulunto.

" De immunitate illa Procurator qui fuit mortis hora tantùm, diſponito:
1584. " Nullam Iuris huius partem alius Procurator quiuis ſibi vindicato.
" Nec vllam pecuniolæ quæ dabitur à Nuntio, partem ſibi habeto.
" Iure tamen Apophragiſmatis ſeu ſignatorij anuli ne priuator is qui
" cooptationis hora Procurator fuerit. Qui ſecus faxit & in S. C. hoc pec-
" cauerit.
" Hæc legum Capita concordibus omnium ſuffragijs ſancita ſunt; à me
" firmata & in publicas tabulas relata, vtque ſanctior eſſet illarum autori-
" tas & fides, omnium qui interfuerunt chirographis ſignata. C. Crittonius.
" Vt omnis callidæ & malicioſæ Iuris interpretationi locus præripiatur,
" hanc ſuperiorum legum appendiculam adijcere poſtea placuit.
" Idem Iuris in alijs omnibus Procuratorum emolumentis & fortuitis
" commodis, quod in ſubſtituendis Nuncijs obtineto.
" Et ſubſignarunt Crittonius Procurator. Ioan. Hamilton Decanus. S.
" Simſon. De la Roche, Pometachx, Blacuod. Adamus Regius I. Lupus
" Dominicus Rochers, Nauel. Item *& ne varietur*. S. Laffilé.

Die 7. Octob. habitis Comitijs ſupplicatorijs, vt legitur in Actis
Med. *conqueſtus eſt Rector,* quod cum multum temporis effluxiſſet ab obitu
" Guillelmi Merlin Librarij Iurati, is qui in illius locum ſuffici optabat,
" diem Comitiorum protraxiſet, in quo ſufficiendus eſſet, vt eo pacto
" Rectori ius ſuum eriperetur & Nationum Procuratoribus, poſtulauitque
" vt etiamſi Magiſtratu abiret, voce publicâ declararetur *ius Nominationis*
" *ſibi & Procuratoribus ſub quibus obiſſet Librarius, aut alius ex Officiarijs Vni-*
" *uerſitatis acquiſitum eſſe*, idque in cæteris qui ſequuturi eſſent, valeret. Cui
" Poſtulationi ab omnibus Academiæ Ordinibus aſſenſum eſt.

Die 10. Octob. Rector refectus eſt M. Ludouicus Andrieu Ambianus Colleg. Caluici: quo Rectore latum eſt Senatuſconſultum in fauorem nonnullorum Senatorum, Ciuium Pariſ. qui partem Prati Clericorum in qua domos extruere volebant, alio fundo compenſare obtulerunt. Iamque in eam rem habita fuerant Comitia die 23. Martij anni eiuſdem. Et 11. Decemb. Selectis quibuſdam viris & Vignero Procuratori id negotij datum eſt, vt viderent ne qua fraus fieret in compenſatione ſoli, quod Senatuſconſulto datum fuerat ijs qui domos extruere volebant in Prato.

Eodem Rectore, emerſit controuerſia inter Burſarios Cardinalitios & M. Stephanum Laffilé Primarium Electum. 11. verò Decembris indictis à Rectore Comitijs Mathurinenſibus, inter cætera decreuit Academia vt D. Laffilé Collegij Cardinalitij Primarius confirmaretur, in eius cauſam deſcenſura, ſi Burſarij litem mouerent.

Item habitis 13. eiuſdem menſis Comitijs Supplicatorijs, cautum rurſus Academiæ autoritate, ne Burſarij Comitia vlla indicerent ad electionem Primarij, antequam ipſi & Laffilæus cauſam dixiſſent in publicis, aut priuatis Comitijs. Item in ijſdem ſelecti ſunt viri qui adirent DD. Præſides Gueſleum, Briſart & Feu Senatores, petituri Academiæ nomine compenſationem ſoli ſeu Partis Prati Clericorum ob rationem ſupra poſitam.

Die 15. agitata eſt in ædibus Caluicis apud Rectorem cauſa Cardinalitia de qua ſic legitur in Actis Med. Die Sabbati 15. Decemb. *conuocatu à*
Lis Cardinalitia. Rectore in ædes Caluicas Superiorum Facultatum Decanis & Nationum
" Procuratoribus, & ibi auditis Priore Burſariorum Collegij Cardinalis
" Monachi, D. l'Empereur, & quibuſdam alijs eiuſdem Collegij Burſarij
" Comitia à Priore pro electione Primarij indicta à Rectore improbantur,
" vt pote contra Vniuerſitatis Decretum habita. Electio D. l'Empereur in
" Primarium irrita iudicatur. Prior qui Comitia contra Vniuerſitatis De-
" cretum indixit, mulctatur nummo aureo erogando pauperibus lue peſti-
" lenti laborantibus. Le Sueur & Raboult Burſarij qui Rectori contume-
" lioſi fuerant, ſinguli eadem ſumma mulctantur in eoſdem vſus. Burſarij
" reliqui qui Comitijs contra Vniuerſitatis Decretum interfuerunt, emo-
" lumentis Burſarum & priuilegijs Vniuerſitatis priuantur, donec reſipue-
" rint. Ad Procuratoris Fiſcalis poſtulationem decernitur, vt nomine Aca-

mix ſupplex libellus porrigatur Curiæ, quo poſtuletur vt Burſarij Cardinalitij emeriti, id eſt quorum tempus à Teſtatore conſtitutum effluxit, & hi qui habent Sacerdotia, Burſis priuentur, & Burſarum fructus quos contra Teſtatoris voluntatem & Senatuſconſulta perceperunt, reſtituere teneantur. 1584.

Die Lunæ 17. prædicta Sententia à Rectore & Deputatis contra Cardinalitios lata, ab Vniuerſitate confirmatur. Eadem die Rector eſt electus M. Ioannes Hamilton Colleg. Nauarrici. Et ille cum Decanis & Procuratoribus die 20. adit Gueſlæum Præſidem & Senatores Briſart & Feu, ob cauſam prædictam de Prato Clericorum.

Anno 1585. die 9. Ianu. habitis Comitijs Generalibus imprimis decretum eſt adeundum eſſe Procuratorem Generalem Curiæ Parlamenteæ aduerſus Franciſcanum Italum qui contra Statuta & Priuilegia Vniuerſitatis Philoſophiam & Theologiam publicè profitebatur. Deinde luſtrandum Pratum Clericorum, vt ſatisfieret libello ſupplici quem porrexerat D. Feu Senator in ſuprema Curia ad emptionem partis. 3. Remiſſa eſt quædam controuerſia de Aula pergamenaria ad Facultatem Artium. 1585.

In Comitijs 21. eiuſdem menſis decretum 1. admonendum Gymnaſiarcham Marchianum ne pateretur amplius Fratrem Claudium Richard Regularem profiteri Philoſophiam publicè; ſed eius loco ſecularem Profeſſorem ſufficeret. 2. Rectori iniunctum cum Cenſoribus luſtrare Collegia. 3. Cereos Regiæ maieſtati offerendos. 4. *Vt pro Laudimijs Academiæ debitis à Quodam nomine du Cerreau Quæſtor Vniuerſitatis acciperet aſſem Pariſienſem in ſingulas libras.* Ita legitur in Actis Medicinæ; alio loco, nempe in Comitijs 17. Martij an. 1584. habitis ita legitur. *Cum rogaſſet Procurator Fiſci ſingulos Academiæ Ordines nomine Ciuis cuiuſdam Pariſienſis, qui Agellum emerat, cuius Laudimia ad Academiam pertinebant, quod in minore Prato Clericorum ſitus eſſet, vt ſtatuerent quantum perſolui vellent pro ſingulis villis. Placuit, vt ſolidum Pariſienſem Academiæ perſolueret.*

In Comitijs priuatis apud Nauarram habitis die 5. Feb. & in publicis, die 9. actum præſertim de duobus Capitibus. Vnum erat, an Vniuerſitas deſcendere deberet in cauſam Nuncij Pontificij contra Franciſcanum quendam Italum autorem prauæ Doctrinæ & famoſi libelli in ſummum Pontificem & Cardinales; placuit verò deſcendere & Regem adire, rogareque vt Franciſcanum iſtum iubeat in vinculis detineri, donec cauſam dixerit. Alterum erat contra M. Vincentium de Vadillo, qui licet extorris ab Academia & Excommunicatus, non deſiſtebat docere publicè, & à Cancellario San-Genoueſiano aſſumptus fuerat ad examinandum. At ille die 18. Feb. in priuatis Comitijs dixit ſe abſolutionem obtinuiſſe; proindeque remiſſus ad publica; quibus habitis 23. eiuſdem menſis, ei omni docendi munere tam publico quàm priuato interdictum eſt, donec fidem feciſſet abſolutionis à Cenſuris Eccleſiaſticis quas incurrerat. Cauſamque ſuam Vniuerſitas contra ipſum & Cancellarium San Genoueſianum committit D. Choart Patrono ſuo. Verum actâ cauſâ apud Senatum die 2. Martij Vadillus abſoluitur.

Die 12. Martij, cum iam ſæpè negotium Prati Clericorum Procuratori Fiſci & Procuratoribus Nationum Galliæ & Germaniæ commiſſum fuiſſet, placuit maiori Comitatu virorum dignitate & prudentia præſtantium adiri Illuſtriſſimum Principem Mompencerium, & cum eo de Prati negotio agi.

Die 21. Iunij Rector, vt legitur in Actis Medic. Decanis ſuperiorum Facultatum & Procuratoribus Nationum comitatus adit Senatum & cauſam agit in quendam Pergamenarium, qui membranas in vrbem clam & furtim inuexerat, vt Rectorem ſuis iuribus defraudaret. *Curia Partium auditis diſceptationibus altercationibuſque mulctam 40. nummorum aureorum in Pergamenarium Rectori committit, & pronunciat præter iura Rectoris.*

Die 23. Iunij M. Guill. Hoüel Brito Diœc. Dolenſis Rector factus eſt: quo Rectore cum vacauiſſet Curia Parochialis SS. Coſmæ & Damiani,

Natio Germanica cuius erant vices, eam contulit M. Ioanni Hamiltoni
1585. Scoto paulo ante Academiæ Rectori; qua de re ſic legitur in Actis prædictæ Nationis. *26. menſis Aug. euſdem anni habitis apud Mathurinenſes maioribus Nationis Comitijs à quibus nemo abfuit, vnanimi omnium ſententia electus eſt à Natione M. Ioannes Hamilton Scotus in Curatum ſeu Curionem Eccleſiæ SS. Coſmæ & Damiani Pariſ. quod Beneficium vacauit per obitum M. Ioannis Verſoris, & qui mortuus eſt pridie ante & ſepultus in dicta Eccleſia, quæ tunc ſpectabat ad Nationem Germanicam ratione turni. Quare à Nobis Academiæ præſentatus beneuolè eſt admiſſus, & aduerſus omnes defenſus, idque noſtra maximè opera & labore. In cuius rei teſtimonium Procurator ego his ſubſcripſi die & anno vt ſupra.* SIMON SIMSON.

Die 29. eiuſdem menſis Vniuerſitas eundem Hamiltonem præſentauit, vt patet ex Actis Medicinæ.

Die Iouis 29. Aug. in Comitijs Mathurinenſibus Vniuerſitas præſentat M. Ioan. Hamiltonium à Natione Germaniæ nominatum ad Eccleſiam Parochialem SS. Coſmæ & Damiani vacantem per obitum M. Verſoris, declarat Theologiæ Facultatem eſſe in ordine, vel vt vulgo dicunt, in turno ad Beneficia conferenda.

Die Mercurij 2. Octob. in Comitijs Mathurinenſibus Vniuerſitas admiſit ejurationem ſeu reſignationem Quæſturæ ærarij Academici à M. Iac. Geruais factam in gratiam M. Germani Gouffé.

Die 10. Octob. refectus eſt Rector M. Iacobus Iulien Baccalaureus Nauarricus: quo Rectore, nihil video actum valde dignum memoria. Ei ſucceſſit die 16. Decemb. M. Franciſcus Pigenatius, etiam Nauarricus.

Anno 1586. die 20. Ian. admiſſæ ſunt quædam Librariorum reſignatio-
1586. nes. Item & 27. quo die in Comitijs Mathurinenſibus confirmatum eſt Decretum *nuper factum in priuatis Comitiis apud Rectorem de aureo nummo ſingulis menſibus perſoluendo Procuratori Fiſcali pro ſtipendiis, vt legitur in Actis Med.*

Die 24. Martij eligitur in Rectorem M. Ioannes Fileſacus Pariſinus, paulo ante nempe an. 1583. Procurator Nationis Gall. cum ſex annos continuos litteras humaniores, deinde Dialecticam docuiſſet apud Marchianos. Illi lis fuit cum Pergamenarijs, quia loco carebat in quo poſſet explicari Pergamenum, ex quo Mathurinenſes Aulam quandam quam commodabant, ſubſtraxerant. Natio tamen Germanica Scholas illi ſuas commodauit in vico ſtramineo. Vnde habitis 19. Maij Facultatis Artium Comitijs, poſtulauit vti de loco decerneretur. Placuit autem ſingulis Nationibus Scholas Nationis cuius Rector erit, debere huic rei addici, puta Gallicanæ, ſi Rector fuerit Gallus, & ita de cæteris.

Extat ad hunc Rectorem Epiſtola quædam Iordani Bruni Nolani Cameracenſis qui anno ſuperiore propoſuerat Pariſijs Acrotiſmum ſeu rationes Articulorum Phyſicorum aduerſus Peripateticos. Scripſit autem ille ad Philoſophos Pariſienſes, ad Regem Henricum III. ad Rectorem hoc modo.

» AMPLISSIMO EXCELLENTISSIMOQVE D. D. I. F. Pariſienſis Academiæ Rectori Iordanus Nolanus S. P. D. Qui Egregiæ humanitatis actus, Ampliſſime Domine, quod officij in extraneum philoſophum impendi poſſibile eſt, id pluribus abhinc annis vti huius Vniuerſitatis tum Rectores, tum vniuerſum profeſſorum Collegium mihi fuit effuſiſſimè elargitum, dum non modò communi quadam, quâ erga omnes affecti eſtis humanitate, verum etiam certâ haud vulgari ratione me vobis deuinxiſtis, vbi tum in publicis, tum in priuatis Lectionibus contraria Doctorum aſſiſtentia negotium ſtudij mei concelebrauiſtis, adeo vt nullus mihi de me minus quàm extranei in hac alma litterarum parente titulus, occurrere potuerit vnquam. Iam vbi per alias Vniuerſitates mihi peragrare animo ſedet, nec poſſim, neque debeam velut inſalutato hoſpite iter arripere; iſtum Articulorum numerum quaſi pro memoriæ pignore diſcutiendum propoſui. Vbi ſi mihi ſuadere poſſem vel vobis peripateticam

diſciplinam magis quàm veram perpetuò probari, vel plus Vniuerſitatem iſtam Ariſtoteli quàm iſti Ariſtotelem Vniuerſitati debere, ab iſtiuſmodi proponendis proculdubio abſtinuiſſem, ne forte quod in veſtri gratiam atque obſequium præſtare aueo, id ipſum auſu quodam hoſtili atque temerario, minorique quàm dicere poſſim, reuerentiâ facere viderer. Cum verò obſequium noſtrum qualecumque ſit; ipſum prudentiæ magnanimitatique veſtræ gratum futurum, voſque & omnibus æqui bonique conſulturos minimè diffidam, fauorem ſuper hoc tum excellentiæ tuæ, tum vniuerſi Collegij, tum certè mihi ſum pollicitus, quàm apertè omnibus manifeſtum eſſe poteſt, quod ſi qua vel noua ratio nos excitet atque cogat cuicunque liceat Philoſopho liberè opinari, ſuamque promere ſententiam, quodque ſi per me, cuius in hac parte non nihili fieri ſolet, autoritas & Facultas, ad ſatis vbique terrarum & apud vos conſuetam exercitationem, veritas fruſtra propugnanda exagitetur, conſequenterque tanto iam olim nota confirmetur amplius, nihil certè præſtabo tanta Academia indignum. Si verò quod magis ſperarim per hoc exurgentis Philoſophiæ primordia aliquid quod poſteritas commendare & amplecti poſſit atque debeat, aperiatur, ipſum ſanè erit hac veſtra Principe Vniuerſitate digniſſimum. VALE. 1586.

Poſtea M. Ioannes Hennequinus Apologeticam Declamationem habuit in Auditorio regio Pariſienſis Academiæ, in feſto Pentecoſtes eodem anno pro Nolani Articulis.

Die 22. Iunij M. Bartholomæus de Laſſeray Nauarricus alumnus Rector effectus eſt; quo Rectore die 30. Aug. vir Clar. D. Poncet nobilis Pariſienſis receptus eſt Viceſgerens D. Conſeruatoris, & iuramentum præſtitit.

Die 10. Octob. M. Philippus Cornille Harcurianus Laſſeræo ſucceſſit. Ille Magiſtratum Rectorium voluit reddere ſemeſtrem; ſed obtinere non potuit. Sic enim legitur in Actis Med. ad an. 1586. *Hoc anno pro more fuerunt 4. Academiæ Rectores, Ioan. Cornille, Io. Auril, D. de la Barre & D. de Tourneroche. Singuli Ordinarias ſupplicationes decreuerunt. Nihil accidit dignum memoria niſi quod Ioa. Cornille Rector priuata autoritate ſtatuerat vt Rector eſſet Semeſtris qui ſolet eſſe Trimeſtris; ſed omnium Ordinum conſenſu concluſum eſt permanendum in veteri conſuetudine.*

Die 16. Decemb. Cornillio ſucceſſit M. Ioannes Auril Eugenſis Baccalaureus Theologus Primi Ordinis, Prior Harcurianus, renunciante Errico Lamedé Rotomagenſi. Cuius Rectoris aucta eſt poteſtas hoc diplomate Regio dato 6. Martij an. 1587. 1587.

HENRY PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE ET DE POLOGNE. Au Preuoſt de Paris ou ſon Lieutenant, ſalut. Le Recteur de noſtre Vniuerſité de Paris, nous a fait remonſtrer que la licence des troubles qui long-temps, a regnent en ce Royaume, & la malice du temps a amené tant de deſordre en ladite Vniuerſité, que s'il n'y eſt bien-toſt pourueu, elle eſt toute perduë & aneantie, & au lieu de receuoir en icelle par la ieuneſſe quelque inſtruction & ciuilité, elle n'apprendra que toute diſſolution & débordement, pour le mauuais gouuernement qui eſt en aucuns Colleges, Maiſons ou Chambres Scholaſtiques, où l'Expoſant a entendu eſtre catechiſé au Caluiniſme & autres Hereſies, auec vn mépris de diſcipline contre toute pieté, honneur des Lettres & ſcandale de l'Egliſe. Et outre ce s'y retient & vend vne infinité de Liures ſcandaleux & heretiques, s'y fait auſſi de grandes corruptions, retraites de femmes impudiques, monopoles, crimes, delicts, excez & aſſaſſinats, meſme s'y ſeme couuertement pluſieurs ſortes d'hereſies & mauuaiſe doctrine. Ce qui ſe pourroit augmenter, s'il n'y eſtoit remedié par quelque exacte perquiſition & recherche de tels abus, crimes & maluerſations; Nous ſuppliant & requerant luy en octroyer nos Lettres neceſſaires. Nous à ces cauſes & que la bonne diſcipline & inſtruction eſt la choſe la plus requiſe à la Ieuneſſe, ſans laquelle elle ne peut paruenir à aucun

" bien, deſirant à cette occaſion qu'elle ſoit inſtruite & enſeignée en tou-
1587. " te pieté, doctrine & diſcipline; de l'aduis de noſtre Conſeil, inclinans à la
" ſupplication & requeſte dudit Recteur, loüans en cela ſa ſainte intention,
" luy auons permis & permettons par ces Preſentes, qu'il puiſſe ſe tranſ-
" porter tant en tous les Colleges, Chambres & Eſtudes, & autres endroits
" de noſtre Vniuerſité, où ſe retirent les Eſcholiers, que és maiſons des Li-
" braires, tant Iurez que non Iurez, & appelle auec luy le premier Com-
" miſſaire & Examinateur du Chaſtelet de noſtredite ville de Paris, ſe
" tranſporter eſdits Colleges, chambres & maiſons, & en iceux voir, vi-
" ſiter, chercher, découurir, prendre & ſaiſir tous les papiers, placarts,
" liures pernicieux, heretiques & ſcandaleux, tant contre noſtre Eſtat que
" contre l'Egliſe Catholique, Apoſtolique & Romaine, & iceux mettre
" és mains du Syndic de la Faculté de Theologie: Enſemble de faire re-
" cherche des Catechiſmes au Caluiniſme, & autres erreurs & de ceux qui
" par blaſphemes ordinaires, ſubornemens & corruptions, introduction de
" femmes, armes & autres voyes de fait, perdent noſtre Vniuerſité & ſcan-
" daliſent la jeuneſſe, *pour ceux qui ſe trouueront chargez & atteints de ce que*
" *deſſus, eſtre priuez par ledit Recteur des priuileges octroyez à ladite Vniuerſité, en-*
" *ſemble de leurs Eſtats & charges publiques en pleine aſſemblée aux Mathurins,*
" *ſelon l'ancienne forme de tout temps obſeruée, & eſtre mis en leur lieu & place*
" Gens vertueux & capables, reſeruant toutefois à noſtre Cour de Parle-
" lement & à vous noſtre Preuoſt de Paris ou voſtre Lieutenant en ce leur
" faire leur procez; ſi le cas le requiert. Et afin que ledit Recteur ſoit obey
" en vne ſi bonne & ſainte intention & deuotion enuers le public, enjoi-
" gnons à tous Principaux, Regens, Pedagogues & ayant charges, aſſiſter
" en cela ledit Recteur, & luy preſter & donner conſeil, confort & aide, &
" que de leur part & à ſon commandement ils tiennent la main pour l'ob-
" ſeruation de ce que deſſus, tant eſdits Colleges, maiſons & chambres, &
" d'enſeigner ou faire enſeigner la jeuneſſe en toute bonne doctrine & pie-
" té, & par chacun Dimanche de l'an, ſpecialement le Careſme & l'Ad-
" uent leur faire annoncer la Parole de Dieu par hommes doctes & capa-
" bles, & chacun iour de Feſte les faire catechiſer ſelon l'Egliſe Catholi-
" que, & non autrement, ſur peine de s'en prendre à eux, en leurs propres
" & priuez noms, & en cas de deſobeyſſance d'eſtre priuez par ledit Re-
" cteur de leurſdits Eſtats, priuileges & charges en ladite Aſſemblée gene-
" rale des Mathurins, faiſant au ſurplus par ledit Recteur, garder & obſer-
" uer entierement l'Ordonnance faite aux Eſtats tenus en noſtre ville de
" Blois pour le fait des Vniuerſitez. Si vous mandons, commettons & en-
" joignons que de nos preſents permiſſion & contenu cy-deſſus, vous faites,
" ſouffrez & laiſſez ledit Recteur ioüir & vſer pleinement, & paiſiblement
" en y contraignant & faiſant contraindre par toutes voyes deües & rai-
" ſonnables, nonobſtant oppoſitions ou appellations quelconques, pour
" leſquelles & ſans preiudice d'icelles ne voulons eſtre aucunement diffe-
" ré: Enjoignant auſſi à noſtre Procureur y tenir la main. Car tel eſt no-
" ſtre plaiſir. Nonobſtant auſſi quelconques Edicts, Ordonnances, man-
" demens, deffenſes & Lettres à ce contraires. Donné à Paris le 6. iour de
" Mars l'an de grace 1587. Et de noſtre regne le 13. Par le Roy en ſon Con-
" ſeil. Signé, &c.

Die 24. Martij M. Dionyſius de la Barre Andegauus Baccalaureus Primi Ordinis, ſocius Nauarricus fuit Rector electus; quo Rectore, orta eſt controuerſia menſe Aprili inter Germanos & Scotos in Natione Germanica de vicibus ſeu turno in munere Procuratorio & Quatuorviratu ſeu Intrantia Rectoria obſeruando. Et ea de re ſic ſcriptum legimus in Commentarijs prædictæ Nationis perpetuis temporibus obſeruandum.

De Intrantiæ Turno in Nat. Germ.

" Die depoſitionis D. Mauricij Villemin Vrſæi (Procuratoris) de con-
" trouerſia mota inter Prouincias de turno Procuratorum & Intrantium,
" conuentum eſt inter Magiſtros & Præceptores vtriuſque prouinciæ, re-
" tinendæ concordiæ cauſâ vt Germanorum prouincia hoc anno gaudeat

procuratura

Procuratura ſequenti in præſenti huius anni Edicto, ita tamen vt duobus " ſequentibus annis, eadem Procuratura Edicti cum præcedente gaudeat " 1587.
Scotorum Prouincia ex conſuetudine quam ſecundùm legem eſſe arbitramur. De Intrantijs verò reformandis, conuentum eſt vt Scoti in feſto S. Ioannis proximo, Germani in feſto Remigij; Scoti in feſto Natalis Domini, Germani rurſus in feſto Paſchatis; Scoti rurſus in feſto Ioannis ad compenſationem vnius perditæ Intrantiæ; ac deinceps redeatur ad leges & ſtatuta in libris deſcripta. Nec liceat cuiquam huic conuentioni contradicere ſub pœna priuationis priuilegiorum Nationis in vnum annum, aut etiam in plures, prout viſum erit Nationi. Atque vt hoc firmum, ratum & ſanctum ſit, præſens ſtatutum totius Nationis ſyngraphis libuit ſtabilire in plenis Comitijs apud Mathurinenſes die Martis 5. Maij anno Domini 1587. & ſubſignarunt, Simon Simſon Decanus Nationis, I. Piſo, Guill. Perſeus, Mauricius Villemin Procurator, Blacuod, Nauel, Adamus Regius, Perigny, Guill. Biſſupe, Thomas Golleus, Dominicus Rocheus, F. Alexander. "

Eodem Mauricio Procuratore, cui ipſa die 5. Maij prorogati ſunt faſces, vt Prouincia Germanorum primis vicibus ſeu turno priore gauderet, alia controuerſia orta eſt inter Germanos & Scotos, eo quod Scoti Aquilæ Imperatoriæ in nouo ſigillo Procuratoris adſculpi fecerant Leonem Anglicanæ Nationis; & certatum ea de re pluribus Comitijs, vt legitur in prædictis Commentarijs. Sigillum Ger. Nat.

Die 5. Iunij ego infra ſubſcriptus (Maur. Villelmin Procurator) ſupplicui coram tota Academia ad ædem ſacram Mathurinenſium congregata aduerſus D. Simſonium Decanum & D. Blacuodæum Scotos qui iuxta Aquilam introduci & ſculpari fecerant Leonem in conficiendo nouo ſigillo Procuratoris, loco illius furtim ablati die Pentecoſtes 1586. dum defunctus M. Philbertus munere Procuratorio fungeretur, licet nunquam fuerint viſa nec admiſſa Scotiæ ſtemmata in ſigillis Germanicæ Nationis; ſed ſola Aquila duplex caput habens, quæ ſunt Germaniæ inſignia. Itaque rogaui vt ſumptibus eorum aliud ſigillum conficiatur in quo non ſit introductus Leo, ſed ſola Aquila iuxta præcedentis formam, ſicut etiam deliberatum fuerat & concluſum à tota Natione ad hoc legitimè conuocata. Et quoniam res grauis viſa eſt & magni ponderis, nihil de ea eo die iudicatum eſt, ſed eam viris Academiæ ſelectis Facultates diſcutiendam reliquerant. Et ita ab Ampl. D. Rectore de la Barre concluſum. "

Item. 19. Iunij Ampl. D. Rector viros Academiæ ſelectos ad ædes ſuas Nauarricas conuocauit, quibus negotium ſigilli Nationis iterum expoſui. Interuenit tandem D. Blacuodæus qui alium diem ſibi concedi poſtulauit, quoniam ſe non habere inſtrumenta & monumenta narrauit, quibus ſuum ius tueri & defendere ſperabat. Viri itaque ſelecti hoc negotium in aliam diem remiſerunt, diſcutiendum tamen & iudicandum à doctiſſimis & æquiſſimis viris & DD. D. Magnagno in vtroque Iure Doctore bene merito & DD. Montelon & Chouart in ſuperiori Curia Cauſidicis & 4. Facultatis Artium Procuratoribus. Conſtitutumque eſt ab eis, quòd Quæſtor Nationis Germaniæ ſumptus ad hoc negotium pertractandum neceſſarios perſolueret, eorum tamen damno & periculo quorum cauſa ceciderit. Et ita ab Ampl. D. Rectore de la Barre concluſum. "

Die 22. Iunij idem qui ſupra Procurator Mauricius petijt ab Vniuerſitate, antequàm procederet ſupplicatum, confirmari ea quæ à DD. Rectore & ſelectis facta fuerant in priuatis Comitijs in rem ſigilli ſuæ Nationis, diemque aſſignari quo conuenirent ſelecti cum Cauſidicis. Quæ omnia rata habita ſunt & aſſignatus dies octauus, quo quod reliquum erat, perficeretur. Interim creatur nouus Rector M. Ioan. Tourneroche Normanus; quo Rectore plura quoque in eandem rem habita ſunt Selectorum Comitia, prout in iiſdem Commentarijs legitur.

2. Die menſis Iulij anno Domini 1587. Deputati ab Academia deliberaturi pro negotio ſigilli Nationis Germaniæ ad ædes D. Montelon ac- "

» ceſſerunt: quibus ius meum & petitionem ſcriptis expoſui aduerſus D. Si-
1587. » monem Simſonium, & D. Georgium Blacuodæum qui alium diem ſibi » concedi poſtularunt, eò quòd non haberent litteras, nec monimenta qui- » bus defenſiones ſuas tueri poſſint. Itaque D. Montelon conſenſu om- » nium totum negotium ad diem 15um. remiſit; quo tamen vtraque pars ha- » bere curaret & proderet omnes ſuas defenſiones in manus D. Magnani » Doctoris vtriuſque Iuris tanquam huius litis Relatoris, qui & primus » ſuum arbitrium de hac controuerſia diceret.

» In triduo ſequentis hebdomadæ, menſis & anni ſupradictorum D. Mau- » ricius Villemin Procurator, D. Simon Simſon Decanus, D. Franciſcus » Nauel Quæſtor, D. Georgius Blacuod: quibus adfuit D. Regius & D. » Laſſilé Academiæ Scriba à tota Natione Deputati viſitarunt ſingulas lit- » teras, monumenta & Eccleſiaſtica Ornamenta quæ ſunt in Scrinijs Natio- » nis Germaniæ, ad ædes ſacras SS. Martyrum Coſmæ & Damiani: & eorum » omnium repertorium fecerunt, perfeceruntque illud quod inceptum fue- » rat tempore Procuraturæ anni huius exiſtentis D. Blacuodæi.

» Die 29. eiuſdem menſis Natio congregata ad ædes Mathur. hora con- » ſueta, meum Magiſtratum in ſequentem menſem prorogauit. Die verò ſequenti ab Academia Deputati pro negotio ſigilli ad ædes D. Montelon, ſupplicatione D. Regij Scoti totam rem in alium diem differi voluerunt, iudicandam in præſentia Ampl. D. Rectoris. Verùm mutato Procuratore, & ſuccedente Scoto ea de re nihil amplius ſcriptum legitur.

Die 10. Octob. refectus eſt Rector M. Iacobus Marius Amboſius Arelatenſis Profeſſor Regius in Philoſophicis & Græcis litteris, Baccalaur. Theol. ſocietatis Sorbonicæ, cuius acta in omnibus Commentarijs deſiderantur; immò & Iuratorum Catalogus, adeo negligens fuit.

Reformatio Facultatis Theologiæ.

EO Rectore Theologiæ Facultas ſtatuta ſua recognouit diſciplinamque reformauit, in 3. Capitibus ad Magiſtros; Baccalaureos & Bidellos pertinentibus. Sic ergo ipſa.

VNIVERSIS *præſentes articulos inſpecturis ſalutem in eo qui eſt omnium vera ſalus. Inter cunctas Paſtoralis officij ſolicitudines, quibus inceſſanter premitur ſacra Theologiæ Pariſienſis Facultas, illa fortius & acrius pungit, diuexatque, vt domi compoſitis filiis ſuis, exterius cunctis hæreticis de finibus Chriſtianorum expulſis, eorumque falſis & virulentis ſcriptis & peſtilentibus doctrinis penitus expulſis, extirpatiſue:* intus timores (*vt ait Apoſt. 2. Cor. 7.*) foris verò pugnæ *ceſſent, fideſque Catholica (quæ ſolidæ ſemper ſubnixa petræ) integra illibataque hactenus ſubſtitit, permaneat: ac populus Chriſtianus quam longè lateque patet, in fidei ſinceritate (quouis obſcuritatis ſemoto velamine) immobilis inuiolatuſque perſiſtat: particularia quædam decreta ſuper renaſcentibus nonnullis præfractis erroribus in medium proferre è Republica litteraria viſum eſt eidem maturo conſilio ac decreto. Quibus tum per ſanctas Scripturas, tum per ſacra Concilia, & ordinationes veterum Patrum, atque arreſtorum ſupremi Senatus, antiquitatis conſenſum, tum per inconcuſſum eiuſdem ſacræ Facultatis vſum, & certam eiuſdem authoritatem, eiuſmodi elidantur errores & tollantur: Itaque cum pullulantibus, renaſcentibuſque & verò ſuccreſcentibus quotidie prauis moribus, (vt fert temporis iniquitas) commoneantur conturbenturque vt mortales, niſi promptum matureque adhibeatur remedium,* ſoleantque particulares de moribus (*vt pulchrè ſcribit D. Hieron.*) ſermones quàm vniuerſales valere ad emundationem & euacuationem iniquitatum accommodatiores eſſe & aptiores, *Idcirco præfata Theologorum Pariſienſium Facultas de more apud Sorbonam, poſt Miſſæ de ſancto Spiritu celebrationem collecta anno Domini 1587. vltima menſis Octobris, & maturo conſilio reformationis cupida, ad perpetuam rei memoriam in hunc modum cenſuit.*

CAP. I. *De Magiſtris: Et 1. de Moribus, habitu & Tonſura.* 1587.

INhibetur Magiſtris noſtris ne frequentent ſphæriſteria, nec tabernas aut loca malè famata, nec nutriant barbas aut nouo modo faciant more laicorum & ſecularium, & Tonſuram geſtent Theologo conuenientem.

2. *Item* non incedant priuatim & publicè per ciuitatem in habitu indecenti ſuo gradui & honori, vt potè cum galero & penula, epomidem non deferentes, quod dedecet Theologum: Quòd ſi fortè auſu temerario Facultati matri non obedierint, priuabuntur fructibus Facultatis, vel in toto, vel in parte, iuxta delicti grauitatem, vno menſe, vel ſi res exegerit, pluribus.

Tit. de Congregationibus.

STatutum fol. 19. Circa congregationes Magiſtrorum Facultatis ſtatuimus & ordinamus quòd de cætero celebrentur grauiter & honeſtè, ſecundùm condecentiam Facultatis: quodque fiant deliberationes Magiſtrorum ordinatè, cum grauitate & cum omni pace, nec vnus votum alterius interrumpat, ſed ſuæ ſeſſionis & antiquitatis ordinem quiſque expectet ad loquendum.

2. *Item* ceſſent iniuriæ & exprobrationes, audianturque à perſonis publicis exhortationes quæ fiunt de moribus, ad emendationem ſiue vnius, ſiue plurium.

Tit. de lectionibus Magiſtrorum.

OPortet interpretari ſtatutum folio 23. *Quòd Magiſtri noſtri debent legere de quindecim diebus in quindecim dies.* Ad quod Reſponſio. Multitudo actuum, aſſiſtentia in eiſdem, & præſidentia ſupplet cum lectione ſolemni in die ſanctæ Euphemiæ, & diebus quibus præſidetur in actibus frequentiſſimis.

2. Hic non intendit Facultas excuſare magnos Magiſtros Collegiorum, qui ex Officio tenentur legere iuxta fundationem.

3. *Item* lectio in die ſanctæ Euphemiæ non ſufficit vt aliquis gaudeat iuribus Euphemiæ, niſi per maiorem partem anni reſederit, iuxta ſtatutum, conſuetudinem maiorum, & iuxta Decretum arreſti ſupremi Senatus.

4. *Item* qui reſedit pro maiori parte ordinarij, & tamen non legit in die Euphemiæ, non debet gaudere dictis iuribus pro laudata maiorum obſeruatione.

5. *Item* canonici Theologales & Curati rurales legendo in die Euphemiæ, non debent percipere ipſa iura, niſi vt dictum eſt, per maiorem partem ordinarij reſederint, vt cautum eſt per arreſtum, & vſum dictæ Facultatis.

Tit. De Præſidentia Magiſtrorum.

SInt diligentiores Magiſtri noſtri in cogendis diſcipulis ad reſpondendum de Maioribus ordinarijs, ita vt qui non reſpondent primo anno de Sorbonica; reſpondeant de Maiore ordinaria, vt tollatur confuſio quæ præſertim videri ſolet vltimo Baccalaureorum curriculi anno.

2. *Item* præſidere pluries in eodem actu, & pluribus Baccalaureis eiuſdem licentiæ (de quo non eſt ſtatutum) hoc pendet ex conſilio magnorum Magiſtrorum quorum intereſt prouidere.

3. *Item* vt aliquis præſideat de actibus Veſperiarum, Doctoratus & Maioris ordinariæ, ſupplicabit in propria perſona vt liceat illi præſidere, non obſtante *reſſumpta* per eum non facta, vt fert receptus mos.

4. *Item* præſcribere ordinem diſputandi & dare loca, pendet ex prudentia Præſidis, ſeruata condecentia, & Baccalaurei diſputent ſecundum ordinem illis præſcriptum ſub pœna decem ſolidorum Turonenſium.

1587. » 5. *Item* poſthac Præſidentes non accipiant tabellas nomina Baccalaureorum continentes, niſi adſint lectioni, & cogentur legere manè hora ſexta in æſtate, & ſeptima in hieme: & Baccalaurei qui aſſiſtent lectionibus, præferantur alijs in diſputationibus: Baccalaurei verò qui tenentur diſputare niſi adſint lectioni, mulctabuntur duobus ſolidis Pariſienſibus, & prima quaque congregatione vocabuntur, niſi perſoluerint, ad obiurgationem audiendam.

» 6. *Item* de iuribus Præſidentiæ & conuiuijs ratione eiuſdem, videatur arreſtum, & ſtatutum folio 18. quod ſequitur.

» *Inhibemus Magiſtris eiuſdem Facultatis ne Baccalaureos prætextu cuiuſcumque actus compellant verbo vel facto, aut alio quouis exquiſito modo, ad prandia ſeu conuiuia facienda, nonobſtante quacumque conſuetudine, imò verius corruptela*, ſiue apud ſeculares, diuites Monachos & poſſidentes, ſiue apud mendicantes ſtatuaturque numerus pecuniarum pro ſingulis actibus: quibus numeratis liberentur alijs oneribus, neque maiores impenſas faciant ſub pœna arbitraria à dicta Facultate conſtituenda.

Tit. De Aſſiſtentia Magiſtrorum.

» DE aſſiſtentia Magiſtrorum in actibus, videatur arreſtum, vt aliquis gaudeat iuribus, & ſuffragio in licentijs: Et qui manent Pariſijs & non frequentant actus, non habeantur pro Magiſtris regentibus.

» 2. *Item* Magiſtri noſtri adſint in Doctoratu & Magiſterijs cum cappa, ſi velint percipere diſtributiones, niſi publicis occupentur negotijs eiuſdem Facultatis aut Vniuerſitatis.

» 3. *Item* adſint in Miſſis, Proceſſionibus & Congregationibus, ſi velint vſumfructum conſequi & illo gaudere, nec repetant abſentes Doctores à ſacrificio diuino & alijs Comitijs ſymbolum dari ſolitum præſentibus.

» 4. *Item* vt remoueatur omnis ſuſpicio mali, nihil fiet in diſtributione ſine mandato eius qui nominabitur à Facultate, qui etiam obſignabit tabellam diſtributionis. Nominatus eſt Dominus Faber ſyndicus.

» 5. *Item* Magiſtri noſtri ſæpiſſimè abſentes à ciuitate, intimabunt diem ſui receſſus & acceſſus bidello maiori, vt admoneat illos de agendis in dicta Facultate: quod fiet modò recipiant ſe in domum honeſtam & communem Theologis, & habitari ſolitam dictis Doctoribus.

Tit. De ſuffragiis Licentiandorum.

» IN primis Magiſtri noſtri memores ſint iuramenti quòd fidele teſtimonium ferent de ſufficientia Baccalaureorum vel inſufficientia.

» 2. *Item* iurabunt ſe ſufficienter adfuiſſe actibus Baccalaureorum, vt de illis poſſint ferre teſtimonium fidele, cuius rei fidem faciet maior bidellus.

» 3. *Item* pro verificatione vtriuſque articuli, interrogabitur maior Apparitor de tempore receſſus & acceſſus.

» 4. *Item* Magiſtri noſtri poſthac non conferant ſuffragia ſua cum alijs Doctoribus, ita vt reperiantur viginti quatuor aut triginta ſuffragia eodem modo & ordine, & vulgò dicitur, *C'eſt vne telle bande*, quod eſt dedecori Facultati.

» 5. *Item* in conſcientia vnuſquiſque agat & non ſecundum conſcientiam aliorum, non tamen tollitur honeſta conferentia, vt tutiùs agatur & iudicetur de merito cuiuſque Baccalaureorum.

» 6. *Item* prohibetur Magiſtris, ne duos vel plures ponant in eadem linea, ſub pœna priuationis à ſuffragio, & ad hoc iuramento adigantur Doctores propter inſtantia mala.

» 7. *Item* non dent duas, aut plures tabellas.

» 8. *Item* quòd nullus Magiſter deponat pro Licentiando à Pariſius abſente, niſi fuerit abſens pro factis Vniuerſitatis aut Facultatis, & niſi perſoluerit iura debita Facultati.

9. *Item* ſi deponat & ſcribatur, vocetur poſt alios Licentiandos, quod ſæpius concluſum fuit. 1587.

10. *Item* vt hoc melius fiat, ad vitandam omnem calumniam, *bonum & æquum iudicatur habendam eſſe capſam*, vt pluries ſupplicatum eſt.

11. *Item* fiat congregatio per iuramentum certo die, & omnes moneantur, & adferant ſuffragium reponendum in dictam capſam coram omnibus Magiſtris noſtris. Quòd ſi quis voluerit habere ſuffragium, & non debeat habere, ab omnibus indicetur, nec contentioſius agatur fauoris gratia, quod dedecet Theologos.

12. *Item* ſyngrapha bidelli & ſigillo confirmetur capſa, & iſtius capſæ ſint duæ claues, quarum altera dabitur domino Decano, & altera Cancellario, ſi ita videtur à Facultate.

13. Quibus factis capſa defeteratur ad dominum Cancellarium à duobus Doctoribus deputatis à Facultate, qui aſſiſtent cum his quos nominabit Dominus Cancellarius ad conficiendum rotulum Licentiandorum.

14. Verum quia indignum eſt Theologis curſitare per Collegia, venandorum ſuffragiorum Magiſtrorum noſtrorum cauſa pro Licentiandis: inhibetur ſub pœna priuationis ferendorum ſuffragiorum, ne id à quoquam attentetur poſthac.

Item ſub eadem pœna prohibetur *ne conuiuia fiant à Licentiandis, Magiſtris noſtris*, quocumque prætexto, vt tollantur contentiones quæ fieri ſolent cum ſcandalo puſillorum.

Tit. De delatione titulorum per Licentiatos.

DEferantur per Collegia & cubicula quindecim diebus ante Veſperias, vt ſi quid addendum aut tollendum ſit, remoueatur, ſub pœna aurei ſolati.

2. *Item* laurea donandus cum reſpondente per duos dies ante Doctoratũ deferat poſitiones ſolemniter per Collegia & cubicula Magiſtrorum.

3. *Item* non fiat diſpenſatio in poſterum cum illis qui voluerint anticipare ordinem illis præſcriptum, & prohibeatur D. Decano, ne proponat ad deliberandum poſtulationem, ſub pœna priuationis à Facultate iuxta ſtatutum.

4. *Item*, an liceat qualibet hebdomada celebrare Doctoratum, excepto tempore non legibili. Ad hoc reſponſio.

Seruetur ſtatutum de quindecim diebus in quindecim dies pro honeſta conſuetudine: Quòd ſi contingat aliquem velle celebrare Veſperias & non Doctoratum, ſequens Licentiatus celebrabit Veſperias ſuas eadem hebdomada vt non fiat interruptio, ad vitandam ordinis perturbationem.

1. Magiſtri ſiue Baccalaurei qui fuerint delati de aliquo crimine, cogantur vocati coram Facultate, vel ſaltem coram Deputatis (ſi bonum videbitur) reddere rationem de quibus accuſati fuerint, ſiue delati, ſine tamen nota infamiæ, ſi res poſtulet.

2. *Item* ſi conuicti fuerint de aliquo graui crimine, ſeu ſcelere, ſubibunt aleam iudicij Facultatis, ſine tergiuerſatione & dilatione.

3. *Item* videant diligentiſſimè poſthac, ſiue Doctores, ſiue Baccalaurei, ne publicè, vel in orationibus pronunciandis, vel in diſputationibus quotidianis, atque etiam priuatim, *affectent curioſius nouas pronunciationes, obſoletas, exoticas & barbaras, veris Theologis contra conſuetudinem hactenus obſeruatam à maioribus noſtris ſicut exleges, & more publicanorum proferre:* vt loco, dominus, dicant, *dominous:* loco virtus, proferant *virtous:* pro dominici, dicant *dominichi:* & infinita propemodum alia, quod Magnates, boni, & cuiuſque ordinis homines Chriſtiani, ex ore præſertim Theologorum ægrè audiunt, & meritò rident, & vt verè dicam, damnant & oderunt peius cane & angue: quod interminatione deiectionis & deletionis de albo Theologorum Facultatis Pariſienſis cenſuerunt patres eiuſdem ſacræ Facultatis: nunc verò pœnam addit eadem Facultas inobedientibus

» (quod Deus auertat) priuationis diſtributionum vnius menſis, & ſic dein-
1587. » ceps.

Cap. 2. *De Baccalaureis.*

» SVpplicaturus in Facultate pro primo curſu, ſiue Religioſus, ſiue Secularis, *debet eſſe in quinto anno ſtudij Theologici poſt ſtudium in Artibus, & in viceſimo quinto ætatis ſuæ anno conſtitutus.*

» 2. Seculares & Religioſi poſſidentes, fidem faciant ſui temporis legitimè per atteſtationem litterarum publicarum: Mendicantes verò id faciant per eos ſub quibus ſtudium perfecerunt.

» 3. *Item* Seculares *ſint Magiſtri in Artibus in Vniuerſitate Pariſienſi, & ſi in alia, adoptentur ſeruato ſtatuto de tempore ſtudij.*

» 4. *Item* habeant litteras Tonſuræ expreſſè, alioqui non admittantur, vt certò ſciatur quod ſint de legitimo matrimonio procreati. Quod ſi per errorem & litteras impoſuerint Facultati, priuabuntur ipſo facto ſuo gradu & licentia, iuxta ſtatutum *folio 3.*

» 5. *Item* ſupplicaturus ſit in habitu, Tonſura decenti, bonæ famæ & conuerſationis, & nominabit magnum Magiſtrum qui eum dirigat & in moribus & in Actibus & Schola, & maneat in Collegio benè famato, monſtrato teſtimonio Superioris Collegij, ne fraus fiat.

» 6. *Item* his peractis, dabuntur illi quatuor examinatores, qui erunt alterius domus, qui fideliter & non perfunctoriè examinabunt: quorum Examinatorum nomina ſeruabuntur ab Apparitore, vt ſi minus capax reperiatur etiam poſt Tentatiuam vel in totum reijciatur, vel ad tempus, vt videbitur per probatos Theologos, ſine tamen prauo affectu.

» 7. *Item* non reſpondeat de Tentatiua ſub Magiſtro ſuæ Nationis, nec Religioſus ſub Religioſo ſuæ domus.

» 8. *Item* Mendicantes quolibet anno dabunt in ſcriptis nomina & cognomina Baccalaureorum iubilei ſui, ita vt poſthac non ſint de domo Prædicatorum niſi ſeptem, ſex de domo Minorum, quatuor de domo Auguſtinenſium, & quatuor de domo Carmelitarum. Et ſi aliquis nominatorum moriatur, nullus ſufficiatur in locum demortui, vt omnis ſuſpicio malæ fidei tollatur.

» 9. *Item* Auguſtinenſes quolibet anno præſentabunt Biblicum ſecundùm ſtatutum fol. 21. quod ſequitur. *Quilibet ordo Mendicantium & Collegium ſancti Bernardi habeat quolibet anno Biblicum qui legat ordinariè, alioqui priuentur pro illo anno Baccalaureo Sententiario.*

» 10. Item *poſt Tentatiuam Baccalaurei Sententiarij legant exactè libros Sententiarum ſecundum ſtatuta, fol. 7.* (exceptis diebus in quibus fiunt actus Facultatis) aliàs pro non Baccalaureis reputabuntur, & qui negligunt in relatione quod legerint libros, pro vnoquoque libro non lecto ſolemniter dabunt duos aureos, & inſuper tenebuntur legere, ſecùs priuabuntur ſua licentia, ſi inobedientes fuerint.

» 11. *Item* Mendicantes & Concionatores tempore aduentus & quadraſimæ non excuſantur à lectura, ratione prædicationum, & pareant vtrique ſtatuto: alioqui ſubiaceant pœnæ ſtatutorum de priuatione ſuæ licentiæ.

» 12. *Item* Baccalaurei aſſiſtent in Miſſis, Proceſſionibus, & actibus in habitu decenti iuxta ſtatutum *folio 9.* quod ſequitur. *Quilibet Baccalaureus formatus exiſtens Pariſius teneatur intereſſe in cappa*, aut habitu decenti ſuæ Religioni, Lectionibus, Veſperijs, Aulis, diſputationibus ordinarijs, & alijs quibuſcumque diſputationibus publicis Magiſtratibus & diſputationibus in Sorbona & alijs locis, ſub pœna quartæ partis vnius Franci: *Sermonibus autem Magiſtralibus, Proceſſionibus Vniuerſitatis, & Miſſis primi diei cuiuſlibet menſis, ſub pœna duorum ſolidorum Pariſienſium.*

» 13. *Item* cappas ſuas non geſtandas curent Baccalaurei, ſi quando longius domo recedant, vt ad diuæ Virginis ædem: cuius criminis ſi rei deprehendantur, mulctabuntur decem ſolidis Turonenſibus pro qualibet vice, & ſingulis menſibus ſoluant. Quod ſi contempſerint, tertioque ſpoliati

cappis ad Actus, Proceſſiones & Miſſas, proficiſcentes conuincantur per famulos geſtaſſe, penitus ex ordine eijciantur. 1587.

14. *Item* non incedant cum galero & penula, epomidem non deferentes, & barbam nutrientes aut nouo modo facientes, ſub eadem pœna decem ſolidorum Turonenſium pro prima vice, poſtea ſubijciantur maiori pœnæ.

15. *Item* Religioſi ſub eadem pœna curent coronas capitis ſui & barbam.

16. Nec liceat ipſis Baccalaureis formatis, etiam ex rationabili cauſa ſe abſentare à Pariſius vltra duos menſes pro quolibet anno abſque licentia Facultatis.

17. *Item* Baccalaurei curſu dimiſſo non poterunt illum redeuntem proſequi, niſi fuerint ad hoc per Facultatem admiſſi, pro quo ſupplicabunt, & cauſas ſuæ diſcontinuationis tradent, vt videatur ſi ſint legitimæ.

18. *Item* Baccalaurei primæ licentiæ faciant actus ſuos maiores tempore & loco, ita vt qui non reſpondebunt primo anno de Sorbona, reſpondeant de Maiore ordinaria, & ad tollendam omnem excuſationem, aſſignabuntur hebdomades ſingulis prima congregatione, aliàs punientur aureo nummo; nec fiet diſpenſatio poſthac à primo Veneris poſt diuum Petrum vſque ad ſanctam Euphemiam.

19. Item *aſſignabuntur ſermones, Baccalaureis quolibet anno ſecundùm ſtatuta Facultatis, folio 11.* Quòd ſi non fecerint dictos ſermones, mulctabuntur aureo ſolato, quem ſoluent in prima congregatione, vt caſtigentur cum verecundia admoniti à D. Decano.

20. *Item* infra quindecim dies poſt feſtum Paſchæ, deferant reſponſuri de Sorbonica, ad dominum Priorem Sorbonæ, poſitiones ſuas: ſecus punientur ſumma decem ſolidorum Pariſienſium.

21. *Item* Baccalaurei tenebuntur comparere in aulis Magiſtrorum noſtrorum nouorum, ante inchoationem ſecundæ concluſionis, ſub pœna quartæ partis vnius Franci, ex ſtatutis, *folio 30.*

22. *Item* aſſiſtent toto die diſputantes in Sorbonicis, nec relinquant ordinem & ſubſellia vacua poſtquam diſputarint, quod fit in dedecus Facultatis, ſub pœna decem ſolidorum Pariſienſium, quam ſummam ſoluant in proxima congregatione ſequenti.

23. *Item* vbi Baccalaurei propoſuerint ſua argumenta, tollant de manibus poſitiones & quaſcumque chartulas, ne videantur auditoribus legere, quod contingit ad magnam ignominiam.

24. *Item* Baccalaurei non differant ſuos actus neque protrahant vltra feſtum ſanctæ Catherinæ vltimi anni, ſub pœna duorum aureorum & nota infamiæ & iniuriæ, aliàs prouidebit Facultas.

25. Item *Baccalaurei abſtineant poſthac à conuiuijs in ſuis Actibus*; quod ſi contempſerint accuſati apud Facultatem, in illos arbitrariè animaduertetur: ſed honorario quodam vt potè exiguiſſimo ſint contenti & honeſto.

26. *Item* de feſto ſancti Petri celebrando, ſeruetur ſtatutum, *folio 37.* quod ſequitur. Cuilibet Baccalaureo, excepto Priore Sorbonico & illo quem pro ſocio capiet, comparere illic prohibetur, ſiue in prandio, ſiue in cœna, ſub pœna decem ſolidorum Turonenſium.

27. *Item* peracto diuino ſacrificio, factoque ſermone per Franciſcanum apud cœnobium Franciſcanorum, modeſtè ſe recipiant ad Carmelitas: inde quiſque in domum ſuam ſine cuiuſquam ſcandalo.

CAP. 3. *De Bidellis.*

MAior Bidellus omni diligentia procurabit annuos reditus ad honorem & vtilitatem Facultatis.

2. Recipiet pecunias à Baccalaureis pro Principijs, & faciet regiſtrum pro dictis Principijs, in quo regiſtro dicti Baccalaurei ſcribent propria

" manu nomen & cognomen, & diem Principiorum primi curſus, vt co-
1587. " gnoſcant locum ſuum & ordinem diſputandi in Sorbonicis præſertim.

" 3. *Item* recipiet à dictis Baccalaureis pro primo curſu quinque aureos: " pro ſecundo principio ante Tentatiuam alios quinque aureos: & poſt " Tentatiuam pro primo principio Sententiarum octo aureos: & pro ſecun- " do poſt Tentatiuam, aureum.

" 4. Et deductis iuribus Facultatis, Decani & Bidellorum, quod reſta- " bit, diſtribuetur æqualiter Doctoribus-Regentibus qui reſederunt & le- " gerunt in die ſanctæ Euphemiæ, & legetur rotulus in plena congregatio- " ne: & hoc iuxta ſtatuta, arreſtum ſupremi Senatus & conſuetudinem di- " ctæ Facultatis.

" 5. *Item* maior Bidellus habeat epitogium cum capucio foderato in " Actibus ſolemnibus prout ante iſta tempora fuit obſeruatum, & à veteri- " bus ordinatum, ad honorem Facultatis.

" 6. *Item* ambo Bidelli præſentes ſint Actibus ad honorem Facultatis, vel " ſaltem alter eorum, & hoc pro breui tempore, donec redierit abſens, & " reſpondentes curent de victu exiguo pro eiſdem & moderato, vt ſerue- " tur honeſtas.

" 7. *Item* paruus Bidellus ſignificabit per cubicula & Collegia, Miſſas, " Proceſſiones, & Congregaationes: ne ſint contentiones, & vt tollantur " excuſationes, ſi abfuerint Magiſtri, ſiue Baccalaurei.

" 8. *Item* comparebit lectionibus Magiſtrorum & omnibus actibus Fa- " cultatis, & faciet fidele regiſtrum de abſentibus à prædictis lectionibus, " Actibus, Miſſis, Proceſſionibus, & Sermonibus, vt ſint omnes in Of- " ficio: & recipiet à Baccalaureis quinque aſſes pro poſitionibus, quas de- " feret per collegia omnibus Baccalaureis formatis.

" 9. *Item* quando exautorabuntur à Facultate, vel ſe ſponte exuent " & abdicabunt officio, id faciant apud Facultatem, quæ ex iure ſuo pro- " uidebit, & hoc iuxta antiquum modum agendi dictæ Facultatis.

" 10. *Item* ſi contingat quòd pro cauſa legitima ſpolientur officio ſuo, " parebunt dictæ Facultati ſine cunctatione & forma fori ciuilis & con- " tentioſi.

"
1588. Anno 1588. habitis die 11. Ian. priuatis Comitijs Rector expoſuit quæ- dam capita ad diſciplinam Academicam pertinentia. 1. de inſtruenda Iuuentute in ſingulis Gymnaſijs, vt in iiſdem fieret *vna lectio Chriſtiana publica.* 2. de Pædagogis & Burſarijs qui non dederunt fidem Academiæ. 3. *de creatione vnius Aduocati & Procuratoris in maiore Conſilio Regis.* 4. de Pergamenarijs, vt ſingulæ pelles notarentur. 5. de Officiarijs qui non perſoluerant Burſas.

De his autem capitibus ita deliberatum eſt, vt legitur in Reg. Academicis. *Vt in ſingulis Gymnaſijs autoritate Vniuerſitatis legatur & doceatur Catechiſmus. Compareant omnes Primarij. Facultas Theologiæ proponet Catechiſmum. Pædagogos & Burſarios qui non dederunt fidem Academiæ, cogendos vt iurent ſub pœna ejectionis vel priuationis burſæ. Creandos Aduocatum & Procuratorem in maiore Conſilio Regis. Poſita ratione Indultorum ſingulas membranas eſſe notandas ſigno manuali hominis quem commiſerit D. Rector, vocandos Pædagogos & Burſarios vnà cum Primarijs proxima die apud S. Math. & ita per D. Rectorem concluſum extitit.*

Die 15. Ian. in Comitijs Mathurinenſibus vbi actum de apertione Rotuli Nominandorum, eadem capita rurſum propoſita à Rectore & ab Vniuerſitate confirmata. Eiuſque rei fit quoque mentio in Commentarijs Nationis Germanicæ. Et in iiſdem Comitijs ſupplicauit M. I. Biſhopius Procurator Nationis eiuſdem vt Vniuerſitas ad cauſam ſuam accederet contra eos qui Scamna Nationis loco mouerant in Æde S. Coſmæ. *Promiſit autem Academia manus auxiliares, vt ageremus contra illos qui tranſtulerunt noſtra ſcamna in Templo SS. Coſmæ & Damiani.* Idem obtinuerat ante in Comitijs Generalibus 23. Decemb. 1587.

Nota de Scamnis Germ. Nat.

In iiſdem Commentarijs notat ad 7. Martij M. Petrus Faillon Lotharingus

ringus Tullenſis Procurator eiuſdem Nationis Almam Vniuerſitatem conueniſſe apud Math. & à Maximiliano Huberto Rectore breui oratione & eleganti fuiſſe propoſitum *de honore funeri Ducis de Ioyeuſe exhibendo & omnium Ordinum vnanimi conſenſu concluſum toto Vniuerſitatis corpore eſſe cohoneſtandum.* Ille pro Rege & Religione in Campo Coutraſſio fortiter pugnans contra Nauarræos occiderat. 1587.

Menſe Maio orta vehementi ſeditione, viæ tranſuerſis dolijs impeditæ & trabibus tabuliſque obuallatæ. Qui dies dicitur, *la journée des Barricades.* Rex ſaluti ſuæ timens Carnutum aufugit. Guyſius parta de Reiſtræis victoria ſuperbus Lutetiæ dominatur, motæque ſeditionis nomine Regi ſuſpectus eſſe cœpit. Vtcumque tamen datis 17. Maij litteris ſe ſe purgat. Ita reconciliantur animi. Et de Comitijs trium Regni Ordinum apud Bleſas habendis conſilium initur.

Die Mercurij 1. menſis Iunij Natio Germanica iterum ſtatuit de iure Magiſtratibus ſuis debito ex vacante officio: qua de re ſic ſcribit M. Simon Simſon tunc Procurator. *Ad tollendam fraudem quæ fieri videbatur contra Municipalem Nationis legem de iure Magiſtratibus ſeruando à die abdicationis à ſuis muneribus, ſancitum eſt vt Procurator qui non ante duos menſes à die ſuæ depoſitionis de Officio Magiſtratus ſui tempore vacante prouiderit, aut dictum Officium Nationi in integrum reſignet ac relinquat, nihilque ipſe inde priuati expectet emolumenti, aut donec prouiderit, de dicto Officio ſingulis Procuratoribus qui ei inuicem ſuccedent, det duos nummos aureos. Quod ſi vltra ſex menſes rem diſtulerit, omni ſuo iure decidat; & quod inde emolumenti reſultauerit, in publicum Nationis referatur ærarium, ſolutis tamen ſingulis Procuratoribus qui intererant à die vacationis, duobus aureis pro laboribus, quos inſumere tenebuntur, vt de dicto munere ſeu Officio pro Ornamento Nationis prouideatur.*

Eadem Natio die 22. Iunij Quatuorvirum ſeu Intrantem ſuum ad Electionem Rectoris coërcendum putauit, vt non pro libito quem vellet ipſe nominaret, ſed quem ei Natio præſcriberet. qua de re ſic legitur. Intrans Nat. Germ.

22. Die eiuſdem menſis Conuocata Germanorum Natione in Ædem Diuorum Coſmæ & Damiani ſuper electione Intrantis, ibidem M. Simon Simſon Nationis Decanus ſupplicuit, vt quia præſenſerat negligi quodammodo Nationem ab ijs qui id oneris ſolent ſubire, vt cuicunque Officium illud daretur, iuraret in poſterum ſe nihil acturum niſi ex præſcripto ac certa ſcientia totius Nationis, nec quemquam nominaturum Rectorem quem non ei vt ſuo in re Legato Natio ipſa nominaret. Cuius ſupplicatio cunctis annuentibus vt de Repub. & ornamento Nationis admiſſa eſt.

Die 23. Iunij M. Leonorius de S. Leu Bellomontanus è Diœceſi Beluacenſi ſupra Iſaram, Baccalaureus Theologus Sorbonicus poſt conſumptos aliquot annos in erudienda Iuuentute, necnon munere Procuratorio & Cenſorio perfunctus in Academia Pariſ. abſens renunciatus eſt Rector & die 25. inſtructus more ſolito. Quo Rectore quæ geſta fuerint, habemus in libro Iuratorum. Hæc præcipua.

1. *Vxorati omnes Magiſtri in Facultate Artium priuati ſunt omni Iure ſuffragij & omni Magiſtratu,* qui in eadem Facultate obtineri poſſet, id poſtulante & procurante D. Dauignon Lexouienſi Philoſopho contra D. Raphard pro Decanatu Bituricenſi. Idem quoque legitur in Actis Norm. Nat *folio 105.* recto. Vxorati.

Deinde Pace Vnionis Rotomagi confirmata inter Principes & Populum Pariſienſem, cùm Edicto Rex Henricus præcepiſſet vt omnes cuiuſcumque Ordinis & conditionis eſſent, fidem profiterentur Catholicam & Articulos quoſdam in ſuo Edicto contentos, ne ab Inſtituto tam laudabili & vtili idem Rector diſcederet, omnes Doctores in Theologia, Decretorum & Medicinæ Facultate, nec non omnes alios Vniuerſitatis Officiarios curauit vocandos Comitijs Mathurinenſibus; in quibus primus *ille flexis genibus in manus Decani Theologorum fidem prædictam & Articulos profeſſus eſt.* Omnes verò alij ſinguli ſuo ordine, appoſito etiam proprio chirographo idem præſtiterunt. Ne vero tam ſalutari Edicto fruſtrarentur alij Magiſtri & Scholaſtici Vniuerſitatis, comitatus quibuſdam Superiorum Profeſſionem.

1587. » Facultatum Doctoribus, 4. Nationum Cenſoribus & quibuſdam alijs » Præceptoribus necnon Apparitoribus præcedentibus cum baculis argenteis luſtrauit omnia Collegia, in quibus honorificè exceptus, præmiſſis, » oratiuncula & lecto per Scribam Vniuerſitatis Edicto Regio, ab omnibus » Primarijs, Præceptoribus, Burſarijs & Scholaſticis prius ad pulſum Campanæ conuocatis, genuflexo palam & publicè in Sacello Collegij fidem » prædictam & articulos exegit.

» Paulo verò poſt temporis, cùm Rex trium Ordinum Comitia publica » Bleſis conuocaſſet, idem Rector vniuſcuiuſque Facultatis & Officiariorum dictæ Vniuerſitatis querimonias & articulos illuc deferendos eſſe cum magno ſtudio laborauit *per D. Michaëlem Tiſſard eximium Theologum ſelectum, qui in ijſdem Comitijs ſeſſionem Academiæ honorificam recuperauit, quam illa à 200. annis perdiderat.* Quorum quidem Comitiorum Concluſio ad exitum perduci non potuit propter Principes Guiſianæ Gentis ibidem interfectos.

Verum ſingula percurramus. imprimis notare conuenit quòd initio menſis Iulij Natio Germanica cum M. Ioanne Hamiltone Curione S. Coſmæ pepigit de ſacris ſolemnibus celebrandis. Item cum Ædilibus quos Matricularios vocant, ob emota ſcamna, præeminentiaſque imminutas; ex quibus certò videtur conſtare ædem illam fuiſſe olim collectis Nationis pecunijs & ſumptibus ædificatam, aut aliquo modo amplificatam. Res ſic ſe habet in Commentarijs prædictæ Nationis, ſcribente M. Simone Simſone ad 1. Iulij.

Circa idem tempus imprimis à cuncta Natione actum eſt cum M. Io. Hamilton Doctore Theologo & Curione SS. Coſmæ & Damiani de celebrandis ſtudioſius ſolemnibus Miſſarum aliorumque diuinorum Officiorum ſacrificijs, conuentumque tandem vt in laudem Dei & honorem Sanctorum omnium pro ſingulis integris Officijs eidem Curioni ſexque Capellanis darentur à Natione 30. aſſes Turonenſes loco Teſtilis ſeu Capitalis quod olim dabatur, ea tamen conditione, vt ipſe Curio operetur ſacris, aut interſit, vt Diaconus, vel Subdiaconus & ſex ſemper ſecum habeat adminiſtros, vt patet in Contractu ea ipſa de re inito coram Notarijs Iacobo Chapelain & ſocio du Bois, die 9. Iulij.

Nota de Nat. Germ. Præminentia in S. Coſma.

Item quia controuerſia ſuborta erat inter Ædiles ipſius Eccleſiæ SS. Coſmæ & Damiani, necnon etiam Curionem de Scamnis dictæ Nationis de ſua ſede antiqua emotis & de præminentia dictæ Eccleſiæ, & inter Procuratorem, Decanum aliosque dictæ Nationis Magiſtros, placuit Nationi ad redimendam litis vexationem iuſque ſuum in perpetuum more priſtino retinendum vt è bonis & vectigalibus ſuæ matris Præceptores Magiſtrique dictæ Nationis, in honorem Dei & B. Mariæ Virginis elargirentur fabricæ eiuſdem Eccleſiæ, vel ſaltem Domus ipſius Curionis quæ penitus paulo ante corruerat, in Vigilia S. Mathæi 50. aureos ſolares hiſce conditionibus.

Nempe vt in perpetuum Procurator dictæ Nationis habeat præeminentiæ ius in ea Eccleſia, eatque primus in Proceſſionibus & ad oblationes, cæteraque honorifica Eccleſiæ munera.

Deinde vt ſcamna è ſuis locis emota reportentur, collocenturque, vbi ante à dextro latere ſummi altaris clauis ferreis muro fuerant alligata, vt ibi in perpetuum maneant nec poſſint ab vllis vnquam, ab eius Templi parietibus diuelli.

3. *Vt ab ijſdem Curione & Ædilibus aperiantur feneſtræ inter ipſa ſcamna, & ſummum altare, vt poſſint commodè & ſine vllo impedimento Magiſtri dictæ Nationis è ſuis ſedibus videre diuina è manibus Sacerdotis celebrari, nec claudantur vnquam aliquo obſtaculo quin poſſint aperiri, quotieſcumque dictæ Nationis Magiſtri ſolemnibus alijſque ſacrificijs vel oblationibus intererunt.*

4. *Vt locus inter dicta ſcamna & ſummum altare ſemper & in perpetuum remaneat pro ſepultura Magiſtrorum dictæ Alemanicæ Scoticæque Nationis, nec poſſit alienum cadauer in id ſpatium ſiue Priuatum eius ſocietatis ſepulcrum vlla ratione inferri.*

Poſtremo vt inſignia dictæ Nationis ſculpantur, imprimantur, pingantur que in omnibus & ſingulis operibus, vt parietibus, ianuis, feneſtris & imaginibus &

& cætera, quæ ex dicta ſumma quinquaginta aureorum & aliorum qui dabuntur dictis Ædilibus & Curioni in diuinos vſus, in perpetuum, vt agnoſcant omnes dictæ 1588.
Nationis erga eandem Eccleſiam quem ſemper habuit pium affectum & benefaciendi, ante omnes alios eiuſdem Parocchos voluntatem, vt patet in Contractu inter Nationem & dictos Curionem & Ædiles conſcripto ab Iacobo Chapelain & ſocio Notarijs anno Domini 1588. menſe Iulio. Sig. SIMON SIMSON Procurator & Decanus Nationis cum ſyngrapha.

Aliquanto poſt, nempe an. 1615. Monumentum vetus quod erat ad maius altare, emotum eſt & aliò tranſlatum, conſentiente eadem Natione, vt legitur in eiuſdem Actis: His verbis.

Conſtantiſſimæ Germanorum Nationi in porticu Mathurinenſium 7. Kal. Martias congregatæ propoſita fuit ſupplicatio qua Domini Parochus, Æditui & Parœci SS. Coſmæ & Damiani à Natione petebant vt ipſis poteſtatem faceret æquandi ſolo ſumptib. ſuis monumentum quoddam Nationis quod in ipſorum choro ſitum eſt, inſigniaque Nationis quæ dicto monumento hinc inde affixa ſunt, in alio conſpicuo loco erigendi, atque hoc eam ob cauſam ſe petere ſunt profeſſi quod prædictum monumentum frequentem & decoram fidelium ſanctiſſimæ Euchariſtiæ perceptionem non mediocriter impediret ac turbaret. Natio Conſtantiſſima nullius rei rationem tantoperè ac diuini cultus habendam cenſens, ipſorum DD. Parochi & Ædituorũ arbitrio permiſit vt dictum monumentum, ſiue ſolo æquarent prout in ſupplicatione petunt, ſiue alium in locum honeſtum transferrent, eorũ tamen conſcientiam hac in re onerando vt nihil contra ius & dignitatem defuncti vel Nationis ipſius committatur; ea inſuper addita lege vt dicti DD. Parochus & Æditui litteras à Tabellione publico ſignatas Nationi afferrent, quibus profiterentur ſe hoc Nationis beneficium agnoſcere, idque ipſi Nationi in poſterum non obfuturum. Voluit etiam vt non ſolum huius Concluſionis & Supplicationis, ſed & dictarum litterarum Exemplar libro Procuratoris insereretur. Atque ita per me Concluſum.

24ª. Martij ad SS. Coſmæ & Damiani omnium ſuffragio creatus eſt quadrumvir D. Challon; ibidem aſſenſum eſt ſupplicationi Parochi & Æditorum de tranſlatione monumenti, ipſiſque iniunctum vt per litteras à Tabellione publico, ſignatas hoc Nationis beneficium profiterentur.

Die 12. Aug. conuenerunt Selecti, iterumque cenſuerunt D. Rectorem adire debere omnia Collegia cum Cenſoribus ad excipiendam fidem à Magiſtris & Scholaribus. Et ipſum quoque *Collegium Claromontenſe, vulgo Ieſuitarum, ſine iudicio litis contra eos notæ.* Item cenſuerunt mittendum ad Conuentum qui in Aula Epiſcopi Pariſienſis habebatur, Syndicum Vignerum, ad audiendum quid ab Academia vellent. Et die 13. apud Sorbonam Comitijs priuatis habitis, retulit Syndicus placuiſſe tribus vrbis Ordinibus aliquos ſeligere, quos ad Bleſenſia Comitia delegarent: Vniuerſitatis itaque eſſe ſuos quoque ſeligere. Præterea retulit ſibi fuiſſe contentionem aliquam cum Abbate San-Genoueſiano de loco honoratiori. At Abbatem dixiſſe *ſe nolle ei cedere, ſed tantum cederet D. Rectori ſi præſens eſſet. Seque prope eundem Abbatem ſediſſe.* Placuit verò vt ſinguli Decani ſuas Facultates de rerum ſtatu admonerent. Quæ omnia die 16. ab Vniuerſitate congregata apud Mathurinenſes comprobata & confirmata ſunt. Et die 20. habitis Comitijs generalibus Rector omnes Ordines ad vnionem fidei communemque fortunam adhortatus eſt.

Die 6. Septemb. habita ſunt Comitia ad deſignandos viros qui in Conuentu Bleſenſi Academiæ dignitatem & commoda tuerentur. Cui rei procurandæ operam ſuam obtulit D. Tiſſart ſuis etiam ſumptibus. Acceptus probatuſque eſt, eique adiunctus D. Magnen. Vignerus Procurator Fiſci retulit ſe nomine Vniuerſitatis de elocando Prato Clericorum cum nonnullis Ciuibus conueniſſe. At id minimè probatum.

Die 23. Septemb. latum à Senatu Decretum aduerſus M. Simonem Laſſilé ſcribam Vniuerſitatis inſtante & vrgente Rectore, quod ille valde

negligenter officio ſuo fungeretur, exigeretque vltra debitum ab ijs quo-
1588. rum litteras expediebat. Itaque mãdante Senatu, Vniuerſitas illi ſummam præſcripſit, quam exigere poſſet, non vltra. Et illud Decretum idem Rector executioni demandauit, 12. Nouemb. nam præter conſuetudinem, die 10. Octob. illi Rectoratus prorogatus fuit. Vnde non parum ſeſe jactat ob honorem ſibi impenſum, cæteris ante ſe denegatum.

» Commemorat ille acta. *Inter alia quæ geſſit* memoratu digna hoc, 2. Re- » ctoratu, inuitatus à Regina matre ad Canticum *Te Deum*, quod in D. Ma- » riæ Templo cum omnium communi lætitia decantabatur pro vnione pa- » cis inter Principem & populum Pariſ. reſtituta non ſine magna difficulta- » te *Gradum retinuit honorificum contra* Præſides *& Magiſtros Computorum Ca-* » *meræ Regiæ, quem hactenus in eiuſmodi Actibus ſolemnibus Rector & alij Aca-* » *demiæ Proceres obtinere conſueuerant, nempe vt ad partem læuam ſedeant è re-* » *gione Præſidum & Senatorum Curiæ Parlamenti.*

Idem Rector litteris & Concluſionibus per Scribam Vniuerſitatis expeditis taxationem curauit præſcribi; qua de re ſic ſcribit ad diem 12. Nouemb. M. Carolus Piſon Nat. Germ. Procurator.

» 12. *Die menſis Nouemb.* deliberatum eſt apud D. Rectorem de taxa expe- » ditionum D. Scribæ Vniuerſitatis, vbi Ego cum D. Decano noſtræ Natio- » nis M. Simone Simpſonio noluimus diſcedere à ſententia DD. Decano- » rum Superiorum Facultatum, vt patebit ex tabulis quæ pangentur in » ædibus D. Mathurini.

Ex ijs verbis conijcere licet cæteros Procuratores contrariæ fuiſſe ſententiæ, quoniam iſte non illis, ſed Decanis adhæſit. Vt vt ſit, adeo ipſum Laffilæum piguit huiuſce lati Decreti, vt Officium ejurare maluerit, quàm præter conſuetudinem arctari. Ergo in eius locum admiſſus M. Guill. du Val Notarius Apoſtolicus; quo die, non habemus ex actis; ſed eodem M. Leonorio de S. Leu Rectore receptus juramentum præſtitit: ſic enim legitur in Codice Rectorio Iuratorum. *Guillelmus du Val Notarius Apoſtolicus receptus eſt in Officium Scribæ Vniuerſitatis & Facultatis Artium per eiurationem M. Simonis Laffilé vltimi poſſeſſoris.*

Extat huiuſce viri manu munitum inſtrumentum die 13. Decemb. ad ſupplicationem D. Tardieu petentis ſibi certam Prati partem dari certis conditionibus quæ in Inſtrumento leguntur, quod eſt eiuſmodi.

» Anno Domini 1588. die Martis 13. menſis Decemb. apud S. Math. ſo- » lemniter vt moris eſt hora ſolita matutina congregata extitit Alma Vni- » uerſitas ſtudij Pariſ ſuper nonnullis ſuis rebus agendis. Expoſuit D. Leo- » norius de S. Leu Rector cauſam Congregationis, & ea expoſita, locum » communibus ſupplicationibus eſſe dixit.

» Ibidem comparuit nobilis vir Richardus Tardieu Notarius & Secre- » tarius Regius: qui quidem adſtante M. Nicolao Vignier Procuratore » Fiſci & Vniuerſitatis ſe gerente expoſuit ſe à venerab. Rectore, Decanis » Facultatum, Procuratoribus Nationum & alijs munera dictæ Vniuerſi- » tatis ſubeuntibus accepiſſe in emphiteuſim, ſiue locationem perpetuam

Pratvm. » ſpatium aliquod terræ Vacuum & prorſus inutile Prati Clericorum, ad- » iacentem partem faciens parui Prati 54. perticas continens ſecundum Iu- » dicium Agrimenſoris ad id menſurandũ electi & vocati his conditionibus, » vt dictus Tardieu quotannis duos ſolidos Pariſienſes Laudimia præ ſe fe- » rentes & 14. aureos cum ſemiſſe annui reditus perſolueret. Quorum qui- » dem aureorum duæ Partes ex Edicto Regio redimi poſſent, reliqua verò » tertia pars eorum non. Item niſi ſub hac lege expreſsè contractui dicta, vt » dictus Tardieu dictam Reditus partem redimere vellet ratione Quadra- » geſimi Denarij, & liceret, etiamſi minus Edictis Regijs ſtatueretur, vt ſe- » curius in perpetuum continuaretur & perciperetur is reditus. Quod di- » ctus Rector cum ſupradictis Contractu affirmauit, & eo quidem facilius » quod ſecundùm Arreſta Curiæ dictas 54. terræ perticas auctioni publicæ » ſuppoſuiſſent. Itaque cum non inuenirentur qui nec minimum quidem » pretium offerrent, tandem de communi omnium conſenſu, exhibitis alijs

Contractibus & palam lectis quibus pleraque alia eadem terræ ſpatia & "
eodem in loco ſita fuerant ab eadem Vniuerſitate in cenſum conceſſa pro " 1588.
4. tantùm aureis dictæ Vniuerſitati penſitandis, dicto Tardieu licitanti & "
meliorem conditionem offerenti illæ 54 terræ perticæ fuerunt addictæ, "
præſente dicto Vignier & non refragante, dummodo 50. aureos vltra dictum pretium daret ad negotia Vniuerſitatis peragenda. Et adhuc ſoluendo per dictum Tardieu omnes ſumptus ad conuentionem hanc neceſſarios perficiendam & emologationem & autoriſationem à ſuprema Curia, vt erat conuentum, conſequendam. Quod Vniuerſitas duobus publicis Comitijs habitis ratum habuit & confirmauit, excepto dicto Vignier qui ſine vllo Mandato dictum Contractum improbans quem iam tacita affirmatione confirmauerat, ſe oppoſuit, ſimulque M. Petrum de la Mer Doctorem Medicum propoſuit qui 30. aſſes Turonenſes vltra dictum pretium offerret, nullâ tamen mentione factâ dictorum 50. aureorum, neque dictorum ſumptuum Contractus initi perſoluendorum, nec non autoriſationis Curiæ obtinendæ neceſſariorum. His de cauſis dictus Tardieu vt finem litibus imponat ad quas dictus Vignier ſuo proprio motu, vt conijcit, eum apud Iudices prouocat, præſentibus dicto Rectore & Decanis Facultatum, Procuratoribus Nationum & alijs munera dictæ Vniuerſitatis gerentibus voluit interpellare dictum Vignier vt palam & publicè diceret & declararet ſi 4. Proclamationibus factis ſupradictis 54. terræ perticis in locationem perpetuam dandis, & etiam ab eo die quo dictus Contractus fuit cum dicto Tardieu celebratus aliquos ſciat & cognoſcat qui velint vltra dictum pretium cum ipſo Tardieu conuentum meliorem conditionem Vniuerſitatis facere, offerens ſi qui ſint, ſe à ſuo Contractu abſtinere, & ab eo diſcedere, reddendo ei ab eo cui terræ ſpatium de quo agitur, fuerit addictum, omnes impenſas bona fide factas. De qua præſenti interpellatione dictus Tardieu petijt ſibi Probationem in ſcriptis redactam concedi, quæ illi poſſit prodeſſe aduerſus dictum Vignier & alios quoſcumque eum cupientes euincere. "

Maturis deliberationibus ſuper præmiſſis per ſingulas Facultates, vt moris eſt, præhabitis, Vniuerſitas ipſa ex maturis omnium deliberationibus & ſententijs cenſuit remittendum eſſe illud negotium ad Selectos Viros dudum Deputatos in alium diem. Et ita per D. Rectorem & eandem Vniuerſitatem concluſum extitit. Sig. Dv Val. "

Verum vocatus prædictus Vignerus Comitijs priuatis die 15. habitis & 17. non comparuit; proindeque elocationis Contractum cum prædicto Tardieu factum placuit ratum haberi.

Die 16. Decemb. creatus eſt Rector M. Guillelmus Chenart Pariſinus Baccal. Theol. ac ſocius Sorbonicus, inſtructuſque 17. de controuerſia orta inter Procuratorem Fiſci & D. Tardieu, quódque vocatus Procurator non comparuerit; de concluſionibus circa elocationem Prati factis exequendis; vtque caueat ne qui laurea Magiſtrali donantur, prauè & abuſiuè donentur.

Die 29. Conuenerunt Deputati Vniuerſitatis ſuper executione cuiuſdam Mandati Ædilium Ciuitatis Pariſienſis, poſt acceptum de cæde Guiſianorum Nuncium.

DE PAR LES PREVOST DES MARCHANDS & Eſcheuins de la Ville de Paris.

IL eſt enjoinct à tous les Principaux des Colleges d'enuoyer au Bureau de ladite Ville dans trois jours, les noms & ſurnoms des Maiſtres, Pedagogues, Regens, Enfans & Seruiteurs eſtans en leurſdits Colleges, ſoit qu'il y ait exercice, ou non. Et ce à peine de cinq cent eſcus d'amende qui ſe payera ſans deport. Fait ce 28. iour de Decemb. 1588. "

Plaiſe à M. le Recteur faire executer par ſes Bedeaux le preſent mandement. Signé, Everard, & ſceellé en cire rouge. "

1588. *Ex Mandato D. Rectoris & DD. Deputatorum almæ Vniuerſitatis Pariſienſis.*

" INSEQVENDO Mandatum Monitorium DD. Ædilium huius Ciuitatis
" Pariſ. Mandamus omnibus Primarijs & in eorum abſentiam Procura-
" toribus Collegiorum dictæ Vniuerſitatis Pariſ. vt intra diem Dominicam
" proximam nomina & cognomina Magiſtrorum, Pædagogorum, Regen-
" tium & non Regentium, Diſcipulorum, famulorum & omnium aliorum
" commorantium in ſuis Collegijs deſcribere & fideliter exhibere dictis
" DD. Ædilibus, cum inhibitione ne quoſquam reticeant aut reticere au-
" deant in poſterum ſub pœna 500. aureorum & priuationis priuilegiorum
" ſuorum. Quocirca Mandamus Bidellis noſtris & ſingulis eorum, vt hoc
" præſens noſtrum Mandatum fideliter & celeriter exequantur. Datum
" Pariſ. an. die & loco quibus ſuprà.

1589. Anno 1589. die 2. Ian. habitis in Collegio Sorbonico Selectorum Comitijs, decretæ ſunt Supplicationes extraordinariæ ad SS. Innocentes pro conſeruatione S. Matris Eccleſiæ, fidei incolumitate, hæreſeon extirpatione, & pro pace inter Chriſtianos Principes componenda. Decretum quoque vt è ſingulis Collegijs 12. pueri procederent cereos albos manibus geſtantes; fieretque ſermo ad Populum per M. Dionyſium le Camus Theologicæ Facultatis Decanum. Et ſupplicatum die 9. ſolemniter. Dum verò recurrit ad preces Vniuerſitas, Sexdecim-viri per factionem è plebe creati omnia miſcent in vrbe, atque in Regem ſuum legitimum quaſi fidei deſertorem animos concitant. Comperiunt tamen multos ſcrupulo teneri nolleque nomen inter Conjuratos dare, quod à præſtita Regi fide crederent ſe non poſſe ſalua conſcientia, diſcedere. Ab hóc propoſito varijs modis dimouentur, per ſacras confeſſiones, per Concionatores, per Theologos. Furente bello Ciuili ſæpè quem non volumus, ſequimur Ducem.

Proponitur à Præfecto Mercatorum & Ædilibus Theologorum Collegio hæc Quæſtio. an ſubditi Iurejurando, quod Henrico III. præſtiterant, ſoluti eſſent; poſſentque ſalua conſcientia contra ipſum arma capere pro defenſione Religionis Catholicæ. Iuniorum turba, aiunt, concluſit, poſſe. Excuſat Guillelmus Soſſus in Henrici vita, Decretum Sorbonicum. *Si Conſilium*, inquit, *à Theologis eſt ſumendum, expecta Theologiæ libertatem. Non enim Liberos Magiſtros cenſe, quia immodeſtè licenterque locuti, at temporis impij non ſponte ſeruos. Excuſandi Theologi ſi conſpiratis non ſunt reluctati magnanimè. At fregit eos prima factionis temeritas, primum verber.*

Adempta quoque Senatui Pariſienſi libertas. Abripitur in Baſtillæ ergaſtulum. Lacerantur Regis imagines. Tales fuerunt ſeditioſæ Pietatis primitiæ. Vniuerſitas ad ſupplicationes extraordinarias conuerſa, frequentes habet ſolemneſque, quantùm poteſt, menſibus Ianuario, Februario, & ſequentibus, Rectoribus Guill. de Chenart ſocio Sorbonico & Ioa. Yonio Artiſtarum Nauarricorum Primario, qui diſciplinam ſcholaſticam pro poſſe retinuerunt. Yonius, quia nemo tam turbulentis temporibus clauum Reipub. litterariæ tractare volebat, per nouem menſes à Martio ad Decembrem, Rectoratum geſſit.

Die 21. Iunij, qua die ſupplicatio ſolemnis habita ad D. Nicolai, auditi ſunt duo Competitores Cathedræ Regiæ & Rameæ: quam controuerſiam Conſilium Vnionis ad Vniuerſitatem remiſerat. Illa autem talem tulit ſententiam.

" Quod placuit Auguſtiſſimo ſacroſanctæ Vnionis Conſilio noſtrum Iu-
" dicium exquirere ſuper ijs qui Regiam cathedram Mathematicarum Ar-
" tium quam antea D. Bretius obtinuit, ambirent; ea fuit noſtra ſen-
" tentia, vt quoniam D. Amiotus iam antea Rameam lecturam obtineret,
" nec duabus Lecturis ſufficere poſſe videretur, intra 15. dies, ex illis dua-
" bus Lecturis, Regia ſcilicet & Ramea, vtram vellet, eligeret, vt altera D.

Boardo deferretur, Nunc quoniam Amiotus Rameam elegit eamque D. « 1589.
Monantolio tranſtulit, nec amplius ſuper Regia lectura controuerſiam «
facit. Cumque dictus Boardus ſufficienter apud Nos ſuæ fidei & probita- «
tis fidem fecerit, & à multis annis in hac Academia Pariſ. in bonam partem «
fuerit cognitus. Et quod ad Doctrinam attinet cum Regiorum Lectorum «
Cenſuræ ſe ſe ſubijciat, cenſemus dictum Boardum eſſe digniſſimum qui «
in locum vacantem D. Bretij ſufficiatur, eique Academiæ ſuffragium de- «
ferimus. Et ita per D. Rectorem concluſum extitit anno Domini 1589. «
die 22. menſis Iunij. Sig. I. Yon & du Val, cum ſyng. «

Sub hocce tempus Lutetia obſidetur ab vtroque Rege, Franco & Nauarro; ſed dum Francus ad ſancti Clodoaldi Pontem ſtationem habet, in Ædibus Gondijs à Clemente Dominicano Kalendis Auguſti, cultello in ventre transfoditur & poſtridie interit. Bonum Principem boni luxerunt. Coniurati ſoluta obſidione audaciores Monachum Regicîdam ſtatim à Circunfuſis aulicis occiſum pro Martyre habuerunt. Nauarrus, Depam confugit, vnde breui victor redijt.

Die 5. Octob. habita eſt Supplicatio ſolemnis ad Regiam Nauarram. Priuſquam verò procederetur, queſtus eſt Decanus Facultatis Medicinæ quod D. Rector Magiſterijs Chirurgorum contra Decreta Vniuerſitatis interfuiſſet; & ipſe id notat in ſuo Regiſtro. *Ordo noſter habuit grata omnia* (quæ geſſerat Rector, *hoc excepto quod diſſimulare non debui; nempe quod etiam à nobis monitus Chirurgorum neſcio cui laureæ interfuiſſet, contra ea quæ D. de Baillou Facultatis Decano, concluſa eſſent ab Academia.*

Die 7. Octob. in Comitijs Mathurinenſibus actum de conferendo munere Conſeruatoris vacante per obitum Brezæi Epiſcopi Meldenſis. Illudque contulit Vniuerſitas Roſæ Siluanectenſi Epiſcopo. Qua de re ſic legitur in Reg. publicis.

Die Sabbati 7. menſis Octob. an. 1589. hodie apud S. Math ſolemniter vt moris eſt, hora 8. matutina congregata extitit Alma Vniuerſitas ſtudij Pariſienſis ſuper Prouiſione Officij Conſeruatoris Priuilegiorum Apoſtolicorum almæ Vniuerſitatis Pariſ. vacantis per mortem Reuerendi in Chriſto Patris & D. D. Ludouici de Brezé Meldenſis Epiſcopi vltimi & immediati dicti Officij, dum viueret, poſſeſſoris pacifici. CONSERVATOR.

Expoſuit D. Ioannes Yon Rector cauſam Congregationis & ea expoſita, locum ſupplicationibus eſſe dixit. Ibidem comparuit D. Antonius Muldrac Procurator litteratoriè & ſufficienter fundatus Reuerendi in Chriſto Patris D. D. Siluanectenſis Epiſcopi, & ſupplicuit *prædictum Conſeruatoris Officium Priuilegiorum Apoſtolicorum almæ Vniuerſitatis Pariſ. prædicto Reuerendo D. Siluanectenſi Epiſcopo conferri, ac de illo ſuiſque iuribus & pertinentiis vniuerſis prouideri.*

Supplicuit quoque D. Ioannes de Magnanes Cenſor honor. Nationis Gallicanæ; *vt ſoli Eccleſiaſtici non autem homines coniugati cooptentur in numerum Doctorum Regentium Facultatis Iuris Pontificij.* Maturis deliberatio- « nibus per ſingulas Facultates ſuper præmiſſis præhabitis. « DECRETISTÆ AN VXORATI ESSE POSSINT.

Præclara Artium Facultas de articulis propoſitis ita cenſet. D. Silua- «
nectenſem Epiſcopum ſufficere poſſe in locum demortui D. Meldenſis «
Epiſcopi ad huiuſmodi Officium Conſeruatoris Priuilegiorum Apoſtoli- «
corum Vniuerſitatis Pariſ. æquiſſimam quoque iudicat ſupplicationem D. «
de Magnanes Cenſoris honor. Nationis Gall. & concedit litteras Gradus «
ſupplicantibus. «

Saluberrimus Medicorum Ordo idem cenſuit, vt ſupra, quantum ad «
Officium Conſeruatoris. Quod attinet autem ad ſupplicationem D. Cen- «
ſoris Nationis Gall. nullo modo ad illam habere rationem cenſet tanquam «
turpiſſimam & immanem; & concedit litteras Gradus ſupplicantibus. «

Iuris Canonici Facultas idem vt Medicorum Ordo, & iudicat Cenſo- «
rem Nat. Gallicanæ à ſua Supplicatione eſſe excludendum. «

Sacratiſſima Theologorum Facultas idem cenſet vt præclara Artium «
Facultas. «

D. Ioannes Yon Rector in hunc modum verba habuit. *Gaudeo vehementerque lætor, viri Ornatiſſimi, eo quod Reuerendum D. Siluanectenſem Epiſcopum concordibus ſuffragijs veſtris elegiſtis in Conſeruatorem noſtrorum Priuilegiorum. De ſupplicatione autem D. Cenſoris honor. Nationis Gallicanæ ita cenſeo cum præclara Artium & ſacratiſſima Theologorum Facultatibus. Et ita vobiſcum concludo. Quo facto conſultiſſima Iuris Pontificij Facultas appellauit & prouocauit ad ſupremum Senatum.*

1589.

Vxorati. " De Vxoratis illis Doctoribus ſic quoque legitur in Actis Medicorum. " *Eo die quo D. Roſæus Reuerendiſſimus Siluanectenſis Epiſcopus Priuilegiorum " Apoſtolicorum Conſeruator eſt nominatus, deliberatum eſt in Academia an hominibus vxoratis liceat Pontificias ſanctiones & ius Pontificium interpretari & " profiteri.* Artium & Theologiæ Facultates duæ id honeſtè fieri non poſſe " exiſtimarunt. Iuris Collegium & Ordo noſter id nec inhoneſtum, nec " indecorum putauit. Immò iam Senatuſconſultis pluribus & multorum " Clariſſimorum hominum exemplis receptum & confirmatum vt Vxoratis " ius Pontificium liceat profiteri. *Rector in Theologorum ſententiam propen- " dit, concluſitque eos qui vxorem haberent, etiamſi Gratiano & Panormitano do- " ctiores eſſent, à Pontificij Iuris profeſſione arcendos. De qua ſententia Iuris Col- " legium ad Senatum prouocauit.*

Pridie Kalendas Nouembris Henricus Nauarrus Francorum Regis nomine aſſumpto, victis ad Arqueſiam Confœderatorum copijs Lutetiæ ſuburbia occupat longaque vrbem obſidione premit, nempe ad menſem Auguſtum anni ſequentis. In hæc mala incidit Rectoratus M. Ioannis de Magnannes Nobilis Andegauenſis, die 16. Decemb. electi. Ille tamen, vt legitur in libro Iuratorum, effecit *vti nulla facta ſit in Academia ſtudiorum intermiſſio, & litteræ inter arma minimè conticuerint.*

1590. Anno 1590. die 21. Ian. habitis Comitijs Mathurinenſibus deliberatum de excipiendo Legato ſummi Pontificis, & concluſum vnanimiter obuiam ei eundum, & breui gratulatoriaque oratione excipiendum. Eadem die ſalutatus eſt pro æde D. Stephani de Greſſibus.

Die 1. Feb. Rector Cereum ſolemnem eidem Legato obtulit, Academiamque commendauit. Ille ſcriptas à ſummo Pontifice litteras Rectori tradidit, hæc verba continentes.

" Dilectis Filiis Vniversitati Parisiensi Sixtvs Papa V. " Salutem & Apoſtol. Bened. Nihil poſt hominum memoriam glorioſius ni- " hilque gratius ne tempore quidem opportunius accidere vidimus quàm, " quæ Conſilia & benefacta in Regnum Franciæ & Rom. Eccleſiæ dignita- " tem per vos fuêre collata. Nam cum id iure Catholicæ Religionis & com- " munis ſalutis cauſa quod factum eſt, faciendum eſſe grauiſſimis verbis " ſententijſque ſubtiliſſimis aſſeruiſtis, tantùm hominibus addidiſtis animo- " rum acceſſionis, vt veſtræ rationes & ſententiæ ſummam omnium egre- " giorum & fidelium factorum cauſam attuliſſe videantur. Itaque quod ex " veſtris ſapienter reſponſis conſtanter captis fieri oportere ſperamus, vt " iucundiſſimus & celeberrimus finis negotio quod ſupereſt, vobis autoribus " fautoribuſque imponatur, vniuerſos, quamuis nec conſilio, nec cohor- " tatione vos egere ſentiamus, tamen hortamur & monemus vt quocumque " vos Reipub. ratio duxerit, firmas opiniones veſtras & ſedulas operas " conferatis, vt ante præclara aliqua veſtris conſilijs facta addita fuiſſe " quàm addenda eſſe accipiamus. Interea Dilecti filij noſtri Henrici Cardi- " nalis Caetani noſtri & S. Sedis Apoſtolicæ de Latere Legati promptiſſi- " mum animum veſtris ſtudijs atque doctrinis ſaluberrimis & honeſtiſſimis " ſubleuare non deſiſtatis; id enim ad negotium celeriter conficiendum " tum ad vos vniuerſos & miſerrimis ærumnis & moleſtijs periculoſiſſimis " ereptos in perpetuo Catholico Religionis cultus ſtudio, ſummoque pu- " blicæ tranquillitatis otio conſtituendos plurimum pertinere, vos præcla- " rè ſentitis & nos pro certo habemus.

" Datum Romæ in monte Quirinali ſub annulo Piſcatoris die 2. Oct. 1589. " Pontificatus noſtri an. 5. M. Veſtrius Barbianus.

Cum

Cum autem Sexdecim-viri & alij Factioſi Cardinalem Borbonium di-
xiſſent Regem nomine Caroli X. veriti ne aut fato communi fungeretur, 1590.
aut cederet Regni iure in fauorem Henrici Nauarrici, quæſierunt porrecto libello, poſſent ne Francigenæ tuta conſcientia Henricum, aut alium Sectarium Regem agnoſcere, etiam à Cenſuris abſolutum. Et reſponſum non poſſe. Aliud tamen poſtea viſum eſt, cùm Henricus ſeriò ſe ad Eccleſiam conuertit.

Die 24. Martij Magnanæo Rectori prorogatus Rectoratus ad alterum trimeſtre: quo clauum Reipub. litterariæ tenente, licet nulla facta ſit intermiſſio Studiorum, Scholaſtici tamen, vt legitur in libro Iuratorum, *non ita ſe tunc ſtudijs addictos præbuerunt, quin tutandæ Ciuitatis cauſâ arma capeſſerent ad vtrumque paratiſſimi, ſicut olim Hebræorum populus & ædificando Templo, & propulſandis hoſtibus Nehemia duce in vtrumque paratis incumbebat.*

Cœterum quid hiſce miſerrimis temporibus geſtum ſit in Academia, nihil fere legitur. Muta ſunt Acta omnium Ordinum, nec publica quidquam habent quod valde ad Hiſtoriam pertineat. Pauci erant qui vellent gerere Magiſtratum; adeo plena erant omnia horroris, periculi & incerti euentus. Ergo vix repertus qui die 23 Iunij Magnanæo ſufficeretur. Aſſumptus tandem Thomas Amicus Conſtantinus, Prior Harcurianus: quo Rectore Vrbs aliquandiu reſpirauit, ſoluta obſidione 30. Aug. & Aduentu Parmenſis recreata, non ſine tamen Bonorum luctu, Hiſpano ſalutem ſuam ſe debere dolentium.

Anno 1591. ſæpè Congregatur Vniuerſitas ad ſupplicationes ſolemnes.
Die 1. Martis habetur extraordinaria ad D. Andreæ. Die 22. ordinaria ad 1591.
DD Lupi & Ægidij, 18. Maij extraordinaria ad D. Iacobi.

Die 6. Iunij conuocatur Vniuerſitas, & legit litteras ſummi Pontificis omni beneuolentia plenas, gratiaſque agit Præfecto Mercatorum cuius beneficio fuerant illæ impetratæ. Die 19. Aug. cùm eſſent apud Preſlæum congregati Deputati, allatum eſt Scriptum quoddam Nonnullorum de noua Ædilium ſeu Scabinorum vrbis electione conquerentium, rogabaturque Vniuerſitas ſuam operam adiungere. Tale autem illud erat Scriptum.

Que par l'Election nouuelle les anciens Priuileges de la Ville ont eſté violez, en ce qu'ils ont continué les deux Eſcheuins qui doiuent ſortir au iour de my-Aouſt, & que la continuation ne ſe fait iamais, & ne s'eſt oncques pratiquée à l'endroit des Eſcheuins.

Que par aduis & Sentence donnée à l'Hoſtel de Ville l'année paſſée fut ordonné que les deux Eſcheuins qui auroient moins de voix ne manieroient leur charge, que iuſques à la my-Aouſt en fait ſeulement, & qu'il ſeroit mis d'autres en leur lieu.

Que la continuation deſdits deux Eſcheuins par forme & nouuelle Election a eſté briguée, tant en general que particulier, & par ceux meſmes qui ſont Magiſtrats, contre toutes Loix & Ordonnances de la Ville.

Que ladite Nomination & Election a eſté faite en partie par Perſonnes ſoupçonnées qui ont eſté les vns empriſonnez, les autres deſarmez, & les autres deſautoriſez de leurs charges pour le ſoupçon & apparence grande d'intelligence qu'ils auoient auec l'Ennemy, & qui plus eſt, ont eſté conuoquez par autres Quarteniers de meſme eſtoffe qu'eux & vrais Politiques.

In hanc rem Vignerus Procurator Fiſci rogatus dicere quid ſentiret, dixit Scriptum illud nullius eſſe autoritatis, quippe nullius manu obſignatum, ſi verò vt par eſt, chirographis conquerentium muniatur; tum demum habito cum Patronis Conſilio reſponſuram Vniuerſitatem. Et ita à D. Rectore ex ſententia Deputatorum concluſum eſt.

Die 28. Congregatur Vniuerſitas ad deliberandum de Legato ad Comitia vrbis mittendo, quod onus detractabat Genebrardus: nec erant pecuniæ in ærario, nec qui vellent negotium iſtud ſuſcipere. Sed vltro ſe obtulit Bucherius Paſtor S. Benedicti: idque gratum fuit ob ſpem pacis.

Die 29. conſulitur Vniuerſitas de mutatione Scabinorum. Qua de re ſic legitur in Actis Med. *Sed oblitus ſum quod 29. Aug.* conuocati fuerimus ob

" tumultus quoſdam qui ob Scabinorum mutationem & nouam electionem
1590. " impendere videbantur. Nam & Paſtor D. Coſmæ *(Io. Hamilton.)* nomi-
" ne Clariſſimorum virorum quos nominare nolebat, ſupplicuit vt Acade-
" mia nouam Electionem approbaret; ſed reſponſum inuſitatum hoc eſſe &
" inauditum Academiam hiſce rebus ſe immiſcere. Præfatus Paſtor inſtat
" aſſeuerans præclarè cum Academia actum iri, id ſi fecerit. Nam cum ſu-
" perioribus annis nos Senatus atque Vrbani parum feciſſent, futurum for-
" taſſe vt tandem de grauioribus Academia cognoſceret; quod in poſterum
" laudi, ornamento, immò & Academiæ vtilitati cederet. Præterea etiam-
" ſi huic rei refregaremur, futurum *Nobis inuitis, foreque vt æqui bonique vi-*
" *ri de nobis malè ſentirent.* Sed hæc res ob tumultus, qui his Comitijs impen-
" dere videbatur, viris Selectis delata eſt, & interea dum hæc gerimus, ad
" nouam Scabinorum electionem eſt progreſſum.

Die 2. Octob. proceſſum ad D. Geruaſij, ad impetrandam à Deo Regni tranquillitatem. Antequam verò procederetur, ſupplicauit M. Iacobus Iulien Doctor Theologus ſibi dari adjunctionẽ apud Caſtelletum aduerſus quendam Claudium Nouuelet Monachum ſuper poſſeſſorio Eccleſiæ Parochialis SS. Lupi & Ægidij. Placuit prius diem dici prædicto Nouuelet, remque remitti ad Deputatos, vt auditis Partibus, quod erit iuris, ſtatuant. Dies ergo dicitur Nouueleto, vocatur in ius. Et die 3. Octob. deſcenditur in cauſam prædicti Iulien, ſuis tamen ſumptibus.

Die 10. Octob. prorogatur Rectoratus Claudio Sereno. Quo Rectore magna fuit in Vniuerſitate contentio ob libellum quendam ſupplicem, quem nonnulli ſuaſore Roſa Siluanectenſium Epiſcopo, volebant offerri Duci Mainio, ne ſcilicet vlla Officia, aut Beneficia conferrentur, niſi his qui iuraſſent in verba vnionis. Diu reluctata eſt Vniuerſitas, nolens ſe rebus iſtis publicis & politicis immiſcere; aliunde pericula illi imminebant plurima, quia cæteri vrbis Ordines conſentiebant: Collegia ab Armatis hominibus tenebantur. Denique libertatis parum, plurimum timoris & periculi obuerſabatur. Rem vt geſta eſt, ex Actis Facultatis Medicinæ, intelligimus.

" Eiuſdem menſis Octob. 22. conuocamur de Libello ſupplici delibera-
" turi, num debeat obſignari necne; res ita habet. *Anno ſuperiore Reue-*
" *rendiſſimus D. Siluanectenſis Epiſcopus Academiæ nomine, quæ tamen in id ne-*
" *gotij conuocata non fuit, libellum ſupplicem D. Principi Mainio propoſuit; ne*
" *quis conferret, aut Officia, aut Sacerdotia qui in vnionis, vt aiunt, verba non*
" *iuraſſet.* Itaque cum de obſignando ageretur, non parum controuerſum,
" quod hunc libellum non propoſuiſſemus. Obiectum num rationi conſen-
" taneum ſit, num in ſe æquum hoc, necne. Reſponſum rem paulò altius
" repetendam, proindeque Selectis viris deferendam. Itaque res in dies
" aliquot dilata.

" Conuocamur die 28. eiuſdem menſis eundem in finem quo ſupra 22. in-
" ſtigante D. Iuliano Doctore Theologo & D. Bartholomæi atque D. Lupi
" & Ægidij Paſtore, qui ſeriò à nobis contendit huius libelli obſignationem,
" eo quod Dominus Quidam nomine Nouuelet hæc ab Epiſcopo Pariſ. D.
" Gondio Cardinali obtinuiſſet. C. ergo huius vrbis Ordines Laïci Comi-
" tijs Mathurinenſibus aderant, vt nos D. Iuliano adiungeremus, exclude-
" remus alterum. Immò inſtant, vt hunc libellum obſignaremus. Sed reſ-
" ponſum, cum Clerus non adeſſet, Nos nihil in hac cauſa præſtituros; nec
" par eſſe rem tanti ponderis tanto in tumultu agi oportere. Inſtant interea
" vrbis Ordines; vt vnus ex ſingulis eligatur, qui coram rem tractet.

" Itaque poſtridie (29.) vbi ad Mathurinenſes 4. horas eſſemus morati,
" ad Bernarditas accerſimur, atque à ſeſquiprima ad ſeſquiquintam ibi res
" acta eſt. Omnium Ordinum Electi ſuffragia ferunt, concluditque pars
" maxima obſignandum Libellum ſupplicem, immò eſſe executioni man-
" dandum. Ad me autem cum ventùm eſſet, dixi ſuperioribus Comitijs
" ſtatutum fuiſſe Nobis eſſe Clero, Theologis & Decretorum Facultati
" ſubſcribendum: illum tam exiguo eſſe numero, vt Cleri locum occupare

vix poſſit. Adde quod Epiſcopus Pariſ. aduerſaretur, minuſque deceret hoc negotium tractari Officiarijs Capituli abſentibus. Reſpondent ſuſpectos eſſe, nec admittendos. Inſtiti rem iſtam ſummo Pontifici eſſe deferendam. Nobis de Cardinalis anathemate minus conſtare: ſed quidquid ſit, facturum nihil me qui quartus tantùm eſſem in Ordine, niſi prius Clerum, Facultatis Theologiæ & Decretorum Decanum, quorum vterque aberat, obſignare viderem. Tamen, vt dictum eſt ſupra, maior pars concluſit procedendum ſcilicet ad Libelli ſupplicis executionem; ſcribendum ad ſummum Pontificem pro alio Paſtore quem penes nos eum Pontificatu, Cardinalatu multo minus eſſet abdicare. Cœterum eo ipſo die ſeſe prædicto D. Iulien Academia adiunxit, ſupplicuitque D. Procurator à Fiſco, vt ſi quos ſumptus facere oporteret, id fieret ipſius D. Iuliani impenſis; quod ſe facturum idem D. Iulianus ſanctè eſt pollicitus. 1590.

Ex his intelligere eſt quàm ægre deſcenderit Vniuerſitas in illam Colligationem ſeu vnionem. Atque ex ipſius Regeſtis intelligimus auſpicari primum placuiſſe à Precibus ſeu Supplicationibus ſolemnibus: deinde non obſignandum libellum niſi poſt Clerum, quò ſi quid futurum eſſet peccati, in Clerum conijceretur. E ſingulis autem Facultatibus fuerunt delecti qui Conſilium Vnionis adirent. Ex Artium Facultate D. Bigot Procurator Gall. Nationis. Ex Facultate Medicinæ D. Rouſſelet. Ex Ordine Canoniſtarum D. Dauiſſon. Ex Ordine denique Theologorum DD. Pelletier Curio S. Iacobi & Io. Hamilton Curio SS. Coſmæ & Damiani. Hinc concluſum à Rectore hoc modo. *Vniuerſitas ex maturis omnium deliberationibus & ſententiis colligit deſcendendum eſſe in ſententiam Cleri, & nominauit, videlicet Artium Facultas D. Bigot, Medicorum Ordo D. Rouſſelet, Iuris Collegium D. Dauiſſon, Theologorum Ordo DD. Pelletier & Hamilton qui cum aliis Deputatis Conſilio adſint, & non niſi poſt Clerum libellum ſupplicem obſignent. Et ita per D. Rectorem concluſum extitit.*

Die 5. Nouemb. celebrata eſt ſupplicatio ſolemnis & extraordinaria, proceſſumque ad ædem Carmelitarum. Celebrata eſt & alia ſolemnis & ordinaria 13. Decemb. ad D. Ludouici in Regia Nauarra. Sed paulo ante nempe 3. Non. Decemb. conuenerant omnes Academiæ Ordines deliberaturi de ſalutando Duce Mainio. Et concluſerant ſalutandum. Itaque, vt habetur in Actis Med. *Ad Principis ædes gratulationum ergò tum accedimus deploraturi Academiæ miſerias, quarum rationem habiturum ſe lubentiſſimè pollicetur. Imperatque Domino de Belin vrbis Gubernatori vt excubias omnes Militeſque Præſidiarios, ſi qui eſſent, à Collegiis noſtris arceret, vectigaliumque immunitate Procuratorem à Fiſco & Academiæ Apparitores omnes frui permittit.*

Die 16. Decemb. Rector electus eſt M. Mathias du Mont Grammaticorum Collegij Nauarrici Primarius; eumque Magiſtratum nouem menſes exercuit; quo Rectore, oblatus antea libellus ſupplex Mainio Duci, vt Armatos homines è Collegijs eijci iuberet, executioni demandatus eſt. Talis autem eſt.

A Monſeigneur le Duc de Mayenne Lieutenant General de l'Eſtat Royal & Couronne de France.

MONSEIGNEVR,

Les Recteur, Doyens, Procureurs, Maiſtres & Suppoſts de l'Vniuerſité de Paris, vous remonſtrent bien humblement que de tout temps & ancienneté ſuiuant les Priuileges, exemptions & franchiſes à eux données par les Roys de France, les Colleges de ladite Vniuerſité conſtruits pour l'inſtruction vniuerſelle de la Ieuneſſe, auroient eſté exempts de garniſons de Gens-de-guerre, tant de pied que de Cheual, & les Officiers de ladite Vniuerſité qui ſont iournellement occupez pour le ſeruice d'icelle auroient auſſi eſté exempts de la Garde des Portes, Sentinelles & Guet de nuit, comme principalement les 3. Officiers, à ſçauoir le Procureur Fiſcal, Scribe

& Receueur de ladite Vniuerſité & quatorze Bedeaux d'icelle. Ce Conſideré,
1591. *Monſeigneur, il vous plaiſe permettre & ordonner que les Colleges de ladite Vniuerſité ſoient exempts deſdites garniſons des Gens-de-guerre, tant de pied, que de cheual, de quelque Nation qu'ils ſoient, & les Officiers ſuſdits, Procureur, Scribe, Receueur & 14. Bedeaux de ladite Vniuerſité actuellement reſidens au ſeruice d'icelle, ſoient exempts deſdites gardes des Portes, ſentinelles & guet de nuit, afin qu'ils ne ſoient detournez de leurs ſeruices, & que defenſes ſoient faites de par vous à tous Capitaines, Sergens, Maieurs & autres qui ont charge de commander, de ne mettre ny ſouffrir eſtre mis aucunes garniſons eſdits Colleges, les mettant en voſtre protection & ſauue-garde, ny contraindre les Officiers ſuſdits auſdites gardes des Portes, ſentinelles & guet de nuit, ſi ce n'eſt en cas d'vrgente neceſſité, & leſdits Supplians prieront Dieu pour voſtre bonne proſperité & ſanté. Et plus bas eſt eſcript. Pour les conſiderations portées en la preſente Requeſte, le contenu d'icelle eſt accordé par mondit Seigneur. Fait à Paris le 7. iour de Decembre 1591.* Signé, BAVBOVYN.

Collation de la preſente Requeſte a eſté faite par moy Greffier de ladite Vniuerſité, ſoubs-ſigné pour ſeruir au Procureur Fiſcal d'icelle. Fait le 20. iour de Decembre 1591. DV VAL.

1592. Anno 1592. die 5. Ian. more ſolito aperitur Rotulus Nominandorum. 27. habetur ſupplicatio ſolemnis ad D. Geruaſij; & litteræ ab Hiſpanorum Rege ad Rectorem miſſæ traduntur Epiſcopo Siluanectenſi. 3. Feb. fertur Senatuſconſultũ de Capſa ſuffragiorum Theologorum, & tale eſt.

„ Entre les Doyen & Docteurs en la Faculté de Theologie de Paris & „ les Bacheliers formez & preſts à receuoir le Degré de Licence en icelle, „ Demandeurs à l'enterinement d'vne Requeſte preſentée à ladite Cour le „ 30. iour du mois de Ianuier dernier paſſé d'vne part, & les Chancelier & „ Vice-Chancelier de ladite Vniuerſité de Paris, deffendeurs d'autres. „ Aprés que Choppin pour les demandeurs, ayant demandé defaut, & que „ Rolland pour M. Iean Boucher Docteur en Theologie, Vice-Chancellier „ a dit auoir mandé ledit Boucher, lequel eſt deuenu malade, & fut hier „ ſaigné, & ſupplie la Cour remettre cette cauſe iuſques à ce qu'il puiſſe „ auoir nouuelles du Vice-Chancelier de l'Vniuerſité, & que Chaillou Pro„cureur a dit n'auoir charge que dudit Boucher, pour lequel il offre ve„nir demain en luy communiquant les Statuts qu'il n'a veus. LA COVR a „ ordonné & ordonne que le Defendeur defendra preciſément, autrement „ ſera baillé exploict ſuiuant l'Arreſt du dernier iour, & aprés que leſdits „ Rolland & Chaillou ont dit ne pouuoir dire autre choſe, à quoy a dit „ Dorleans pour le Procureur general du Roy y auoir apparence en la Re„queſte des Demandeurs. LADITE COVR a donné & donne defaut aux „ Demandeurs, & pour le profit d'iceluy ordonne que les ſuffrages & bil„lets que les Docteurs de la Faculté ont accouſtumé bailler pour les De„grez de Bacheliers en Theologie, ſeront mis en vne capſe fermante à qua„tre clefs, de laquelle en ſera baillé vne au Conſeiller de ladite Cour qui „ ſera commis & deputé, vne au Chancelier de l'Vniuerſité, ou au Vice„Chancelier en ſon abſence, & les autres au Doyen de ladite Faculté, „ & gardées comme de couſtume & où il aduiendroit cy-aprés, que les...... „ de la maiſon de Sorbone...... en ce cas en ſera faite vne cinquieſme clef „ pour eſtre baillée au Serrurier du College de Sorbone, pour aprés leſ„dits billets mis en la Capſe, en eſtre par eux fait l'ouuerture en la preſen„ce de la plus grande & notable Compagnie des Docteurs de ladite Facul„té, & ce fait proceder ſans faueur & autres Actes à la diſtribution des „ Lieux & Degrez des loys d'iceux Bacheliers, le plus inſtamment & ſin„cerement que faire ſe pourra, le tout par maniere de prouiſion, ſans pre„iudice des droits des Parties au principal.

Contra hocce Senatuſconſultum Cancellarius porrecto & obtento libello, vt vocant, Ciuili, obtinuit an. 1594. in integrum reſtitui.

„ Du Lundy dernier Ianuier 1594. ſur les Plaidoyers faits en la Cour de „ ceans le Mercredy 25. & Ieudy 27. iours de Ianuier dernier paſſé entre M.

Iean du Viuier Conſeiller du Roy en ladite Cour, Chanoine & Chancelier de l'Egliſe & Vniuerſité de Paris, Demandeur en Requeſte Ciuile d'vne part. Et les Doyen & Faculté de Theologie en l'Vniuerſité de Paris, & Recteur & Suppoſts de ladite Vniuerſité, defendeurs d'autre part, ſans que les qualitez puiſſent nuire ny preiudicier aux Parties. Aprés que de Villiers pour le Demandeur, Choppin pour les Doyen & Faculté de Theologie & Choüart pour leſdits Recteur & Suppoſts defendeurs, furent oüis en leurs Plaidoyez, enſemble Hotman pour le Procureur General en ſes Concluſions, ladite Cour auroit ordonné qu'elle en delibereroit, & puis veu l'Arreſt du 3. Feurier 1592. contre lequel a eſté obtenu ladite Requeſte Ciuile, & celuy de l'an 1535. Il ſera dit ayant égard auſdites Lettres en forme de Requeſte Ciuile que ladite Cour a remis & remet leſdites Parties en tel eſtat qu'elles eſtoient auparauant ledit Arreſt du 3. iour de Feurier 1592. & en ce faiſant les a appointez & appointe au principal au Conſeil, produiront à huictaine enſuiuant, bailleront contredits & saluations dedans le temps de l'ordonnance, pour leur eſtre fait droit ainſi que de raiſon. Et cependant a ordonné & ordonne que l'Arreſt prouiſionnel du 17. iour du mois de Ianuier 1535. ſera ſuiui & executé, à la charge que les Docteurs de ladite Faculté ayant droit de ſuffrage, ſeront tenus de porter & mettre és mains dudit Chancelier leurs billets vn iour certain qui leur ſera par luy pour ce faire aſſigné trois iours auparauant: Et ce fait proceder en la meſme iournée inceſſamment & ſans diuertir à autres Actes à la diſtribution des lieux & rang des Bacheliers, ſelon la forme portée par ledit Arreſt, & ce par maniere de prouiſion & ſans preiudice des droits des Parties au principal, & qu'autrement par ladite Cour en ait eſté ordonné & ſans deſpens. 1592.

Die 7. Aprilis habetur Synodus Beneficiatorum Vniuerſitatis more ſolito, & vt legitur in Actis Med. *eorum Sacerdotia qui ab Aduerſariorum ſtabant partibus, vacare concluditur.* Pene quoque tumultuatum eſt ob rumorem ſparſum miſſæ ab Hiſpano Rege ad Vniuerſitatem pecuniæ; non ferente Vniuerſitate id ſibi imputari criminis. In Actis Medic. legimus ab Epiſcopo Siluanectenſi ſuppreſſas fuiſſe fictitias quaſdam Regis Hiſpani litteras. *Quo die litteris quibuſdam fictitijs de tribus millibus aureorum ad Academiam miſſis ab Hiſpaniarum Principe eſt ſed temere tumultuatum & prudenter à Reuerendiſſimo Siluanectenſium Epiſcopo fuerunt ſuppreſſæ.*

Die Iunij 13. habentur Comitia ad recipiendum D. Dalincurtium Prætorem Pariſ. ad Sacramenta: & in ea re fuit aliquid difficultatis. Acta Medicinæ ſic habent. *13. Iunij conuocati de recipiendo Prætore in demortui D. de Nantoüillet locum D. Dalencourt, qui primum præſtito Senatui Iuramento, pro more à Rectore eſt confirmatus.* Sed nec id citrà tumultum, eò quòd Rectori & Academiæ ſolemniter non iuraſſet admotâ manu libro. Multi enim id in malis ducebant. Sed reſpondit Proprætor præſtitum Senatui iuramentum. *At hoc nihil efficeret præſertim cum alius hic & non idem conſeſſus.* Standum omnibus quæ iuramenti articulis continentur. Ait Proprætor alios eſſe mores, aliquid tempori condonandum; certò ferre ſe Prætorem hîc non ſtaturum (aberat enim adhuc) tamen Proprætor Ciuium vt vocant, arte effectum vt polliceretur Prætor omnia ſeruaturum quæ eſſent æqui & boni in genere. Et hæc res tota tranſacta. Controuerſum etiam aliquantulum, num Prætor vbi veniſſet, Cathedris tapetibus inſtructis inſidere, an verò ſtare, donec tranſacta res foret, deberet. *Statutum Rectorem ſolitæ ſuæ columnæ aſtare debere; Et Prætorem, cum de eius confirmatione tantum ageretur, Cathedræ inſidere, Rectore non reclamante; præſertim quod Prætoris triennium totum Præceptor fuiſſet.* Prætor Paris.

In Codice Rectorio Iuratorum ſic habetur. *Carolus de Villeroy*, legendum de Neuville, (& ad Marginem eadem manu ſcriptum. *Carolus d'Alincourt vrbis Præfectus*) *vir imprimis nobilis, auitæ ac paternæ Religionis, hoc eſt Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ acerrimus propugnator, quia Vrbis Præfectus, provt moris eſt & Maiorum conſuetudine receptum, longoque ſatis vſu*

1592. *comprobatum & confirmatum, apud Mathurinenſes publicis ſolemnibus Comitiis Academiæ fidem dedit. Huiuſce Receptionis tales extant litteræ in Reg. Vniuerſitatis.*

VNIVERSIS præſentes litteras inſpecturis Rector & Vniuerſitas ſtudij „ Pariſienſis ſalutem in Domino. Notum facimus quod die Datæ præſentium nobis apud S. Mathurinum ſolemniter, vt moris eſt, conuocatis & „ congregatis ſuper receptione & poſſeſſionis adeptione Nobiliſſimi & „ Clariſſimi viri D. Caroli de Neufuille Baronis Dalincourt, Gubernatoris Pontiſaræ & Prouinciæ *le Vexin dicti le François*, Præpoſiti Pariſienſis „ & Conſeruatoris Priuilegiorum Regiorum dictæ Vniuerſitatis comparuit „ ipſe D. Præpoſitus qui organo & voce Magiſtri Mathæi de la Bruiere locum tenentis Ciuilis, cui adſtabant M. Guillelmus Gelée locum tenens „ Criminalis dictæ Præpoſituræ Pariſienſis & multi alij Nobiliſſimi viri, Expoſuit ſe ad hanc Præpoſituræ dignitatem admiſſum & receptum fuiſſe à „ ſupremo Senatu Pariſ. ibique ſolitum juramentum præſtitiſſe, prout in „ litteris Prouiſionis ipſi à Sereniſſimo Principe D. Duce à Meneo ſtatus & „ Coronæ Franciæ Locum-tenente Generali conceſſis continetur, & tanquam huius Academiæ Conſeruatorem huc veniſſe vt omnem operam, „ ſtudium & vires ſe daturum ad Conſeruationem Priuilegiorum & Exemptionum huius almæ Vniuerſitatis in præſentia omnium Facultatum profiteretur. Quod etiam ipſe D. Præpoſitus ore proprio promiſit, & ideo „ omnium conſenſu in poſſeſſionem dictæ Conſeruationis poſitus & inſtallatus fuit; vt moris eſt, adhibitis ſolemnitatibus in talibus aſſuetis. Datum „ Pariſijs in noſtra Congregatione Generali apud S. Mathurinum ſolemniter celebrata anno Domini 1592. die 13. menſis Iunij. Sig. DV VAL.

Die 22. Iunij habetur Supplicatio ſolemnis ad D. Genouefæ. Poſtridie eidem Rectori prorogantur faſces ad tertium trimeſtre. At illi 10 Octob. ſuffectus eſt M. Medardus Bourgeotte Sueſſionenſis Gymnaſiarcha Coll. Bellouacenſis aliàs Dormani, quo Rectore, Academici Proceres adierunt Principem Mainium, ſupplicemque libellum ob temporis miſerias obtulerunt, quæ tantæ erant, vt Academia Magiſtris & Scholaribus penè vacua eſſet. *Ille*, vt legitur in Actis Med. *omnia vt moris eſt ſplendidè pollicitus eos dimiſit.*

Die 3. menſis Decemb. habitis apud Collegium Bellouacum priuatis Comitijs multa fuerunt capita propoſita, 1. de deligendis viris prudentia & autoritate præſtantibus qui ad publica Comitia Regni à Mainio Regni Præfecto indicta (ita ſcribit Petrus Valens Procurator Nat. Germ.) ad diem 20. Decemb. proficiſcerentur. Alterum erat de ſalutando Illuſtriſſimo Cardinale Philippo Sega Legato. 3. de conſeruandis Priuilegijs Librariorum aduerſus Præfectum vrbis. 4um. erat quod Quæſtor Vniuerſitatis propoſuerat vt aliquo modo remedium adferretur Academiæ ære alieno obſtrictæ. De 1. nihil actum & concluſum fuit, ſed prorogatum ad publica Comitia Rectoris. De altero nihil potuit ibi à Nobis ſtatui, quia à Senatu nondum ſalutatus erat. De 3. capite, Procuratori Fiſci hoc negotium fuit demandatum. De 4. & poſtremo hæc fuit Concluſio, *vt Quæſtori petenti honeſtis conditionibus Pratum Scholaſticorum vtendum fruendum concederetur, quoad Academiæ viſum fuerit, ea lege atque conditione, vt Creditoribus ſatisfaceret & articulos ſuos conficeret, proximis Comitijs coram D. Rectore legendos. Contractuſque & Inſtrumenta ſuper hac re neceſſaria conficienda, quò omnia ſine dolo malo fierent. Et ſic concluſum eſt.* Sig. P. VALENS cum ſyngrapha.

DE PRATO CLER. LOCANDO.

In Reg. Academicis ita legitur hac de re. *Supplicauit D. Germanus* Gouffé Quæſtor Generalis eiuſdem Vniuerſitatis in hunc modum. *Meſſieurs, vous ſçauez que vous eſtes endebtez enuers Grenier de la ſomme de 100. liu. pour les Cierges qu'il vous a fournis en l'année 1589. ie ſuis pourſuiui par ledit Grenier pour eſtre payé de ladite ſomme. Outre cela, Meſſieurs, vous ſçauez que par les comptes derniers que i'ay rendus, ladite Vniuerſité m'eſt redeuable de la ſomme de..... & que pour vous acquitter tant de ladite ſomme de 100. liures en-*

uers ledit Grenier que deſdits 400..... vous n'auez de preſent aucun moyen, & à cauſe de la neceſſité en laquelle eſt de preſent ladite Vniuerſité & la miſere du temps, i'ay aduiſé que vous auez grand & petit Pré aux Clercs, qui vous ſont inutiles & deſquels vous ne receuez aucun profit, s'il vous plaiſoit aduiſer à en faire quelque choſe & me le bailler à loyer, i'offre le prendre à telles charges & conditions que i'auanceray pour vous ladite ſomme de 100. liures à Grenier, & que tant de ladite ſomme que deſdits...... que me deuez par la cloſture des contes deniers, ie ne vous pourray demander aucun profit. Et outre i'en feray telle honneſteté à l'Vniuerſité que vous aduiſerez, & ſans toutefois que l'Vniuerſité ſoit en rien obligée ny contrainte en l'accord qu'elle fera auec moy de me bailler leſdits grand & petit Pré. Car i'offre ne les tenir, ſinon tant qu'il plaira à ladite Vniuerſité & de luy remettre entre les mains toutes fois, & quantes qu'il vous plaira & à la premiere requeſte que vous m'en ferez. 1592.

Ea ergo die ſecuta eſt Concluſio qualem ſupra retulimus: Sed cum eadem res in publicis Comitijs Mathurinenſibus à Rectore propoſita fuiſſet, interceſſit Procurator Picardus, aiens rem hanc nunquam auditam, vt legitur in Actis Med. In Commentarijs autem Nat. Germ. legitur Facultatem Artium interceſſiſſe, & Rectorem ei aſſenſiſſe. *Ad 19. Kal. Ian. Publica à D. Rectore indicta Comitia, vbi Quæſtio habita eſt adhuc de Agro illo Clerico, ſeu manis Prato locando D. Quæſtori Vniuerſitatis. Sed ſuper hac re ſententiæ variarunt. Facultas quoque Artium interceſſit, nec temerè locandum eſſe cenſuit, cui Rector Ampliſſimus D. Bourgeot Coll. Bellouacenſis Moderator aſſenſit; ac propterea res infecta permanſit.* Acta Med. aiunt Selectis viris negotium hoc demandatum. Eadem die proceſſum eſt ad D. Stephani in monte, & ſupplicatum. Die 17. prorogatus eidem Rectori Magiſtratus ad alterum trimeſtre.

Anno 1593. die 6. Ianu. actum de ſalutando Legato Apoſtolico qui recens aduenerat: 9. de mittendis ad Comitia trium Regni Ordinum viris Academicis. Indicta enim fuerant à Mainio Duce; & Lutetiam aduenerunt Prælati, Nobiles & Plebeij majori numero quàm ſperabatur. Cauſa Conuocationis præcipua iſta, ad medendum Regni malis. 1593.

Die 15. eiuſdem menſis Rector cum Proceribus Vniuerſitatis Legatum ſalutauit; eiuſque auxilium pro conſeruando Academiæ ſtatu implorauit. 18. deliberatum an eſſent ſupplicationes decernendæ ob eam cauſam quam Clerus & Vrbs prætexebant, vt omnia in Comitijs Ordinum Regni proſperè ſuccederent. 29. controuerſum, an Academia viros ſelectos ad Comitia mittere deberet, cùm hoc non eſſet valde vſitatum. Placuit tamen mitti, cum de Religione ageretur.

Die 4. Feb. in Comitijs controuerſum, vt legitur in Actis Medic. *num Cardinalem Pelleuæum ſalutare oporteret, præſertim cum Rector nulli niſi ſummi Pontificis Nuncio, aut Cardinalibus ſanguinis Regij cederet, vt iampridem eſt receptum.* Sed concluſum cedendum tempori. 6. deliberatum de Adiuncto dando D. de Cueilly quem Academia nominauerat pro Comitijs Regni, ſed D. Bouchier operam ſuam libenter eſt pollicitus.

Die 25. eiuſdem menſis Legatus intereſſe voluit Comitijs Mathurinenſibus & à ſummo Pontifice litteras porrexit. Et quia id nouum, deliberatum, die 21. quo honore eſſet excipiendus. Acta Medicinæ ſic habent. *Die 21. eiuſdem menſis conuocati ſumus, vt quo ſplendore Illuſtriſſimus D. Legatus à Nobis recipi poſſet, ſtatueretur. Res enim noua videbatur Pontificis Max. Legatum velle Mathurinenſibus ædibus intereſſe. Itaque ſtatutum vt omnes Omnium Ordinum Doctores & Baccalaurei cappati adeſſent, Parietes tapetibus ornarentur, cathedræque & ſcamna Nobilibus præſto eſſent. Quæ omnia quoad fieri potuit, ſplendidè & diligenter facta ſunt, Rectore, Decanis & Procuratore Galliæ breuibus encomijs vſis.* Exceptio Legati Pontificii.

Ad diem verò 23. ſic habent Acta Germanica. *Die 23. Feb. Vigilia Mathiæ Apoſtoli erant Comitia Rectoris & Doctorum & omnium Præceptorum & Magiſtrorum Academiæ quibus D. Legatus aderat, qui apud Mathurinenſes Sacrum fecit, & poſt Miſſam in Conclaui Orationem eloquentem omnibus Vni-*

uerſitatis Proceribus præſentibus fecit. Et litteras à ſummo Pontifice ad Academiam miſſas dedit.

1593. Rector verò in Codice Iuratorum ſic ſcribit. *Tempore ſecundi Magiſtratus trimeſtris Reuerendiſſimus D. Cardinalis Placentinus S. Sedis Apoſtolicæ Legatus die 23. menſis Feb. viſitauit Academiam. Qui apud ædem Mathurinorum à dicto Rectore & omnibus Academiæ Ordinibus in Cappis & cum omni gratulatione & gratiarum actione eſt honorificentiſſimè receptus. In diem Veneris ſequentem decretæ ſunt à dicta Academia ſupplicationes ad ædem D. Martino ſacram pro Suæ Sanctitatis incolumitate & proſperitate, quas dictus Reuerendiſſimus in pompa & habitu Legati decorauit & cohoneſtauit. Cuius dignitatem dictus Rector cum celeberrimo cœtu & copioſo comitatu prius in ædibus ſuis ſalutauerat.*

Die 23. Martij ſufficitur Bourgeoto in Rectoratu M. Simon Bigot Decanus Tribus Pariſ. in Natione Gall. quanquam ægrè: de eius Electione ſic legitur in Codice Iuratorum. Simon Bigotius ſecundò Rector Academiæ *qua in Rectoria dignitate Lutetia orbata erat Lege & Rege Chriſtianiſſimo.*

Anno Domini 1593. die Mercurij 23. menſis Martij 9. Kal. April. pridiè „ Annunciationis beatæ Mariæ Virginis quæ dies dicata eſt nouæ deſignationi futuri Rectoris, idque Comitijs Publicis Iulianenſibus, habitis rebus ſacris, electis deſignatoribus 4. fide publica adſtrictis, ſecretiori in loco Sacelli incluſis ſemel atque ſecundò vnum atque alterum, vno animi conſenſu Rectorem futurum nominant, qui Prouinciam publicam detrectant, ab humeris faſces & purpuram reijciunt. Quibus rebus perſpectis tertiò iurejurando adſtricti deſignatores recluduntur ſecretiori in loco, quo vltro citroque habitis rationibus tandem Simonem Bigotium Prouinciæ Pariſienſis Decanum in Rectorem vno animi conſenſu eligunt. Illo tamen recuſante his miſerrimis & luctuoſis temporibus, in tanta rerum perturbatione, tanta in rerum omnium egeſtate, tam in ſenili ætate, in qua & vires deficiunt & res eſt anguſta domi atque curta aut nulla ſuppellex, vt vno verbo dicam, illum Rectorem nominatum non poſſe ſumptus Rectoriæ dignitatis ſuſtinere ni rebus futuris maturius deliberetur & prouideatur. Qua de re Proceres Academiæ conſilium ineunt, quid facto ſit opus deliberant, Rectorem Bigotium nominatum à quatuor deſignatoribus ſuis calculis confirmant eumque diſpenſant à ſumptibus aſſuetis, nihil ab eo Rectore expoſcunt præter illius laborem & induſtriam. Inde præſtito iurejurando, induitur purpura.

Interim dum habentur Lutetiæ Comitia Regni, reſcribunt qui à Rege Nauarræo erant Carnuti, paratos ſe quoque eſſe colloqui cum fœderatis, atque inire viam componendæ pacis & reſtituendæ Regno Eccleſiæque Gallicanæ tranquillitatis. Regem ſe habere quem Deus & natura dederunt: illum ſe venerari, vt par eſt à ſubditis Regem coli; nec ſe paſſuros tali Rege Religionis Catholicæ cultum imminui. Mouent litteræ iſtiuſmodi Plurimos è fœderatis. At eas Legatus Pontificius hæreticas eſſe pronunciat & impias. Conſulti quoque Theologi multis autoritatibus probant Propoſitionem iſtam abſurdam eſſe, hæreticam, ſchiſmaticam, blaſphemam & Eccleſiæ repugnantem, quæ aſſerit iuris eſſe quidquam in hoc Regnum Hæretico relapſo Excommunicato, eique teneri ſubditos parere. Nihilominus inſtituitur Surenæ Colloquium. à Regijs præloquitur Primas Bituricenſis; à fœderatis Lugdunenſis; eloquentes ambo & docti viri. Die 1. Maij ad tres menſes Induciæ concluduntur. Sic ceſſatum à furore belli.

Die 4. Maij conuocantur Proceres ad confirmandum Domus Sorbonicæ Prouiſorem; qua de re ſic legitur in Actis Med. *4. Maij conuocati ſumus vt Prouiſorem quem vocant pro Theologica Facultate in demortui Regis Cardinalis à Borbonio locum ſufficeremus. Moris eſt enim Principem aliquem verum hoc munere frui. Omnes itaque Pelleuæum Cardinalem nominarunt; verum ſeu iſte recuſauit hunc honorem, ſeu aliam ob cauſam, an. 1594. electus eſt Cardinalis Gondius, vt infra dicetur.*

Die 7.

Die 7. Maij habentur Comitia, deliberaturque de ſalutandis Principibus Mainio & Guiſio. Sed nihil effectum, *eo quod iam Meduanum ſalutaſſemus, vtrumque autem ſalutare, aut Guiſium tantum ob multas cauſas non expediebat.* 1593.

Die 23. Iunij Bigotio ſubſtituitur M. Petrus Cagnyé Archidiaconus Siluanectenſis, Baccalaureus in Theologia, San-Germanus in Laya; quo Rectore, hæc acta præcipuè. 25. Iulij Henricus Nauarrus in æde San-Dionyſiaca abiurat hæreſim & à Prælatis ſuæ Partis abſoluitur ad cautelam à Cenſuris. 27. conuocantur Proceres, vt Vale diceretur Legato Pontificio & id concluſum quanquam præter conſuetudinem; ſed cum incertus eſſet dies exitus, dilatum vſque ad 3. Aug. qua die impellente Roſa Epiſcopo Siluanectenſi aditus eſt & ſalutatus, ab eoque honorificè recepti ſunt qui adierunt. 10. Sept. proceſſum ad D. Victoris, factæque Deo Preces & in reditu *nomine liberationis huius Ciuitatis*, quæ protractis paulùm indicijs reſpirare cœperat. 7. Octob. habitæ quoque ſolemnes ſupplicationes ad D. Ludouici in Regia Nauarra.

Die 10. Octob. Cagnæo ſubſtituitur Antonius de Vincy Sueſſionenſis, Canonicus Beluacenſis, ac Sede Epiſcopali vacante Vicarius Generalis & Officialis; qui Rectoratum accepit omnium precibus & votis victus. Quo Rectore 4. Nouemb. certatur pro conſeruatione priuilegiorum. 9. eiuſdem menſis habentur Comitia ad ſufficiendum in M. Claudij Sereni Preſlæi Gymnaſiarchæ demortui locum, M. Petrum Caue Baccal. Theologum, *qui in poſterum Academiæ nomine Ordinibus intereſſet, vt habetur in Reg. Facult. Med.*

Die 16. Decemb. prorogatur Rectoratus eidem de Vincy. Quo Rectore die 20. eiuſdem menſis habitis Comitijs deliberatum an expediret adire Ducem Mainium pro obtinenda libertate Typographorum Thierry & Cauellat incarceratorum ob libellos iniurijs plenos ab ijs editos. Periculum erat ne magis irritaretur iratus Princeps. Nam liberior incipiebat eſſe lingua, liberiorque calamus; conuenitur tamen, & indulget libertatem ſponſore dato. Protractis inducijs ad Kalend. Ianuarias anni ſequentis dum de pace agitur, Barrerius quidam Melodunum profectus vt Henricum occideret, captus: interrogatuſque quo impulſu? proprio inquit, communicato tamen Conſilio cum Varada Ieſuitarum Rectore & Chriſtophoro Aubrio S. Andreæ Curione, laudatoque. Vt facinus iſtud innotuit Libello publico Stephani Paſchaſij, Fœderatorum Coniunctio dijungi cœpit.

Anno 1594. flexus tandem Deus Bonorum Precibus, Eccleſiæ Gallicanæ tanquillitatem & Regno pacem redonauit. Henricus Nauarrus 1594. ſummo Pontifici obedientiam iurat, Regni Francici diademate inſignitur Carnuti. Statimque vrbes plurimæ ad eum reuertuntur. Mainius Princeps legitimo Regi locum cedit. Placentinus Cardinalis Romam redit, inſalutato tamen Rege, quanquam honorificè inuitatus. Varadam Ieſuitam & Aubrium S. Andreæ Curionem Conſilij Barrerio dati conuictos cum bona Regis venia ſecum abducit. Rex iam pacatam Lutetiam ſubit die 22. Martij. Et Deo Chriſtiparæque votis ſolutis omnium acclamationibus excipitur.

Die Iouis 31. Martij (præter conſuetudinem dilata electione Rectoris) Iacobus d'Amboiſe Henrici Regis Conſiliarius & Medicus, in Facultate Medicinæ Licentiatus Rector eligitur; ſed ea lege ne Doctoralem lauream prius aſſumat quàm faſces Rectorios depoſuerit. Et id iurat.

Die 2. April. Rector cum Decanis, Procuratoribus & Proceribus Regem adit, & vt legitur lib. 1. Comment. Boteræi, proni in genua obſecrant, vt ſuo Ordini ac cæteris Vrbis æquè ſe propitium præbeat, non « in gloriam eſſe Partem tantæ vrbis Academiam, quæ peculiari & antiquo « nomine *Regum ſe filiam* venditet; ab his conditam, adultam, ornatam, « atque in hunc vſque diem auſpicijs & liberalitate Regum, nominis ſui « celebritate totum Orbem compleuiſſe, ſi ex eius familia nonnulli intem- «

» perijs acti, linguam vel mucronem calami in Regiam Celſitudinem acue-
1594. » rint, publicæ inſaniæ eſſe condonandum, plures fuiſſe qui ore & cala-
» mo, multò feliciùs fortiuſque hoc piaculum vindicarint, ſcriptiſque ſuis
» Hiſpanicæ factioni ſempiternam infamiam aſperſerint.

Rex Paternum affectum filiæ pollicitus, ſpondet fore eam ſibi curæ, lætamque dimittit. Illa die 18. ſolemnem habet ſupplicationem ad Sacram Capellam Palatinam pro felici vrbis reſtitutione, jucundo Regis ingreſſu, armorum ſucceſſu, & Regni incolumitate. Eademque die apud Mathurinenſes conſtituit vnanimiter proſequi litem aduerſus Ieſuitas ante annos plures inceptam, calamitate temporum variè interruptam. Nominantur è ſingulis Facultatibus qui ei rei incumbant. Concluſio talis eſt.

Contra Iesvitas. » Anno Domini 1594. die Lunæ 18. menſis April. Conuocata Vniuerſitas » omnium Ordinum huiuſce inclyti ſtudij Pariſienſis apud ædem S. Mathu- » rini pro ſupplicatione peragenda ab Academia ad ædem S. Capellæ Re- » galis Palatij Pariſ. ad reddendas gratias altiſſimo Deo pro reductione fe- » lici huiuſce almæ vrbis, proſperitate & feliciſſimo ſucceſſu Chriſtianiſſi- » mi & inuictiſſimi Domini noſtri Henrici IV. Regis Francorum & Nauar- » ræ, conſeruatione dictæ vrbis ſub ditione & protectione dicti D. noſtri » Regis ac pro quamplurimis alijs rebus ad Academiam ſpectantibus; at- » que ſuper ſupplicatione facta à D. & M. Laurentio Bourceret Artium » Doctore de vocandis in ius Ieſuitis, vt omnino eijciantur. Dicta Vniuer- » ſitas debitè, vt moris eſt, hora ſolita conuocata, ex conſenſu vnanimi om- » nium Doctorum & Magiſtrorum ſingularum 4. Facultatum & 4. Procu- » ratorum Nationum, nemine repugnante, cenſuit & determinauit eſſe an- » nuendum ſupplicationi dicti D. Bourceret, ideóque in iudicium & ius ri- » tè & conuenienter Ieſuitas vocandos, vt eijciantur omnino. Eam ob rem » cenſuit Vniuerſitas ex ſingulis Ordinibus nominandos aliquot Selectos » viros qui ea diligenter curent, quæ ad litem contra Ieſuitas mouendam » pertinent. Vnde Facultas Theologorum nominauit D. & M. Adrianum » d'Amboiſe ſummum Regiæ Nauarræ Moderatorem & alium Doctorem » quem dictus D. d'Amboiſe voluerit eligere. Facultas Decretorum quæ » acta ſunt, approbauit; & quia vnicus tantum Doctor nomine D. Dauid- » ſon aderat, promiſit ſe nominaturum aliquem alium ex ſuis Doctoribus. » Facultas autem Medicorum ordinauit D. & M. Iacobum Couſinot. Po- » ſtremo Facultas Artium nominauit dictum M. Laurentium Bourceret & » D. Georgium Critton. Sicque ſtatutum fuit vnanimiter & concluſum, ne- » mine reclamante, per D. Jacobum d'Amboiſe Academiæ Rectorem to- » tamque Academiam anno & die præfatis. Sig. Dv Val. *Et Viſa per nos* » *Rectorem Iac. d'Amboiſe*, cum ſigillo magno in cera rubea. Secundùm hanc Concluſionem porrigitur Senatui libellus ſupplex & lis reſumitur, vt infra dicetur.

Cum autem permultorum animis hærente adhuc ſcrupulo de vera Regis ad Eccleſiam conuerſione, nonnulli Ordines in eius verba iurare vererentur, conſulta Vniuerſitas dubium reſoluit, habito ſolemni Conuentu apud Regiam Nauarram die 22. April. obedientiæque præſtitæ cæteris exemplum dedit, hoc publico Inſtrumento.

Iuramentum fidelitatis.

» Vniversis præſentes litteras inſpecturis Rector & Vniuerſitas ſtu- » dij Pariſienſis & Facultatum Theologiæ, Decretorum, Medicinæ & » Artium Salutem in eo qui eſt omnium vera ſalus. Notum ſit huius publici » Inſtrumenti tenore, quod die infra ſcripta comparuimus in aula Theo- « logali Collegij Regalis Campaniæ, aliàs Nauarræ, nimirum nos Iacobus » d'Amboiſe Rector, Decanus venerandæ Senectutis & Doctores-Regen- » tes Sacratiſſimæ Facultatis Theologiæ tam Seculares quàm Regulares 54. » in vrbe reſidentes; in his Magnus Magiſter dicti Collegij, Senior Collegij » Sorbonæ, Syndicus dictæ Facultatis, Priores & Lectores. 4. Mendican-

tium & aliarum Communitatum debitè ad hoc Congregati cum Curatis “
almæ vrbis. Decanus & doctores-Regentes Iuris Pontificij. Decanus “ 1594.
cum Doctoribus ſaluberrimæ Facultatis Medicinæ; necnon 4. Procura- “
tores Nationum cum Decanis ſuis, Cenſoribus, Artium Magiſtris & “
Collegiorum Primarijs & Pædagogis, cum plurimis Scholaribus & viris “
Religioſis omnium Ordinum & Conuentuum, Minorum, Auguſtinenſium, “
Carmelitarum, Prædicatorum, Benedictinorum, Ciſtericenſium, Præ- “
monſtratenſium, Canonicorum Regularium D. Auguſtini, Crucifero- “
rum, Seruorum B. Mariæ, Guillelmitarum, Mathurinenſium, S. Ca- “
tharinæ Vallis-Scholarium cæterorumque Suppoſitorum & Officiario- “
rum dictæ Vniuerſitatis. Atque ibi inuocato diuini pneumatis numine, “
Virginiſque Deiparæ & Sanctorum Patrocinio propoſuimus & expendi- “
mus ea quæ Apoſtolorum Coriphæus 1. ſuæ Ep. cap 2. ſapientiſſimè præci- “
pit *Deum timere, Regem honorare, ſubiectos eſſe omni humanæ Creaturæ propter* “
Deum, ſiue Regi quaſi præcellenti, ſiue Ducibus tanquam ab eo miſſis ad vindi- “
ctam Malefactorum, laudemque Bonorum. Et ſuper nonnullis dubijs quæ his “
turbulentiſſimis temporibus moueri vidimus de obedientia præſtanda “
Henrico IV. Dei gratia Francorum & Nauarræ Regi Chriſtianiſſimo D. “
N. & huius Regni Heredi ſucceſſorique legitimo, cum nonnulli malè in- “
ſtructi & ſiniſtris opinionibus imbuti ſcrupulos varios in animos homi- “
num inijcere tentarint, prætendentes quod quamuis ſupradictus D. Rex “
noſter ſit amplexus firmiter & ex animo ea omnia quæ Eccleſia ſancta Ca- “
tholica, Apoſtolica & Romana credit & profitetur, tamen cum Beatiſſ. “
D. N. Papa eum nondum publicè admiſerit, recognoueritque filium Pri- “
mogenitum Eccleſiæ, dubium videatur illis ſitne obedientia interim pe- “
nitus reddenda tanquam abſoluto Principi ac Domino Clementiſſimo & “
vnico Heredi. Qua de re maturè conſilio habito, gratijs inſuper Deo & “
toti Curiæ Cœleſti actis pro eius tam manifeſta Conuerſione & feruenti “
erga S. Matrem Eccleſiam zelo, cuius nos etiam teſtes oculati ſumus, “
necnon pro tam pacifica huius Vrbis reductione deſcendimus omnes cu- “
iuſcumque Facultatis & Ordinis vnanimiter & nemine diſcrepante, in “
eam ſententiam quod dictus Henricus eſt legitimus & verus Rex, Do- “
minus naturalis & Heres dictorum Regnorum Franciæ & Nauarræ, ſe- “
cundùm leges fundamentales ipſorum, eique obedientia ab omnibus ſub- “
ditis dictorum regnorum & incolis præſtanda eſt ſponte & liberè, pro- “
vt à Deo imperatum eſt, etiamſi hoſtes Regni & factioſi homines vſ- “
que hodie obſtiterint eum admitti à Sanctiſſima Sede & agnoſci tan- “
quam filium bene meritum & primogenitum S. Matris noſtræ Eccle- “
Huiuſce diſſidij mentio habetur in omnibus Regeſtis. Fuſè in Com-
„ mentarijs Nat. Germ. ſic ſcribente M. Petro Valens Procuratore. *Die 26.*
„ huius menſis conuocati omnes Ordines Academiæ in Porticu Mathuri-
„ nenſium, vbi actum fuit de aperiendo Rotulo Nominandorum. Eodem
„ tempore D. d'Amboiſe iam à 4. annis Regiæ Nauarræ Ἀρχιδιδάσκαλος, ſiue
„ Magnus Magiſter, vt vocant, ſupplicuit vt Academia ſe iungeret, ſiue
„ immiſceret liti quam conteſtatam habebat cum Reuerend. Epiſcopo Sil-
„ uanectenſi D. Roſe. Hic enim poſt Ciuiles tumultus in Gallia excitatos,
„ à Rege Henrico IV. inuicto reſtitutus in integrum, Magnum illud Magi-
„ ſterium iure reſtitutionis ſibi vindicabat, & rurſus in poſſeſſionem mitti
„ voluit; aliumque D. ſcilicet d'Amboiſe, de poſſeſſione deijcere voluit.
„ Cauſa hæc in Senatu diſputabatur Pariſijs. Cupiebat itaque D. d'Amboi-
„ ſe vt Academia ſe liti miſceret, parteſque ſuas defenderet. Hoc itaque in
„ deliberationem vocatum fuit eo die vt ſuprà.
„ Super hac re ſententiæ variarunt. Alij enim dandam Adjunctionem hanc

contendebant; alij prorſus negabant, vt iniquum aduerſus D. Roſe quid- " 1597.
quam ſtatuere, qui Academiæ tutor & Conſeruator eſſet. His itaque pro- "
poſitis, Procurator Fiſci ſurrexit & longa ſatis oratione cauſam hanc egit, "
nimirum vtroſque eſſe filios Academiæ, vtroſque eſſe amplectendos; fie- "
ri non poſſe quin Academia vnius fauorem & gratiam captando, in alte- "
rius incurrat odium, ſententiamque adduxit Biantis *inter Amicos non eſſe* "
ferendum iudicium. D. Roſe vt virum inſignem & de Academia bene meri- "
tum laudauit. Tendebat itaque hæc eius oratio eò ne daretur D. Ambo- "
ſio adjunctio. Sed vnum hîc prætermittere non libet. Initio orationis "
ſuæ Procurator Fiſci quaſi Academiæ cauſam agere videretur, paulò in- "
conſideratiùs egit, nimirum, Rectorem incuſans & inſimulans impru- "
dentiæ, quod ante paucos dies ſubſcripſiſſet libello ſupplici Collegij Car- "
dinalitij, id obnixè à Rectore & Procuratoribus flagitantis; quod factum "
fuit. Procurator Fiſci id culpabat quaſi id Academiæ incommodi eſſet ali- "
quid allaturum. Hac tam temeraria conqueſtione omnium Ordinum ſto- "
machos ita commouit, vt ab Officio remouendum eum ibi de plano om- "
nes iudicarint per ſemeſtre. Et reuera ſententia à Rectore prolata contra "
eum fuit. Ille verò ſurgens prouocauit. Hæc ſcribo vt diſcant alij ſobriè "
magis & conſideratiùs in Publicis Comitijs de Maieſtate Rectoria eſſe lo- "
quendum. Conqueſtus verò eo ipſo die Rector magnificus eſt D. Fraze- "
rius Scotus Philoſophiæ Profeſſor apud Becodianos parum honoris Re- "
ctori deferri; immò negligi omnino, purpuramque illam Rectoriam pror- "
ſus vt vilem & abjectam ab omnibus etiam infimi ordinis hominibus con- "
taminari, & quodammodo conculcari. Poſtulauit itaque Rector vt totus "
Academiæ Senatus poſthac ſeuerè animaduerteret in eos, qui Rectoriam "
dignitatem tam flocci pendunt, vt ſarta tecta imposterùm eius autoritas "
conſeruaretur. Sed redeo de ſemita in viam. De litis illa adiunctione, di- "
uiſæ tandem ſententiæ fuerunt, nempe ad 4. Academiæ Patronos refe- "
rendum eſſe illud Conſilium, ſit-ne danda adiunctio necne. Atque ita Co- "
mitia dimiſſa fuere.

Placet eandem hiſtoriam ex faſtis Academicis educere, qui ſic habent ad diem prædictam.

Anno Domini 1598. die 26. menſis Ian. apud S. Math. ſolemniter vt moris eſt, hora ſolita matutina congregata extitit alma Vniuerſitas Pariſ. ſuper 2. art. quorum prior eſt de aperiendo Rotulo Nominandorum more ſolito, poſterior vero de ſupplicationibus & iniurijs. Expoſuit D. Rector cauſam Congregationis, & expoſita cauſâ locum communem ſupplicationibus eſſe dixit. 1598.

Supplicuit M. Adrianus d'Amboiſe Doctor Theologus ſummus Regiæ Nauarræ Moderator Adjunctionem ſibi concedi in certa cauſa mota & pendente indeciſa in ſupremo Senatu Pariſ. inter illum & D. Siluanectenſem Epiſcopum ratione Magiſterij dicti Collegij.

M. Michaël Colin Procurator Fiſcalis eiuſdem Vniuerſitatis ita ait.
Mouet me, Ampliſſime D. Rector voſque viri Patres D. Amboſij recon-
ditæ litteraturæ viri honeſta quidem, ſed parum Academiæ vtilis ſuppli- "
catio, vt rurſum prodeam ſupplicaturus ne poſthac tam leui cauſa rebuſ- "
que flocci faciendis ſe litibus iungat Academia. Vnuſquiſque enim hacte- "
nus ad libidinem Academiæ ſubſcriptionem periclitatus eſt, non ſine ma- "
ximo Reipub. litterariæ diſpendio, vt nudius quartus, Ampliſſime D. Re- "
ctor, parum ſanè prudenter me non vocato, pace tua dixerim, ob cloa- "
cas, cum reuerentia loquor, liti ſuſceptæ ſubſcripſiſti. Nunc autem quia "
agitur de ſubſcriptione inter viros de Repub. noſtra bene meritos, quo "
modo, qua ratione id fieri poſſit, quæſo diligenter perpendite. Si enim "
D. Amboſium ſpectetis, multos honoris gradus in Academia conſecutus "
eſt, faſces etiam Rectorios obtinuit; ſi autem D. Roſeum, Academiæ "
Matri manus adjutrices ambas, *auxiliatriceſque porrexit turbulentiſſimis tem-* "
poribus Rempub. & Academiam conſeruauit; vnde illa in priuilegiorum Apoſto- "
licorum Protectorem & vindicem eum ſelegit. Quocirca antequam vlterius "

——— " progrediamini, perpendite quæſo Biantis Adagium, *Inter Amicos nunquam ferendum eſſe iudicium.* Non per vos mora eſt, non per vos deſinat illa.

1598. " Maturis deliberationibus præhabitis per ſingulas Facultates, D. Rector pro Facultate Artium retulit adjunctionem eſſe concedendam D. Procuratori à Fiſco.

" Medicorum Ordo cenſuit adjunctionem nec D. Amboſio nec D. Siluanectenſi Epiſcopo pro hac vice eſſe concedendam, ſed prius conſulendum eſſe Patronos Vniuerſitatis, vt iudicent an ſit de re Academiæ vt ipſa deſcendat in cauſam D. d'Amboiſe contra D. Siluanectenſem Epiſcopum. *Suſpendendum eſſe D. Procuratorem à Fiſco ſuo Officio per Semeſtre quia in hoc Conſeſſu dixit D. Epiſcopum Siluanectenſem turbulentis temporibus Academiam & Rempub. conſeruaſſe. Et ob eam cauſam Protectorem & vindicem electum fuiſſe.*

" Iuris Collegium idem cenſet. Sacratiſſima Theol. Facultas cenſuit nihil eſſe agendum contra D. Siluanectenſem Epiſcopum, ſed prius conſulendum eſſe Aduocatos Vniuerſitatis. Annuit ſupplicationi D. Procuratoris à Fiſco.

Vniuerſitas ipſa ex maturis omnium deliberationibus & ſententijs cenſuit negotium DD. Amboſij & Siluanectenſis Epiſcopi conſulendum eſſe apud DD. Aduocatos Vniuerſitatis, vt iudicent an ſit de re Academiæ vt ipſa deſcendat in cauſam D. d'Amboiſe, *& nihilominus pro iniqua ſupplicatione D. Procuratoris à Fiſco, ſuſpendendum eſſe ſuo Officio in ſemeſtre.* Et ita per D. Rectorem concluſum extitit.

Ad quam Concluſionem ſe oppoſuit M. Nicolaus Guiſenet Procurator Galliæ, *& dixit D. Rectorem non ſecundum ſuffragia Facultatis Artium concluſiſſe*, dictus verò M. Michaël Colin Prouocauit & appellauit ab ipſa Concluſione. Actum anno & die prædictis.

Neglexit aut certè diſtulit Amboſius conſulere Patronos de adjunctione Vniuerſitatis. Quamobrem Rector die 7. Feb. habitis Comitijs & re expoſita, ex vnanimini omnium ſuffragio concluſit neutri concedendam adjunctionem, ſed porrigendum Curiæ libellum ad conſeruationem Iurium Academiæ. Die autem 16. habitis Comitijs ad clauſionem Rotuli, Epiſcopus Siluanectenſis per M. Michaëlem Colin petijt ſibi locum aſſignari; & ibi conqueſtus eſt quod Vniuerſitas de alio Conſeruatore deligendo cogitaret. Res ſic ſe habet in Actis publicis.

" Supplicuit M. Michaël Colin Procurator Fiſcalis eiuſdem Vniuerſitatis vt claudatur Rotulus Nominandorum more ſolito, & nihilominus continuetur. *Et vt locus aſſignetur D. Siluanectenſi Epiſcopo, eodem præſente.*

D. autem Siluanectenſis Epiſcopus, habita longa oratione, conqueritur quod Academia cogitauerit de deligendo alio Conſeruatore Priuilegiorum Apoſtolicorum, quod libellum ſupplicem porrexerit Senatui eadem Academia in cauſa pendente inter illum & D. Amboſium; quod die Purificationis Cereum ipſi Epiſcopo non obtulerit. Maturis deliberationibus ſuper præmiſſis præhabitis: ipſa Vniſitas cenſuit claudendum eſſe Rotulum Nominandorum, & nihilominus continuandum more Maiorum, & ita concluſit D. Rector. De D. verò Siluanectenſi nihil concluſum, neque contra Procuratorem Fiſci, qui non obſtante ſententia ſuſpenſionis, prædictis Comitijs interfuerat.

Patet certè ex Actis illum nihilominus ſeruaſſe interſtitium ſeu tempus ſemeſtre ſuæ ſuſpenſionis. Nam in Comitijs Generalibus die vndecima Martij habitis, ſupplicauit M. Simon Bigot Decanus Nat. Gall. aliquem *deſignari loco Procuratoris à Fiſco vſque ad terminum præfixum ſuæ ſuſpenſionis. Ita ſuffectus eſt D. Vincentius Raſſart ad tempus tantùm & ſaluo ipſius Procuratoris iure.*

Die 16. Martij à Senatu Pariſienſi & à Camera, vt vocant Computorum, comprobata eſt Inſtitutio Regia duorum Profeſſorum in Theologia poſitiua iuxta diploma menſis Iunij an. 1597. & Primi nominati Andreas Duvallius & Philippus Gamachæus, Collegij Sorbonici fortiſſimi Palæſtritæ, qui annuo ſtipendio 300. aureorum ſolarium dotati, Regi optimo & munificentiſſimo Panegyricum dixerunt. *Edixit autem Rex*, inquit, *Beteræus*,

teræus, vt fato functus alij duo primæ notæ ex vniuerſo Theologorum contubernio æquis ſuffragijs ad hanc Spartam exornandam ſeligantur, neue res aucupijs Fauitorum vel deligentium vota odio & liuori obnoxia ſint, conſcripta ſcedulis ſuffragia in vas fictile anguſti oris immitti voluit, qua cautione ambitus auerti poſſit & iuſta ſortitio virtuti ſua præmia tribuat. 1599.

Die 24. menſis Martij Frazerio Rectori ſuffectus eſt M. Carolus le Rouge Cenomanus, Profeſſor Nauarricus & Baccal. Theol. quo Rectore Artium Facultas die 8. April. Officium ſuum Procuratoris Fiſcalis vacans per liberam ejurationem ſeu reſignationem *M. Franciſci du Cheſne,* contulit eiuſdem filio *M. Ioanni du Cheſne*, præſenti & illud acceptanti, vt legitur in Actis Academicis. Idem Rector die 1. April. nouum Epiſcopum Pariſienſem Prioris nepotem Epiſcopalem ingreſſum celebrantem oratione excepit. Et die 3. eiuſdem menſis ſupplicationem extraordinariam habuit ad Regiam Nauarram pro Vrbe Regi Henrico IV. reſtituta.

Die 26. Maij habitis apud Collegium Nauarricum Comitijs M. Michaël Colin paulo ante ab Officio Procuratoris Fiſcalis ſuſpenſus errati veniam petijt & obtinuit: veruntamen cum in Comitijs publicis idem ſupplicaſſet 20. Iunij Deputatorumque indulgentiam & culpæ remiſſionem obtenderet, M. Vincentius Raffart Commiſſarius conteſtari voluit DD. Rectorem & Deputatos *non habuiſſe poteſtatem reſtituendi prædictum Michaëlem in integrum. Verum reſtitutus manſit.*

Dies Veneris 12. lætiſſimus & omnibus bonis optatiſſimus affulſit, vt legitur in Commentarijs Nat. Ger. quo virtute & prudentia inuictiſſimi Francorum Regis Henrici IV. Pax inter Gallos & Hiſpanos omnibus extinctis bellis ciuilibus, compoſita, publicè in Ciuitate Pariſ. proclamata eſt. Pacis autor Clemens VIII. Legatus Alexander Cardinalis Medicæus. Internuncius quidam Franciſcanus. Rex duorum maximè operâ vſus virorum, Brulartij Silerij olim apud Heluetios Legati, & Belleuræi.

Die 15. Rector intermiſſum per 14. annos iter ad S. Dionyſij, maximo totius Academiæ ſplendore & ornatu repetijt, priſtinumque decus Vniuerſitati reſtituit. 18. Legati Hiſpani vrbem ingreſſi ſunt maximâ pompâ, quibus Gallicani Proceres obuiam ierunt. 20. Supplicatio extraordinaria propter Pacem celebrata. 23. prorogati faſces Rectorij M. Carolo Rubeo; quo die facta adhuc ſupplicatio ad D. Iuliani.

Die 18. Aug. Edictum à Rege latum eſt aduerſus Ieſuitas, & eos qui liberos ſuos ad Societatem iſtam mittebant inſtituendos. Tale eſt autem.

Arreſt contre le ſieur de Tournon & contre ceux qui enuoyent leurs enfans aux Ieſuites.

HENRY PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE. A tous ceux qui ces Preſentes Lettres verront, Salut. Sçauoir faiſons, que comme ſur ce que noſtre Procureur General, aſſiſté de M. Loüis Seruin & Simon Marion nos Aduocats a remonſtré à noſtredite Cour de Parlement, par ledit Seruin, que par Arreſt du 1. Octobre dernier, le ſieur de Tournon auoit eſté condamné faire vuider & ſortir hors des fins & limites de la Ville & Seigneurie de Tournon, les Preſtres & Eſcholiers, ſoy-diſans, de la Societe du nom de IESVS, dedans deux mois aprés la ſignification pour toutes prefixions & delays, & en certifier noſtredite Cour vn mois aprés, ſur les peines y contenuës. Lequel Arreſt auroit eſté ſignifié audit ſieur de Tournon parlant à ſa perſonne en cette-ville de Paris, des l'11. du mois d'Octobre, neantmoins il n'y auroit ſatisfait ny obey. Comme auſſi auroit noſtredit Procureur General eſté aduerti que contre l'Arreſt du 29. Decembre 1594. pluſieurs de nos ſubjets auroient enuoyé des enfans du lieu de Tournon, à Pont-à-Mouſſon & autres lieux & endroits dedans & dehors noſtredit Royaume, aux Colleges de ladite pretenduë Societé du nom de IESVS, pour y eſtre enſeignez & inſtruits, dont eſtoient à craindre pluſieurs & notables inconueniens. Meſ-

» mes dautant que leſdits Preſtres & Eſcholiers de ladite pretenduë Socie-
1599. » té, non ſeulement ont continué depuis ledit Arreſt du 29. Decembre la
» doctrine damnable & reprouuée par iceluy, mais y ont adiouſté autres
» nouueaux enſeignemens & instructions plus abominables qu'ils ſement
» par tout, meſmes en noſtredit Royaume par liures execrables; Requeroit
» ledit de Tournon eſtre declaré auoir encouru les peines contenuës audit
» Arreſt du 1. Octobre dernier, & les defenſes contenuës en l'Arreſt du 29.
» Decembre 1594. eſtre reïterées & de nouuel publiées auec commiſſion
» pour informer à ſa Requeſte contre ceux qui ſe trouueront auoir contre-
» uenu; & que tous ceux qui ont eſtudié depuis iceluy ſous leſdits preten-
» dus de ladite Societé & en leurs Colleges en quelque lieu que ce ſoit,
» ſoient priuez des priuileges des Vniuerſitez & les degrez par eux obtenus
» ou qu'ils obtiendront cy-aprés en quelque Vniuerſité que ce ſoit ou puiſ-
» ſe eſtre, declarez nuls, de nul effet & valeur. Veu leſdits Arreſts des 29.
» Decembre 1594. & 1. Octobre denier, auec l'exploict de ſignifications d'i-
» celuy du 11. dudit mois d'Octobre, enſemble les Arreſts des 21. Aouſt &
» 16. Octobre dernier, la matiere miſe en deliberation. Noſtredite Cour
» par ſon Arreſt ayant égard aux Concluſions de noſtredit Procureur Ge-
» neral a declaré & declare ledit de Tournon auoir encouru les peines con-
» tenuës audit Arreſt du 1. Octobre. A ordonné & ordonne que tous ſes
» biens ſeront ſaiſis & mis en noſtre main. A enjoinct & enjoinct aux Re-
» ceueurs de noſtre Domaine, chacun en ce qui eſt de ſa charge, d'en rece-
» uoir les fruicts pour en tenir compte comme des autres deniers de leurs
» Receptes, ſelon les eſtats qui en ſeront faits par les Threſoriers de Fran-
» ce, qu'ils mettront à cette fin és mains deſdits Receueurs. Et aux Offi-
» ciers des terres qui ſeront ſaiſies releuans de nous, tant en fief, que reſſort
» de Iuſtice, d'exercer ladite Iuſtice ſous noſtre nom, à peine de nullité des
» procedures, ſi aucunes eſtoient par eux faites en autre qualité que de nos
» Officiers, dépens, dommages & intereſts des Parties en leurs propres &
» priuez noms & d'eſtre declarez incapables de tenir aucuns de nos Offices
» & autres Charges publiques. A declaré & declare l'Eſtat & Office de Se-
» neſchal d'Auuergne, duquel eſt pourueu ledit de Tournon, vacant & im-
» petrable, & ledit de Tournon indigne & incapable de le tenir & exercer.
» A fait & fait inhibitions & defenſes aux Lieutenans & Officiers de ladite
» Seneſchauſſée de luy donner aucune entrée ne ſeance en leurs Sieges, &
» à tous nos ſubjets le recognoiſtre en ladite qualité. Aux Greffiers de plus
» conceuoir les Commiſſions, Sentences & autres Actes de Iuſtice en ſon
» nom. A tous Comptables ne luy payer aucuns gages & droits à cauſe du-
» dit Office; le tout à peine de repetition des gages & droits, priuation
» d'Offices, amendes arbitraires & autres plus grandes peines s'il y échet.
» Et outre a inhibé & defendu, inhibe & defend à toutes Perſonnes d'en-
» uoyer Eſcholiers aux Colleges de ladite pretenduë Societé en quelques
» lieux & endroits qu'ils ſoient pour y eſtre inſtruits, ſur les peines conte-
» nuës eſdits Arreſts, leſquels ſeront de nouueau publiez és lieux & en-
» droits accouſtumez à faire cris & publications. Et aura noſtredit Procu-
» reur General commiſſion pour informer des Contrauentions à iceux
» pour les informations faites & rapportées en noſtredite Cour, eſtre par
» icelle procedé contre les Contreuenans, ainſi que de raiſon. Et dés à pre-
» ſent a ordonné & ordonne que tous nos ſubjets inſtruits & enſeignez aux
» Colleges deſdits pretendus de ladite Societé dedans ou dehors ce Royau-
» me, depuis ledit Arreſt du 29. Decembre 1594. ne ioüiront des Priuile-
» ges des Vniuerſitez, comme incapables des degrez d'icelles. Declarons
» les degrez par eux obtenus ou qu'ils obtiendront en quelque Vniuerſité
» que ce ſoit, nuls & de nul effet & valeur, ſans que par le moyen d'iceux ils
» puiſſent enſeigner ne y eſtre pourueus d'Offices ne Benefices affectez aux
» Graduez, eſtre receus Aduocats en noſtredite Cour, ne en aucuns autres
» Sieges, n'aucunement ioüir d'aucuns droits, prérogatiues & préeminen-
» ces, fruits, profits & emolumens prouenus deſdits degrez. Ordonne

noſtredite Cour que le preſent Arreſt ſera publié en tous les Bailliages " 1598.
& Seneſchauſſées: Enjoinct aux Subſtituts de noſtredit Procureur General le faire executer & en certifier ladite Cour, faire informer des Contrauentions audit Arreſt du 29. Decembre 1594. & en enuoyer les Informations au Greffe d'icelle dans deux mois à peine, d'en répondre en leurs propres & priuez noms. Si Mandons de l'ordonnance de noſtredite Cour à tous Baillifs, Seneſchaux ou leurs Lieutenans, chacun en leur Bailliage & Seneſchauſſée & endroit ſoy, ſi comme appartiendra, mettre le preſent Arreſt à deüe & entiere execution, ſelon ſa forme & teneur, en contraignant tous ceux pour ce à contraindre par toutes les voyes & manieres deües & raiſonnables. Commandons à tous qu'il appartiendra ce faiſant obeyr. Donné à Paris en noſtre Parlement le 18. iour d'Aouſt 1598. Et de noſtre Regne le 10. Signé, Par la Chambre. DV TILLET. Et ſcellé, ſur ſimple queüe, en cire jaune.

Die Iouis 27. eiuſdem menſis Auguſti idem Rector comitatus Decano Medicinæ & M. Guill. Luſſon Adiuncto ac Nationum Procuratoribus: it ſalutatum Cardinalem Florentinum Sedis Apoſtolicæ Legatum è Gallia proximè diſceſſurum.

Die 3. Septemb. Curia audito Procuratore Regis Generali ſtatuta Inſtauratæ Academiæ ſolemni Senatuſconſulto confirmauit Actiſque ſuis inſeruit, quæ anno tantum 1600. promulgata ſunt.

CONTRA EPISCOPVM SILVANECTENSEM.

Cum autem penderet adhuc in Senatu lis inter Epiſcopum Siluanectenſem & Adrianum d'Amboiſe de Magiſterio Collegij Nauarrici, eiuſdem d'Amboiſe opera & diligentia in Triumuirorum Regiorum manus incidit Libellus ab ipſo Epiſcopo Siluanectenſi pluribus in locis annotatus, cuius hæc erat Inſcriptio, LVDOVICI D'ORLEANS VNIVS EX CONFOEDERATIS PRO CATHOLICA FIDE EXPOSTVLATIO, quo nomine ad poſtulationem Procuratoris Generalis lis Capitalis intentata ipſi Epiſcopo apud Senatum, à quo, cauſa cognita latum eſt hocce Decretum die 5. Septemb.

Extraict des Regiſtres de Parlement.

VEV par la Cour la Grand' Chambre & Tournelle aſſemblées, le Procés Criminel fait par deux Conſeillers d'icelle, à la requeſte du Procureur general du Roy, demandeur à l'encontre de Meſſire Guillaume Roſe Eueſque de Senlis accuſé, information, interrogatoire, recollement & confrontation de témoins, certain Liure intitulé LVDOVICI D'ORLEANS VNIVS EX CONFOEDERATIS PRO CATHOLICA *fide expoſtulatio*, auec les Notes eſtant en la teſte & en marge de pluſieurs fueillets dudit Liure, reconnus par ledit Roſe eſtre de luy eſcrites. Concluſions du Procureur general du Roy, ſur les cas à luy impoſez. Et tout conſideré: Dit a eſté, que ladite Cour pour les cas contenus audit Procés a condamné & condamne ledit Roſe, dire & declarer en la Grand' Chambre d'icelle, eſtant nuë teſte & debout en la preſence des Gens du Roy, que temerairement, indiſcretement & comme maladuiſé, il a dit & proferé qu'il auoit eſté de la Ligue, & que ſi s'eſtoit à recommencer, il en ſeroit encore, & outre qu'il tient ledit Liure intitulé *Ludouici d'Orleans vnius ex Confœderatis pro Catholica fide expoſtulatio*, plein d'impietez & blaſphêmes contre l'honneur de Dieu & obeyſſance deüe aux Roys, ordonne qu'il aumoſnera la ſomme de 100. eſcus ſol, pour le pain des Priſonniers de la Conciergerie & s'abſtiendra d'aller à la ville de Senlis pour vn an, & pendant ce temps de preſcher en quelque lieu que ce ſoit. Prononcé & executé le 5. iour de Septembre 1598. Signé VOYSIN.

Die 12. Septemb. Curia de Medicorum negotio ſic decreuit.

Le Samedy 12. iour de Septembre 1598. ſur ce qui a eſté remonſtré à la Chambre des Vacations par le Procureur general du Roy, qu'il a receu pluſieurs plaintes du deſordre & confuſion qui a gliſſé en l'exercice de Medecine en cette Ville,

1598. *contre les Reglemens cy-deuant faits, meſme par Arreſt de l'an 1536. auſſi peu executé qu'il eſt vtile au public & ſanté des Particuliers, la pluſpart deſquels ſe laiſſent aiſément deceuoir ſous la qualité de Medecin, indifferemment priſe, ſans eſtre approuuez par le College de la Faculté de Medecine, ſuppliant ladite Chambre d'y pouruoir. Ledit Arreſt de Reglement veu, la matiere miſe en deliberation. Ladite Chambre a ordonné & ordonne que l'Arreſt du mois d'Aouſt 1536. ſera gardé & obſerué & entretenu ſelon ſa forme & teneur, & ſuiuant iceluy a fait & fait inhibitions & defenſes à tous Empiriques & autres non approuuez de la Faculté de Medecine en l'Vniuerſité de Paris de pratiquer ny exercer l'Art de Medecine en cette Ville & Faux-bourgs à peine d'amende arbitraire, & de plus grande punition s'il y eſchet. Fait auſſi defenſes ſur meſmes peines à tous Apothicaires & Epiciers donner aucunes Medecines aux Malades ſur autres Receptes & ordonnances que des Docteurs en ladite Faculté, ou qui ſeront approuuez d'icelle, des Medecins ordinaires du Roy, & ceux du ſang Royal les ſeruant actuellement, leſquelles ordonnances ſeront dattées & ſignées, & chacun an, le Doyen par l'aduis de ladite Faculté, fera vn Roolle des noms & ſurnoms des Medecins, qui pourront pratiquer en ladite Ville & Faux-bourgs, lequel roolle ſera par luy deliuré aux Gardes & Iurez Apothicaires pour en bailler copie à tous Apothicaires, dont ledit Doyen prendra vne décharge. Outre fait defenſe auſdits Medecins de conſulter auec leſdits Empiriques, ny bailler atteſtation de la capacité d'aucun Eſcriuain en Medecine pour pratiquer, & aux Iuges d'y auoir égard. A enjoinct & enjoinct aux 12. Medecins nommez par l'Arreſt du 12. Octobre dernier ou ſix d'entr'eux en l'abſence des autres rediger par eſcrit le Diſpenſaire, & enjoint au Preuoſt de Paris de tenir la main à l'execution du preſent Arreſt, enſemble de l'Arreſt donné l'an 1536. & informer des Contrauentions faites.*

Die 8. Octob. ſupplicatum eſt ad D. Euſtachij. 10. actum in San-Iulianenſi de Electione Rectoris. Et quia rumor erat quendam M. Petrum Victorem Cajetanum, Baccalaureum quidem Theologum, ſed Doctorem in Decretis ambire Rectoratum, M. Simon Bigot Decanus Prouinciæ ſeu Tribus Pariſienſis, Gall. Nationis Cenſor admonuit primùm ſeruanda eſſe ſtatuta Facultatis Artium, *& vt nulli admitterentur ad Rectoratum, qui laurea Doctoratus in ſuperiori Facultate eſſent donati.* Deinde eſſe quendam Philoſophiæ Profeſſorem, qui anno vno polliceretur curſum docere. Ita admoniti Quatuorviri ſeu Intrantes nihilominus nominant *nouum Rectorem D. Petrum Victorem Caietanum virum Theologum tunc abſentem. Ad quam nominationem ſe oppoſuit præfatus D. le Rouge Rector & dixit dictum Cajetanum elegiſſe. Qua audita oppoſitione & maturis iterum deliberationibus per ſingulas Nationes præhabitis, ipſa Facultas poſtquam conſtitit dictum D. Caietanum eſſe Doctorem in Decretis, cenſuit procedendum eſſe ad aliam Nominationem futuri Rectoris. Et ita concluſit D. Rector.*

Electio Rectoris Doctoris.

Quo facto dicti DD. Intrantes iterum Conclaue ingreſſi ſunt, à quo tandem reuerſi nominauerunt nouum Rectorem D. Ioan. Tourneroche qui Iuramenta ſolita præſtitit.

Die 10. Decemb. ſupplicatum ad ædem FF. Prædicatorum. Et in Comitijs tria poſtulauit M. Michaël Colin Procurator Fiſci. 1. ne quis niſi in Academia Pariſ. Magiſter aut ab eo probatus Lutetiæ legeret. 2. ne liceat Apparitoribus per Vicarios faſces præferre. 3. vt Nuncijs Maioribus cerei ex ærario Academico die Purificationis diſtribuantur: quod vltimum caput non fuit conceſſum propter anguſtiam ærarij publici.

1599. Anno 1599. die 5. Ianu. concluſa eſt Adjunctio Vniuerſitatis Pariſ. ad cauſam quam habebat Cadomenſis ob Officiarios ſuos quos Regij Commiſſarij vectigales eſſe volebant; idque ſupplicantibus Deputatis ipſius Vniuerſitatis Cadomenſis: quam in rem extat Inſtrumentum publicum inter Acta Vniuerſitatis, ſigillo Rectorio munitum.

Auiourd'huy ſur la Remonſtrance faite à nous Recteur, Doyens & Procureurs deputez de cette Vniuerſité de Paris par M. Iean-Iacques Docteur-Regent és Droicts en l'Vniuerſité de Caën & Iacques Renouff Bourgeois de Caën auſſi Procureurs, Deputez & Officiers de ladite Vniuerſité que

comme l'Vniuerſité de Caën, eſt par inſtitution d'icelle cõſtituée & doüée " 1599.
de pareils & ſemblables Priuileges que l'Vniuerſité de Paris, ce neantmoins "
ſous pretexte de l'Edict du Roy fait au mois de Ianuier l'an paſſé 1598. ou "
autre Edict ou Ordonnance dudit Seigneur, où les Vniuerſitez ne ſont "
aucunement compriſes, les Commiſſaires deputez dudit Seigneur pour "
l'execution deſdits Edicts & Ordonnances veulent & taſchent de mettre "
& impoſer à la Taille & autres ſubſides les Officiers de ladite Vniuerſité "
de Caën: qui ſeroit directement contreuenir à la volonté & intention des "
Roys de France qui n'ont iamais entendu comprendre leſdites Vniuer- "
ſitez & Officiers d'icelles eſdites Tailles, ſubſides, ny autres Impoſitions "
quelconques, & par tel moyen aneantir les Priuileges deſdites Vniuerſi- "
tez, & par ſucceſſion de temps les rendre deſertes, en quoy ladite Vniuerſi- "
té de Paris auoit grand intereſt, comme eſtant la ſœur-aiſnée de toutes les "
autres Vniuerſitez du Royaume, qu'il en pourroit autant arriuer en ſon "
endroit s'il n'y eſtoit promptement pourueu & remedié: Nous auroient "
pour ces cauſes requis leſdits M. Iean-Iacques & Renouff eſdits noms de "
vouloir entreprendre le fait & cauſe de ladite Vniuerſité de Caën pour "
ce regard & auec icelle nous ioindre en cette cauſe. Nous ayans égard à "
ladite remonſtrance, attendu ce que dit eſt, auons pour & au moyen de "
toute l'Vniuerſité de Paris, donné & donnons par ces Preſentes adjon- "
ction à ladite Vniuerſité de Caën pour requerir & obtenir du Roy noſtre "
Sire, & de Noſſeigneurs de ſon Conſeil l'entiere & totale exemption deſ- "
dites Tailles, aides & ſubſides pour tous les Officiers & Suppoſts de ladite "
Vniuerſité de Caën & autres Impoſitions quelconques, impoſées & à "
impoſer, & la continuation de tous les Priuileges de ladite Vniuerſité, "
par ledit Seigneur, confirmez pour en ioüir par icelle Vniuerſité, ſuiuant "
& ainſi qu'ils en ont cy-deuant bien & deüement ioüy. En témoin de ce "
nous auons ſigné la preſente & fait faire, & ſigner par le Greffier general "
& Ordinaire de ladite Vniuerſité. Fait à Paris le 5. iour de Ianuier 1599. "
Signé, IEAN TOVRNEROCHE Recteur, I. Ian, Regnouf, & au deſſus. "
De mandato D. Rectoris, DV VAL, *cum ſyng.*

Die 30. Ian. confertur Ioanni le Bouc Officium Librarij Iurati vacans per incapacitatem Guillelmi Cauillat Monaſterium ingreſſi. Die 25. Feb. aperitur Catalogus Nominandorum, & confertur Officium *Promotoris* in Curia Conſeruatoris vacans per obitum M. Iacobi Caignet illius vltimi poſſeſſoris pacifici Chriſtophoro le Danois vel Denys Procuratori in Caſtelleto.

Die Martis 16. Martij ſupplicatur ad ædem Franciſcanorum. Die 24. Rector eligitur M. Franc. Gualterus Baccal. in Theol. & ad ædes ſuas Nauarricas deducitur. 20. April. Synodus habetur Beneficiariorum, & multantur abſentes, negotiumque demandatur Procuratori Fiſci, vt à Proprætore Pariſienſi licentiam obtineat inijciendi manum Regiam in Bona Beneficiariorum qui à Synodo abfuerant.

In ijſdem Comitijs Paulus Moreau Procurator Nat. Gall. ſupplicauit vt Vniuerſitatis nomine moneretur Adrianus Amboſius ſummus Regiæ Nauarræ Magiſter, quò Rectori Academiæ honorem debitum deferret; nempe ille, vt legitur in Reg. Academicis, *antecedere volebat D. Rectorem.* Acta verò Medicinæ ſic habent. *Selecti viri conueniunt M. Adrianum d'Amboiſe Magnum Collegij Nauarræ Magiſtrum, illumque Academiæ nomine monent vt honorem Rectori debitum reddat.* Extat quoque alicuius Magiſtri olim Gymnaſiarchæ Cardinalitij & Rectoris in hanc rem ad monitio. Sic habet. PRÆEMINENTIA RECTORIS.

Rectori. Venit in meas manus controuerſia quædam inter D. Rectorem «
& ſummum Domus Nauarreæ Moderatorem exorta, quam ſi placet à ve- «
ſtro Scriba audietis legi. Hanc controuerſiam ipſe pientiſſimus Domus «
Nauarreæ Moderator facile poteſt componere. Etenim in illa domo Re- «
ctoratum præclarè geſſit, & ex eo non ditior, ſed glorioſior diſceſſit. No- «
uit ille an Moderator qui tunc erat, ceſſerit. D. du Mont, D. Yon, D. Ri- «

» chardus Doctor Theologus idem poſſunt teſtificari. Et vt de me aliquid
1599. » dicam, anno ſexageſimo Ego Primarius Cardinalitius Rectoria dignitate
» honoratus meo quidem loco ſedi in Eccleſia, Moderator ſuo; *ſed ſemper*
» *ille primas partes mihi detulit, primos accubitus. Erant tum Conuiuia Doctora-*
» *lia, inuitatus Ego in domum Nauaream, primus omnium ſedi.* Proinde Ego
» ſupplico vt vbicumque fuerit D. Rector, primas illi Partes tribuendas
» conſtituatis, vt primus dicat, primus ſedeat, omnium ſit primus, & quod
» conſtitueritis, Domorum & Collegiorum Superioribus ſignificetur, Se-
» niori Sorbonico, Moderatoribus Nauarreo, Lexouæo, Pleſſæo, & alijs ne
» prætextu ignorantiæ ad eum lapidem impingant.

Die 8. menſis Iunij in priuatis Comitijs apud Nauarram habitis Rector expoſuit ſe negauiſſe litteras teſtimoniales Scholaritatis cuidam Iuueni Scholaſtico qui noluerat formam ſolitam ſeruare iuramenti ad Religionem Catholicam pertinentis. Quod factum omnes Deputati laudarunt & comprobarunt, ſtatueruntque ſtandum eſſe ſtatutis. Atque id die 29. eiuſdem menſis iterum confirmatum.

Die 21. proceditur ad D. Germani Pratenſis. Et 23. eidem Rectori faſces prorogantur ad alterum trimeſtre. 9. Aug. fit ſupplicatio extra ordinem ad D. Genouefæ ad impetrandam aëris ſerenitatem, & pluuiarum abundantiam coërcendam.

Die Iouis vltima Septembris Rector Comitatus Decanis & Procuratoribus ſalutatum it Belleuræum Galliæ Cancellarium & huius dignitatis acceſſionem eidem gratulatur. Die 7. Octob. admittitur reſignatio Officij Procuratoris Fiſcalis facta per M. Michaëlem Colin, in gratiam *M. Iacobi Arrogerij* Pariſini, qui an. 1594. Rectore M. Iacobo d'Amboiſe litteras humaniores profiteri ceperat in Lexouæo. 10. fit ſupplicatio ad D. Pauli. 11. eligitur tertio idem Gualterus in Rectorem.

PROCVRATOR FISCI.

Die 14. Decemb. ſupplicatur ad D. Andreæ de Arcubus. 16. eligitur in Rectorem M. Ioannes le Mercier Caſtro-Theodoricus, Collegij Beluacenſis Promagiſter & Claſſicus, in Medicina Baccalaureus formatus. Poſtridie cum apud Mathurinenſes inſtrueretur pro more de negotijs publicis, ab omnibus Proceribus rogatus eſt vt publicandæ Reformationi iam ante annos quinque cœptæ & in Curia Parlamenti per Arreſtum vt loquuntur, confirmatæ incumberet. Qua de re ſic legitur in Codice Iuratorum.

Primus omnium hunc lapidem moui. Galliæ Procurator tunc temporis, Paulus Moreau. Faxit Deus Opt. Max. Decus Academiæ Muſarumque Protector & ipſe Muſagetes, vt ad omnium vtilitatem & Matris noſtræ Vniuerſitatis Pariſ. ſplendorem & augmentum vota piorum cedant, qui nihil aliud quàm reformari volunt. Ea de cauſa idem Rector trium ſuperiorum & Facultatis Artium Decanis & Procuratoribus ſtipatus cum faſcibus & cappis adijt Proceres Senatus. Quibus nihil vtilitatis noſtræ omnium & ſingulorum vſquam amantius, nihil ad Latinas orationes, Latinius, nec niſi vnus, de cuius peritia Latini ſermonis nemo ambigit, non Latinè copioſéque reſpondit. Imprimis autem ſupremus Præſes & Procurator Regius cum maxima eloquentia Latina, bene uolentiæ ſuæ erga omnes Academiæ itidem matris ſuæ alumnos luculentum teſtim onium præbuerunt.

SYNOPSIS OCTAVI SECVLI VNIVERSITATIS.

De fortuna & ſtatu Vniuerſitatis.

BREVITER vtrumque complectimur. Plus fauoris & gratiæ accepit Vniuerſitas hoc ſeculo à Regibus noſtris quàm à ſummis Pontificibus. Poſt Concordatorum enim promulgationem, cui quam potuit fortiſſimè obſtitit & interceſſit Vniuerſitas, abrogationemque Pragmaticæ-Sanctionis quam optabant Pontifices, cœperunt ipſi eſſe de Vniuerſitate parum ſolliciti. At Regibus noſtris ad eam ornandam amplificandamque mirabile inceſſit deſiderium, Franciſco I. dico, Henrico II. Carolo IX. Henrico III. & Henrico IV. quorum nullus eſt qui ſuo tempore, non addiderit aliquid eius ſplendori & dignitati. Sed facem prætulit Franciſcus qui bonas Artes quaſi poſtliminio reuocaſſe prædicatur. Nam vt ſcribit Ramus in Oratione pro Reformatione Vniuerſitatis ad Carolum IX. ante excitatum à Franciſco Rege humanitatis ſtudium, omnium Artium Barbaries in Academia regnabat, vnoque & aſſiduo altercationis inſtrumento, ſi qualeſcumque autores prælegerentur, attamen omnes Artes comparari credebantur. Itaque cum Grammatici & Rhetores nihil niſi barbaros Alexandros de Villa Dei, Græciſmos, Theodoretos atque eiuſmodi Doctores haberent, ordinarias horas decimam matutinam & quintam pomeridianam altercationibus impendebant. Imò verò maximum profectus argumentum ſtatuebant in Claſſium, quin etiam Gymnaſiorum inter ſe concertatione. Ita quoque Philoſophi, Medici, Iuriſconſulti, Theologi Quæſtionarijs Quæſtionumque & Altercationum dædalis & artificibus dediti totas Scholas diſputationibus occupabant. Grammatici & Rhetores primi furtum deprehendêre, meditationem Grammatici & Rhetorici operis longè potiorem cognouêre, &c. Nimius eſſem ſi vellem Franciſci Elogia ſingularia à doctis ſui ſeculi viris conſcripta referre. Laus vna inſtar omnium eſt; Collegij Regij inſtitutio, cui vndecim viros adlegit; duos linguæ Græcæ Profeſſores conſtituit, Petrum Daneſium & Iacobum Tuſanum. Tres Hebraïcæ, Fran. Vatablum, Agathium Guidacerium & Paulum Paradiſum.

Latinæ Bartholomæum Latomum. His adjunxit ſucceſſu temporis in Mathematicis Orontium Finæum & Paſchaſium Hamelium. In Medicina Vidum Vidium & Guill. Poſtellum: in Philoſophicis denique Franciſcum Vicomercatum.

Henricus II. Eloquentiæ Latinæ & Philoſophiæ Profeſſorem adiecit Petrum Ramum.

Carolus IX. duos, vnum Philoſophiæ, alterum Medicinæ. Henricus III. tres, vnum Chirurgiæ, alterum Theologiæ, tertium linguæ Hebraïcæ. Stipendia verò omnium auxit in ſingulos 150. libellis. Henricus IV. non Collegio quidem Regio nouos Profeſſores, adjecit, Sed in Sorbona duos Theologiæ Poſitiuæ Doctores, qui ſacrarum litterarum myſteria interpretarentur 300. aureis ſolaribus annuis dotauit.

His aucta Præſidijs & his fulta Præſidibus Vniuerſitas inſignem non modo Regno Gallicano, ſed toti Eccleſiæ præſtitit operam in Hæreſeon quæ hoc ſeculo natæ ſunt, extirpatione. Cuius quidem ſi non fuiſſet tam indefeſſum ſtudium in tuenda Catholica Religione quàm fuit, Religionem forte nullam hodie haberemus; idemque contigiſſet Imperio noſtro, quod Germanico, quod Bohemico, quod Anglicano, vbi quod Vniuerſitates Wittembergenſis, Pragenſis & Oxonienſis in confutandis Hæreticis remiſſiores fuerint, Hæreſis tandem inualuit & auitam fidem exulare coëgit.

Quàm prope verò abfuit ab eadem clade Regnum Gallicanum, cum Theodorus Beza & alij Sectatores in Aula Regia admiſſi ſunt ad concionandum, & cum in Colloquio Piſciaco permiſſa eſt libertas Religionum! Non tulit Vniuerſitas Libertatem iſtam nec in corpore, nec in membris; adeoque conſtantia ſua effecit, vt licet Hæretici ſacrorum Diplomatum autoritate ſeſe tuerentur, nuſquam tamen aut Magiſtros, aut Officiarios Hæreticos in ſuo Imperio eſſe ſiuerit.

At enim florentem Academiæ ſtatum quatuor potiſſimum mala deformarunt eiuſdemque vires & robur debilitarunt, hæreſis, Turbæ Scholares, Ieſuitarum propagatio, bella Ciuilia: Imprimis quidem Hæreſis, duplicem ob cauſam; nam poſtquam Germania & Anglia ad Partes Lutheri tranſiuerunt, plurimi qui inde ad Academiam Pariſienſem concurrere ſolebant, illam frequentare deſierunt. Nonnulli verò è ſuis nouitatis amantes interno quodam diſſidio Matrem vexarunt; tanto ſcilicet nocentiores quo minus erant ſuſpecti. Sed illos è ſinu ſuo tandem expulit.

Turbæ Scholaſticæ neſcio quo malo Genio excitatæ in Prato Clericorum eandem Academiam amplius decennio ab an. 1548. diuexarunt; & eo tempore quo Hæreſis Caluiniſtica radices agere incipiebat: acceſſit ad hoc malum indignatio Henrici II. Regis quanquam aliunde omnino bene affecti, & Curiæ Pariſienſis alienatio viciſſimque ipſius Vniuerſitatis ab eadem Curia ob nimis præcipitatam Scholarium damnationem abalienata voluntas.

Ieſuitæ qui ab an. 1550. Ouili Academico inſidiabantur, occaſionem nacti indignationis Regiæ & mutuæ alienationis animorum, Curiæ & Academiæ, inter hæc verò non ſatis caſtigatæ diſciplinæ Scholaſticæ & ſecretorum odiorum ob Religionem, à Rege litteras obtinent ſuæ in vrbe Pariſienſi inſtitutionis. Eas Curiæ porrigunt, & à Curia ad Synodum Piſciacam remittuntur. A Synodo certis conditionibus admiſſi, ſub ijſdem à Curia admittuntur & docere incipiunt an. 1564. idque gratis; quod vehementer placuit pluribus; nec Vniuerſitatis interceſſio, cui ſe Epiſcopus & Clerus Pariſienſis, Ciuitas, Mendicantium Ordines adiunxerunt, quidquam euicit. Hinc frequentantur eorum Scholæ magno numero Scholarium, & Academicæ depopulantur. Magno quidem id detrimento ſplendoris Academici, at magno certè bono Catholicæ Religionis, fatentibus etiam ipſis qui vehementius eos inſectati ſunt. Quippe dici non poteſt quàm breui tempore Ordo iſte in immenſum excreuerit & ab omnibus Gentibus quaſi vnanimiter receptus ſit, quanto vero cum fructu in Barbararum Nationum ad Deum & ad Chriſtianiſmum conuerſionem Hæreticorumque ad Catholicam fidem reductionem incubuerit.

Poſtrema denique Vniuerſitatis clades ex bellis ciuilibus accidit; ſed maximè ex funeſta illa Conjuratione, quam Ligam vocant; adeo enim ſe depopulatam vidit, vt altera omnino ab illa antiqua videretur, quæ olim Officina fuerat Artium, Muſarumque Domicilium. Quis fuerit eius ſqualor ijs temporibus, Boteræus teſtis oculatus breuiter depingit lib. 1. Comment. ad an. 1594.

At nemo ſatis vicem ſqualentemque faciem Vniuerſitatis in ipſo Regis ingreſſu dolere & mirari poterit; neque enim priſcæ dignitatis pilum retinebat. Celtiberi, Hiſpano-Belgæ, Parthenopæi Milites, Ruſtici circumiacentis agri, barbara & immunda ſupellectile pecoribuſque & armentis Muſæa compleuerant. Vbi Litteratorum facundia olim perſonabat, diſſonæ voces militum exterorum, balatus Ouium, Mugitus Armentorum exaudiebantur, & vt verbo dicam, lutulentiora Augiæ ſtabulo erant Collegia. Diuturnum ibi ſilentium Muſarum atque Amiclis ipſis taciturnior Vniuerſitas.

Hunc tandem ſqualorem deterſit Henricus IV. otia ſua bonis Artibus reddidit & priſcum Academiæ ſplendorem, ad quem pariter reſtituendum inſigniter collaborarunt Achilles Harlæus Princeps Senatus, Iacobus Auguſtus Thuanus, Edoardus Molęus, Lazarus Coeleus, Iacobus Gueſleus, Ludouicus Seruinus inſtaurandæ Academiæ ab Inuicto Rege Præpoſiti.

CATALOGVS ILLVSTRIVM ACADEMICORVM.

A.

ACHILLES *Harlæus* Chriſtophori Præſidis Parlamentæi filius ex illuſtriſſima Harlæorum Gente, apud Senonas oriundus, Senatus Pariſienſis Princeps poſt Chriſtophorum Thuanum an. 1582. vir doctus, eloquens & exquiſitæ prudentiæ; Litteratorum virorum Patronus & Mecenas, multorum ſcriptis celebratur. Inter Poëmata Scæuolæ Sammarthani vnum eſt lib. 1. Sil. vbi Pictonibus gratulatur ob Conuentus Iuridicos Pictauij eo Præſide habitos.

Vrbis illuſtres animæ, non Ductor Iaſon,
Præficitur, magno ſed Iaſone maior Achilles,
Qui quondam à teneræ nutritus flore Iuuentæ
Aonias inter Pimplæo in monte puellas,
Inde ſacræ Themidis melior pia venit ad arma.

Sacræ vnionis ſeu Ligæ temporibus, cum omnia fremerent armis & Conjurati Curiam in Carceres raperent, ſemper ſe præſtitit intrepidum, ſuaque conſtantia Franciam ſeruauit ne Hiſpana fieret. Pace tandem Regno parta Academiam Pariſ. in priſtinum ſplendorem noua reformatione reſtitui curauit. Gens Harlæa ab antiquo dedita litteris, quæ plures alumnos hoc ſeculo Vniuerſitati peperit. Extant in Faſtis Rectorijs nomina plurimorum inter Iuratos. Robertus de Harlay *de Pariſius* an. 1521. Rectore Ioa. le Sieurre. Claudius de Harlay *Nobilis Pariſ.* an. 1529. Ludouicus de Harlay Nobilis Pariſ. Nicolaus de Harlay Nobilis Pariſ. Robertus de Harlay Nobilis & Beneficiatus Pariſ. Rectore Hil. Courtois. Achilles de Harlay Nobilis & Beneficiatus Pariſ. an. 1551. Carolus de Harlay Nobilis Pariſ. an. 1551. Chriſtophorus de Harlay Nobilis Pariſ. an. 1581. ita legitur in Faſtis.

Adam Fumeus Nobilis Pariſinus Libellorum ſupplicum Magiſter regnante Franciſco I. cum ab Vniuerſitate inuiſeretur ob crimina quæ ipſi impingebantur an. 1518. in negotio Concordatorum, *ſe dixit eſſe filium Vniuerſitatis & habere filios exiſtentes in Vniuerſitate.* Filij iſti forte ſunt *Antonius Fumée* qui anno 1532. Vniuerſitati fidem præſtitit. *Martinus Fumée* Curiæ Pariſ. Conſiliarius qui anno 1536. cum alijs ab ipſa Curia delectus eſt ad componendam diſcordiam inter Ordines Vniuerſitatis. Ex eadem Gente *Adamus Fumée* qui an. 1547. & *Martinus* qui an. 1580. Iurati in Faſtis Rectorijs leguntur.

Adrianus d'Amboiſe Nobilis Pariſinus, fuit Vniuerſitatis Rector electus 16. Decemb. an. 1579. tum Socius Nauarricus & primi Ordinis Baccalaureus Theologus, eiuſdem Domus Magnus Magiſter factus an. 1590. à Natione Gall. ad Curiam S. Andreæ de Arcubus præſentatus an. 1595. Cum Guillelmo Roſa Epiſcopo Siluanectenſi ab Henrico IV. in integrum reſtituto litem habuit de Magno Magiſterio Colleg Nauarrici quod Roſa prior obtinuerat. Ex Curione demum S. Andreæ an. 1604. ab Henrico IV. euectus ad Epiſcopatum Trecorenſem, quem ad an. vſque 1616. exercuit. Obijt eo anno, die 29. Iulij, & iacet in Choro Cathedra[illegible] hoc Epitaphio,

Amboeſi Pater Eruditionum,
Argiua & Latia madens Minerua,

Paulina in Cathedra diſerte Præco,
Idemque Hæreſeos ſeuere Cenſor,
Priſcorum noua norma Epiſcoporum,
Antiſtes pie, pauperum paterne
Cuſtos virginitatis atque amator,
Tu quocumque ieris, ſequeris Agnum.

Ad perpetuam Miſſarum celebrationem, legauit Societati Teologorum Nauarricorum certam pecuniæ ſummam.

Adrianus Gemelli Diœceſis Turonenſis Magiſter in Artibus & in eiſdem Regens ſe nominauit an. 1495. ad Collationem Archiepiſcopi Bituricenſis & Epiſcopi Autiſſiodorenſis. Idem Procurator Nat. Gall. an 1498. Idem Cenſor Nat. Gall. an. 1500. luſtrauit Collegia & pro ſalario habuit 40. ſolid. Pariſ. idem factus Rector 10. Octob. 1500. idem an. 1521. neſcio quamobrem ſententia Rectoris priuatus fuit, & Vniuerſitatem appellauit. Ex eadem Gente Stephanus Gemelli Turon. an. 1525. Iuratus. Petrus Gemelli, qui cum Dialecticis apud Montanos præeſſet an. 1553. 18. Feb. renunciatus eſt Procurator Nat. Gall. idem 23. Iunij an. 1558. Rector Vniuerſ. Idem poſtea Doctor Theologus, qui contra Reſignationem Primariatus Collegij Burgundici ab Alexandro le Blanc Burſario in Curia Rom. obtentam celebre Senatuſconſultum obtinuit 21. Ian. 1562. adhærente ſibi Vniuerſitate, ne eiuſmodi Reſignationes & Eiurationes Burſarum fierent apud Curiam Romanam. Renatus Gemelli Turonen. cum in Collegio Nauar. plures annos Grammaticam profeſſus fuiſſet, 7. id. April. an. 1546. Nat. Gall. Procurator renunciatus eſt.

Adrianus Rougeault Pariſinus determinauit in Artibus an. 1519. tum Quæſtore Nationis Gallic. M. Ioa. Nicolas Primario Colleg. Fortetici.

Arnaldus Rougeault Pariſinus Magiſtratus eſt in Artibus an. 1521. Nat. Gall. Procuratore M. Lud. Picot.

Io. Rougeault Carnotenſis an. 1534. Rectore de Mery. Nicolaus Rougeault Pariſ. an. 1587.

Adrianus Turnebus Gall. de Tournebu Andeliacus Diœceſis Rotomagenſis Iuratus an. 1532. quantus vir fuerit, ſcripta declarant. Eius Aduerſaria teruntur quotidie Litteratorum manibus. In humanioribus litteris & in Philoſophicis clarus, in Græcis excellens, in quibus Genebrardum habuit inter alios diſcipulum. In iiſdem litteris Cathedram Regiam obtinuit. Obijt an. 1565. pridie idus Iunias, ætatis 53. ſepultuſque eſt in Cœmeterio Pauperum Scholarium ante Collegium Montacutanum. Reliquit liberos, mares tres, Adrianum, Odonem & Stephanum. Extat Adriani Iunioris Epiſtola Dedicatoria 3. tomi Aduerſariorum ad Chriſtophorum Thuanum Curiæ Pariſ. Principem, quod opus poſthumum ei dedicauit 12. Kal. Ian. an. 1572.

Porro Adrianus Pater tunc cum Academiæ & Ieſuitarum Cauſa diceretur in Senatu. an. 1564. verſus quoſdam mordaces paulo antequam è vita decederet, aduerſus eos edidit: Vnde Hæretici eum ſuis Partibus adſcripſerunt. Verum non modo Genebrardus diſcipulus eum ab omni labe Hæreſeos purgat, ſed & ipſi Ieſuitæ honorificè de Adriano loquuntur, eumque ſcribunt ad vſque extremum vitæ diem in auita Religione Catholica perſeueraſſe.

Porro Adrianus Iunior etſi Patre famâ minor, Scripſit tamen verſus non ineleganter & Latinè & Gallicè in obitum fratris ſui Odonis an. 1581. florebatque adhuc an. 1584. Initio ſeculi floruit quoque Nicolaus de Tournebu nobilis Bajocenſis qui Iuramentum ſcholaritatis præſtitit an. 1520. Rectore Henrico le Febure. Cæterum Turneba Gens ab antiquo litterata plurimos litteratos hoc ſeculo dedit, quorum hæc ſunt nomina in faſtis Rectorijs. *Iacobus de Tournebu* Burſarius & Primarius Collegij Geruaſiani an. 1522. *Ioannes Tournebus* Rotomagenſis Iuratus an. 1523. Recto-

re Lothon. *Bertrandus Tournebus* Bajocen. an. 1522. Rectore Spifame. *Adrianus Tournebus* Rotomagen. an. 1532. *Michaël de Tournebus* Lexouienſis 1569. *Io. de Tournebus* Lexouienſis & *Robertus de Tournebus* Lexouienſis Nobilis eod. anno. De Adriano Iuniore, Odone & Stephano dictum ante.

Ægidius Perrin Trecenſis Regens in Artib. & Artiũ Facultatis Syndicus in Comitijs eiuſdẽ Facultatis die 23. Iunij an. 1539. habitis abuſum quendam formari poſtulauit qui ineſſe ſolebat litteris teſtimonialibus ſtudij Quinquennalis in Artibus. Talis autem fuit eius ſupplicatio, vt legitur in Actis. *Majores noſtri*, Digniſſime Rector, voſque Tribuum ſeu Nationum Summates & Procuratores prudentiſſimi! non putauerunt vllos filios eſſe legitimos, niſi quos eorum Parentes ſuos eſſe filios in Actis publicè eſſent profeſſi: idque etiam iure Ciuili cautum fuiſſe ſcribit Scæuola Iure communi in l. vltima. ff. de Proba. ea ratione nullos Artium Magiſtros iuſtos ac genuinos almæ Facultatis Artium Matris noſtræ liberos eſſe puto, niſi quos ipſa alma Parens Facultas filios ſuos eſſe fuerit profeſſa. Hac de cauſa ne Legitimorum bona conſequantur illegitimi, Ego Facultatis vice peto ac ſupplico conformiter ad antiqua Statuta Statutum ac Conſtitutionem fieri, ne quis poſthac Artium Magiſter legitimus ipſius Facultatis filius quoad tempus ſtudij in Artibus poſt Gradus adeptionem acquirendi eſſe cenſeatur, *niſi in Artibus aut Grammaticalibus regat*, & Primarius eius illum Regentem eſſe priuatim & publicè profiteatur; priuatim ſcribendo ſcilicet in Diario ſuo ſeu quod vocant, Regiſtro, quo in Collegio, quo die, Conſule ue & quota Claſſe regere ille occeperit, publicè verò profitendo apud Acta noſtri Scribæ vno vel duobus Corregentibus teſtibus illum in Collegio ſuo regere, & ob id legitimum Artium Facultatis filium eſſe. Ante Gradus verò adeptionem ſolus Primarius cum illius Regente, & de cuius ſtudij temporis atteſtatione agetur, eam faciant profeſſionem, ad eamque profeſſionem in qua ſiue ante, ſiue poſt Gradus adeptionem faciendam nullus prorſus alius à prædictis Primario & Regentibus niſi in ſubſidium admittatur. Datum die Iunij 20. an. 1539. Sig. PERRIN.

Andreas Tiraqueau Nobilis Malleacenſis apud Pictauienſes Iureconſultus, in Curia Pariſienſi Regis Conſiliarius ſingulis annis ſingulos libros & liberos Reip. edidit teſte Thuano. Obijt Lutetiæ ſub finem an. 1558.

Ex eadem Gente *Franciſcus Tiraqueau* Nob. & Benef. Malleac. an. 1546. Academiæ iuramentum præſtitit. *Ioannes* item Nobilis & Benefic. an. 1546. ſimiliter *Mathurinus* Malleacenſis an. 1551. *Carolus* in Curia Parlamentæa Pariſienſi an. 1582. Conſiliarius edidit plurima Poëmata Gallica. Inter alia verò illud quod inſcripſit; *Amour transformé en Araignée*, quod Scæuola Sammarthanus Nobilis Pictauienſis Latinis verſibus expreſſit.

Antonius de Balſac Nobiles Claromontenſis Vniuerſitati nomen dedit an. 1532. ex qua Gente plurimi hoc ſeculo fuerunt Vniuerſitatis alumni. *Deodatus* & *Franciſcus* Nobilis Claromontenſes eodem anno 1532. Iurati. *Ioannes de Balſac* Nobilis Pariſ. an. 1550. *Ludouicus Nobilis* & Beneficiatus Bituricenſis an. 1595. *Bartholomæus* Nobilis & Benefic. Aquenſis an. 1573.

Antonius Demochares, aliàs de *Monchy* vel *Mouchy* Beluacenſis vir nobilis, regebat in Artibus an. 1532. in Burgundico. In Actis 10. Octob. 1539. dicitur *eminentis litteraturæ, diuinæque Philoſophiæ ſagacitatis, ſingulari prudentia vir, genere & moribus clarus, ac nobilitate conſpicuus, Athleta Sorbonicus inuictiſſimus*. Rector eodem anno factus. Deinde Doctor Theologus. Hæreticorum inſectator acerrimus. Ille fidei Cenſor ſeu Inquiſitor conſtitutus, an. 1562. cum Cardinale Lotharingo ad Concilium Tridentinum profectus. Scripſit quædam Opuſcula Latina & Gallica. Obijt plenus dierum an. 1574.

Antonius Goueanus Luſitanus Vlyſſiponenſis an. 1527. Iuratus, Iacobi Goueani Primarij San-Barbarani ſeu Frater, ſeu Nepos, Poëta excellentiſſimus & inter egregios ſui temporis Primas tenens. Ad quem extat hoc Epigramma Euſtatij Knobelſdorfij.

Edita quamprimum legi tua Carmina, dixi,
Prima Poëtarum laus Goueanus erit,
Omnia Pelignis tam verſibus æmula cantus
Tam tua neſcio quid dulce Thaleia ſonat.
Nomina deme tuæ Catharinæ, pone Corinnam,
Et Luſitanum compoſuiſſe negem,
Perge decus Patriæ, ventos neque ſperne vocantes,
Nam Naſo noſtri temporis eſſe potes.
Vtque tibi Muſæ, mihi ſic Goueane, faueto,
Et nihil in terris te mihi maius erit.

Fuit eiuſdem nominis & à Cognominis D. Anton. de Gouea Eburenſis qui incepit in Artibus in Nat. Gall. ſub M. Pelagio Roderico an. 1542. Rectore M. Leodegario à Quercu. Fuerunt & alij plures, vt legitur in faſtis Rectorijs. Rochus de Gouea & Simon de Gouea an. 1525. Iurati, Rectore Prothais. Damianus de Gouea Vlyſſiponenſis, Iacobus de Gouea, Ioannes de Gouea & Michaël de Gouea an. 1527. Andreas de Gouea Eburenſis 1522. Rectore Doleto, Iacobus Rodericus dictus de Gouea Pariſ. an. 1533 Iuratus. Vide infra. Iacobus de Gouea.

Antonius Poncetus Pariſinus Magiſter in Artib. an. 1519. Deinde Doctor Theologus an. 1539. ſe nominauit ad collationem Archiepiſcopi Viennenſis & Epiſcopi Beluacenſis. Ludo. Poncet item Pariſinus an. 1522. Iuratus.

Arnulphus Monart Sueſſionenſis incepit in Artibus an. 1508. Procuratore Nat. Gall. M M. Doler. an. 1517. Procurator Generalis Vniuerſitatis factus: quod munus diu & laudabiliter exercuit. an. 1538. ſe nominauit ad Collationem Archiepiſcopi & Capituli Remenſis, tum Præpoſitus S. Albini in Caſtro de Creſpeio Siluanectenſis Diœceſis & Curio Curiæ de Berniaco Diœceſis Sueſſionenſis. Eiurauit munus in gratiam Guill. Laffilé an. 1550.

Eiuſdem Arnulphi nepos Nicolaus Monart anno 1520. Iuramentum Scholaritatis præſtitit Nico. Paſteur Rectori.

Aquilinus Pluyette Pariſinus, Magiſter in Artibus Nationis Gall. Procurator an. 1532. Rector Vniuerſitatis an. 1537. regebat in Artibus in Collegio Bonorum Puerorum ad Portam S. Victoris ante an. 1530. & regebat adhuc an. 1535. ſimulque in eodem Collegio degebant Cognomines MM. Nicol. Pluyette, Io. Pluyette & Oliu. Pluyette Artium Magiſtri. Aquilinus laurea Doctorali in Theologia donatus, an. 1541. ſe nominauit ad Collationem Beneficiorum Epiſcopi Eduenſis, & Abbatis de Banquervilla Diœc. Rotomagenſis. Claudius Pluyette Pariſ. Iuratus an. 1543. Rectore Guill. Muſtella.

Nicol. Pluyette Primarius erat Colleg. Bonorum Puerorum an. 1554.

Iacobus Pluyette Meldenſis, in Artibus Magiſter & in ijs Regens anno 1515. ſe nominauit ad præſentationem Abbatiſſæ Chellarum & Epiſcopi Siluanecten. an. 1530, erat Primarius Colleg. Bonorum puerorum, & Curatus Parochiæ, S. Crucis in Eccleſia B. Mariæ de Medunta Diœc. Carnoten. *Dionyſius Pluyette* Pariſ. Iuratus an. 1532. Petrus Pluyette Pariſ. an. 1581. *Nicolaus Pluyette*, Pariſ. an. 1586. *Mathurinus Pluyette* Meldenſis Iuratus anno 1522. Rectore M. Truyart.

Audebertus Maceræus Pariſinus Magiſtratus eſt in Artibus an. 1554. ſub M. Guill. Bog. Rector Vniuerſitatis electus an. 1557. eique poſt exactum Rectoratum dedit Vniuerſitas ad Cardinalem Lotharingum litteras Commendatitias, quas in Hiſtoria retulimus. Doctor deinde Theologus factus ſcripſit contra reformatæ Religionis Autores & fautores. Quædam Opuſcula Tertulliani Latinitate donauit, inter alia *Coronam Militis*, an. 1563. Edidit quoque apud Chaudiere Typographum an. 1567. *Ad-*

monitionem ad Rebelles ſubditos, qua probat nunquam licere ſbdi tis arma capere contra legitimos Principes.

Audomarus Talon vulgo *Taleus* Ambianenſis, in faſtis Rectorijs legitur Vniuerſitati Iuramentum præſtitiſſe an. 1534. Rectore de Mery, tunc manens in Collegio Cardinalitio. Ad profeſſionem Rhetorices ſe contulit, in qua excelluit, vt teſtatur eiuſdem quam habemus, Rhetorica, Petri Rami familiaris, quem pro poſſe defendit contra æmulos. Obijt Lutetiæ an. 1562. Talea Gens plurimos hoc ſeculo dedit alumnos Vniuerſitati, quorum nomina hæc reperiuntur in Actis publicis. *Petrus Talon* Sueſſionenſis incepit in Artibus an. 1504. *Dionyſius Talon* Pariſ. Iuratus 1523. Rectore Io. Lothon. *Petrus Talon* de Pariſius an. 1526. Rectore Roillet. *Ioan. Talon* Pariſ. 1530. *Ioannes Talon* Sueſſionenſis. 1532. *Ioan. Talon.* 1548. *Iacobus Talon* Ambian. 1552. *Amalricus Talon* Beneficiatus S Florian. 1573. *Ioan. Talon* Æduenſis 1580. *Franciſcus Talon* Beluacenſis 1584

Audomarus Talon Cauſarum Patronus in Curia Pariſ. qui & Ædilis ſeu Scabinus vrbis electus fuit an. 1595.

B.

BARNABAS *Briſſonius* Iuriſconſultus clariſſimus Fontenaij apud Pictonas natus, primùm apud Curiam Pariſ. Cauſidicus, deinde Patronus Regius an. 1579. contra Paracelſiſtas ſeu Pſeudomedicos qui damnatis Hippocrate & Galeno, inauditam praxim inducere volebant, perorauit. Deinde eiuſdem Curiæ Præſes Iura Regni Regiſque Henrici III. contra Factioſos & Confœderatos defendit: à quibus per furorem in carcerem compactus, ſtrangulatus & poſtea publicè ſuſpenſus eſt. an. 1590. quo indigno facinore dici non poteſt quam fuerint commoti Boni omnes. At reddita Henrico IV. vrbe, Senatuſconſulto 27. Aug. an. 1594. lato ipſemet Carnifex qui Briſſonium furcæ alligauerat, furcæ alligatus eſt. Elogium tanti viri ſic complectitur Boteræus ad an. 1594. *Formulas actionum & ſolemnia verba Quiritium Briſſonius ex abditiſſimo antiquitatis penu collegit. Regias Sanctiones & ſparſa priùs Edicta, vt errantes Cycladas nullo ordine, indigeſta in vnum corpus congeſſit, quod ab Henrico III. qui hanc illi lucubrationem impoſuerat, inſtar Iuſtinianæi, Henricianum Codicem inſcripſit. Opus multi olei & vigiliarum, quo occupatorum ſtudia non parum promouentur. In Briſſonio bonæ omnes Artes & Sapientia Ciuilis magnam iacturam fecerunt, nec poſt Cujacium ex Noſtratibus alter fuit, qui Iuri Ciuili & forenſibus formulis ex vniuerſali Litteratorum campo decerptis clariorem lucem attulerit.*

Baptiſta du Meſnil Nobilis Pariſ. fidem Academiæ dedit an. 1531. Rectore M. Io. de Gaigny inde ad Cauſas Forenſes ſe conferens facem prætulit. Floruit Regnante Henrico II, cuius in Curia Parlamentæa Aduocatus Generalis. Quæ fuerit verò de eo mens Curiæ, legitur in Actis ad 4. Aug. 1569.

Ce iourd'huy auant l'ouuerture des huis pour tenir l'Audiance, les « Parens & Amis de feu M. Baptiſte du Meſnil, n'agueres Conſeiller & « Aduocat du Roy en la Cour de ceans, ont ſupplié la Cour ſuiuant ce que « par la bonne & loüable couſtume elle a fait cy-deuant en cas ſemblable, « aſſiſter ce matin à 9. heures au Conuoy & enterrement du Corps dudit de- « funct en l'Egliſe S. Iean en Gréve ſa Parroiſſe, & dont il eſt decedé Mar- « guillier, à quoy a eſté répondu par M. le premier Preſident, que le defunct « a eſté longuement malade auant que mourir, & qu'en telle neceſſité il eſt « demeuré, *aliquod ſolatij in ſuis*, pour le viſiter & conſoler, ce qui n'auient à « ceux qui ſont preuenus de mort violente, quoy que ce ſoit, *ſtatutum eſt omnibus hominibus ſemel mori. Breue & irreparabile tempus omnibus eſt vitæ.* Et en- « core que ledit defunct, *quaſi in primæuo flore juuentæ ereptus ſit*, ſi eſt-ce, que « *de breuitate vitæ queri non poſſumus, quia bene vixit.* Or *ſatis vixit qui bene* « *vixit.* Peut la Cour témoigner de luy, qu'il a eu grande faculté, & facilité « de bien dire, *& ex tempore*, bien ſouuent en telle charge qu'il auoit, & pour «

» ſe reſoudre, *vnico verbo addit: Bene fecit in foro, & in priuato & in publico*, juſ-
» ques à ſa mort, en outre a eu cette grace, que *gratiæ cauſa nihil fecit, &*
» *grata erant quæ faciebat omnia.* Honorera ladite Cour ſa memoire & aſſi-
» ſtera à ſes Obſeques, comme elle a accouſtumé faire à ceux de cette qua-
» lité. *Iacet in æde D. Ioannis, vbi ei Antonius Oiſelius I. C. Epitaphium condidit.*

Bartholomæus Latomus Lucemburgenſis natus an. 1485. perluſtratis pluribus Academijs in quibus Artis Oratoriæ & Philoſophiæ præmium reportauit, Lutetiam venit, regnante Franciſco I. à quo Latinæ linguæ Profeſſor Regius conſtitutus eſt an. 1534. qua in profeſſione ita claruit, vt Auditorum aures animoſque raperet. Ciceronem publicè interpretatus eſt, Partitiones Oratorias, Topica & Officia ſcholijs illuſtrauit an. 1535. Legebat adhuc publicè Pariſijs an. 1541. ſed eum Elector Treuerenſis euocauit ad ſe atque in Senatum ſuum cooptauit. Theologiam Treueris legit ſummo cum applauſu, Catholicam & Romanam Religionem contra Bucerum & alios Nouatores defendit. Ratiſbonenſi Colloquio interfuit an. 1546. obijt Octuagenario maior.

Beatus Rhenanus Seleſtadij in Alſatia natus an. 1485. à Patre Lutetiam miſſus Georgium Hermonymum Spartiaten in Græcis litteris audiuit, in Dialecticis & Phyſicis Iacobum Fabrum Stapulenſem, & Iodocum Clicthouæum, quo tempore erant quoque Lutetiæ, Eraſmus & Fauſtus Andrelinus inſignis Poëtarum Enarrator. Dici non poteſt quantum debeant Rhenano Litteræ. Teſtantur eius opera quæ alij commemorarunt. Reuerſus in Patriam, Argentorati, deinde Baſileæ aliquandiu ſubſtitit, vbi & Eraſmum excepit ſibi amiciſſimum. Vixit celebs. Obijt Argentorati an. 1547. ætatis 62. & cadauer eius Seleſtadium reportatum. Vbi Ioannes Sapidus amicus & diſcipulus quondam ſuus tale Epitaphium Magiſtro poſuit, Rhenanum de ſe loquentem inducens.

Quod nunc illuſtrata ſuis Germania rebus
Noſcitur, eſt noſtri non leue Martis opus.
Quod veterum purè Autorum monumenta leguntur,
Acceptum nobis qui legit, illa ferat.
Quod varijs inſcripta notis & picta figuris
Patria culta mea eſt, Autor & ipſe fui.
Inde caduca mei pars ſit licet obruta terra,
Parſque mei cælum non moritura colat.
Non humana tamen totus commercia linquo,
Nam Partem Partes hæ peperere duæ.
Illa viros doctos linquet, linquetur ab ipſis
Cum ſol occiduo tollet ab Orbe caput.
Muſa mei Sapidi me, conſuetudinis ergo
Antiquæ fecit poſt mea fata loqui.
Iuſſit & incidi ſaxo mea verba perenni,
Vt ſint, Officij pignus & arra ſui.

C.

CAROLVS IX. Poëticæ & Poëtarum Gallicorum amantiſſimus; quos in comitatu frequentes habebat, Ronſardum, Baïffium & alios. Et ijs inſtituendæ Academiæ Gallicæ facultatem dederat. Compoſuit ipſe quædam Opuſcula quorum nonnulla Ronſardus Poëtarum Gallicorum Princeps ſuis inſeruit. Compoſuit etiam librum de Venatione; ſed morte præuentus abſoluere non potuit,

Carolus Borbonius ſenior, Caroli Borbonij Vindocinenſis Ducis filius, Regij ſanguinis Princeps, in Collegio Nauarrico litteris humanioribus & Philoſophicis imbutus, Caroli Lotharingi ſodalis, Rectore M. Hugone l'Eſperuier præſtitit Scholaritatis Iuramentum an. 1534. Factus deinde Cardinalis & Archiepiſcopus Rotomagenſis, in Aula Regia potentiſſimus fuit. Academiæ Pariſienſis Conſeruator electus an. 1570. Patronus, & Doctorum virorum maximè verò Petri Rami Mecenas. Ad eum ſæpe confugit Vniuerſitas, vt liquet ex Hiſtoria. De eo aſſerit Thuanus, fuiſſe ad Mathematicorum prædictiones nimia credulitate proniorem, adeoque ſibi certam feciſſe ſpem regni, vt ab ea nunquam potuerit diuelli. Vnde poſt Guiſiorum necem in Comitijs Bleſenſibus comprehenſus & in Cuſtodiam traditus Chinone, deinde Fontenaij apud Pictonas, poſt impiam Henrici III. cædem à factioſis poſtulatus in Regem, ſed incaſſum. Obijt 9. Maij 1590. eiuſque Corpus ad Cartuſiam Gallionæam quam ædificauerat, elatum.

Carolus Borbonius Iunior Principis Condæi filius Iuratus an. 1576. Rectore Petro Roſey. & eod. tempore Antonius & Claudius à Lotharingia Ducis Aumalei filij, & ille quoque Cardinalis Ieſuitis adfuit porrecto Curiæ an. 1594. menſe Iunio contra Rectorem & Vniuerſitatem libello, tum licet grauiſſimè decumbens. Menſe Iulio eiuſdem anni in Palatio Abbatiali S. Germani Pratenſis in vlnis Commoleti aliorumque Ieſuitarum quos, inquit Boteræus, *in diuturna lucta morbi ad vtramque aurem & ceruical per dies per noctesque habuit, placidè expirauit. Princeps comis, litteratus, Ordinis Eccleſiaſtici vindex & aſſertor ſummus.* Obijt 30. Iulij 1594. annos natus 32. eum laudauit M. Iulianus de S. Germano vir Rectorius tum Doctor Theologus.

Carolus de Hardiuilliers regebat in Artibus ante an. 1520. & an. 1518. ſe nominauit ad præſentationem Prioris S. Martini, & Eccleſiæ Collegiatæ de Monchiaco Diœceſis Beluacenſis. Ex eadem Gente plurimi Vniuerſitatis Iurati. Hector de Hardiuilliers Beluacenſis an. 1533. Petrus Pariſinus 1576. Rectore Burlat. Antonius Ambianenſis 1575. Petrus de Hardiuilliers an. 1595. Rector fuit Vniuerſitatis. Deinde Doctor Theol. S. Benedicti Pariſ. Curio; poſtremo Archipræſul Bituricenſis.

Carolus de Launay Cenomanenſis præibit Genti ſuæ quæ hoc ſeculo plurimos effudit Academicos. Ille enim an. 1524. Rectore Luillier iuramentum Academiæ præſtitit. Ad Medicinam ſe contulit. Guillelmus de Launay Collegij Cenomanici Primarius, Quæſtor fuit Nat. Gallic. an. 1527. *Mathæus de Launay* an. 1530. neſcio an ille ſit quem ſcribit Franciſcus à Cruce Cenomana Doctorem fuiſſe Theologum Caluiniſticæ ſectæ primùm aſſertorem, deinde verò ad Catholicam fidem reuerſum edidiſſe contra ipſos Hæreticos eorumque Calumnias quædam Opera. *Renatus de Launay* an. 1544. *Ioannes de Launay* Cenomanenſis an. 1544. Franciſcus an. 1546. *Ioannes de Launay* Cenoman. an. 1549.

Carolus à Lotharingia Abbas S. Vrbani Catalaunenſis & Monaſterij Cellæ Trecenſis, filius Claudij à Lotharingia, Ducis Guiſij Catal. Diœc. & Antoniæ Borboniæ: in Collegio Nauarrico litteris imbutus iuramentum quod vocant Scholaritatis præſtitit Rectore M. Hugone l'Eſperuier. De cuius præclaris dotibus hæc Ioachimus Bellaïus.

Quod cunctis Natura dedit, quod Numina & Aſtra,
Quod fortuna potens, Carole, ſolus habes,
Ingenium, formam, eloquium, floremque iuuentæ,
Virtutem, atque animo præmio digna tuo.

A Paulo Cardinalis factus an. 1547. Nicolai Lotharingi Epiſcopi Metenſis Coadjutor an. 1548. deinde Remenſis Archiepiſcopus, Academiam ſeu Vniuerſitatem Remenſem inſtituit. Viros litteratos impensè coluit, litteratiſſimus ipſe & eloquentiſſimus, Catholicæ Religionis aſſertor con-

tra Hæreticos, ſi quis vnquam fuit. an 1562. magna Præſulum Doctorumque caterua comitatus ad Concilium Tridentinum profectus eſt. In Aula & Regno primas tenuit. Ad eundem extant plurimæ Dedicationes Scriptorum. Iacobus Carpentarius Profeſſor Regius eum ſæpe Mecenatem ſuum appellat.

Illi & Carolo Borbonio Claudius Eſpencæus Doctor Nauarricus ſuos in Ep. Pauli Commentarios dedicauit an. 1571. ſic eos in Ep. dedicatoria compellans. *Præter meam in Regias proſapias veſtras, quibus à Progenitoribus & Maioribus vſque meis ſeruio, reuerentiam, ſic quoque viſum eſt, conſuetudinem & amicitiam ſtudioſam, in quam in Regali Nauarræ Collegio à vobis eximia tum ſpe & maxima indole pueris annos ante plus minus quatuor & viginti Iuuenis ſum receptus, hoc μνημοσύνῳ refricare.* Obijt 7. Kal. Ian. 1574. & in Metropoli Remenſi ſepultus eſt, cum hoc Epitaphio.

D. O. M. Carolus S. R. E. Preſbyter Cardinalis de Lotharingia Archiepiſcopus, Dux Remenſis, Primus Par Franciæ, S. Apoſtolicæ Sedis Legatus natus, de morte & reſurrectione cogitans ſibi viuens poſuit an. 1573. Pontificatus ſui an. 35. vixit annos 49. menſes 10. dies 8. horas 4. Obijt an. 1574. 7. Kalend. Requieſcat in pace, Amen.

Ego credidi quia tu es Chriſtus Filius Dei viui qui in hunc mundum veniſti.

Fratrem habuit minorem Ludouicum, qui an. 1527. Ioinuillæ natus, an. 1545. Epiſcopus Trecenſis deſignatus. Archiep. Senon. 1560. Cardinalis Guiſius vulgo dictus. Obijt Lutetiæ an. 1578.

Ex eadem Gente Antonius & Claudius à Lotharingia Ducis Aumalæi filij an. 1576. Rectore Petro Roſey, fidem Academiæ dederunt, in Collegio quoque Nauarrico litteris operam dantes. Item Carolus à Lotharingia Cardinalis de Vaudemont à Gregorio XIII. creatus. Sed obijt ille Tulli an. 1587. nondum adulta ætate: Sed fuit ille Ieſuitarum auditor in Collegio Muſſipontano, vbi Diſputationem de Eccleſia in Theſes diſtributam publicè propugnauit.

Chriſtophorus Longolius Belga Mechlinienſis, non Pariſinus, vt aliqui ſomniant. Ille enim orat. 1. quam habuit ad Romanos, ait ſe Macliniæ natum, Macliniæ educatum, Germanicæ Linguæ & Cæſarum ditionis oppido cum alijs Laudibus multis illuſtri, tum verò Philippi & Caroli Hiſpaniæ Regum incunabulis percelebri. A Parentibus Lutetiam miſſus, annum tum agens octauum ætatis. Ibi inter alios Præceptorem habuit M. Robertum Dure, aliàs Fortunatum, & ſtudijs vacauit annos circiter octo. Hinc profectus in Hiſpaniam cum Philippo Auſtrio, quo paulo poſt defuncto, recepit ſe in Germaniam ad Carolum filium eius vix adhuc nouennem: ſed dum exſpectat Principis ætatem quam litteris informet, in Galliam reuerſus, Pictauij primùm, deinde Valentiæ, Iuri Ciuili dat operam, apud Philippum Decium. Inde ab amicis Lutetiam reuocatus biennium in vtriſque ſubſellijs tum agendo, tum reſpondendo verſatus eſt. Poſtea Britannia luſtrata, in Italiam profectus Petro Bembo & Reginaldo Polo Cardinalibus chariſſimus fuit; item omnibus Doctis, Budæo, Eraſmo, Sadoleto Deloino, &c. A Leone X. Ciuitate Romana donatus eſt anno ætatis 28. & annuo ſtipendio, Leone defuncto Forum-Iulij ſe contulit, inde Patauium, vbi febris vi correptus interijt in Franciſcanorum habitu, atque in eorum Templo, prope Chorum in parte meridionali conditus fuit an. 1522. ætatis 34. vbi tale eius Epitaphium.

Chriſtophoro Longolio Belgæ Romanam Ciuitatem propter eximiam in Studijs litterarum præſtantiam adepto, ſummo ingenio, incredili induſtria, omnibus bonis Artibus prædito, ſupra Iuuentæ annos in qua extinctus eſt, magno cum Italiæ dolore, cui ingentem ſpem ſui nominis excitauerat, Petrus Bembus Amico atque hoſpiti poſuit.

Te Iuuenem rapuêre Deæ fatalia nentes
Stamina, cum ſcirent moriturum tempore nullo,
Longoli, tibi ſi canos ſeniumque dediſſent.

Extant

Extant Longolij Epiſtolæ & Orationes; item ad Lutheranos. Scripſit de Laudibus Gallorum orationemque recitauit an. 1510. quam Franciſco Engoliſmenſum Duci (poſtea Regi) dedicauit. Scripſit quoque quinque orationes de Laudibus vrbis Romæ. Item de laudibus Plinij & alia quædam opuſcula quæ aboleri voluit, idque moriens amicis commendauit.

Plures fuerunt eiuſdem cognominis Academici hoc ſeculo, ſed è Gente Longolia Pariſienſi eaque nobili, vt legitur in Faſtis Rectorijs.

Christophorus Longolius Nobilis de Pariſius iuratus an. 1525. Rectore Hugone de Fontanis. Carolus de Longueil nobilis Pariſ. an. 1525. Item Petrus de Longueil nob. Item Io. Longolius & Nicol. Longolius. Eodem anno Ioannes Longolius 1533. Triſtandus Longolius 1534. Henricus 1546. Iacobus de Longueil Nob. Pariſ. an. 1581. Petrus de Longueil Pariſ. 1586. Ioan. Longolius Nobilis Corragienſis an. 1584.

Christophorus Thuanus ex illuſtri Thuanorum Gente in Campania Belgica, Auguſtini filius, bonorũ vir Doctiſſimus & Doctorũ vir. amantiſſimus; erga Pariſienſem Academiã egregie animatus, vt fuit ſemper tota Gens Thuanorum. Senatus Pariſienſis Pręſes, deinde Princeps Ieſuitas an. 1564. in gremium Academicũ adoptari poſtulantes repulit quidẽ, eos tamen ab exercitio ſcholarum non remouit. Obijt an. 1582. & ad eius funus cohoneſtandum frequentiſſima conuenit Academia. Sepultus eſt autem in æde S. Andreæ, & tale habet Epitaphium. D. O. M.

« Chriſtophoro Thuano Auguſt. F. Iac. Equiti. Qui omnibus Toga muneribus, ſumma cum eruditionis, integritatis, prudentia laude perfunctus, ampliſſimoſque honores ſub Franc. I. Henrico II. Regibus conſecutus, Senatus Pariſ. Præſes, deinde Princeps Sacri Conſiſtorij Conſiliarius. mox Henr. tunc Aurel. tunc demum Fran. Andeg. D. Cancellarius. Tandem cum de Iudiciario Ordine emendando, Quæſtura, Regno fraudibus ac rapinis vindicando & Scholari Diſciplina reſtituenda cogitaret, nulla inclinatæ ætatis incommoda antea expertus, ex improuiſa febri deceſſit, Vxor Liberique Mœrentes Poſ. Vixit an. 74. dies 5. Obijt an. ſal. 1582. Kal. Nouemb. »

Gens iſta Thuanæa plurimos tulit illuſtres Toga, Militiaque viros. In Toga quidem Iacobum Iacobi filium, Regium Patronum. Auguſtinum Iacobi filium ſupremæ Curiæ Pariſ. præſidem; Nicolaum Auguſtini filium Epiſcopum Carnotenſem. Chriſtophorum Auguſtini quoque filium natu maiorem, primò Cauſidicum, Vniuerſitatis Patronum, ab Henrico II. Præſidem quoque factum, & à Carolo IX. Principem Senatus poſt obitum Ægidij Magiſtri. Iacobum Auguſtum Chriſtophori filium Senatus quoque Præſidem qui cum Achille Harlæo Principe Senatus Sororio ſuo ſeu Sororis marito Academiam Pariſ. reformauit an. 1598. Hunc illa in Actione gratiarum quam fecit ad Senatum an. 1600. ita compellat. « *Tibi Iacobe Auguſte Thuane Patricij ſanguinis illibate flos*; cuius Poëmata ſcriptaque quibus nihil cultius neque limatius, vt Autorem ſuum apud Exteros quoſque doctiſſimos viros magnopere commendant; ſic & aperte teſtantur quantum hauſerit puer ex hoc vberrimo quondam & caſtiſſimo fonte Caſtalio; quem ſic exareſcere aut inquinari tantum dolere te oſtendiſti, vt quam operam, in excitanda hac Academia præſtares, pietatis hoc officium & αὐτοπαλαρχία cenſeri à te non labor videretur; adeo quoties ea de re agendum fuit, promptum te & alacrem vidimus. Et cernere te quidem iſtam hanc paternam hereditatem non minus tibi glorioſum fore putamus. Hoc inter cætera magnum Gloriæ Patrimonium tibi reliquit Pater optimus, cuius nomen & memoria quoties vſurpatur, bonos quoque exhilarat; & cui ſi vitam diuturniorem fata dediſſent, neque tantum bonum Reipub. inuidiſſent, perfeciſſet id ipſe quod ad ſe tua noſtraque vt ſperamus fortuna perficiendum reſeruauit. »

Claudius Berruyer Nobilis Turonenſis an. 1524. Iuratus Rectore Fauerel. Gens iſta quæ origine Turonica eſt, ſeſe diffudit in alias Prouincias. Robertus Beruyer Carnotenſis incepit in Artibus an. 1504. Ioannes Ber-

ruyer Pariſienſis an. 1519. Claudius Berruyer Nobilis Pariſ. an. 1530. Ioan. Nob. Pariſ. 1530. Antonius Nob. & Benefic. Pariſ. 1533. Iacobus Nob. Pariſ. 1547. Rectore Furnerio. Claudius Pariſ. Ord. S. Benedicti 1573. Ioan. Berruyer Nobilis Rotomag. 1583.

Claudius Couſſord Normanus Coll. Harcuriani Primarius an. 1530. deinde Doctor Theologus eiuſdemque Facultatis profeſſor ſcripſit contra Hæreticos ſui temporis, eorumque errores veterum Valdenſium erroribus conſimiles confutauit Libello edito Pariſijs an. 1586. apud Hieronymum de Marnef & viduam Guill. Cauellat ſub Pellicano in Monte D. Hilarij. in eodem libello agit de æqua Bonorum Eccleſiæ diſtributione & vſu debito.

Claudius Eſpencæus Gall. Deſpence Nobilis Diœc. Catalaunenſis Dominus Temporalis dicti loci *Deſpenſe*, vt legitur in Codice Iuratorum, Baccalaureus Nauarricus in Rectorem Academiæ electus 16. Dec. 1540. quo Rectore iurauit Ioan. d'Eſpence Nobilis Catalaun. & Io. Iuuenalis Vrſinus Nobilis Pariſ. Carolus Longolius Nobilis & Beneficiatus Pariſ. inter Theologos eminuit ab an. 1545. ad an. 1571. quo obijt. Multa ſcripſit Latinè & Gallicè. De Inſtitutione Principis Chriſtiani. Laudationem Mariæ Scoticæ, quam habuit 12. Aug. an. 1560. in Baſilica Pariſienſi. De vtilitate litterarum. Laudes Liliorum Francicorum. Multa quoque Opuſcula edidit contra Hæreticos. Obijt Lutetiæ an. ætatis 60. & in æde SS. Coſmæ & Damiani ſepultus cum hoc Epitaphio.

Nobiliſſimo, piſſimoque omnique diſciplinarum genere cumulatiſſimo. D. Claudio Eſpencæo Theologorum huius ſeculi facile Principi, paterno quidem genere ex Clariſſima Eſpencæorum, materno illuſtri Vrſinorum familia orto, Diuini verbi Præconi celeberrimo, Pauperum Patri benigniſſimo qui cum per xlvi. annos continuos in hac prima omnino Academia literis humanioribus, Philoſophicis & Diuinis operam cum omnem incredibili admiratio nauaſſet, à Rege Chriſtianiſſimo Franciſco I. Melodunum, ab Henrico II. Bononiam, à Franciſco II. Aureliam, à Carolo IX. *Piſſiacum Religionis componendæ, ordinandæque nomine inter primos huius Auguſtiſſimi Regni Proceres partim legatus, partim orator de re Chriſtianà ſanctiſſimè doctiſſimèque diſceptaſſet, permultos in ſacroſanctam ſcripturam Commentarios edidiſſet, tandem grauiſſimo calculi morbo diu multumque vexatus, cum omnium Principum, Senatorum, Nobilium, Plebeiorumque luctu ac deſiderio obijt. an. æt. 60. die 5. Oct. an. 1571.*

Claudius Ioly Pariſinus Academiæ Iuratus an. 1546. Hæc gens Pariſina plurimos quoque Academicos tulit. Hinc *Bartholomæus Ioly* de Pariſius an. 1574. Rectore Deniſet iuratus. *Thomas Ioly* Pariſ. an. 1581. *Guillelmus Ioly* an. 1585. Rectore Hoëllo. *Carolus & Theodoricus Ioly* Pariſ. eodem an. 1581. Rectore Fileſachio. *Iacobus Ioly* etiam Pariſinus an. 1586. *Dionyſius & Clemens* an. 1588. Rectore de S. Leu. Item *Ludouicus* & *Nicolaus Ioly* Pariſ. eodem anno 1588. Rectore de Magnanes. *Petrus Ioly* Lingon. an. 1586.

Claudius Guillaud Æduus Doctor Theol. laudationem habuit Funebrem Claudij de Lotharingia, Guiſiæ Ducis quam deinde typis mandari curauit an. 1550. apud Io. Dallié.

Carolus le Maignen Cenomanenſis Licentiatus in Artibus an. 1509. Regens Cenom. factus in Artibus Magiſter an. 1516. an. 1518. Ioannes le Maignen in Artibus an. 1515. Nat. Gall. Quæſtor & Guill. le Maignen an. 1519.

Claudius le Maiſtre aliàs *Magiſtri* Regens in Artibus apud Collegium Mignonium. Vnde an. 1521. ad Rectoratum Vniuerſitatis euocatus eſt. Eo Rectore, iurauit Academiæ fidem Io. Magiſtri eius Agnatus. Doctor erat in Med. an. 1527. Iacobus le Maiſtre Pariſ. an. 1522. Rectore Guillebon. Claudius le Maiſtre Pariſinus & Ioan. le Maiſtre an. 1545. Nicolaus le Maiſtre Pariſ. & Guillelmus le Maiſtre an. 1546. Hieronymus le Maiſtre Nobilis Pariſ. an. 1576. Rectore Antonio du Tremblay. Petrus le Maiſtre Pariſ. Rectore M. Becquer. Petrus le Maiſtre idem Pariſ. an. 1592. Ægidius Magiſtri Nob. Pariſ. ex Patrono Vniuerſitatis apud Senatum Pariſienſem ad maiora munera nempe, Aduocati Regij generalis à Franciſco I. an. 1545.

aſſumptus eſt; quem Vniuerſitas in Comitijs 8. Aug. 1541. rogauit præſentē, vt quem *ſe præſtiterat in conſulendo, talem ſe præſtaret in iudicando.* Inſuper ei gratias egit quod ſucceſſorem peritiſſimum, Dionyſium Riantium delegiſſet. Porro ille ex Aduocato Generali factus Senatus Pariſienſis Princeps, florebat adhuc anno 1560. Fuit & *M. Ægidius le Maiſtre* Sagienſis qui an. 1524. incepit in Artibus ſub M. Iacobo Fere Præceptore, Rectore Roberto Bouchigny. Claudius le Maiſtre in Artibus & Medicina Doctor an. 1529. ſe nominauit ad præſentationem Epiſcopi Albigenſis.

Claudius Minos, Gall. Minault Diuionæus, vir in Philoſophicis & humanioribus Artibus verſatiſſimus. Multa edidit & Latinè & Gallicè. Emblemata Alciati notis illuſtrauit. Florebat adhuc Pariſijs an. 1598. fuit enim vnus è Reformatoribus Academiæ.

Claudius Roillet Lugdunenſis in Artibus Magiſter Preſbyter olim Curatus Eccleſiæ Parochialis S. Vincentij de Campo ferreo Diœceſ. Cabilonenſis, Collegij Burgundici Primarius, 16. Decemb. an. 1526. Rector Vniuerſitatis electus, ſe nominauit ad præſentationem Capituli Eccleſiæ Collegiatæ ſancti Germani Autiſſiodorenſis, & ad Collationem Epiſcopi Meldenſis menſe Feb. eiuſdem anni. Ex eadem Gente Georgius Roillet Lugdunenſis in Theologia Licentiatus ſe nominauit an. 1517. Bernardus Roillet Doctor in Decretis & Regens in iiſdem an. 1515. ſe nominauit ad præſentationem Abbatis & Conuentus S. Ioannis in Valle Diœceſis Carnotenſ. & Abbatis S. Philiberti de Tournus Diœceſ. Cabilonenſis. Claudius Roillet Belnenſis Diœceſ. Eduenſis, poſt quatuor annorum Profeſſionem in Grammaticis apud Burgundicum, Nationis Gall. Procurator factus 4. Non. Maij an. 1546. ad Becodianum deinde tranſijt. Vnde an. 1560 aſſumptus eſt in Rectorem Vniuerſitatis. Reuerſus in Burgundicum, eiuſdem Gymnaſiarcha factus, edidit Poëmata non pœnitenda. Philaniram Tragœdiam an. 1563. apud Thomam Richard. non infeliciter quoque verſus & Latinos & Gallicos emiſit.

Claudius de Xaintes Carnutæus Doctor Theologus deinde Epiſcopus Ebroicenſis, ſcripſit contra Hæreticos, an. 1562. cum Carolo Lotharingo Cardinale ad Concilium Tridentium profectus elegantem Orationem habuit ad Patres, quæ ſic incipit. *Illuſtriſſimi Domini.* Obijt an. 1591. & in Cathedrali, ſub hoc Epitaphio jacet. *Siſte quiſquis hanc ædem oraturus adis, hoſpes ſiue incola.* Claudius de Saintes Magnus ille Theologus Ebroic. "
Antiſtes hoc angulo Pompa tenui ſitus eſt. Sepulchrum, imagines, colum- "
næve non exornant, ne mirarè. Sufficit anguſtus paruo corpori locus, nec "
Pompas mortuus optauit, qui viuens faſtus & ſeculi riſit ludibria: At "
quæ columna ſatis digna potuit erigi illi qui columna fuit Eccleſiæ? Ima- "
go non corporis (vanum) ſed Ingenij mentiſque Diuinæ in libris illius ad- "
mirandis cernitur, Conciones in conſpectu Regum Populique frequen- "
tis habitæ ſat nomen illuſtrant. Si hæc neſcis, cæcus & ſurdus, iſta non ſunt "
ſcripta tibi. Vade & ora. "

D.

DANIEL *Augentius* Gall. d'Auge Diœc. Senonen. Profeſſor Regius in litteris Græcis an. 1578. poſt M. Lud. Regium. florebat adhuc an. 1584. Edidit quædam Opuſcula quæ commemorantur in Bibliotheca Franciſci de Cruce Cenoman. Eum Guill. Gallandius in Collegium Becodianum cum Mathæo Boſſulo & Ioan. Mathæo Magno ad docendum euocauit, hiſque illuſtribus viris Collegium ſuum omnino commendauit.

Deſiderius Eraſmus Roterodamus Batauus, natus eſt Roterodami in vigilia SS. Simonis & Iudæ an. 1485. ex Gerardo & Margareta, ante legitimum quidem, ſed tamen promiſſum matrimonium. Dauentriæ ſub Alexandro Hegio Doctore prima ſtudiorum rudimenta poſuit. Apud Canonicos Regulares in Collegio quod eſt iuxta Delft, dicto Syon nomen dedit. Hinc ab Epiſcopo Cameracenſi Henrico à Bergis extractus &

Romam ductus, ſeruato ſemper habitu. Reuerſus Epiſcopus ſpe galeri Cardinalitij fruſtratus, Luteriam Studiorum cauſâ miſit Eraſmum, circa an. 1489. ſpemque fecit ſtipendij; ſed ſpem tantum, rem non præſtitit. In Collegio Montis-Acuti manſit, & ex putridis ouis atque ex cubiculo infecto morbum concepit. Redijt ad Epiſcopum, & recreatus à morbo Bergis reuiſit Patriam. Inde Lutetiam remigrauit, ſed deſtitutus auxilio Mecenatis viuebat veriùs quàm ſtudebat. Ibi autem ob peſtilentiam multos annos perpetuam, aſſiduè manere nequiuit, modò Aureliam, in Batauiam, in Angliam profectus eſt; donec tandem Louanij ſedem aliquandiu ſtabilem fixit; nec inde à Franciſco I. Lutetiam ad Collegium Trilingue inſtituendum reuocari potuit. Bononiæ aliquandiu ſtuduit. Taurini Doctoratum in Theologia obtinuit. In prouehendo bonarum litterarum ſtudio totus fuit: & ob id barbaris Monachis, & nonnullis Doctoribus ignaris inuiſus, à Dominicanis plurimũ exagitatus, maximè poſtquã emerſit Lutherus, cui initio vt & omnes boni & litterati, fauere videbantur. Vt verò longius progredientem vidit, receptui cecinit, ſeque & Reuchlinum, qui Lutheranæ ſectæ occaſionem dediſſe videtur, ab omni hæreſeos labe vindicare conatus eſt. Louanio coactus eſt excedere, dominantibus ibi Dominicanis. Friburgi aliquandiu ſtetit: demum obijt Baſileæ 4. Id. Iulij iam ſeptuagenarius an. 1536. vbi extat eius Epitaphium in ſummo Templo.

CHRISTO SERVATORI S.

D*Eſ. Eraſmo Roterodamo, viro omnibus maximo, cuius incomparabilem in omni Diſciplinarum genere Eruditionem, pari coniunctam prudentiâ Poſteri & admirabuntur & prædicabunt. Bonifacius Amerbachius, Hiero. Frobenius, Nic. Epiſcopius, Heredes ei nuncupati ſupremæ ſuæ voluntatis vindices. Patrono Optimo, non memoriæ, quam immortalem ſibi editis lucubrationibus comparauit, ijs tantiſper dum orbis terrarum ſtabit, ſuperfuturo, ac eruditis vbique gentium colloquuturo, ſed corporis mortalis, quo reconditum ſit, ergò, hoc Saxum Poſuêre. Mortuus eſt IIII. Eid. Iulij iam ſeptuagenarius an. à Chriſto nato* M. D. XXXVI. Saxo ſepulcrali hæc inſunt.

Eraſmum Roterodamum amici ſub hoc Saxo condebant.
4. Eid. Iul. an. M. D. XXXVI.

Dionyſius Faber Vindocinus Diœceſis Carnotenſis anno 1504. ætatis 16. aut circiter Magiſtratus eſt in Artibus à M. Guill. Aimery Collegij Coqueretici Profeſſore. Vbi & ipſe poſt M. Io. Potel Claſſicum Grammaticum docere aggreſſus, in exponendis Autoribus tam Græcis quàm Latinis tam felicem ſucceſſum habuit, vt Alienigenæ, puta Caduceatores Veneti tum forte Pariſijs commorantes Collegium ingreſſi; audita viri facundia planè lactea Græcum Autorem interpretantis, eiuſque profunditatem doctrinæ demirati dixerint palam. *Habeat Roma ſuum Ciceronem, ſuum Liuium, ſuum Virgilium. Docta Græcia ſuum Homerum ſuumque Demoſthenem. Habet oppidò Fabrum ſuum Pariſienſis Vniuerſitas.* Hinc ab alijs Gymnaſiarchis expetitus & pinguiori conditione oblatâ euocatus, in Harcuriano per annum fuit, ibique Valerium Max. tanta Auditorum frequentia interpretatus eſt, vt ijs capiendis aula non ſufficeret. At M. Robertus du Gaſt Coqueretici Primarius eum poſt annum reuocauit; & ille præter publicam Grammatices explanationem, Theodorum Gazam interpretatus eſt, quæ prima fere fuit Atticæ linguæ in Academiam Pariſ. introductio. Item Quintiliani Inſtitutiones Oratorias, Philelphum de Educatione Puerorum, Lucanum, Tullij Rhetoricam diuerſis horis diſcipulis ſuis explanabat. E Coqueretico deinde in Mignonium ſe contulit Guill. Aimerici Præceptoris quondam ſui & Gymnaſiarchæ precibus victus, qui Collegium ſuum Fabro docente tam celebre reddidit, vt propter multitudinem Scholarium neceſſe fuerit eos in decem Claſſes diſtribuere grammaticæ, Rhetoricæ, Dialecticæ, Phyſicæ, Medicinæ,

Legum etiam ſacrorumque Canonum & Theologiæ. Demum Faber decennio in Prælectionibus Autorum conſumpto, vitæ Monaſticæ deſiderio captus ad Cœleſtinos Marcouſſienſes ſe contulit an. 1514. apud quos Prouinciæ Gallicanæ Vicarius Generalis, & Pariſienſis Conuentus Prior factus, obijt an. 1538. menſe Septemb. de eo plura Necrologium Marcouſſienſe. Eiuſque vitam Fr. Guill. Pijartius eiuſdem Domus Religioſus, Antiquitatis indagator ſtudioſiſſimus & curioſiſſimus, qui pro ſingulari ſua humanitate mecum communicauit quæ ſupra retulimus, ſi non in publicam lucem emiſerit, ſuo ſaltem Conuentui Schedas ſuas relinquet. In quibus conſcripſit Indicem Scriptorum Fabri præcipuorum, inter quæ ſunt iſta. Elegia de Paſſione Domini. Elegia in Propheriam Simonis ad B. V. Reſponſio Mariæ ad Simeonem. Poëma Heroïcum de immaculata Conceptione, quod incipit.

Nullus originea Mariam rubigine læſam adſtruat.

Dionyſius Lambinus Picardus Monſtrolienſis ad mare Franciſco Cardinali Turnonio ſe primùm addixit, in cuius comitatu peragrauit Italiam & cum viris doctis ita verſatus eſt, vt ab omnibus ſuſpiceretur. Inde reuerſus inter Profeſſores Regios adlectus, Græcos, Latinoſque Authores miro Auditorum concurſu explanauit. Eruditionem eius & reconditiorem Doctrinam ſatis demonſtrant Commentaria quæ edidit in veteres Authores. A nonnullis parum conſtantis in Religione Catholicæ fidei creditus eſt. Vnde audita morte Rami cum quo amicitiam contraxerat, ita ſibi timuit, vt intra paucos dies illo metu correptus deceſſerit. Meminit Thuanus ad an. 1572. poſtquam de crudeli fato Rami verba fecit, ſubiungit. *Quod vbi ad Dionyſij Lambini Monſtrolienſis humaniorum litterarum & vtriuſque linguæ Regij Profeſſoris multiſque editis libris de re litteraria bene meriti aures peruenit, ille qui ſibi cum eodem Carpentario occultas ſimultates quamuis ob rem litterariam interceſſiſſe ſciret, de cætero à Proteſtantium doctrina alienus, tamen exemplum Rami veritus adeo conſternatus eſt vt ab eo erigi non potuerit, perculſaque mente in morbum grauiſſimum inciderit, exque poſt menſem deceſſit.* Filium reliquit ex Vrſina Nobili Matrona heredem doctrinæ, qui Poſthumorum eius operum editionem procurauit.

Dionyſius Riant ſeu de Riant Pariſ. per eiurationem Ægidij le Maiſtre aſſumptus eſt in Patronum Vniuerſitatis die 8. Aug. 1541. ad cuius electionem hæc præmiſit Rector, Vniuerſitatem nempe ab omni æuo ſapienter ſe geſſiſſe, cum ſapientiſſimos quoſque in ſuum gremium ſemper adſciuerit. *Vnde viri graues non pauci ex Vniuerſitatis gremio in viros Conſulares euaſerunt & ad Reipub. ſupremum faſtigium à Principe vocati & electi fuerunt, & quos ipſam Remp. ſuis Conſilijs auſpicijſve regere videre eſt.* Quo conſilio fretus Sereniſſimus D. noſter Rex Chriſtianiſſimus quamplures ſibi à Conſilijs eſſe voluit. Hiſce verò diebus M. Ægidium le Maiſtre, virum quidem præclarum & ipſius Vniuerſitatis in ipſo ſupremo Senatu Patronum, in ſuarum rerum Tutorem & Patronum vt virum eminentiſſimum euocauit. Qui poſtquam ſe ad maiora vocari reſciuit, beneficij aliàs ſibi collati non immemor orbatam Patrono Matrem Vniuerſitatem relinquere non voluit, ſed alium peritiſſimum & de hac quidem florenti Vniuerſitate bene meritum M. Dionyſium Riant in dicto Senatu etiam Patronum loco ſui ſubſtitui & ſuffici poſtulauit.

Petrus Dionyſij filius an. 1544. Iuratus Academiæ, & Ioannes Riant Pariſinus an. 1549.

Dionyſius de Rubentel Meldenſis an. 1526. Rectore Aluaro de Moſcoſo receptus eſt & Iuratus Aduocatus & Conſiliarius Vniuerſitatis in Curijs Caſtelleti & Balliuiatus Pariſienſis. Ex eadem Gente Nicolaus de Rubentel an. 1522. Ioannes 1530. Dionyſius 1552. Carolus de Rubentel Pariſin. an. 1573. & Petrus an. 1577. omnes iſti Pariſini Iuramentum Vniuerſitati præſtiterunt.

Dominicus Boucherat Nobilis Pariſinus Rector Vniuerſitatis electus

24. Martij 1500. Ex eadem Gente Edmundus Boucherat Pariſinus Iuratus anno 1548. Guillelmus Edmundi filius an. 1551. Guillelmus filius Guillelmi Nobilis quoque Pariſinus.

Dominicus le Cirier Rector & Primarius Collegij Remenſis & Curio S. Germani veteris Doctor Theol. an. 1527. in Comitijs generalibus 20. Nouemb. queſtus eſt de Epiſcopo Beluacenſi qui neglectis litteris Teſtimonialibus Magiſtrorum Legentium & Doctorum & legitimo impedimento Magiſtros à Synodis ſuis abſentes contumaciæ nota afficiebat eoſque excommunicabat, petijtque propterea ad conſeruationem priuilegiorum Vniuerſitatis adjunctionem. De hac lite in Hiſtoria f. 204.

Ille verò rem omnino damnoſam Vniuerſitati attentauit. Cùm enim fuiſſet ab ea Curionatu S. Germani veteris donatus, illa inconſulta, apud Romanum Tribunal in gratiam Antonij le Cirier Nepotis ſuis prædictum Beneficium eiurauit. Quo audito, Natio Normanica cuius vices recurrebant nominandi Curionis, habitis Comitijs 16. Aug. 1539. M. Simonem Vigor Procuratorem ſuum nominauit ob indignitatem facti: hinc ad Senatum Pariſ. lis delata. Eundem Vigor Rectorem paulo pòſt electum Vniuerſitas tuita eſt. Obijt Dominicus vltima April. an. 1540. Porro Antonius le Cirier, qui an. 1529. Iuratus. Curiæ Pariſienſis Senator fuit, & ex Senatore Epiſcopus Abrincenſis poſt Robertum Cenalem an. 1560. Interfuit Concilio Tridentino an. 1562. obijt 14. Ian. 1575. Cui Frater Auguſtinus in Epiſcopatu ſucceſſit. Ex eadem Gente Ioannes le Cirier Beneficiatus Pariſ. an. 1545. & Lud. le Cirier Nobilis Pariſ. an. 1583. Academiæ fidem dederunt.

E.

ELEGIVS Houcarius æuo ſuo non infelix Poëta, inquit Petrus Angelus. Pariſijs an. 1504. in Collegio Montis-Acuti promotus ſub Ludouico Coronello Hiſpano, quo tempore Natalis Bedda eiuſdem Collegij Primatum gerebat, Ludi litterarij moderator fuit. Floruit numeroſa diſcipulorum caterna qui poſtmodum ſuo præceptore non inferiores fuerunt. Elegiaco verſu deſcripſit vitas SS. Liuini martyris & Bertulfi Confeſſoris. Item Poëma in Coletam virginem, Dialogumque Charitis & Gandæ in Carolum V. electum Imperatorem.

Euſtatius Knobelſdorfius Prutenus Georgij filius, relicta Patria, Lutetiam venit meliori è fonte hauſturus Aonios liquores. Poëticæ Arti præſertim animum applicuit, & ne Franciæ immemor videretur, Elegiam de Lutetiæ deſcriptione edidit an. 1543. apud Chriſtianum Wechelum. In quo Poëmate hæc de Carolo Magno.

Nondum fixâ pijs ſedes conceſſa Camœnis,
Exilij ſpecies Gallica terra fuit.
Inclytus Exulibus proſpexit Magnus, eiſque
Iſto conſtituit digna Lycæa loco.
In Patriam ſacras recipis dum Carole Nymphas,
Imperio ſciſti conſuluiſſe tuo.
Mitibus errantem pacaſti legibus orbem,
Nulla tuam temere terra popoſcit opem:
Acribus inuictos ſtrauiſti viribus Hunnos,
Tutaque ſe ſaltem vindice Roma fuit.

F.

" F*Errandus de Bez* Pariſinus cum in Burgundico & Bon. Puer. per ſex
" annos humaniores litteras docuiſſet, Nemauſi & alibi per 9. poſtea in
" Caluico & Bon. Puer. Rhetoricam 7. id. April. 1561. Procurator Nat. Gall.

electus, Rector Vniuerſ. an. 1571. de Typographorum reformatione adijt Gueſlæum Procuratorem Generalem & ſummos Supremi Senatus Præſides. Ita loquitur in Cod. Iuratorum, vt Priſtino gradui Academiam reſtituerent: quod factum fuiſſet niſi Crucis Gaſtinianæ euerſionis rumor contigiſſet. Omnes Primarios Collegiorum inexercitatorum conuocatos admonuit vt diligenter viderent ne nimia indulgentia quid detrimenti Academia caperet. Tympanorum vſum in recreatione campeſtri prohibuit, & litem inter Scholaſticos & Piſtores ſubortam propter vites quarum racemos Scholaſtici decerpebant, diremit. Ad exorandum Altiſſimum, ne Hæretici quid in Crucem Domini molirentur, inſtituit vt in ſingulis Gymnaſijs duo verſiculi canerentur, *O Crux aue ſpes vnica, &c. quoniam hoc tempore erat Paſsio* Catholicorum Romanorum qui indignè ferebant nonnullos ea audacia fretos fuiſſe vt vellent Crucem Gaſtinianam, ad vicum Dionyſiacum poſitam ſubuertere.

Fuit Collegij Pleſſæi Primarius, & ad eius cauſam acceſſit Vniuerſitas an. 1571. vide hiſtor. Eiuſdem Ferrandi. Extat Carmen ad Academiam Pariſienſem matrem ſuam.

Nil homine ingrato peius producit in Orbe
Tellus: ſic reliquis animantibus iſte videtur
Poſtponi. Nam Quadrupedes, colubrique minaces
Carniuoræque feræ piſces, pictæque volucres
Non ſunt Officij immemores. Leo commoda capta
Agnouit, caudaque homini aſſentatur odora
Turba Canum; norunt aquilæ rutilantia Phœbi
Lumina, & accepti non eſt pecus immemor vllum.
Sed quorſum? quia te, prudens Academia, Matrem
Agnoſco: vitæque Ducem morumque Magiſtram.
Virtutum titulis populoſa Lutetia floret
Te Duce: Francorum nomen laudatur in ortu
Phœbi atque occaſu, glaciali frigore Pontum
Quà Scythicum perſtringit hiems, qua terra calenti
Subiecta eſt Cancro, Regum Procerumque tuorum
Geſta micant, & fama ſagax auditur in Orbe.
Parua foris ſunt arma, tuo ni bella regantur
Conſilio, fœdus ſancis, pacemque reducis.
Veri indagatrix, virtutis fida Miniſtra,
Expultrix vitij, legum & firmiſſima cuſtos,
Inuentrixque animis doctrinæ ſemina ſpargens.
Eſt deuincta tibi Reſpublica. Vipera quæ te
Et placidam iuuenum turbat ſcelerata quietem,
Eſt abigenda, ſuum-ne eructet virus amarum.
Quique ſalutiferum mentitur nomen Ieſu CONTRA IESVISTAS.
Et viduas, tremuloſque ſenes cæcamque juuentam
Allicit, eludit, nugis concinnat & eſcis
Molliculis paſcit; crocodili more profundit
Fallentes lachrymas, miſeram infatuatque iuuentam.
Hinc procul hypocriſis quæ dum motante labello
Mille preces fictas & nugas mille ſuſurrat
Incautos Iuuenes picturâ paſcit inani.
Hunc abige. Occultis vox eſt infecta venenis

Atque Magiſtratum doctum & virtutis alumnum
Deſignato tuis; cui ſit prudentia; namque
Partus honos virtute iuuat; quæſitus at ære,
Aut epulis, aut blandicijs turpique fauore,
Luditur, ignauos ridet fortuna Magiſtros.
Qui ſancire poteſt leges, deſcribere iura
Et commiſſa ſuæ fidei meminiſſe, videre
Non ſolum quid ſit, ſed quid ſit deinde futurum,
Eſt committendus; doctum non purpura fulgens
Efficit, at virtus duro quæſita labore.
Vt virtute micat ſplendens Academia, debet
Prælucere alijs Rector virtute refulgens.
Cui varios ſolis curſus, lunæque bicornis
Errores & vim ſtellarum quinque vagantum,
Ac radioſa Poli fulgentia ſidera pandit.
Vnde homines orti, pecudes, querulæque volucres,
Erranteſque feræ & mutum genus omne Natantum.
Quidve facit lætas ſegetes, quo ſidere arator
Vertit humum & vites palis adiungit opacas.
Quæ ſit cura boum, quinam quoque cultus habendo
Sit pecori, quotnam ſint partes mobilis anni,
Pabula qua præſtant alijs Academia pandit,
Res aptas vitæ declarat voce trilingui,
Naturam atque ſitum terræ, mundique globoſi,
Cum reſpirandi locus eſt, dat longa ſonoros
Hæc per colla modo, dicit loquiturque polite.
Arguit atque probat, grata eſt numeroſa Matheſis
Atque Poëſis amans: cum in morbum labimur atrum,
Pharmaca non deſunt. Hæc nam radicibus, herbis,
Floribus & terræ maturis fructibus illum
Depellit, lites hominum cauſaſque forenſes
Componit. Sancti ſemper Decreta Senatus
Eſſe tenenda docet, Regumque Edicta timenda.
At ſi mens ſcelere, inuidia, vitijſque laborat
Aut numen ſpernit, nugis vitijſque ſublatis
Hanc trahit ad portum vitæ, tutæque ſalutis.
Dum viuam, & poſtquam fatis conceſſero, certè
Illius nomen condent obliuia nulla.
Me infantem docuit, puerum ſeruauit, adultum
Fouit, meque virum ſummo decorauit honore,
In gremioque ſenem complexa eſt. Ergo Parentis
Æternum nomen condent obliuia nulla.

Me puerum docuit, iuuenem ſeruauit, adultum
Fouit & affecit ſemper honore virum.
Meque ſenem paſcit. Dum ſpiritus hos reget artus,
Officij tanti mens ergo erit memor.

Obijt

Obijt an. 1581. Opera quædam edidit metro Gallico de quibus vide Franciſcum de Cruce Cenomana.

Franciſcus I. Rex regnare cœpit an. 1515. cuius laudes tam multi Oratores, Poëtæ, Hiſtorici celebrant ob redditam ab eo Academiæ Pariſ. ſplendorem, vt ſuperuacaneum ſit commemorare. Michaël Voſcoſanus in Ep. Præliminari & Dedicatoria Hiſtoriæ Paul-Æmilianæ, ſic eum compellat. *Vt tu Regum omnium qui ante te Galliarum ſceptra tenuerunt, longè optimus es ac maximus, ita præſtantiſſimo ingenio & in omni rerum Artiumque genere quibus magna Imperia regi ſolent, excellentes homines ſub te Principe quamplurimos eſſe conſtat.* Quod inter alia plurima quæ & tuam Majeſtatem exornant & felicitatem augent vel præcipuum eſſe exiſtimarim; in quo tibi, quod in Græcia Alexandro Magno, quod in Italia Cæſari & Auguſto, idem planè in tua Gallia contigiſſe video. Nam & circa eorum tempora magnus præſtantium virorum numerus extitit, ita ſub te Principe tantus in doctrina litterarum & Reipub. gubernandæ ſcientia excellentium hominum prouentus veluti emerſit, vt plures hoc tuo felici ſæculo quàm ab aduentu Francorum in Gallias, reperiri poſſint. Nam vt alios omittam, quis lectiſſimos tuos Copiarum Duces non nouit? quis Equitum alacritatem? quis Legionariorum robur non audiuit? Quis diſciplinam militarem in antiquum ſtatum reſtitutam eſſe ignorat? *Nam de litteris ac linguis nemini dubium eſt eò iam perueniſſe, vt nihil aut parum admodum reſtet quò vlterius progredi poſſint. Verum laus hæc tota tua eſt; huius gloriæ ſocium habes neminem: Omnes enim tum exemplo, tum præmijs ampliſſimis ad maxima quæque & honeſtiſſima inuitas.*

Collegium Regium inſtituit: qua de re nos fusè ad an. 1530. Genebrardus in Chronico. Franciſcus I. Francorum Rex Guill. Budæo & Io. Bellaio hortantibus ad addendum colophonem ijs quæ in Pariſienſi Academia deſiderabantur, deſtinato aureorum 200. honorario, Regios Linguarum profeſſores inſtituit. Hebraïcæ quidem Franc. Vatablum, Græcæ autem Petrum Daneſium Pariſ. poſtea Epiſcopum Vaurenſem: quibus duobus continuò addidit Iacobum Tuſanum Græcæ, Agathiam Guidacerium Hebraïcæ linguæ Doctores. Aliquanto poſt duos in Mathematicis Orontium Finæum & Ioan. Martinum Poblacionem. Denique authore Petro Caſtellano Anagnoſte ſuo, alios in litteris Latinis, Medicina, Philoſophia adiunxit.

Autoribus Iano Laſcari & Budæo, Fontanobleam Bibliothecam inſtruxit. obijt an. 1547.

Franciſcus de Ioyeuſe Nobilis Carcaſſonenſis Guillelmi, Franciæ Mareſcalli filius, in Collegio Nau. educatus an. 1578. nomen Academiæ dedit. ad Archiepiſcopatum Narbonenſem an. 1582. & ad Cardinalatum an. 1583. anno ætatis 24. promotus, vir litterarum & litteratorum amantiſſimus quos etiam Domeſticos habebat. Ex eadem Gente Antonius Nobilis Remenſis, Nicolaus Nobilis Trecenſis an. 1577. Adolphus Nobilis Sueſſionenſis, Antonius Scipio de Ioyeuſe Nobilis Viuarienſis. Georgius Nob. & Henricus Nob. Electoratenſis an. 1578. Academiæ Iurati.

Franciſcus Syluius Ambianenſis, Collegij Tornacenſis Primarius an. 1527. Rectore Thoma Bolu ſe nominauit ad præſentationem Prioris S. Lupi de Acreaco Diœc. Beluac. & Prioris S. Medardi de Capiaco Diœc. Nouiomenſis.

Iacobus Syluius Doctor Medicus inſignis & Regius, cuius opera in quinque claſſes diſtribuit Renatus Moreau etiam Doctor Medicus, Phyſiologica, Diætetica, Pathologica, Therapeutica & Pharmaceutica. Præter autem publicam Medicinæ profeſſionem priuatam exercebat in ſuis ædibus, ſed mercede grandi; quam quia exigebat ſordidius, quidam ex Diſcipulis ad valuas Eccleſiæ in qua eius exequiæ celebrabantur, hoſce Buchanani verſiculos appoſuerunt.

Syluius hic ſitus eſt, gratis qui nil dedit vnquam,
Mortuus, & gratis quod legis iſta, dolet.

Obijt 10. Ian. 1554. & jacet in Cœmeterio Pauperum Scholarium è regione Collegij Montacutani.

Franciſcus de Monthelon ſeu *Monthelon* Nobilis Æduenſis Iuratus an. 1522. Aduocatus Vniuerſitatis in Curia Parlamentæa Rectore M. Thoma Corner. In cuius Electione contentio fuit inter Facultates: nam duæ Mathæo Chartier viro eloquentiſſimo fauerunt, pro quo ſupplicauerat quoque M. Nicolaus Dorigny, Cancellarius Vniuerſitatis nomine Facultatis Decretorum; at Rector cum Facultate Artium prædictum Monthelonium ad Sacramentum admiſit. Rogerius de Monthelon eius filius qui in faſtis Rectorijs dicitur Nobilis Pariſienſis Iurauit an. 1526. Rectore M. Claudio Roillet. Hieronymus de Monthelon Nobilis Pariſienſis an. 1545. & Petrus de Monthelon Nobilis Pariſ. an. 1578. vide ſi lubet quæ ſcribit Scæuola Sammarthanus de tribus Montholonijs lib. 5. Elog.

Franciſcus Laizé Cenomanenſis Academiæ Iuratus an. 1532. in Collegio Bonorum Puerorum ſextum ſui Curſus annum abſoluens Nationis Gallicanæ Procurator electus eſt 14. Kalend. Decemb. 1539. Gens iſta Læzæorum in inferiore Cenomania ſubſiſtit adhuc in villa San-Medardenſi ſuper Fuſtaiam.

Franciſcus Watable ſeu *Wateble*, Ambianenſis incepit in artibus an. 1534. R. Iacquart. Linguarum Græcæ & Hebraïcæ peritiſſimus, Philoſophiæ quoque & Theologiæ, à Rege Franciſco I. ad Collegium Regium adſcitus, vt primus Hebraïcam linguam doceret. Geneuenſes Miniſtri Verſionem Bibliorum ei affinxerunt, quam ille non agnouit, vt pote indoctam & ſe viro Catholico indignam. Commentaria edidit in quædam Opuſcula Ariſtotelis, quorum aliqua latinitate donauit. Obijt autem an. 1546. Ex ea Gente prodierunt plurimi Academici. Petrus Vatablus Ambianenſis Hieronymo Clithouæo Rectore an. 1519. Iurauit Academiæ. Martinus Watable Ambian. an. 1527. Hugo Watable 1532. Firminus an. 1544. alius Firminus an. 1545. Robertus an. 1547. Petrus an. 1584. Nicolaus an. 1569. qui omnes Cognomines, omnes Ambianenſes dicti.

Franciſcus Vico-Mercatus Mediolanenſis Græcè & Latinè ſciens, ex Academijs Italis ad noſtram tranſiens adoptatus eſt die 23. Aug. 1540. à Natione Gallicana. Sic enim habetur in Actis. *D. Franciſcus à Vico-Mercato Dialecticorum Collegij Pleſſæi Regens dixit cum plurimos annos Phyſicæ cæteriſque liberalibus Artibus Bononiæ, Papiæ & denique Paduæ inſudauerit, omnium Doctorum conſenſu varijs examinibus probatus Doctoratum tandem in Philoſophia aſſecutus eſt. Nempe cum in hanc Vniuerſitatem Pariſ. aduenit, Iuuentutem edocere mauult quam otio litterario deliteſcere. Verum cum accepiſſet ſuos à Magiſterio repellendos niſi in Nationis Ordinem & huius Almæ Academiæ alumnum adoptaretur, & in Præceptorum eiuſdem Albo deſcriberetur, in huius florentis Gymnaſij filium Adoptiuum recipi & admitti & in aliorum Albo deſcribi ſupplicuit. Natio Præceptorem qui ſupplicuit in conſortium Præceptorum dictæ Nationis admittit, ſolutis ſoluendis, modò probet litteris, aut teſtibus adeptum fuiſſe Gradum per tempus requiſitum in famato & generali Studio.* Ille breui in profeſſione Philoſophiæ tantam famam conſecutus eſt, vt ab Henrico II. primus omnium Profeſſor Regius in Philoſophia Græca & Latina conſtitutus ſit. Scripſit Commentaria doctiſſima in libros Acroamaticos Ariſtotelis, quorum plurimos latinitate donauit. Cæterum Philoſophiam in Collegio Regio publicè interpretabatur, an. 1560. & interpretatus eſt per annos octo aut nouem.

Fredericus Morel Campanus inſignis Typographus filium ſuſcepit Pariſijs nomine quoque Fredericum, qui Græcè & Latinè doctus multa opuſcula Græca idiomate Gallico donauit. Florebat circa an. 1584.

Franciſcus Xabiere aliàs Xauier Cantaber die 15. Martij an. 1529. licentiatus eſt in Artibus à M. Iacobo Aimery Cancellario San-Genoueſiano. Rexit in Collegio Beluacenſi, ſed non tam felici ſucceſſu: paucos enim legimus ſub eo incepiſſe ſeu Magiſterij gradum adeptos. In Faſtis Rectorijs ita habetur in Nomenclatura eorum qui inceperunt in Natione gall. an. 1536. Rectore M. Io. Marie *D. Nicolaus Alphonſus de Bobadylla Pallentinæ Diœceſis incepturus ſub M. Franciſco Xabiere*, eo anno Curſum Theologicum abrupit & Ignatianæ Societati ſe ſe totum dedidit. Hunc aiunt ſibi deuinxiſſe Ignatium Auditores conquirendo & conquiſitos domum vſque deducendo.

Furcæus de Cambray Nouiomen. Artium Profeſſor in San-Barbarano, quo tempore M. Antonius Pelin Collegij erat Primarius, ante an. 1513. deinde Doctor Theologus; cuius hoc extat teſtimonium peracti Philoſophici ſtadij. *Ego Furcæus de Cambray* Theologorum Pariſ. minimus certifico dudum me rexiſſe vnum curſum Artium integrum in Collegio D. Barbaræ Pariſius; in quo quidem curſu Artium Petrus Manſart Diœceſis Nouiomen. tunc Scholaris ſtuduit ſub me omnes libros, ſecundùm conſuetudinem Vniuerſitatis Pariſ. requiſitos ad gradum Licentiarum Artium. Quem quidem gradum Licentiarum Artium, ſub me adeptus eſt an. Domini 1513. ante Paſcha. Et quia colendiſſimus Magiſter noſter Pelin tunc Primarius dicti Collegij D. Barbaræ dudum defunctus eſt, certifico eundem Petrum Manſart fuiſſe verum Artium Scholaſticum non Diſcholum nec vagabundum, ſed moram trahentem in dicto Collegio per 3. annos cum dimidio, aut eo circiter durante ſcilicet prædicto toto curſu meo Artium, teſte ſigno meo Manuali huic Cedulæ appoſito an. 1535. die verò 30. & penult. ante Paſcha.

G.

GABRIEL DE MARILLAC Nobilis Claromontenſis Græcè & Latinè non minus quàm gallicè doctiſſimus & eloquentiſſimus in cauſis agenſis inclareſcere cœpit circa an. 1530. deinde Regius Actor & Senator Curiæ Pariſienſis. Vir dignus longiore vita obijt an. 1551. ſummo Bonorum & Doctorum omnium deſiderio. Ex ea gente Carolus de Marillac Nobilis Claromontenſis Iuramentum Vniuerſitati præſtitit an. 1522. Rectore Guillebon. Franciſcus an. 1528. Franciſcus alter an. 1577. Ioannes de Marillac Nobilis Pariſ. an. 1577. Ludouicus Nobilis Rotomag. & Michaël Nobilis Pariſ. an. 1584.

Georgius Buchananus Scotus Natio. Germanicæ Procurator electus an. 1533. inter primos Poëtas ſui temporis excelluit, vt teſtantur eiuſdem varia Carmina. Egregie verſibus complexus eſt Pſalmos Dauidicos. Scripſit Epigrammata, Elegias, Tragœdias. Rerum quoque Scoticarum Hiſtoriam contexuit. Caluinianam Hæreſim miſerrimè amplexus in Patria malè audijt. Quod tempore Quadrageſimæ Agnum Paſchalem Iudæorum more comediſſet à Iacobo V. Rege vocatus, non erubuit confiteri, immo & auſus eſt aſſerere Regem ſimiliter debere Agnum comedere. Sed habito Theologorum conſilio, auditoque Ioanne Maiore quod Georgius Iudaïzaret, conuictus ſceleris in Luſitaniam fugit. Et ibi etiam pro hæretico habitus. Itaque Lutetiam redijt, vbi & hæreſeos ſigna edidit. Demum Edimburgum transfretauit vbi die 28. Sept. obijt an. 1582. ætatis 76.

Georgius de Vaſſé Nobilis Cenomanenſis iurauit Academiæ an. 1525. & ex eadem Gente Ioan. de Vaſſé an. 1548. Lancelotus Nobilis & Beneficiatus Cenom. 1548. & Chriſtophorus de Vaſſé an. 1581.

Gilbertus de Crab Scotus Philoſophus clariſſimus & ſubtiliſſimus Commentaria quædam edidit apud Io. Petit in lib. Ariſtotelis de Conuenientia Politicæ & Oeconomicæ. Item Quæſtiones Oeconomicas in vico ſtramineo diſputatas & deciſas.

Gilbertus Genebrardus Aruernus Profeſſione Benedictinus, Hebraïca-

rum litterarum Regius Profeſſor, Chronologia ſua ſatis notus. Bello Ciuili Fœderatis adhæſit, quorum operâ ad Aquenſem Archiepiſcopatum promotus eſt. Vnde dejectus paulo pòſt Henrico IV. rerum potito; ſubſtituto Paulo Huralto Hoſpitalij nepote, de eo ſic Boteræus. *Hic annus* » *Eccleſiæ litteratorumque* lucidiſſimum ſidus extinxit Gilbertum Genebrardum Gente Aruernum, Regula Benedictinum, Profeſſione Theologum, » Regium & publicum Hebraïcæ, Syriacæ cæterarumque Exoticarum Linguarum quas Orientales vocant, Profeſſorem. Vir ſua fama tam notus » vt commendatione non indigeat, præcipuè Chronologico opere, Pſalmorum recenſione, editione veteris Lithurgiæ aliarumque lucubrationum quas non niſi ab vno Genebrardo noſtra vel poſtera ætas exſpectare » debuit. Pontifex Max. Ciuili Bello Mainij Ducis elogio commendatum, » ſed verius propria virtute Infulis Aquenſibus inſigniuerat, quas retinere » potuiſſe veriſimile eſt, ſi à Fœderatis quibus tenacius adhæſit, defeciſſet. » Aquenſes Optimo & Litterato Præſule plurimùm recreabantur, ſed mortui deſiderium leniuit Huraltius Hoſpitalius ſuffectus qui proximè & paſſibus æquis defunctum in Concionibus Theologiciſque Diſſertationibus » inſequitur. Obijt Semuri in Burgundia, vbi Sacerdotium habebat ſatis » pingue an. 1597. ætatis circiter 60.

Girardus Ruffi Doctor Theologus à Guillelmo Briçonneto Epiſcopo Meldenſi aſſumptus eſt ad Conciones ſacras; ſed cum paulò liberius contra Romanum Pontificem & Ceremonias concionatus eſſet, de Lutheraniſmo ſuſpectus Bleſas ſe contulit. Inde Neracum, quo tunc confugiebant ſuſpecti, ſub auſpicio Margaretæ Valeſiæ Franciſci I. ſororis quæ deinde Nauarræ Regina fuit; eiuſque Miniſter fuit. Verum reſipuiſſe & ad Eccleſiam Roman. reuertiſſe fatentur ipſimet Hæretici. Viuebat adhuc an. 1537.

Guido à S. Paulo Nobilis Delphinas cum in Caluico biennium, in Becodiano tantundem docuiſſet, in Pleſſæo primæ Claſſis præfectus die 22. Aug. 1576. Nationis Gallic. Procurator factus. 23. Iunij 1578. Academiæ Rector. in Cuius Rectoratum Guill. Ceruus Brioceſis Guidonis amiciſſimus Bucolicum carmen cecinit, & Ioan. Rouxellus Briocenſis hoc Epigramma:

Extinctum deflent mœrentes Orphea Nymphæ,
Qui Ditis flexit triſtia tecta fide.
Amphyſique ſuum, Paſtorem, turba ſororum
Luget, ad antiquum munus adire, Ducem.
Orphea ſed Dryades mittant, Doctæque ſorores,
Phœbum; nam Rector Paulus vtrumque dabit.

Idem quoque rexit in Artibus apud Nauarram, regebat an. 1577. vt patet ex litteris Teſtimonialibus ſignatis Pichart Prouiſore Domus. P. Roſey Primario.

Guillelmus Briçonnetus Nobilis Pariſinus ex Gente vetuſta Briçonnetorum quæ Franciæ Cancellariatum olim tenuit, hoc & priore ſeculo floruit, an. 1597. Orationem ſcripſit pro Ludouico XII. contra Maximilianum Imperatorem. Ex Epiſc. Lodevenſi & Abbate S. Germani Pratenſis tranſlatus an. 1516. ad Epiſcopatum Meldenſem, & vt erat vir doctus & Doctorum virorum amantiſſimus, plurimos ad vineam ſuam euocauit, qui quod paulò liberius contra Monachos & abuſus Curiæ Romanæ loquerentur, venerunt in ſuſpicionem Lutheraniſmi, ipſumque Guillelmum etiam notandi cauſa fuerunt. Verum quàm ab omni hæretica prauitate alienus fuerit, teſtantur eius acta. Nemo enim Lutheranos acrius perſecutus eſt. Obijt an 1533. in Caſtello de Emans prope Monaſteriolum. Ex eadem Gente Claudius Briçonet Nobilis Pariſinus Iuratus. Academiæ an. 1530. Ioannes an. 1550. alter Ioannes 1577. Carolus Briçonnet No-

bilis & Pariſinus an. 1578. vt legitur in Faſtis Rectorijs.

Guillelmus Budæus ex Pariſiorum nobiliſſimâ & antiquiſſimâ ſtirpe ortus Maiores habuit ampliſſimis honoribus functos, vt ſcribit Ludouicus Regius in eius vita ad Guillelm. Poietium magnum Franciæ Cancellarium an. 1540. Patre vſus eſt copioſo, & vt tum erant tempora, à litteris non abhorrente. Puer traditus præceptoribus vt litteris imbueretur, tum cum adhuc Barbaries in ſcholis eſſet. Paulo poſt Aureliam profectus vt Ius Ciuile diſceret; domum reuocatus, & paulatim deferueſcentibus iuuenilis ætatis cupiditatibus, ad ſtudia ſe totum contulit: & quod mirum eſt, Primus, vt ille ſcribit, Gallorum rudi adhuc ſeculo ſine Præceptore ac Duce, nullo ſocio, aut conſorte glorioſi laboris, nullo æmulo, atque imitatore ſtudiorum, in optimarum Artium curriculum prodijt. Græcas litteras diſcere vehementer exoptauit: & opportunè illius temporibus Lutetiam venit Hieronymus Spartiata, humilis vir doctrinæ, ſed magnæ admirationis, quia tum ſolus illius linguæ Profeſſor. Paulò poſt ex Italia longè doctior venit Ianus Laſcaris, qui Budæo, cùm potuit, operam præſtitit: erat enim in Legationibus Regijs impeditus. Habuit in Mathematicis Præceptorem Iacobum Fabrum. Franciſco Regi acceptiſſimus fuit, & ab eo Regni negotijs implicatus; nec tamen deſtitit litteras colere, libros edere, & componere. Omnibus Doctis notus, Langæo, Eraſmo, Longolio, Viui, &c. inter eum & Eraſmum ſimultas nata, quanquam aliàs amiciſſimi eſſent: idque ob laudem Latinitatis & eloquentiæ; cuius vterque primatum affectabat. Poieto Cancellario à conſilijs fuit, quem dum in Normaniam comitatur, in febrim incidit. Domum verò relatus paulò poſt interijt, nimirum an. ætat. 73. 3. Kal. Sept. an. Chriſti 1540. & Lutetiæ Pariſiorum in D. Nicolai Campeſtris æde ſepultus eſt. *Incredibile porro eſt dictu*, inquit Ludouicus Regius, *quantus moeror bonorum omnium & quæ publica lamentatio eius funus ſit proſecuta. Manes laudati verſibus Græcis, Latinis, Gallicis; eo ſtudio vt in Conuenticulis Studioſæ Iuuentutis vix aliud quicquam factum, aut complures dies auditum. Omnes docti memoriam mortuo quam par erat Principi Doctrinæ humaniter ac piè præſtiterunt.* De eius doctrinâ multi multa tradiderunt. Georg. Fabric.

Iudiciò Viues, Sermonis flumine Eraſmus,
Doctrinæ Primas laude Budæus habet.

Ioan. Latomus.

Budæus columen decuſque Graiûm,
Budæus Latiæ corona linguæ,
Budæus dubij Lucerna iuris,
Budæus Pater elegantiarum,
Et fons totius eruditionis.
Budæus Patriæ iubar coruſcum,
Regis delicium ſui, ſuæque,
Tempeſtatis honos, lepos, voluptas,
Hic terræ exuuias reliquit, Orbi
Famam, aſtris animam. Viator ito.

Icon Nicolai Reuſneri.

Qui ſanctum ſimul & ſimul diſertum
Exquiris ſapientiæ magiſtrum,
Vltra quid Petis? Hîc jacet Budæus.

Michaël Budæus Pariſ. an. 1521. incepit in Artibus.

Guillelmus Copus Baſilienſis ad Medicinam ſe contulit, in eaque facultate inter primos emicuit. Eum Franciſcus I. ſibi Medicum delegit, & fuit

ille apud Principem magnæ autoritatis: Reuchlino fauit contra aduerſarios, ſed & fauiſſe quoque videtur Lutheranis. Filios habuit Nicolaum, Michaëlem & Ioannem. Nicolaus in Artium profeſſione clarus ad Medicinam quoque animum applicuit. Ioannes ad Decretiſtas ſe conuertit. Porro Guillelmus multa Galeni ſcripta latinitate donauit. Omnium Doctorum litteris & ſcriptis notus præſertim Reuchlini & Eraſmi. Obijt Lutetiæ diues & relictis familiæ ſuæ magnis opibus, Michaël Copus Pariſ. an. 1521. Magiſtratus eſt in Artibus, ſoluitque pro Burſis 7. ſolidos Pariſ.

Guillelmus Dauidſon Scotus Diœc. Aberdonenſis Nat. Germanicæ Procurator electus 6. Kal. Sept. an. 1554. qui deinde ad ius Canonicum ſe conferens, eiuſdem Facultatis Decanus, cum alijs an. 1594. Ieſuitas è Regno expellendos eſſe retulit, habitis die 18. April. Comitijs.

Guillelmus Farellus Delphinas, Clericus Vapincenſis, Magiſter in Artibus Iacobi Fabri Stapulenſis diſcipulus an. 1516. ſe nominauit ad Præſentationem & Collationem Archiepiſcopi & Capituli Narbonenſis Rectore M. Lud. Feable. Is diu rexit in Cardinalitio, vnde à Guill. Briçonneto Epiſcopo Meldenſi cum Martiale & Girardo Ruffi Doctoribus Sorbonicis aduocatus eſt ad ſacras conciones habendas ad populum, ſub initia Lutheraniſmi. Subſtitit quandiu potuit, Pariſijs. Sed cum Lutheri doctrinam, deinde Caluini amplexus eſſet, migrauit ad Heluetios. Gebennenſem Synagogam primus plantauit. Obijt an. 1565. 13. Sept. annos natus 76. alij 70.

Guillelmus de Montuelle Sueſſionenſis gymnaſij Dormanici aliàs Bellouaci Magiſter & Primarius Rector Vniuerſitatis 10. Oct. 1543. electus: quo Rectore, exarſit bellum Scholaſticum de Doctrina Ariſtotelis, quam nouâ quadam methodo Petrus Ramus Collegij Prçſlei Primarius, reluctantibus cæteris, eliminare volebat è finibus Academicis; qua de re ſic habetur in Codice Iuratorũ. *Eo Rectore*, neſcitur quo Genio malo irrumpente in Aca-
» demiam, ingens facta eſt omnium ſtudiorum de repente perturbatio, edi-
» to recens libello, cui titulus erat, *Animaduerſiones Ariſtotelicæ*, compoſi-
» to ad extinguendam in totum doctrinam vnius Ariſtotelis omnium Philo-
» ſophorum facile Principis. Cui ſanè morbo non leuiter graſſanti & men-
» tibus puerorum ad quiduis quod ſit nouum & inauditum facilè ſequacium
» paulatim ſe ſe inſinuanti, maturè & conſultò eſt occurſum, partim decre-
» to Iudicum qui prudenter librum illum ſtatim ſuppreſſerunt & ne, diuen-
» deretur publicè inhibuerunt, partim editis breui aliquot libris pro Ari-
» ſtotele quibus Autoris libelli iſtius calumniarum & mendaciorum pleni
» intercluſæ ſunt furiæ. Poſtremo tandem Chriſtianiſſimi Regis conſilio,
» cum ſuperiora omnia non viderentur eſſe ſatis ad tantum ignem reſtin-
» guendum, delecti ſunt tres in omni linguarum & litterarum genere exer-
» citatiſſimi, qui cùm libellum illum & alterum eiuſdem Autoris propius
» penitiuſque inſpexiſſent, & libellorum Autorem iuxta Regis Decretum
» præſentem pro ſe dicentem præſentes ipſi audiſſent, ex æquo & bono iu-
» dicantes magnam incluſam eſſe libellis imprudentiam & ignorantiam Re-
» gi declararunt, qui pro ſua in ſuam Academiam ſolita beneuolentia con-
» fectis Regio ſigillo notatis litteris, omnibus Regni partibus fugiendam
» hanc peſtem ſignificandum cenſuit. Vide ad an. 1543.

Guillelmus Roſe Caluomontanus Diœceſis Lingonenſis poſt trium annorum profeſſionem in Nauarrico Procurator factus eſt Nat. Gall. 4. non. Majas 1564. ad Theologiam ſe conferens, Capellam S. Catharinæ, an. 1571. tum Baccalaureus primi Ordinis pingi & decorari fecit. Doctor deinde factus, inſignis diuini verbi ſeminator, Regius Concionator, Domus Nauarricæ gubernator, Epiſcopus Siluanectenſis an. 1583. receptus Priuilegiorum Apoſtolicorum Vniuerſitatis Conſeruator an. 1589. ſed ad Conjuratorum Partes deflectens in Henrici IV. odium incurrit. Vide in Indice. Obijt Siluanecti an. 1602. 10. Martij & jacet in Choro. Ei ſucceſſit Antonius Roſe Doctor quoque Nauarricus & Romæ conſecratus eſt à Clemente VIII.

Guillelmus Ruzé Nobilis Turonenſis Academiæ Rector an. 1551. menſe Octobri electus : *Quo Rectore, vt legitur in lib. Iuratorum, adiudicatum fuit Magnum Pratum Clericorum Vniuerſitati ſententia ſupremi Senatus; & affixi ſunt limites, quibus vnuſquiſque poſſet internoſcere ea quæ pertinerent ad Vniuerſitatem, ſumptibus Religioſorum S. Germani per modum prouiſionis & ſine præiudicio ipſius Vniuerſitatis.* Doctor deinde Theologus è ſocietate Nauarrica. Carolo IX. ab Eleemoſynis & Confeſſionibus. Poſtremo Epiſcopus Andegauenſis, Vincentium Lirinenſem Gallico idiomate donauit de veritate Fidei Catholicæ. Ei Scæuola Sammarthanus ſuas in Cantica lucubrationes dedicauit. Obijt Lutetiæ die 28. Sept. 1587. & ſepultus eſt in monumento Gentilitio apud S. Paulum; cor verò in Eccleſia Andegauenſi repoſitum. Ex eadem Gente Ludouicus Ruzæus ſuppræfectus vir & doctus & doctorum virorum amantiſſimus, vt liquet ex Ep. Budæi ad ipſum l. 2. Guillelmus & Ioannes Ruzæi Turon. qui an. 1532. Academiæ fidem dederunt, & Franciſ. Ruzæus Pariſ. Ludouici filius.

Guillelmus de Villaribus Gall. de Villers, Rotomagenſis an. 1520. incepit in Artibus, & in eiſdem poſtea rexit in Collegio Nau. ad Theologiam ſe contulit. Doctor factus Catholicæ Religionis, Apoſtolicæ & Romanæ propugnator fortiſſimus fuit. Obijt an. 1553. & iacet in Choro Ædis Nauarricæ ad magnum altare prope ſtemna Artiſtarum. Tumulo inſcripta ſunt quæ loquuntur.

Hic iacet fidei Catholicæ acerrimus Propugnator D. Guillel. de Villers Doctor Theologus huius Regiæ Nauarricæ Oraculum. Obijt an. Dom. 1553. pridie id. Octob. Requieſcat in Pace.

ET IN ELOGIO.

Sacrorum vigil helluo librorum,
Oraculum Sapientiæ retruſum,
Virtutis vetus ac fidelis hoſpes,
Villerus, nihil à Deo receſſit,
Imbelles niſi quod reliquit Artus.
At poſt fata boni pijque Dij ſint.
Ergo ſola hominem eſſe quæ probarat,
Illum mores etiam Deum probarunt.

H.

HENRICVS II. poſt Franciſcum I. Patrem regnare cœpit, optimus Princeps, ſua Vniuerſitati Priuilegia confirmauit. Ius Pergamenarium Rectori aſſeruit datis litteris menſe Sept. an. 1547. apud Fontem Bellaqueum quæ deinde Actis Curiæ inſertæ ſunt 17. April. 1548. Interdixit omnibus Hæreticis, aut de Hæreſi ſuſpectis Scholas habere. Curiæ Conſeruatoriæ ſua quoque priuilegia aſſeruit. Collegio Regio Eloquentiæ Latinæ & Philoſophiæ Profeſſorem addidit Petrum Ramum. Imperauit reformationem Vniuerſitatis, ſed non abſoluit fatali caſu præreptus.

Henricus III. optimus quoque Princeps, ſed infortunatus. Collegium Regium tribus auxit Profeſſoribus, Chirurgiæ, Theologiæ & Linguæ Arabicæ. *Chirurgiæ quidem*, inquit, *Monantholius*, quod peritorum Chirurgorum in Regno populoſiſſimo & bellicoſiſſimo magnum vſum eſſe videbat; *Theologiæ*, quia cum inter Profeſſores iam duo eſſent qui Hebraïcam linguam dum profitentur, non poſſunt, non eſſe veteris Teſtamenti, in quo rudia & obſcura noſtræ ſalutis myſteria continentur, interpretes; inter illos omnino eſſe nullos qui noui Teſtamenti in quo perfecta & aperta ſunt omnia, diuina eloquia interpretarentur, abſurdiſſimum iudicabat. *Arabicæ* verò duabus de cauſis, vna propter libros Arabum multos parum fideliter ex non bene percepta lingua tranſlatos & multos ne tranſ-

» latos quidem, ſcitu tamen digniſſimos. Altera eſt grauior, & eo Rege
» Christianiſſimo dignior, qua ſperauit fore ſi ſemel hæc lingua quæ Tur-
» cis & Agarenis pene omnibus eſt communis, Christianis aliquot innoteſ-
» ceret, vt omni mortis terrore depoſito, Christiano feruentis zeli auſu
» multi ad eos ſe conferrent, ſacroſanctum Euangelium annunciaturi. Vni-
» uerſitatem in Comitijs Bleſenſibus an. 1579. reformauit. Nuncios Re-
» gios primus inſtituit an. 1576. pari iure cum Academicis fruituros.

Henricus Monantholius Remus Doctor Medicus & Facultatis Medicinæ Decanus, in Mathematicis Profeſſor Regius ab an. 1576. Orationem habuit de Collegio Regiorum Profeſſorum, quale ſcilicet eſſe deberet, vt eſſet perfectum atque abſolutum. Quam orationem typis Federici Morelli Architypographi Regij excuſam an. 1595. Achilli Harlæo Senatus Pariſ. Principi dedicauit. In Mathematicis opera quædam reliquit. Obijt an. 1606. & jacet in Æde ſacra S. Benedicti.

Hieronymus Aleander Nationis Germanicæ Poëta Laureatus; eiuſdem Nationis Procurator an. 1511. Rector Vniuerſitatis electus die 23. Martij 1512. de quo ſic ſcribit Quæſtor Nat. Ger. in rationibus accepti & expenſi. *Item in duabus Proceſſionibus Rectoris Illuſtriſſimi ac meritiſſimi D. Hieronymi Aleandri, Poëtæ Laureati, ſacræ Aulæ Palatinæ Comitis ac Publici vtriuſque linguæ ad maximum noſtræ Nat. Ger. ornamentum Interpretis, 25. lib. Pariſ. Item* pro ſumptibus factis apud S. Dionyſium in Comitatu eiuſdem nobiliſſimi Rectoris noſtri 2. lib. 6. ſ. Pariſ. fuit Archiepiſcopus Brunduſinus. Deinde Cardinalis titul. S. Chryſogoni, ſæpè à Papa contra Lutheranos ad certamen aduocatus. Vide quæ de eo diximus in Catalog. ſuperioris ſeculi.

Hieronymus d'Armignac hoc & ſuperiori ſeculo floruit, Procurator Nationis Gall. menſe Octob. 1503. obijt 27. menſis Nouembris eiuſdem anni & impenſis Nationis ſepultus eſt honorificè, vt habetur in Rationario M. Ioan. le Pelletier Quæſtoris. Fuit etiam Georgius Armigniacus in Reginæ Fr. Comitatu, Budæi familiaris, cuius ad eum extant Epiſtolæ duæ: in quarum vna eum hortatur vt ſtudijs & opera Gillij vtatur. *Hoc autem*, inquit, *nec ad vitam in iſto honeſtæ ambitionis curriculo traducendam honorificentius quippiam, nec ad Natalium tuorum imagines denuò expoliendas ſpendidius, nec ad poſteritatis memoriam illuſtrius, cuius te vt par eſt, cupidum eſſe cenſeo, inſtituere tute potes omnique animi contentione ſuſcipere. Addam etiam, ſi placet, ad Nobiliſſimæ Reginæ, lectiſſimæ fœminæ comitatum coboneſtandum & exornandum. Cuius Regia & familia amplæ & magnificæ virorum quædam inſignia poſtulare multa nunc videntur & fortaſſis deſiderare.*

Hieronymus Clicthouæus, Iodoci ſeu Frater, ſeu nepos an. 1519. Rector Vniuerſitatis, poſtea Doctor Theologus, qui cum in Actu Maioris Ordinariæ nonnullas propoſitiones, aut hæreticas, aut ad hæreſim accedentes, certè malè ſonantes ſcripſiſſet, contrarias in Actu Minoris Ordinariæ propugnare Decreto Facultatis coactus eſt an. 1521. die 4. Nouemb. nempe fuit ab ipſa concluſum, *quod ipſe M. Hieronymus Clicthouæus in poſitione Actus ſuæ Paruæ Ordinariæ, de qua nondum diſputauit, pro vna trium Principalium Concluſionum hanc propoſitionem in forma poneret & ſuſtineret.* Illicitum eſt lege diuina, aut naturali Beneficia vendere, Penſiones pecunia redimere, & in loco ſacro aut die feſto, niſi vrgente neceſſitate negotiari, ſicut neque licitum eſt Burſas vendere, aut Eccleſiaſticos ſecularibus negotijs implicari, nec horum oppoſitum licet aſſerere.

In Maiore Ordinaria ita propoſuerat Hieronymus ſub M. Io. Bartholomæi Ord. Ciſtercienſis in Scholis Theol. Regiæ Nauarræ. *Non eſt Illicitum lege diuina aut Naturali vendere Beneficia.* Et Facultas illam theſim confixerat hoc pacto. *Hæc Propoſitio eſt erronea & Simoniacam labem diuino iure prohibitam in Eccleſiam illicitè inducens.* Porro & Præſes & Baccalarius publicè ſatisfecerunt nonis Decemb. eiuſdem anni.

Hieronymus de la Vairie Nobilis Cenomanenſis, Proſa excellens & metro tam Latino quàm Gallico, Hiſtoricus, Orator & Theologus. Quaſdam

dam Orationes T. Liuij & Thucydidis Gallico idiomate donauit: Item & T. Liuij Hiſtoriam. Eius meminit Franciſcus de Cruce Cenomana in ſua Bibliotheca. Ex eadem Gente *Ioachimus de la Vairie* Nobilis & Beneficiatus Cenoman. an. 1597. *& Franciſcus* eodem anno ſacramentum Academiæ dixerunt.

I.

IACOBVS ALMAINVS, Gall. Alamain, Diœceſis Senonenſis incepit in Artibus an. 1504. Nationis Gallicanæ Procurator fuit an. 1508. eiuſdem Cenſor an. 1510. in Collegio Nauarr. Regens, deinde Baccalaureus Theologus an. 1515. Baccalaureus formatus, poſtremo Doctor Theologus ſcripſit aduerſus Thomam de Vio Cajetanum de autoritate Eccleſiæ & Poteſtate ſummi Pontificis.

Iacobus Amiot Melodunenſis, natus die 30. Octob. 1514. Iacobi Tuſani, Daneſij & Orontij Profeſſorum Regiorum quondam diſcipulus, & ipſe linguæ Græcæ in Academia Bituricenſi per annos decem Interpres. Cardinali Turnonio adhæſit, à quo primùm ad Concilium Tridentinum an. 1551. miſſus vt Henrici II. nomine litteras offerret, ibique Iura Regni libera & luculenta oratione defendit. Inde Romam, vnde reuerſus liberis regijs Præceptor datus, Carolo & Henrico qui deinde Reges fuerunt, à quibus ampliſſimis Sacerdotijs honeſtatus eſt. Fuit Magnus Eleemoſynarius, Bibliothecarius Regius, Ordinis S. Spiritus Præceptor, Epiſcopus Autiſſiodorienſis. Plutarchum Gallicitate donauit & alios Autores Græcos. Obijt an. 1592. De eo vide Thuanum & Sammarthanum.

Iacobus Carpentarius Claromontanus Beluacenſis Orator & Philoſophus inſignis, in Burgundiano & Becodiano dudum Philoſophiam magna nominis ſui fama profeſſus eſt ab an. 1550. Ariſtotelicæ doctrinæ aſſertor acerrimus contra Ramum. Quamobrem inter eos creuit odium internecinum, vt ex eorum Scriptis ſatis liquet. an. 1566. à Carolo IX. inter Profeſſores Regios in Mathematicis adlectus eſt, quæ res Rami Antagoniſtæ animum vehementer exacerbauit, propterea quod ipſum Carpentarium inſcitiæ in Mathematicis argueret; vt retulimus in Hiſtoria. Obijt an 1574. biennio poſt Ramum. de eo ſic Genebrardus. *Kal. Feb. Iacobus Carpentarius in Philoſophia meus Præceptor, Profeſſor & Medicus Regius, antiquæ Philoſophiæ contra Ramum & alios Logodædalos aſſertor tabe trimeſtri magno Eruditorum deſiderio ex hac vita deceſſit.* Gens Carpentaria veuſtiſſima, inter litteratiſſimas merito recenſeri debet; tulit enim Petrum qui an. 1493. ſe nominauit ad Beneficia Eccleſiaſtica. Antonium Ambian. Nationis Picardicæ Procuratorem qui an. 1516. ſe nominauit ad præſentationem Abbatum S. Geremari & S. Luciani Diœc. Beluac. *Nicolaum Charpentier Noviom. an. 1522. Iuratum. Ludouicum Beluacenſ. actu Regentem in Colleg. Nau. an. 1541. Ioannem Charp. Laudunenſem 1545. Nicolaum Pariſ. an. 1545. Nicolaum alium Pariſ. an. 1547. Iacobum de quo ſupra.*

Ioannes de Cueilly Pariſinus in Artium Facultate Regens an. 1538. ſe nominauit ad Collationem Epiſcopi Carnotenſis.

Iacobus de Cueilly Pariſinus humaniorum litterarum Profeſſor in Marchiano & ſecundo Ordini præfectus 4. non. Maij 1568. factus eſt Nationis Gall. Procurator. deinde ad Theologiam ſe conferens, ſocietati Sorbonicæ nomen dedit, & anno 1574. Rector Vniuerſitatis electus eſt. Quo Rectore, quid actum ſit, diximus in Hiſtoria. Ille deinde S. Germani Curio fuit & pro Fœderatis concionator vehemens; Ante Iacobum Ioannes de Cueilly de Pariſius an. 1520. Iuramentum Vniuerſitati præſtitit: ante omnes iſtos Thomas de Cueilly Clericus Pariſ. in artibus Mag. & in Medecina Doctor an. 1527. ſe nominauit ad præſentationem Abbatis S. Maglorij.

Iacobus Faber Stapulenſis ex ignobili quidem Gente oriundus, ſed ingenio Nobilis, & in Profeſſione Philoſophiæ conſpicuus. Nationis erat Picardicæ, & eiuſdem olim Procurator, Stapulis vulgò Eſtaples, qui Pa-

gus eſt maritimus, ortus, Lutetiam venit, & ingenij acumine, tantùm excelluit, vt vir incomparabilis appellaretur. De eo ſic Beatus Rhenanus ad Ioan. Reuchlinum. *Iacobus Faber Stapulenſis vir ex omni æuo incomparabilis, omniumque diſciplinarum vberrimus fons, qui Philoſophiam nimio ſitu ſqualentem & ſuo viduatam ſplendore, ita illuſtrauit, vt Hermolao Barbaro & Argyrophylo Byzantio Præceptoribus olim ſuis, huic longe plus nitoris attulerit. Ille enim præter Latinate donatum Paraphraſten, Themiſtium & Diſcoridem adhuc à quibuſdam ſuppreſſum parum quod quidem editum ſit elucubrauit. Alter totam Ariſtotelis Philoſophiam in Latinum è Græco vertit, ſed nudam nulliſque illuſtratam Commentarijs, quo legentium mentes obſcura eius Philoſophi ſenſa faciliùs intelligant, hic verò Peripateticam Doctrinam ita reddidit peruiam, vt neque Ammonio, neque Simplicio, aut Philopono iam ſit opus. Is, inquam, celeberrimus vir, cum Ego apud Pariſios Philoſophiæ ſtudiorum aſſecla degerem, mihi opidò familiaris fuit.* Ille Reuchlino fauebat, teſte Rhenano in eadem Ep. at neſcio quo pacto Eraſmum prouocauit, contumelioſè etiam laceſſiuit; vt teſtatur ipſe Eraſmus duabus Epiſtolis ad eum datis an. 1517. quibus eum rogat ne vtriuſque inimicis & inuidis credat, qui vellent vtrumque committere, dum alij Fabro, alij Eraſmo fauent. Theologis ob deſpectam Scholaſticam odioſus fuit, & de Lutheraniſmo ſuſpectus Lutetiâ Neracum migrauit, vbi ſub auſpicijs Margaritæ Nauarricæ Reginæ publicè docuit. Hinc Iouius de eo. *Ætate iam confectus Faber cum ſacras litteras attigiſſet, à Lutheranæ Hæreſis veneno non procul abfuit, ita vt in ea ſuſpicione ſenex parum feliciter moreretur.* Quid poſt mortem fieri voluerit, hoc diſthicon indicat.

Corpus humo, Mentemque Deo, bona cuncta relinquo
Pauperibus, Faber, hæc, cum moreretur, ait.

Illum certè inter ſuos numerant Hæretici. Scripſit plurima opera & Opuſcula, Commentarios initiatorios in 4. Euang. Commentarios in omnes Pauli Epiſtolas. Apologiam, quod vetus & vulgata interpretatio Epiſtolarũ Pauli omnino ſit Hieronymi. Canones ſiue Tabulas argumentorũ in plures Epiſtolas Pauli. Canones ad articulos fidei ex Epiſtolis Pauli confirmandos. Canones contra Hæreſes. Commentarios; Epiſtolas Catholicas. Quintuplex Pſalterium, Gallicum, Romanum, Hebraïcum, vetus, Conciliatum. Contemplationes Idiotæ. Argumenta in Epiſtolas 11. Ignatij Anthiocheni Antiſtitis & vnam Polycarpi. De tribus Magdalenis & de vnica Magdalena. Damaſceni libros 4. de Orthodoxa fide in Latinum conuertit, Comment. in Ricardum de Trinitate. Commentaria in Eccleſiaſtem. Scholia in Dionyſij Areopagitæ opera. De Ornatu ſpiritualium nuptiarum. Comment. in Hugonem de S. Vict.

In Artibus liberalibus, Grammaticam, Grammatographiam, Introductionem in Arithmeticam ſpeculatiuam Boëtij in Aſtronomico lib. Arithmeticam 10. libris digeſtam. Epitomem in libros Arithmeticos Boëtij. Rithmimachiæ ludum, qui & pugna Numerorum appellatur. Commentaria, in ſphæram Io. de Sacroboſco in plures lib. Ariſtotelis. Sub finem ſeculi floruit Iacobus Faber Prodecanus Facultatis Theologiæ.

Iacobus Goueanus Luſitanus vir nobilis & genere & moribus, Rector Vniuerſitatis electus eſt 16. Decemb. 1638. Collegij San-Barbarani Primarius, vulgo dictus Goueanus Iunior, nempe Senior nomine quoque Iacobus eiuſdem Collegij Primarius nepoti Primariatum communicauit. Tunc verò Senior ille Collegium regebat, cum Ighatius Loyola ibidem Curſum Philoſophicum decurrebat, doctorque ille erat Theologus & viuebat adhuc anno 1539. Iunior importunam litem habere coactus eſt cum ſuis Regentibus apud Rectorem, vt patet ex actis Iulij & Auguſti an. 1539.

Iacobus de la Halle aliàs *de Bulaluigon*. Regens in Coll. Nauar. an. 1538. petijt in Comitijs Nat. Gallic. 11. Ian. 1538. nomen quod à ſuis Diſcipulis acceperat, de Aula, & quod in pluribus Regiſtris tale reperiebatur

in veum cognomen De la Hale, commutari, quod ei indultum eſt.

Iacobus Langeus Scotus Diœc. S. Andreæ Nat. Ger. Procurator factus 20. Octob. an. 1556. iterum 27. Aug. an. 1558. tertiùm 27. Octob. 1560. & 10. Feb. eiuſdem anni, quartum 21. Oct. an. 1568. quintum 14. Ian. 1571. deinde in Theologia Doctor Sorbonicus, ſcripſit de vita & moribus atque rebus geſtis Hæreticorum ſui temporis, librumque ſuum an. 1581. Mariæ Reginæ Scotiæ Matri & Iacobo VI. filio eiuſdem dedicauit.

Iacobus Marius Amboſius Arelatenſis per plures annos Eloquentiam & Philoſophiam profeſſus, Rector Vniuerſitatis fuit electus 16. Decemb. 1576. eoque Rectore M. Iacobus d'Amboiſe Socius Nauarricus incepit in Artibus ſub M. Iuliano le Pelletier in Regia Nauarra Philoſophiæ Profeſſore, iterum Rector. an. 1587. Habuit inter alios Diſcipulos Lud. Gonzagam Ducem Niuernenſem, Burdinum & quinque Gueſleos Ioannis Gueſlei filios. Philoſophiæ Profeſſor Regius ab Henrico III. factus an. 1586. quo anno prædicto Io. Gueſleo in Senatu Pariſ. Præſidi infulato libellum de rebus creatis & earum Creatore dedicauit, viſum prius & approbatum à F. de Monte Doctore Regente in Theol. & G. Genebrardo Profeſſore Regio. Demum ipſe Doctor Theologus factus Societati Sorbonicæ nomen dedit, & obijt menſe Nouemb. an. 1611. annos natus ſeptuaginta tres, eique Societati lectiſſimam Bibliothecam ſuam reliquit. Iacet in Sorbona, eiuſque Exequijs Dux Niuernenſis ſuus olim Diſcipulus & complures viri omnium Ordinum celeberrimi interfuerunt.

Compluresalios Amboſios hoc ſeculo floruiſſe comperimus in Academia Pariſienſi. Iacobum d'Amboiſe nobilem Pariſinum, qui anno 1569. Academiæ fidem dedit. Franciſcum item Pariſinum, Secundanum Nauarricum per 4. annos, qui Caroli IX. liberalitate fuit Rhetoricis, Philoſophicis & Poëticis inſtitutis informatus, Nat. Gall. Procurator factus 3. Non. Maias an. 1572. & Paranymphus Medicorum. Georgium & Iacobum de Amboſia nobiles Caſtricenſes qui an. 1573. Iuramentum Academiæ præſtiterunt. Adrianum Pariſinum Domus Nauarricæ Socium, Rectorem Vniuerſitatis an. 1580. eiuſdem poſtea Domus Doctorem & Magnum Magiſtrnm. Iacobum d'Amboiſe Nobilem quoque Pariſinum qui an. 1594. Rector fuit Vniuerſitatis & Henricum IV. excepit. Ille ad Medicinam ſe contulit, prædictique Regis Medicus fuit. Porrò Adrianus Tragœdiam Holofernis verſibus Gallicis edidit an. 1580. Franciſcus eius Frater Maior in Curia Pariſ. Cauſidicus, in Redonenſi Senator multa quoque edidit, de quibus vide Franciſcum de Cruce Cenomana. Adrianus è Curione S. Andreæ & Magno Magiſtro Domus Nauarricæ factus eſt ab Henrico IV. Epiſcopus Trecorenſis an. 1604. obijt 1616.

Iacobus Maſerius Pariſienſis actu Iuuenes in Celebratiſſimo Bonorum Puerorum *Muſæo, Pariſius Primitus fundato*, vt legitur in Actis Nat. Gall. à multis iam annis docens factus Procurator. Nat. Gall. 3. Non. Iun. 1521. Rector Vniuerſitatis 23. Iunij 1523. & ante ipſum Ægidius Maſerius, nim. an. 1516.

Iacobus Meyerus Brugenſis Lutetiæ Philoſophiæ & Theologiæ operam dedit. Brugis ludum aperuit magna nominis fama, Ioanni Deſpauterio Niniuitæ chariſſimus fuit. Scripſit hiſtoriam ſuæ Gentis, Chronicon Flandriæ, & Hiſtoriam Comitum. In ſenium ætate vergente, relictis Scholis Blancobergæ animarum curam Parochus ſuſcepit ad vſque an. 1552. quo ſexagenario maior deceſſit; Antonio nepote & Facultatum & Bibliothecæ quam ære ac labore multo collegerat, herede inſtituto.

Iacobus Omphalius Andernaci apud Belgas natus honeſto loco. Luſtratis pluribus Academijs, noſtram Artium liberalium & præſertim Oratoriæ profeſſione illuſtrauit. Procurator erat Nationis Germanicæ an. 1532. vt retulimus p. 235. In Ciceronis Orationes Commentaria edidit, Elocutionis imitationem publicauit. Legibus quoque operam dedit Doctorque in ijs factus à Willelmo Cliuenſium Duce inter Conſiliarios poſitus. Coloniæ Agrippinæ publicè docuit, vitamque docendo & ſcribendo conſumpſit.

Iacobus Spiſame Nobilis Pariſinus in Collegio Cardinalitio Regens; Ex Procuratore Nationis Gallicanæ factus eſt Vniuerſitatis Rector die 10. Octob. 1522. Cancellarius Eccleſiæ & Vniuerſitatis Pariſ. ab. anno 1533. vir ſtrenuus, Senator Curiæ Pariſ. deinde Præſes, poſtremò libellorum ſupplicum Magiſter. Inter eum & Facultatem Theologicam lis in Curia Parlamentæa intercesſit occaſione cuiuſdam Baccalaurei Carmelitæ; de qua nos ad an. 1536. A Rege Franciſco I. Legatus ad Papam miſſus an. 1538. eique Vniuerſitas ſua negotia commendauit. Niuernenſis Epiſcopus nominatus ab Henrico II. an. 1547. Verum flagrante controuerſia de Religione, vxorem duxit & ad Geneuenſes transfugit. Vbi demum, quia forte pœnitentia ductus Catholicis fauebat, tanquam Explorator Capite truncatus eſt die 25. Martij an. 1565. Gens iſta plurimos tulit viros litteratos, quorum nomina extant in Faſtis Academicis. Ægidius Spifamius Iacobi ex fratre nepos, & poſt ipſum Epiſcopus Niuernenſis factus an. 1558. Ioannes Spiſame *Nobilis de Pariſius* an. 1529. Iuratus, Rectore Courtois. Hieronymus Spiſame Nobilis Pariſ. an. 1530. Radulphus Spiſame nobilis Pariſ. an. 1530. guillelmus Spiſame nobilis Pariſ. 1545. gabriel Spiſame Pariſ. 1568. Iſaac Spiſame nobilis, & Canonicus Eccleſiæ Pariſienſis an. 1574. Rectore Tiſſart. Stephanus Sphiſame opuſcula quædam edidit Gallicè, quæ an. 1583. in lucem prodierunt.

Iacobus Tuſanus è Campania Belgica à Franciſco I. cum Petro Daneſio & Ioanne Strazelio Flandro Profeſſor Regius inſtitutus in lingua Græca: de biſce duobus viris Knobelſdorfius in Poëmate de Lutetia.

At fontes aperit fidus Tuſanus Achiuos,
Quid gerat in blando Graia Thaleia ſinu.
Huic comitem doctus ſe ſe Strazelius offert,
Et ſimul Argiuo dulciter ore ſonant.
Audiat hos aliquis peregrino more loquentes,
Deceptus Graium credat vtrumque genus.
Tam facili comptam flectunt modulamine vocem,
Tam reſonant priſcis æmula temporibus.
Alter iam ſenio vergentibus imminet annis.
Alter adhuc primi floris honore viget.

Obijt Tuſanus an. 1546.

Ianus Antonius Baïffius Lazari nobilis Andini, Domini des Pins ad Flexiam filius, Ioannis Aurati, cum Petro Ronſardo diſcipulus. Vterque Magiſtrum feliciter imitatus eſt, in pangendis verſibus, præſertim Gallicis. Sed Petrus anteijt. Ianus Græcis & Latinis litteris adeo excelluit, vt à „ Ioachimo Bellaio Andino, *Doctus Baïffius, Doctorum doctiſſimus* meruerit „ appellari. Multa opera compoſuit, quorum Catalogum contexuit Fran„ ciſcus de Cruce Cenomana in ſua Bibliotheca. Experiri voluit, inquit de „ eo Sammarthanus, num ad veterum Græcorum & Latinorum numeros „ Carmina Gallicè fingi poſſent. Academiam idcirco gallicam inſtituere „ voluit, de qua diximus in Hiſtoria ad an. 714. Certè ſi non potuit habe„ re publicam, Priuatam inſtituit in Suburbio San-Iacobæo ab omnibus „ Peritis in Arte Medica frequentatam. De ea Sammarthanus lib. 3. Sil.

Tu quem vetuſtas culta ſeruauit modum,
Sectaris, ingreſſus viam
Qua nulla Gallos antè duxit Orbita,
Longis ab vſque ſeculis.

Obijt ſexagenarius, furente bello Ciuili an. circiter 1592. Porro è Baïfſia Gente multi prodierunt Illuſtres viri doctique: Iulianus, S. Sedis Apoſtolicæ Proto Notarius Canonicus Cenomanenſis, qui florebat circa an. an. 1515. Quatuor ille Fratres habuit, & Nepotem Lazarum Iani Patrem qui à Franciſco I. ad Venetos legatus eſt an. 1532. quo anno natus eſt ei apud Venetos Ianus vir linguarum, præſertim verò græcæ notitiâ conſpicuus. Edidit opera complura & verſiones è Græco in Gallicum; de quibus vide ſi lubet, Franciſcum à Cruce Cenomana.

Ignatius Loyola Societatis Ieſu Inſtitutor Lutetiam venit, relictâ Complutenſi Academia; nec, licet adultæ iam ætatis vir eſſet, erubuit inferiores Claſſes frequentare, vt quæ olim præcepta Latinæ linguæ didicerat, familiariùs in vſum faciliuſque conuerteret. Itaque in Collegio Montis-Acuti 18 circiter menſes in humanioribus litteris recolendis poſuit. Deinde in Collegio San-Barbarano M. Ioannem Pennam in Philoſophia audiuit per tres annos cum ſex menſibus. Tum enim Philoſophicum ſtudium hoc ſpatio decurrebatur. Quo decurſo, Licentia in Artibus donatus eſt. Poſtremo Theologiam aggreſſus eſt apud Dominicanos, qui tum publicè Theologiam docebant in ſuis Scholis, *ingenti ſanè labore, & induſtriâ,* inquit Maffæus, *cum præter cæteras lucubrationes hieme ſæuiente quotidie mane ante lucem ad Scholas, quæ illâ ibi circiter horâ habebantur, accederet.* Studiorum autem tempore duo illi contigerunt acerba in Scholis. Vnum, dum Philoſophiæ vacaret. Nam cum diebus feſtis condiſcipulos à Scholis & Repetitionibus tunc fieri ſolitis in Eccleſiam ad cultum Dei raperet, & ita à ſtudendi Officio & ab obſeruandis Academiæ legibus diuerteret, M. Ioanni Pennæ Præceptori ſuo inuiſus eſſe cœpit: qui proinde apud M. Iacobum Goueam Luſitanum Barbarani Collegij Primarium queſtus, effecit, vt in Aulam ad Supplicij locum vocaretur: atque ibi præſentibus cæteris Scholaſticis cauſam diceret, plectendus, ſi nocens eſſet. Nam vt ait idem Maffæus. *Mos eſt Pariſijs in Scholaſticos improbos ac ſeditioſos ad ſanciendam Academiæ diſciplinam ad hunc ferè modum animaduertere. Diſſimulato conſilio ad condictam diem in Aulam Collegij Primarius, Magiſtrique nodoſa inſtructi virgâ conueniunt, comprehenſumque repente noxium, & in medio conſeſſu nudatum certo plagarum numero ſinguli afficiunt. Id ſupplicij genus cum ad ſenſum corporis peracerbum eſt, tum verò ad dedecus & ignominiam longè turpiſſimum; deque ipſius nomine Aula vulgò appellatur.* Hæc ille: hoc igitur ſupplicium vt defugeret Ignatius, Goueam adijt & præuenit, probataque innocentiâ, ſi non laudem meruit quod contra Regulas peccaſſet, ſaltem impunitatem conſecutus eſt.

Alterum illi accidit dum Theologiæ vacaret: Cum enim libellum quendam ſibi compoſuiſſet *Exercitiorum diei*, frequenterque apud ſocios de Mundi contemptu ageret, multos pellexit ad ſtrictiorem auſterioremque vitæ regulam amplectendam: accuſatus eſt verò quod illos infatuaret, apud Inquiſitorem fidei, qui tunc erat è Dominicanorum familia, ſcilicet M. Mathæus Ory Theologiæ Magiſter vir eruditione & probitatate conſpicuus. Quia enim ijſce temporibus etiam Lutetiæ multi ſuſpecti erant Lutheraniſmi nomine, quilibet vitæ cultus à vulgari remotior ſuſpicionem dabat hæreſeos. At ille examinato Exercitiorum Diurnorum libello & agendi viuendique ratione, impunitum abire permiſit, & admonitum abſoluit. Quibus periculis euaſis tum ſeriò ſibi ſocios allegit nouem ex omni Academia lectiſſimos quibus cum frequentius & familiarius verſabatur, omnes pœne extraneos, ſed præſtantes ingenio adoleſcentes. Quorum primus fuit *Petrus Faber* Allobrox è Pago Villareto Gebennenſis Diœceſis, contubernalis ipſius. Acceſſerunt *Franciſcus Xauerius* Cantaber ex eodem contubernio 1. *Iacobus Laynez* Seguntinus, *Alfonſus Salmeron* Toletanus, *Nicolaus Bobadilla* Palentinus, *Simon Roterigius* Luſitanus, *Claudius Iayus* Gebennenſis, *Ioannes Codurius* Ebredunenſis, & *Paſchaſius Broëtus* Ambianenſis: quos omnes Magiſterium Artium conſecutos fuiſſe memorant; Romamque cum Ignatio plurimos

profectos, vt à ſummo Pontifice, Inſtituti quod animo conceperant, Licentiam obtinerent. Votum verò ſuum in æde ſuburbanâ, quæ Mons Martyrum dicitur, vnanimiter conceperunt die Aſſumptionis B. Virginis an. 1534. quo anno Ignatius Magiſtratus eſt in Artibus Rectore M. Florentio Iacquart, biennio ante in iiſdem licentiatus, nempe 13. Martij 1532. Hic eſt ortus Ieſuitarum. Vide tamen infra quæ de Io. Boleſio dicimus.

Ioachimus Perionius Benedictinus Doctor Theologus Philoſophiæ Ariſtotelicæ curriculum ita Latinè & Ciceronianè primus vertit, inquit Genebrardus in Chron. vt deinceps Philoſophi Latinè loqui cœperint qui antea erant Infantes & paulatim dediſcere Barbariem qua eorum diſciplinæ & libri erant fœdati. Repudiatis veterum verſionibus & formulis, hoc diuinum Beneficium manauit longius. Nam & Theologi, Medici, Iuriſconſulti certatim ſe ſe ad eius imitationem componentes antiquam Cypriani, Arnobij, Lactantij, Hieronymi, Ambroſij, Auguſtini, Cornelij Celſi, Vlpiani & ſimilium elegantiam reuocarunt velut poſtliminiò, impunitatem loquendi è ſuis Scholis & libris depulerunt, ſuumque ſeculum adeo facundum reddiderunt, vt cum quouis de ea laude facilè poſſit contendere. Obijt an. 1559.

Ioachimus de la Vayerie Nobilis Cenomanenſis & Beneficiatus an. 1547. inter Iuratos Academicos receptus. Similiter Franciſcus de la Vayerie. Ex qua Gente eſt opinor *Hieronymus de la Vayerie*, ſeu Vairie, Poëta Latinus, Gallicus, Theologus, Orator & Hiſtoricus: quem virum ex inferiore Cenomania ortum celebrat Franciſcus de Cruce Cenomana in ſua Bibliotheca.

Ioannes Arboreus, ſeu de Arbore Gall. de l'Abre, Laudun. iuramentum Scholaritatis præſtitit Hieronymo Clictouæo Rectori an. 1519. incepit in Artibus an. 1520. in Artibus diu rexit in Collegijs Pleſſæo & Burgundico, deinde Doctor Theologus inter primos claruit in Sorbona. Scripſit aduerſus Hæreticos ſui Temporis volumen, quod Theoſophiam inſcripſit, pluribus libris diſtinctum, in quorum 5. c. 27. mirificè prædicat Facultatem Theologicam ob Cenſuras librorum Hæreticorum & ſuſpectorum; quem locum nos retulimus.

Ioannes Auentinus in oppido Bauariæ ſuperioris, olim Auentino nuncupato, poſtea Abenſperg, natus an. 1466. Grammaticis præceptis imbutus in patria, miſſus deinde à Parentibus Ingolſtadium, tum Lutetiam, vbi MM. Iacobum Fabrum Stapulenſem & Iodocum Clicthouæum Præceptores habuit in Philoſophicis; à quibus lib. 6. Annal. Boiorum ſe plus millies accepiſſe atque audiuiſſe ait (quod merito ſuſpectum eſſe debet ab Hæretico) M. Petrum Lombardum ſacroſanctæ Philoſophiæ veritatem fontemque puriſſimum cœno quæſtionum riuuliſque conturbaſſe. In Germaniam reuerſus an. 1490. Viennæ conſedit, ibique priuatis Auditoribus libros aliquot expoſuit Oratorios & Poëticos, inde Cracouiam petijt, legitque publicè grammaticam græcam: iterum Ingolſtadium, vbi ſomnium Scipionis & Rhetoricam ad Herennium circa an. 1498. explanauit. Obijt tandem an. 1534. ætatis 68.

Ioannes Auratus vulgo Dorat ex infelici Lemouicum ſolo velut Heſiodus alter è Bœotia natus, inquit Sammarthanus, at ex antiqua gente Dinemandia & Bremondæſia, vt ſcribit Franciſcus de Cruce Cenomana, an. 1517. Iuuenis admodum ad Profeſſionem Artium ſe contulit, quam diu exercuit in Becodiano & alijs Collegijs. In Græcis Authoribus enarrandis, in Poëſi Latina primas tulit. Factus in græcis Profeſſor Regius, hanc Prouinciam demum in gratiam Nicolai Gulonij Generi ſui eiurauit; nec tamen docere deſtitit, adeo prodeſſe publico ſtudebat. Vide eius Elogium apud Sammarthanum. Obijt Lutetiæ an. 1588. ætatis 80.

Ioannes Auril Augenſis Diœceſis Rotomagenſis Baccalaureus Theologus, Prior Harcurianus, Rector electus eſt 16. Decemb. 1586. in cuius Rectoratum Theodorus Marcilius amicus ita cecinit.

Ver anni redit, ac tellus aperitur Aprili,
Menſes ante alios quem Cytherea colit.
Sic lætum renouat tibi ver, Academia, & annum
Ter felici aperit Sidere Daurilius.
Quem nunc, vt meritus, Rectoria Purpura veſtit;
Purpura, qua nunquam clarior vlla fuit.
Talibus ex humeris nam luce augetur & auget:
Vir decus hîc veſti, veſtis vt ipſa viro eſt.
Ter felix tali Rectore Academia, tali
Rector item felix auctior Imperio.
Plaudite felices quibus eſt Academia mater,
Plangite, quos illa vt ſæua Nouerca fugit.
Aurea felici remeabunt alite ſæcla:
Dijs odio & terris ferrea turba vale.
Daurilius roſea perfundens omnia luce,
Litigijs maior, maior & inuidia eſt.

Eodem ſeculo Ioannes Aprilis Andegauenſis apud Pontem Cæſaris natus dictus D. de la Roche, Prior de Corzé verſibus Gallicis pangendis animum applicuit, florebat adhuc anno 1584.

Ioannes Bellaius, aliter Langius dictus, quippe filius Ludouici du Bellay Domini de Langey, Epiſcopus Pariſ. deinde Cardinalis Oſtienſis, omnium Doctorum ſcriptis celebratiſſimus. Quo ſuadente Franciſcus I. Collegium Regium inſtituit, Profeſſoreſque linguarum annuis ſtipendijs dotauit. Extant Elogia Langij paſſim, quæ prætermittimus præter iſtud Euſtatij Knobelſdorfij.

Vnus es hac ſpretas qui tempeſtate Camœnas,
Audeat inuicta ſuſtinuiſſe manu.
Cumque genus tibi ſit clara de ſtirpe Parentum,
Totaque ſtemmatibus nobilitata Domus.
Attamen ingenuas & honeſtas aſſeris artes,
Quas modo Nobilium de grege rarus amat.
Hinc tibi perpetuam merita de fronde coronam,
Incipiunt caſtæ nectere Pierides.
Quoque faues illis, hoc te venerantur amore,
Iamque tuum paſſim nomen in aſtra ferunt.

Obijt Romæ an. 1560. ætatis 68. Fratres habuit Guillelmum & Martinum, viros quoque ſpectatiſſimos. Cæterum Gens Bellaïa Andina eſt origine, & plurimos Academiæ Pariſienſi alumnos dedit, quorum hæc nomina leguntur in Codice Iuratorum. Ioan. Du Bellay Ludouici filius qui Baionenſis Antiſtes; deinde & Pariſienſis fuit, Euſtachius du Bellay Nobilis Andegauenſis an. 1523. Rectore Rob. Bouchigny, Ioannis Bellaij agnatus & ſucceſſor in Epiſcopatu Pariſ. an. 1551. Ioannes du Bellay Nobilis Andegauenſis an. 1531. Rectore Landerico Macyot, Renatus de Bellay Longoliaris Curiæ Parlamenteæ, Reformator fuit anno 1533. Guillelmus du Bellay Rotomagen. an. 1548. Claudius du Bellay Nobilis Andegauenſis an. 1552. Ioachimus du Bellay Dominus de Gonnor in agro Andino, Archidiaconus Pariſienſis, illuſtris Poëta Gallicus, de quo in Bibliotheca Franciſci à Cruce Cenomana. Obijt an. 1559. aut 1560. 1. die Ian.

Ioannes Bertoul Preſbyter Laudunenſis, Collegij Laudun. Primarius. Rector Vniuerſitatis 10. Octob. 1525. Poſtea Doctor Theologus, Eccleſiæ Laudunenſis Canonicus an. 1527. ſe nominauit ad præſentationem & Collationem Epiſcopi Meldenſis & Abbatis S. Germani de Pratis.

Ioannes Bodin Andegauenſis inter præcipuos Patronos Curiæ Pariſienſis doctrina emicuit; quando verò Academiæ Iuratus fuerit, vix dici poteſt, nam plures fuerunt eiuſdem nominis & cognominis hoc ſeculo alumni Vniuerſitatis. Ioannes Bodin Andegauenſis Iuratus anno 1521. Rectore Claudio le Maiſtre. Ioannes Bodin Beneficiatus Andegauen. an. 1522. Rectore Dolet. Ioa. Bodin Andegauenſis an. 1533. Rectore Sequart. Hic, credo, ille eſt qui Curiæ Pariſienſis Patronus fuit, deinde Libellorum ſupplicum Magiſter apud Fratrem Regis. Eius opera ſatis indicant, quis vir fuerit. An. 1559. orationem habuit ad Senatum Populumque Toloſanum de inſtituenda Iuuentute. Libros ſex de Repub. edidit doctiſſimos. 4. libros de Dæmonomania, & alios multos. Obijt Lauduni vbi Præfectus erat, an. 1595. Hominem autem ſic depingit Boteræus. *Ianus Bodinus hoc anno (1595.) vitam ſimul & Præfecturam Laudunenſem depoſuit, vir eruditionis exquiſitæ & politicæ: vt qui de Repub. opus luculentiſſimum varium & multiplex edidit, quo ſanos omnes à ſcribendo in hoc genere deterruit, primò ſcriptum vernaculè, vbi verò ab exteris Gentibus percupitum Latinè vertit, æquali facundia in qua ille ambidexter. Famæ initium à Methodo Hiſtoriæ & Oppiani metrica verſione auſpicatus eſt, quam alijs luculentis operibus, Paradoxis nempe & de Maleficis Sortilegiſque ad extremum vſque æuum prouexit. Iuris Ciuilis ſciens admodum, vt qui magno Cujacio cedere, quanquam nimis audacter, non ferret; cum quo ſimultates exercuit. Floridior æuo in Ducis Andini familiam ob egregias dotes accitus quem vltra Oceanum ad Britannos, dehinc ad Belgas eſt inſequutus, homo aulicis moribus accommodatus, vt qui in quolibet conſeſſu multa ex tempore variè, præclarè & eruditè de rebus omnibus expedita facundia diceret, cum tamen in forenſi luce nunquam inclaruerit. Mirabile fuit hominis vaticinium de exitu Ciuilis Belli, qui Ep. quæ extat ad Briſſonium, & in Laratio reconditam ſeruo ſcripſerit non futili diſſertatione. Factiones quibus implacabiliter ardere Gallia incipiebat, intra quinquennium vel ſeptennium finem habituras, fecitque Euentus Bodinum vatem certiſſimum; cui vaticinij gloriam & mercedem tempeſtiuior obitus inuidit.*

Ex eadem Gente fuerunt opinor, Carolus Bodin Cenoman. an. 1533. iuratus. Ioa. Bodin Cenoman. qui an. 1550. & Robertus Bodin beneficiarius Cenoman. qui an. 1570. Vniuerſitati nomen dederunt.

Ioannes Boleſius, vulgo Bouleze, qui in faſtis Rectorijs Carnotenſis dicitur Iuratus an. 1551. Rectore Carpentario, cum tamen ille ſe Preſbyterum & Ciuem Laudunenſem dicat, cum Ioanne Margoto Baccalaureo Theologo de Primariatu Collegij Montacutani contendit: nam abſens cum Romam profectus fuiſſet, prior electus eſt 20. Aug. an. 1571. Margotus verò abſente Boleſio triduo poſt electus: ſed tandem lite diu agitata, victor euaſit: ait autem ille ſe è Collegio Longobardorum vbi Hebraïcæ linguæ elementa docebat, adſcitum in gremium Magiſtrorum Pauperum, licet ne diem quidem vnum cum Diſcipulis Pauperibus aliquando vixiſſet. Librum compoſuit de victoria Corporis Chriſti an. 1566. obtenta in Beelzebud, ſeque Profeſſorem litterarum Hebraïcarum profitetur, & Pauperem perpetuum Collegij Montis-Acuti. Huic libro præfixit Epiſtolam ad Gregorium XIII. in qua Societatis Ieſuiticæ originem Collegio ſuo adſcribit, hoc pacto. *In noſtra*, inquit, *Huiuſce Collegij Montis-Acuti Communitate Pauperum à bono Patre noſtro Standonk ſiue Standono reſtaurata, ex qua eius & ſtatutorum cauſantes auſteritatem ægre ferenteſque, vt vt dicebant, Fundatorum intentionem non ſeruari, egreſſi ſunt vno die 14. primariæ Pietatis & doctrinæ viri Statuta & Bullam noſtram ſecum deferentes, quæ in veram praxim deducerent.* Et poſt pauca. *Hinc nomen Societatis Ieſu triplici ratione acceperunt.* 1. Quia ab etymologia ſacroſancti nominis Ieſu id. Saluatoris qui finis eſt Statutorum noſtrorum vltimus, ſtatim in eorundem

rundem Statutorum prologo his verbis manifeſtè demonſtratur. *Quatenus bonæ conſcientiæ teſtimonio & probatæ per vitam litteraturæ Fideles Dei ad ſaluandas paſſim pereuntes animas Deo cooperatores fiant.* Altera verò ab eod. illo Sacroſancto nomine Ieſu cum Armis Paſſionis ſuperpoſito atrio Inferioris noſtri Sacelli, vt etiam videtur in foribus interioribus Domus. Tertia autem, quod ſecundum ſtatuta Collegium ſit imitationis Chriſti. Nam vt clariſſimis verbis in Bulla dicitur, *Primæ Inſtitutionis numerus Pauperum erudiendorum ad ſaluandas paſſim pereuntes animas, ſiue ad animarum lucrum, eſt in numero SS. Apoſtolorum & Diſcipulorum Domini ſub benigniſſimo Saluatore & ſua Virgine Matre ſcilicet 86.* vt minimum, eiuſque feſtum eſt diuiſio Apoſtolorum. Horum autem 14. Pauperum à Communitate deficientium & egredientium D. Natalis Beda 2us. Primarius & Reliqui Pauperes Communitatis & Superiores ſcribentes experimento comperiſſe Prædicta ſtatuta ob illorum nimiam auſteritatem tam in victu & vigilia nocturna, quàm in varijs corporalibus & ſpiritualibus occupationibus in deſolationem dicti Collegij ita cedere, vt huc vſque nullus qui ipſum viuendi modum inchoauerit, in ipſo perſeuerare potuerit, obtinuerunt Breue pro immutandis noſtris Statutis quandocumque ex trium Diſcretorum conſilio expedierit pro habendis viris perpetuis; qui perpetuo habendi Pauperum Congregationem ſeu Collegium ad Dei honorem manu teneant. *Quidquid itaque Cognitionis Dei & Obedientiæ tuæ ſanctitati in Orbe nouo, & alibi partum eſt à Sacerdotibus Societatis Nominis Ieſu, reuera ſumpſit inter Pauperes tui Pauperrimi Collegij Montis-Acuti.* Multa ſcribit ille in eadem Epiſtola ad laudem & commendationem ſui Collegij, quod tamen vix biennio adminiſtrauit; nam Margoto ſubſtitutus an. 1578. diſceſſit an. 1580. & Paſchaſium le Bourrelier è Communitate Pauperum alterum Oeconomum & Humaniorum litterarum Profeſſorem ſibi ſucceſſorem reliquit. Cui anno vix acto ſubſtitutus eſt M. Iacobus de Baylle Brigantinus. Porro cauſa forte tam ſubitæ Ceſſionis Boleſio fuit ſententia Academica. Nam ille ſubiratus fortè Regentibus diuitibus, quod Margoto aduerſario fauiſſent, eos è Collegio & Regentia expellere voluit; aiens Collegium Montanum, Collegium eſſe Pauperum; quamobrem ab illis ad Tribunal Academicum vocatus & parere detrectans, contumaciæ pœnis damnatus eſt. De ea re ad an. 1579.

Ioannes Boucher Pariſinus è Nobili Gente ortus, litterarum humaniorum & Philoſophicarum Profeſſor primum in Academia Remenſi, vbi & Rector Henricum III. tum primùm inaugurandum ſalutauit, ſuæque Academiæ Priuilegiorum confirmationem obtinuit; deinde Lutetiæ in Colleg. Burgundico, Theologiam in Graſſinæo per biennium, hon. Nationis Gallicanæ Cenſor, Procurator, poſtremo Academiæ Pariſ. Rector an. 1580. tum Prior Sorbonicus: quo Rectore, aſſertum eſt à Senatu Ius Pergamenarium, lato decreto menſe Ian. 1581. Extat in Codice Iuratorum Franciſci Boucher nepotis ad Patruum hoc Carmen.

Et cupio & vereor laudem tibi dicere. Cur id?
Ne tibi non videar, ſed ceciniſſe mihi.
Quippè eadem Domus eſt, tu ſanguine cretus eodem,
Sunt eadem nobis ſtemmata, nomen idem.
At te quod Prudens Rectorem Academia fecit,
Quod validis humeris nobile ceſſit onus.
Quod per te illa ſibi rediuiuos ſenſit honores,
Surgere, virtutis Munera certa tua.
Securi hoc canimus. Quid ſic? quia nota Parentum
Nobilitas. Nihil hinc, nil capit inde Genus.
Nempe tuum hoc totum eſt, Rector! qui clarus Auorum
Cum ſis, ingenio clarior ipſe tuo es.

Sed cur mœſta tuo diſceſſu Academia luget?
Lætor quod geſtâ re bene, Rector abis.

Tandem ille Doctor Sorbonicus factus & S. Benedicti Curio ad Comitia Pariſienſia an. 1593. cum Genebrardo delegatus Fœderatorum Partes immodeſtius quàm decebat, defendit; auſuſque eſt libris quos contra Henricum III. & Nauarræos ſcripſit, nomen ſuum præfigere. Vide Thuanum ad an 1589. In Faſtis Rectorijs ad an. 1580. Carolus & Franciſcus Boucher Nobiles Pariſini Ioannis ex Fratre Nepotes Academiæ Iuramentum præſtiterunt.

Ioannes Caluinus Girardi filius & Ianæ le Franc Nouiomi natus, an. 1509. 10. Iulij, Patrimum habuit Ioan. de Vatines Canonicum Nouiomenſem. Lutetiam miſſus M. Mathurino Corderio Grammatiſtæ adhæſit in Collegio Marchiano, alij, in Colleg. San-Barbarano: deinde ad Collegium Montis-Acuti ſe conferens Præceptorem habuit quendam Hiſpanum. Hinc Aureliam ad Petrum de Stella legum Doctorem; tum Biturigas ad Andream Alciatum ſe contulit; ibi etiam à Melchiore Volmaro Doctore Germano litteras Græcas didicit. Patre mortuo, Nouiomum repetijt, & poſtea Lutetiam vbi Commentaria edidit in lib. de Clementia Senecæ annos tum natus 24. in Collegio Fortetico manebat, Nicolaum Copum familiarem habuit filium Guill. Copi Medici Regij. At cum Copus Rector paulo liberius de Religione verba feciſſet, vrbem & Rectoratum deſeruit & Baſileam fugit. Caluinus à Balliuo Morino quæſitus ad vincula, ſed Santonas fugit. Inuiſit Neraci M. Iacobum Fabrum Stapulenſem olim liberorum Franciſci I. Præceptorem, coactum illuc fugere quia Sorboniſtis odioſus erat. Redijt Pariſios, at clanculum & cum Michaële Serueto Colloquiũ de Religione habere voluit, ſed Seruetus qui ſacram Triadem oppugnabat, non auſus eſt cum eo in arenam deſcendere. Caluinus cum alijs de abroganda miſſa Conuentus ſecretos habuit, cum M. Gerardo Ruffi Doctore Sorbonico & Coraldo Auguſtiniano, qui viri cum è ſacris pulpitis liberius quàm decebat Catholicos ad Populum de controuerſijs Religionis verba facere, in vincula conjecti ſunt. Comprehenſi & alij & ſchedas aduerſus Miſſam ſparſiſſe conuicti publicè cremati ſunt. Hinc Caluinus ſibi timens an. 1534. Franciam deſeruit & per Lotharingiam contendit Baſileam, quo ſe contulerat Copus & alij multi fidei deſertores. Demum poſt varias peregrinationes Geneuæ ſedem fixit. Vbi obijt 27. Maij 1564. ætat. 54. menſ. 10. Decemb. 17. conſumptus vigilijs & ieiunijs immodicis.

Ioannes Drap Niuernenſis in Collegio Nauar. diu rexit ſeculo ſuperiore in Artibus, deinde ad Theologiam ſe conferens, Doctoralem Lauream adeptus eſt, Canonicus Eccleſiæ Niuernenſis obijt an. 1514. & jacet in Æde Nauarrica in Naui ad Crucifixum, cum hoc Epitaphio. *Hic jacet M. Ioan. Drapt de Niuernis Magiſter in Artibus, & in Theologia Mag. quondam Burſarius huius Regiæ Domus & Canonicus Eccleſiæ Niuernenſis qui obijt 4. Martij an. 1514. ante Paſcha. Requieſcat in Pace.* Amen. *Pater noſter.*

Ioannes Fernelius Claromontanus in agro Beluacenſi, Henrici II. Archiatrus, ſcriptis de re medica libris clarior. Scribit Sammarthanus fuiſſe Ambianum Fernelium, vt Siluium & Tagantium. Sic verò de eo. *Eius admirabili Genio id contigit, quod à multis ſeculis nulli quamlibet erudito contigiſſe memini, vt ipſo viuo atque vidente, opera quæ de vniuerſa Medicina ſcripſit, in Scholis publicè legerentur, eiuſque autoritas veterum Scriptorum inſtar, apud optimum quemque rei Medicæ Magiſtrum grauiſſimi eſſet ponderis & momenti. Vide reliqua.* Obijt anno 1558. annos natus 52. vide Thuanum.

Ioannes Fileſacus de Pariſius Iuratus Academiæ an. 1571. vt habent Faſti Rectorij; & Claudius Frater an. 1577. Ille cum ſex annos continuos in litterarum humaniorum Profeſſione claruiſſet apud Marchianos, deinde

Dialecticorum Regens 22. April. 1583. Nationis Gall. Procurator factus eſt. Rector Vniuerſitatis menſe Martio an. 1586. Doctor poſtea Theologus ſocietatis Sorbonicæ; poſtremo Facultatis Decanus libellum edidit de Priſca Theologicæ Facultatis origine doctiſſimum & curioſiſſimum, eiuſque antiqua Statuta refert ad an. circiter 1300. longè poſt conditam Academiam. Obijt an. 1635.

Ioannes de Fourcroy Morinenſis Doctor Theologus circa initia huius ſeculi floruit. Petrus ſimiliter Morinenſis curſum Philoſophicum confecit in Cardinalitio ſub M. Nicolao Choquet an. 1518. quo anno Magiſterij in Artibus Gradum conſecutus eſt. Idem anno 1527. ſe nominauit ad Beneficia. Extant adhuc litteræ Quinquennalis ſtudij ipſius Petri inter eas quæ obtentæ ſunt an. 1554. Ex eadem Gente Ludouicus & Robertus de Fourcroy Morinenſes an. 1522. Rectore Spifamio fidem Academiæ dederunt. Claudius de Fourcroy Beluacenſis an. 1524. Fr. Ioan. de Fourcroy Pariſ. an. 1568. Rectore Auſbourg.

Ioannes Gagnæus Gall. de Gagny. Pariſinus, Nationis Gallicanæ Procurator electus poſt M. Radulphum Caſet an. 1526. tum Baccalaureus in Theologia & ſocius Nauarricus. Rector Vniuer. 10. Octob. 1531. Doctor deinde in eadem Facultate factus ſcripſit Græcè & Latinè opuſcula plurima non ineleganter. Franciſci I. Primus Eleemoſynarius, Abbas S. Georgij de Banquiervilla ſeu Balcheriuilla Diœceſ. Rotomag. an. 1546. factus poſt Iacobum Spifamium Eccleſiæ & Vniuerſitatis Pariſ. Cancellarius; cuius receptioni interfuit 20. Iulij Carolus de la Croix Rector Vniuerſitatis, cum Decanis & Procuratoribus. Autor fuerat Franciſco I. vt omnia Manuſcripta quæ in Monaſterijs latent, in vnam Bibliothecam reconderet Lutetiæ, ne perirent. Obijt an. 1549. die 25. Nouemb. & in æde Nauarrica ſepultus jacet.

Ioannes Gillain Major Sagienſis; ſed à parte Franciæ, Nat. Gall. Procurator fuit an. 1513. & an. 1515. Rectore du Monceau, tum Regens in Artibus & in Theologia Baccalaureus Curio de Rablay Diœceſ. Andeg. ſe nominauit ad præſentationem Abbatis & Conuentus S. Germani Autiſſiodorenſis & ad Collationem Epiſcopi Autiſſiodor. Idem poſtea Doctor Theologus è ſocietate Nauarrica, eiuſdem Magnus Magiſter. an. 1540. & Canonicus Lexouienſis. obijt an. 1559. & jacet in Choro ædis Nauarricæ ad magnum Altaré, propre ſcamna Philoſophorum.

Ioannes Gillain Iunior regebat in Artibus in Colleg. Nauar. an. 1563. vt patet ex litteris Studiorum Teſtimonialibus ſubſignatis le Pelletier, Pichart, Monnyer & Mornet Primario Artiſtarum an. 1563.

Ioannes du Gué Cenomanenſis iuratus an. 1525. Rectore Roillet. Ex qua Gente Iulianus du Gué an. 1529. Petrus du Gué an. 1532. Ioannes du Gué an. 1533. Rectore Copo. Claudius du Gué an. 1551. Ioannis & Claudij meminit Franciſcus de Cruce Cenomana in ſua Bibliotheca. Ioannem quidem Cauſidicum in Curia Pariſ. ſe Poëſi Gallicæ applicuiſſe, ſcripſiſſeque Opuſcula quæ vocant Virlais, Rondeaux, Ballades, Ieux & les Ruiſſeaux de la Fontaine, quo in opuſculo reſpondet Carolo Fontano Pariſino Poëtæ Gallico: Claudium verò *Vadanum* dictum, Preſbyterum Cenomanenſem è Paroëcia d'Auluers le Hamon, hominem Hebraïcè, græcè & Latinè doctum; multa ſcripſiſſe contra Hæreticos & an. adhuc 1584. ſcribere. Vide vbi de eo.

Ioannes de la Gueſle Nobilis Aruernus Franciſci Aruerniæ Gubernatoris filius, ab ineunte ætate omnibus bonis Artibus inſtructus, Procurator Generalis Regius, deinde Præſes Infulatus Curiæ Pariſ. Regibus Henrico II. Carolo IX. & Henrico III. acceptiſſimus. Filios habuit quinque, Iacobum, Franciſcum, Alexandrum, Ioannem & Carolum. Illos quinque Iacobus Marius Amboſius Philoſophiæ Profeſſor Regius Latinis, Græciſque litteris; immò & tota Philoſophia imbuit, vt ſcribit in Epiſt. dedicatoria quam *Libello de rebus Creatis & earum Creatore præpoſuit*, an. 1586. ſic autem Ioannem Gueſlæum compellat. *Tuæ te virtutes excellen-*

» *tiſſimæ*, iſtiſque ipſis conſentaneæ actiones præſtantiſſimæ iure ac merito
» perbeatum efficiunt; qui iam inde ab ineunte ætate ſapientis fortiſque
» Patris cura atque conſilio omnibus ingenuis Artibus inſtructus, omni-
» que genere doctrinæ eruditus ac perpolitus ad Rempub. te contuliſti in
» eaque gerenda ſic te ſemper geſſiſti, vt Iuſtitiam imprimis & pietatem co-
» lueris, quæ vna via eſt rectiſſima ad veram gloriam, ad decus, ad ipſam,
» beatitudinem. Itaque non iniuria tribus tu Regibus cariſſimus, & in ho-
» nore habitus fuiſti, Henrico II. Carolo IX. qui te apud Sequanos Sena-
» tus Principem conſtituit, deinde in Auguſto Pariſienſi Senatu Cognito-
» rem ſummum fecit, & Henrico III. noſtro Regi Optimo ac Sapientiſſimo
» Regumque omnium mortalium immortalitate longè digniſſimo, qui cum
» tuas eximias virtutes ac præclariſſimarum actionum tuarum curſum con-
» ſtantem probè noſſet, tuamque erga ſe pietatem atque fidelitatem adama-
» ret, non ſolum magno te Magiſtratui voluit præficere, Præſidemque in
» illo ipſo ſapientiſſimo Senatu conſtituere, verumetiam Cognitorem
» ſummum facere Iacobum Gueſleum tuorum quinque filiorum probiſſimo-
» rum natu maximum, cuius cum ſingulari morum integritate & copioſiſ-
» ſima doctrina certat flumen aureum eloquentiæ, quem breuiſſimo tem-
» pore facile docuiſti ea quæ tu longo rerum omnium tractandarum vſu co-
» gnouiſti. Equidem nequeo non in magna felicitatis parte ponere, quod
» Ego eos omnes vnus Latinas & Græcas litteras, omnemque Philoſo-
» phiam, quantum in me ſitum fuit, ſtudioſè docuerim. Ad Iacobum tale
» extat Sammarthani Epigramma lib. 3.

Quo tuus ante Parens, nunc Munere clarus eodem
Fungeris, acceptum continuaſque decus.
Quæ tamen ille ſenex duri poſt longa laboris,
Tædia, virtutum præmia ſera tulit,
Hæc tibi vel Iuueni tribuunt dum mitia fata,
Macte animo, ſpondent & tibi plura ſeni.

Ioannes de Goüé Nobilis Cenomanenſis in Artibus Magiſter an. 1495. ſe nominauit ad Collationem Epiſcopi Cenomanenſis, & ad Præſentationem Abbatis de Lonlayo. Ex eadem gente Marinus de Goüé an. 1571. Academiæ fidem præſtitit, & Ludouicus de goüé an. 1588. Rectore de Magnanes. Gens iſta quæ eſt inferioris Cenomaniæ inter Nobiles viget adhuc inſigniter his quibus ſcribimus temporibus.

Ioannes Hego Cameraçenſis Collegij Montis Acutani Burſarius, & è Pauperum gremio à Natali Beda aſſumptus in Adiutorem Primariatus. Poſt obitum verò Bedæ ſolus rexit ab an. 1536. ad an. 1546. quo è viuis exceſſit. Ille vetera ædificia Collegij & ea præſertim quæ ab Aula Theologorum ad vicum ſancti Stephani de Greſſibus protenduntur, inſtaurari curauit.

Ioannes Hennuyer Philoſophiæ Profeſſor in Nauarrico & Cenomanenſi, an. 1532. Antonij Nauarræ Regis Præceptor. Idem legitur fuiſſe Præceptor Caroli Borbonij & Caroli Lotharingi in Colleg. Nauarrico, qui deinde Cardinales fuerunt. Idem ad Dominicanos ſe contulit. Doctorque Theologus factus. Huic Henrico II Franciæ Regi à Confeſſionibus & Eleemoſynis. Poſtremo Epiſcopus Lexouienſis an. 1560. errantes à fide reduxit, ſeruauitque qui ſupplicio deſtinati fuerant. Obijt 12. Aug. an. 1578.

Ioannes Hortenſius, ſiue de Hortis Gall. des Iardins, Laudunenſis Magiſter in Artibus factus an. 1509. Humaniorum litterarum in Cardinalitio Profeſſor, deinde ad Medicinam ſe contulit, an. 1514. Baccalaureatum, an. 1519. Doctoratum aſſecutus eſt. Doctorque Regens factus in Comitijs 23. Decemb. 1521. ſupplicauit vt Vniuerſitas inuigilaret, redemptioni quorundam è Scholaribus ſuis incarceratorum; de quibus ita concluſum,

porrigendum libellum *ſupplicem ad requirendum captiuos qui ſunt de gremio Vniuerſitatis*, an. 1524. eiuſdem Facultatis Decanus electus eſt. Magnumque nomen & illuſtre in Profeſſione Medecinæ obtinuit, adeo vt omnes morbos vna excepta fatali neceſſitate vnus poſſe curare crederetur, itaque tritum iſtud de eo vulgo iactabatur.

Contra vim Mortis non eſt Medicamen in Hortis.

Franciſci I. Medicus fuit. Bibliothecæ Facultatis Opera Galeni Græcè edita addidit. Obijt an. 1547. ictu Sanguinis dum ſuos conuiuio exciperet. De cuius obitu Philippus Portæus Abbas Tironius.

Aprés auoir ſauué par mon Art ſecourable,
Tant de corps languiſſans, que la mort menaçoit,
Et chaßé la rigueur du mal qui les preſſoit,
Gagnant, comme Eſculape vn nom touſiours durable.
Cette fatale ſœur, cruelle, inexorable,
Voyant que mon pouuoir le ſien amoindriſſoit,
Vn iour que ſon Couroux contre moy la pouſſoit,
Finit quant & mes iours mon labeur profitable.

Paſſant. *Moy qui pouuois les autres ſecourir,*
Ne dis point qu'au beſoin ie ne me pûs guarir;
Car la mort qui doutoit l'effort de ma ſcience.
Ainſi que ie prenois ſobrement mon repas,
Me prît en trahiſon, ſain & ſans defiance,
Ne me donnant loiſir de penſer au treſpas.

Alius ab eo Ioannes de Hortis ſimiliter Laudunenſis per plures annos rexit in Artibus, & regebat adhuc an. 1533. tum Curio Eccleſiæ Parochialis Deſery eiuſdem Diœceſis & Capellanus Capellaniæ Caſtri de Hamel, Tertius Ioannes ſimiliter Laudunenſis an. 1525. Academiæ Iuramentum præſtitit & Michaël an. 1523. 4us. Ioa. Pariſ. an. 1530. Ioannes item Pariſ. 1531. Iacobus de Hortis Pariſ. & Thomas an. 1544. Petrus & Ioannes des Iardins Pariſ. an. 1552.

Ioannes Laffilé Pariſinus actu Regens ſe nominauit an. 1508. ad Collationem Epiſcopi Laudunenſis. Ex ea Laffillæorum gente Plurimi exierunt Academici. Nicolaus Clericus Pariſ. Regens in Artibus, Curio Eccleſiæ Parochialis ſancti Petri de Confluentio prope Carentonem, qui an. 1541. ſe nominauit ad præſentationem Abbatum S. Dionyſij & S. Maglorij. *Guillelmus Laffilé* Clericus quoque Pariſ. Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ S. Petri Puellaris Bituricenſis, qui ſupradicto anno ſe nominauit ad Collationem Epiſcopi Pariſ. & præſentationem Abbatis Cluniacenſis. Idem an. 1550. factus Procurator generalis Vniuerſitatis. Quo Officio eiurato, an. 1551. factus Scriba eiuſdem Vniuerſitatis & Artium Facultatis, Item & Notarius Curiæ Conſeruationis. Robertus Iuratus an. 1533. Ioannes Laffilé Procurator Fiſcalis Facultatis Artium an. 1551. Simon item Scriba Vniuerſitatis & Facultatis Artium poſt obitum Guillelmi Fratris an. 1556. quod Officium exercuit ad an. vſque 1588. Petrus Doctor Medicus 1555. & Profeſſor Regius. Stephanus qui anno 1553. cum Tertio Ordini apud Cardinalitios præeſſet, factus eſt Procurator Nationis gallic. Idem forte Collegij Cardinalitij Primarius & Doctor Theologus. Nam an. 1594. Primarius huiuſce nominis ſubſcripſit cuidam Inſtrumento. Hilarius Iuratus an. 1576. Iacobus & Nicolaus an. 1588. Ante omnes verò iſtos Nicolaus Laffilé Doctor Medicus initio ſeculi floruit, & anno 1510. vnus fuit ex Electoribus Ioannis guiſchard in Decanum Facultatis Medicinæ. Idemque electus Decanus an. 1518.

Ioannes Mathæus Magnus humaniorum litterarum & Rhetorices Profeſſor in Becodiano ſcripſit *de litterata nobilitate* Orationes quinque, quas Philippo Huralto Vice-Comti Chiuernio, Aureliorum, Belocenſium &c. Gubernatori, Franciæ Cancellario Domino ſuo Cliens dedicauit an. 1588. In Ep. Dedicatoria ſic eum compellat. *In magna meæ felicitatis parte pono, cum me fortunatum Clientem naſci voluerit, ille nimium ruſticus, & mihi damnoſus meus pudor fuiſſet, ſi me à te Patrono reieciſſet, quem alij Extranei & ſola virtutis voluntate ſibi commendati ſibi Patronum adoptare conſueuerunt.*

Ioannes Moreau Cenomano-Lauallenſis an. 1537. 14. Ian. fuit Nationis Gallic. Procurator factus cum Logicam profiteretur. Idem ad Theologiam ſe contulit, & in eadem lauream obtinuit, & an. 1553. ſe nominauit ad præſentationem Eccleſiæ Collegiatæ omnium ſanctorum Diœceſis Sagienſis, & Abbatis de Tiron. Diœceſ. Carnoten. ita autem ſe nominauit. *Ioannes Moreau Clericus Cenomanenſis in Theologia Doctor.* Vnde patet tunc Doctores Theologos nondum fuiſſe vlli ſacro Ordini adſtrictos. Meminit Ioannis Moreau Doctoris Theol. Franciſcus de Cruce Cenomana in ſua Bibliotheca, eumque natum Cenomani, ſcribit, eiuſdemque Eccleſiæ Canonicum anno adhuc 1584. floruiſſe annos natum plus ſexaginta. Quem ait vitam compendiariam conſcripſiſſe Epiſcoporum Cenomanenſium & nonnulla quoque Latinè edidiſſe. An verò hic à Lauallenſi alius ſit, meritò dubitari poteſt.

Ioannes Muldrac Nobilis Conſtantienſis an. 1532. Iurauit Academiæ. Iacobus Muldrac Bajocenſis an. 1533 Iacobus Canonicus Semipræbendatus Eccleſiæ Siluanectenſis, & Baccalarius formatus in Theologia. Antonius Muldrac Sueſſionenſis an. 1550. Rector Vniuerſitatis an. 1563. tum Regens Harcurianus. Iacobus Muldrac Siluanectenſis an. 1551. Item Iacobus & Robertus Nobiles Conſtantienſes an. 1575. Ioannes Muldrac Sueſſionenſis an. 1585. Itaque Gens iſta rectè accenſeri debet Academicis.

Ioannes Paſſerat Trecenſis an 1551. Academiæ Iuramentum præſtitit. Is, vt ſcribit Sammarthanus, primus apud Pariſios in Schola Regia reconditas veræ Latinitatis opes aliquanto maiore cura & ſtudio perueſtigauit, Iuuentutique aperuit, cum Turnebus, Auratus, Lambinus cæterique prius in eadem Schola Profeſſi græcis potiſſimum interpretandis operam & induſtriam impendiſſent. Petro Ramo delectus à Rege ſucceſſor. Fuit altero captus oculo facieque rubore ſuffuſa quæ triſte neſcio quid ac ſeuerum præ ſe ferret, ſed eius ingenio nihil erat amœnius, nihil ſermone facetius, nihil vſu & congreſſione iucundius. Henrico Memmio in amicitiam & familiam acceptus, vndetriginta annos apud eum vixit. Extant eius opera. Obijt Paralyticus pridie id. Septem. an. 1602. ætatis 73. quem inter extrema ſuſpiria pro ſolita iocandi libertate tale ſibi Epitaphium concinnaſſe ferunt.

Hic ſitus in parua Ianus Paſſertius vrna,
Auſonij Doctor Regius Eloquij.
Diſcipuli memores tumulo date ſerta Magiſtri,
Vt vario florum munere vernet humus.
Hoc culta officio mea molliter oſſa quieſcent,
Sint modò carminibus non onerata malis.

Iacet apud Dominicanos via Iacobæa, vbi Io. Iacobus Memmius Henrici filius Libellorum ſupplicum Magiſter marmoream ei ſtatuam collocauit. Obijt autem circa horam 4. Veſpertinam in Collegio Claromontano, vt notat Reg. Nat. Ger. ſuperiore ſeculo floruit alius ab eo Ioannes Paſſerat Magiſter in Artibus, & in Decretis Licentiatus, ſeque anno 1492. nominauit ad Collationem Epiſcopi Nouiomenſis & præſentationes Abbatis Maioris Monaſterij.

Ioannes Pelletarius Cenomanus frater Iacobi Doctoris Medici, in Col-

legio Nauarrico Philoſophiæ Profeſſor circa ann. 1530. ad Theologiam deinde ſe contulit, & Doctor Scholaſticus factus eiuſdem Collegij Magnus Magiſter an. 1557. S. Iacobi de Maceria Curio. Ad Concilium Tridentinum anno 1562. cum Cardinale Lotharingo profectus inter cæteros Doctores eminuit. Obijt Lutetiæ 28. Sept. 1583. & in Æde Nauarrica ſepultus eſt eo loco vbi Grammatici Secundani ſcamnum habent, & tale legitur eius Epitaphium. *Cy giſt honorable & ſcientifique Perſonne M. Iean le Pelletier. Docteur & Doyen de la Faculté de Theologie, Grand-Maiſtre de la Maiſon de Nauarre, qui treſpaſſa le 28. Septembre 1583. Requieſcat in Pace.* Ei in Magno Magiſterio Domus ſucceſſit Guill. Roſe. Ex iſta Pelletariorum Cenomanenſium Gente multi prodierunt viri Academici. Nam ante illum de quo loquimur, fuit *Ioannes Pelletarius* Cenomanenſis Quæſtor Nationis Gall. an. 1503. Alter ab eo Ioannes le Pelletier Cenoman. determinauit in Artibus an. 1507. Ioannes le Pelletier an. 1524. Rectore Lullier, is credo, noſter. Alexander le Pelletier an. 1525 Iulianus eodem anno Godefridus le Pelletier an. 1529. Ioannes an. 1532. Iacobus an. 1548. Oliuarius Benef. Cenom. an. 1576. Bartholomæus le Pelletier Pariſienſis an. 1579. Carolus le Pelletier Pariſ. & Henricus le Pelletier Pariſ. eodem an. 1579.

Ioannes Riolan ex Gente Riolanorum apud Ambianos oriundus Quinquennium in Artibus incepit ſub M. Ioanne Marie Philoſophiæ Profeſſore in Collegio Marchiano an. 1525. videturque ille Eccleſiaſticæ fuiſſe Profeſſionis. Fr. Guillelmus Riolan Ambian. an. 1528. Rectore Mys fidem Academiæ dedit. Ioannes Riolan Ambian. an. 1552. Regebat adhuc in Artibus in Becodiano an 1574. ad Medicinam ſe contulit, & in ea Facultate Doctoralem lauream adeptus eſt. Ioannes III. Riolanus qui in Codice Iuratorum dicitur Nobilis Pariſinus fidem Academiæ dedit, Rectore Amboſio an. 1592. ipſe quoque deinde Doctor Medicus.

Ioannes Papillon Trecenſis Liberalium Artium in Colleg. Nauarrico Profeſſor, rexit in San-Barbarano, & regebat in Artibus an. 1525. Nationis Gall. Procurator anno 1526. in Theologia deinde Doctor Societatis Regiæ Nauarricæ eiuſdemque Magnus Magiſter. Obijt an. 1555. & jacet in Capella prædicti Collegij quo loco Secundani ſacrum audiunt. Et tale legitur eius Epitaphium. *Hic iacet M. Ioannes Papillon Doctor Theologus natus Arrecis Diœceſis Trecenſis, eiuſdem Eccleſiæ Canonicus, huius Domus Magnus Magiſter, qui obijt 5. April. 1555. ante Paſcha. Pater noſter.*

Ioannes de Roüen Rotomagenſis è paupere Gente ortus, in Burgundico plures annos Profeſſus, Nationis Normanicæ Procurator, & Cenſor, demum Vniuerſitatis Rector an. 1575. 23. Iunij Academiæ cauſam & antiquiſſimum Pergameni ius contra quorundam hominum importuniſſimas nundinationes in Senatu Pariſ. defendit. Animos complurium Scholaſticorum ab otio & modeſtia (ita legitur in Codice Iuratorum) ad aciem ſuperbiamque neſcio quo ſeditionis flabello excitatos mitigauit, Academiamque conſtituit. Bis terque à Cardinale Borbonio rogatus vt Ieſuitas in conſortium Academicum reciperet, reſtitit, *ne Scholam Pariſienſem quam Majores noſtri præſidijs firmatam atque omni ratione obuallatam tenuerunt, eo Rectore & Duce, reſcinderent homines alienigenæ, quorum cauſa adhuc penderet ante aliquot annos in Senatu Portis patentibus variè per diſertiſſimos oratores diſputata.* Extat Cl. Bineti Bell. ad ipſum Rectorem Carmen iſtud.

Salue dicta tribus verè Burgundia cauſis,
Regia. Te Regina ſuis quam ſumptibus auxit,
Et ſtruxit primò. Dehinc Regia dicta Roani,
Auſpicijs, Muſas Dum ducit, dum regit annis
Ipſe tribus, primo reſidens veluti ordine Apollo.
Sic vbi Romanæ præſtat tria munera linguæ,

Romanum vt malim quàm dici ex more Roanum.
Vnde oſtro inſignis quantum ſuſceperit annis
A Tribus ipſe oneris, tantum ſibi cernit honoris
Mandari, annos tres triplici ſic menſe rependens.
Quod felix huic ſit fauſtumque, bonumque precabor,
Scilicet ipſa ſuo faueat menſe inclyta Iuno.
Iulia geſta gerat, ſit Iuli vt nomine dignus,
Sitque ſororum Dux Auguſto auguſtior ipſo:
Quem læta ex imo Virgo vt ſpectarit olympo,
Circundet ſpicis, palmis, lauroque virenti,
Vt quem cura, labor preſſit iuuenilibus annis,
Huic & felicem præſtent bona fata ſenectam.

Annis 12. in Burgundico Rhetoricam docuit tanta nominis fama, vt nemo ſe ſatis eloquentem putaret, aut diſertum qui Roannum non audiſſet. Relicto Burgundico ad Harcurianum tranſuolauit, vbi etiam annis tribus Claſſem rexit & 400. amplius auditoribus ſubſellia ſua compleri vidit. Hinc ab Henrico III. euocatus ad Nepotis ex Fratre Carolo IX. inſtitutionem, Domuſque diſpenſationem: quod munus obijt annis quinque. Sed interueniente Henrici fatali cæde, ſibi & Academiæ deinceps vixit. Apud Sorbonam Doctor ipſe factus, ex peculio præſertim quod in Caſtris Palladis acquiſiuerat, an. 1612. Cathedram Theologicam ſexcentis annuis libellis dotauit ac fundauit, quæ de Caſibus Conſcientiæ dicitur. Cuius viri laudes ob tam illuſtre factum omnes Muſæ Pariſienſes cecinerunt. Obijt paulo poſt plenus dierum.

Ioannes Peſchant Canalicenſis in Marchia Gallicana agri Lemouicenſis, Tribus Bituricenſis in Nat. Gall. Decanus, cum regeret in Artibus in Colleg. Nauar. eiuſdem Nationis Gall. Procurator factus 4. Id. Feb. an. 1574. Rector Vniuerſitatis 15. Dec. an. 1578. tum Baccalaureus Theol. Societatis Nauar. demum Doctor & Decanus ſuæ Facultatis. Iacet ad ingreſſum Sacrarij interioris ſub tumulo & hoc Epitaphio. *Hic iacet inclytus vir D. Io. Peſchant Canalicenſis Marchianus Doctor Theologus & Doctorum Theologicæ Facultatis Pariſ. Decanus, Conſiliarius, Eleemoſynarius & Concionator Regius*, qui octogeſimum octauum ætatis ſuæ annum agens, obijt die 25. Octob. an. D. 1550. *Da Preces, Lector beneuole.* Eius obitus celebratur quotannis.

Ioannes de Quintana cum diu rexiſſet in Artibus, à Natione Gall. petijt ſibi dari 20. ſcuta & totidem mutuo ad Doctoratũ in Theol. adiſpicendum. Qua ſupplicatione audita, vt habetur in Reg. Nat. Gall. ad diem 17. April. an. 1520. conſiderauit Natio *ſupplicantem eſſe quammeritiſſimum ſuppoſitum eiuſdem Nationis, qui toto tempore vitæ ſuæ bonarum Artium diſciplinis humanus & omnibus ſtudendo & regendo tempus tum contriuerat & dedicauerat. Et vt id exemplo foret poſteris, concluſum extitit quod dictus ſupplicans 20. ſcuta auri dono & decem mutuo haberet & reciperet à Natione. Idem concluſum in Comitijs 13. & 17. Maij. Additque 20. aureos dono, totidem mutuo ipſi dandos. Cui Concluſioni cum ſe oppoſuiſſet Prouincia Remenſis, die 22. Maij ab oppoſitione extitit trutinatis exactiore trutina eiuſdem laboribus, quot, Siſyphum voluendo ſaxum, tum docendo tum legendo impiger hauſerat, inquiens æquum eſſe labori præmium reſpondere, cum præfatis Prouincijs prædictam pecuniam ei diſtribui cenſuit.*

Ioannes Quintinus ſacræ Crucis militiæ addictus, Iuris Pontificij Doctor & in Florenti ſtudio Legens Ordinarius plurimas Legationes Academiæ cauſâ obijt; vnam verò inter cæteras, ad Regem & Cancellarium Franciæ pro exemptione Vniuerſitatis à Tributis, ſeu Subſidijs Regijs. Cuius quidem legationis ratio reddita eſt in Comitijs 6. Aug. 1539.

Ioannes de Racappe, aliàs de Magnanes, Nobilis & Beneficiatus Andegauenſis

gauenſis an. 1577. Academiæ Pariſ. Iuratus, eiuſdem Rector renunciatus 16. Decemb. 1589. Baccalaureus Theol. primi Ordinis, & ſocius Nauarricus, ex vtroque Parente clarus & nobilis. Pater Regiæ militiæ Eques Torquatus, Hæreticorum hoſtis acerrimus, Carolo IX. & Henrico III. Regibus fuit Nobilis Ordinarius Regiæ Cameræ, ſimulque nobiliorum Regij Corporis Cuſtodum Pręfectus atque Dux. Quæ autem in Academia Rectore Ioanne contigerint, dictum eſt in Hiſtoria. Fratrem habuit Mathurinum de Racappe aliàs de Magnanes, qui Academiæ quoque Iuramentum præſtitit anno 1580. Rectore Petro Roſey. Ioanni ob rem bene geſtam prorogati ſunt faſces Rectorij ad diem 23. Iunij 1590. & paulo poſt nempe 15. Kal. Nouemb. vita ceſſit, omnibus amicis, omnibus bonis, maximè verò Sodalibus Nauarricis carus. Extat eius ſcedula data 8. Martij 1590. qua interdicit Decretiſtis ne Coniugatos in ſuum Collegium admittant. *Nos Ioannes de Magnanes Academiæ Rector accepimus vos contra antiquam & laudabilem conſuetudinem, contra Apoſtolica Statuta, contra Concluſionem in publicis Academiæ Comitijs à 3. aut 4. menſibus factam velle quoſdam Coniugatos in veſtrum Collegium Iuris Pontificij cooptare, id ne faciatis intercedimus, & pro noſtra autoritate Rectoria mandamus vobis, vt Celibes deligatis, ſi ſecus feceritis, efficiemus vt id omne irritum reddatur, & vos non exiguam ſubeatis ignominiam.*

Ioannes Tiſlinus, Tillius, Gall. Tiſlet Voſago-Lotharingus Magiſter in Artibus & in Iure Canonico Baccalaureus, Rector Eccleſiæ Parochialis de Eliaco Diœceſis Tullenſis & Capellanus Capellaniæ S. Bartholomæi in Eccleſia Tullenſi, an. 1539. die 23. Iunij Rector Vniuerſitatis à M. Deſiderio Finantio Electore ſeu Intrante Nationis Germanicæ renunciatus eſt; qui in Actis diei dicitur *vir Ingenuus, compoſitus, doctus, vigilans, in quo videlicet Natura ipſa omnes ſuas dotes abunde congeſſit.* Hinc ad ædes Nauarricas deductus. Vrbanus Tiſlet an. 1540. Nat. Germ. Procurator fuit electus tum actu Regens in Cardinalitio.

Ioannes Tillius Gall. du Tillet ex Gente Engoliſmenſi Pariſienſem Academiam vrbemque nobilitauit, ab Henrico II. ad Epiſcopatum San-Brioçenſem an. 1553. nominatus eſt, & à Carolo IX. ad Meldenſem tranſlatus an. 1565. *Ille, vt ſcribit Sceuola Sammarthanus, de re Gallica bene mereri cupiens Francorum Regum res geſtas breui Chronico, ſed abſolutiſſimo tum Latinè, tum Gallicè complexus eſt.* Fratrem habuit Ioannem Tillium Curiæ Pariſienſis Actuarium ſeu Scribam, virum quoque doctum & fraternorum Studiorum æmulatorem: quippe ille Carolo IX. de rebus Gallicis libros duos dedicauit. *Hoc verò*, inquit Sammarthanus, *fortunæ factum admirabile videri poſſit & commemoratione non indignum, quod eruditos illos nobileſque duos Fratres & nomen idem ſortitos, & eadem fere ſtudia profeſſos nec adeo multum ætate diſpares idem locus, idem annus, idemque menſis è vita ſuſtulerit.* Nempe obierunt Pariſijs menſe Nouembri ſeu Decemb. an. 1570. ſcribit verò Thuanus Epiſcopum fuiſſe natu minorem, eumque Franciſci I. permiſſu, perluſtratis Cœnobiorum ac aliorum locorum Bibliothecis atque inde peculiari ſibi inſtructo librorum veluti penu copioſo, in vtroque genere venerandæ Antiquitatis monumenta publico dediſſe. De eius operibus legendus Poſſeuinus.

Ioannes Tixier, vulgo Textor aliàs Rauiſij Niuernenſis, in Artibus Magiſter in ijſdem diu rexit apud Collegiũ Nauarr. an. 1516. ſe nominauit in Beneficijs ad Præſentationem, Collationem & omnimodam aliam Prouiſionem Epiſcopi & Capituli Niuernenſis. In Reg. Nat. Gall. de eo ſic legitur ad 1. Septemb. an. 1520. In Collegio Nauarræ *ſupplicuit de re litteraria bene meritus M. Ioa. Textor in prædicto Collegio primam regens Claſſem vt M. Petro Viterio deinceps non darentur diſtributiones, cum nec eſſet in præfato Collegio, aut antiquiſſimus Regens nec iuratus.* Idem die 16. Decemb. an. 1521. Quatuoruir pro Natione Gall. elegit in Rectorem M. Io. le Seurre Baccalaureum Formatum in Theologia. Obijt 3. Nou. an. 1522. & in naui ædis Nauarricæ ſepultus eſt cum hoc Epitaphio.

Vitæ immortalis Textor ſibi texere telam,
Orſus erat fretus Palladis arte ſacræ.
Atropos id ſenſit, ſed non ait abſque ſororum,
Iſta trium texi ſtamine tela poteſt.
Textorem ante diem extinxit Mors inuida; at illi,
Tela vel extincto eſt accelerata magis.

Extant quædam eius Opera magnæ vtilitatis, præſertim Officina in qua multa collegit quæ ad Hiſtoriam pertinent, Epithetorum opus, Cornucopia. Carmina diuerſi generis, Dialogi, Orationes, &c.

Ioannes Vaſſorius, aliàs *le Vaſſeur* Ambianenſis Rector Vniuerſitatis electus 16. Decemb. 1541. ad quem extat hoc Epigramma M. Michaëlis Grenet Carnutæi.

Vaſſorium titulis auget Rectoria pompa:
Rectoris Pompam famaque Vaſſorij.
Nomen habet Vaſſeur, quia tuto tramite pergit,
Progreditur tali tuta Minerua duce.

Alter eiuſdem nominis & cognominis, ſed Pariſinus Rector electus eſt 23. Martij 1542. Regens in Collegio Cenomanico & Baccal. in Medicina ad quem extat quoque eiuſdem Greneti Epigramma.

Ante tuo Rector noſtris de nomine Muſis
Contigit, eiuſdem nominis alter ades.
Ille Picardus erat, te docta Lutetia fudit;
Patria non eadem, ſanguis at vnus erat.
Securos calles Academia nomine tali
Sperauit, nec ſpes te duce, vana fuit.

Ioannes le Vayer, ſeu *le Voyer*, aliàs *Viſorius* Cenomanenſis Regnante Franciſco I. litteris inclaruit Græcis & Latinis, anno 1532. Academiæ fidem dedit; deinde in Burgundico Claſſicus fuit & Procurator nat. Gall. an. 1537. Is eſt, credo, Dominus S. Pauacij quem ſcribit Franciſcus à Cruce Cenomana compoſuiſſe multa Opera Latinè & Gallicè, atque anno 1568. Cenomani fato functum fuiſſe. Ex eadem Gente Geruaſius le Vayer Iuratus an. 1537. & Ioan. le Vayer filius Prioris qui anno 1570. ſacramentum Academiæ præſtitit.

Iodocus Badius Aſcenſius Gandaui natus in Brabantia an. 1462. relicta Patria, in Italiam profectus M. Baptiſtæ Guarino litteras Græcas Ferrariæ profitenti adhæſit, in eaque lingua plurimum profecit. Hinc Lutetiam veniens inter primos litterarũ humaniorum Profeſſores, Poëtices & Rhetorices laude emicuit. Poſtea Lugduni Scholam aperuit, vbi publicè magnâ frequentiâ profeſſus eſt, priuatim verò multas enarrationes explicationeſque Poëtarum, Oratorum & Hiſtoricorum nouâ methodo, ſcilicet conſtructione vocum & Syntaxeos expoſitione feliciter compoſuit, & in vulgus emiſit, quæ Doctorum manibus paſſim teruntur. Scripſit præterea Opus metricum contra vitia quod inſcripſit, *Siluam moralem l. 1. contra Vincentium l. 1. Pſalterium Mariæ verſibus Saphicis l. 1. de Grammatica l. 1.* Epigrammata plura, Epiſtolas varias. Hæc de eo Trithemius, qui addit an. 1494. tum fuiſſe Iodocum natum annos duos & triginta. Floruit adhuc ſequente ſeculo.

Iodocus Clicthouæus Neoportuenſis Picardus Diœceſ. Morinenſis hoc & ſuperiori ſeculo floruit; in Coll. Becodiano ſtuduerat. Habuit inter alios Diſcipulos Io. Auentinum Scriptorem Hiſtoriæ Bohemicæ. Vide quæ de eo ad an. 1506. licet verò in Grammaticæ & Artium Profeſſione excel-

luiſſet, ad Doctoratus tamen Theologici apicem conſequendum ſumptus ex ærario Nationis Picardicæ ſibi donari poſtulauit in Comitijs 28. Nouemb. 1506. apud San-Iulianum habitis. *Supplicauit in facie Nationis hon.* M. Iodocus Clicthouæus Diœc. Morinenſis in Theologia Licentiatus bene meritus, quod Natio dignaretur ei porrigere manus adiutrices pro ſuo Doctorali Gradu propediem ſuſcipiendo, illique gratuitum aliquod munus pecuniarium præſtare, quemadmodum alijs in ſimili caſu aliquando conſueuerat. Super qua ſupplicatione præfata Natio decreuit vnanimiter & nemine contradicente. *Attentis laboribus per prædictum M. Iodocum ſuſceptis in Adoleſcentium moderatione tam in Grammaticis quàm in Artibus pro perficiendo Magiſterio in Theologia liberaliter ei concedere & tradere 12. ſcuta auri, illi à Receptore tradenda, cum primum habuerit pecunias Receptor.* Lutheranos acriter inſectatus eſt & voce & ſcriptis, contra quos edidit complura opuſcula. Ludouico Pannoniæ & Bohemiæ Regi librum dedicauit de Regis Officio, an. 1519. qui prodijt in lucem ex officina Henrici Stephani.

Eiuſdem Cognominis Hieronymus Clicthouæus Rector fuit Vniuerſitatis an 1519 deinde Doctor Theol. Nicol. Clicthouæus Morinenſis qui an. 1517. ſe nominauit ad Beneficia.

L.

LAVRENTIVS BOVRCERET Diuionenſis apud Becodianos tertiæ Claſſi Præfectus anno 1581. 15. Nou. electus eſt Procurator Nat. Gall. poſt Claudium Francæum. In Colleg. Nauarrico Rhetoricam profeſſus eſt, deinde Curſum Philoſophicum incepit an. 1587. Anno verò 1584. Vniuerſitatis Rector electus, & Paranymphicas Licentiandorum in Theologia Orationes habuit, quas Gilberto de Beaufort San-ſequanenſi Abbati dedicauit, typis excuſſas à Io. Hulpeau è Regione Coll. Marchiani an. 1584. in Laudatione verò Antonij Carbonelli Canonici Caturcenſis Socij Nauarrici hæc habet inter cætera de Collegio. *Sapientiſſimè quidem ab huius Regiæ Domus diligentiſſimis Moderatoribus conſtitutum eſt, vt nemo ad audiendas lectiones admitteretur, niſi in ipſo commoraretur Collegio, ne eorum qui in Vrbe vagarentur, quotidiano & peruerſo congreſſu ſuperbientique inſolentia honeſtiſſimorum & ſanctiſſimorum Campanorum ſeueræ diſciplinæ inſtitutio corrumperetur & contaminaretur. Tantus eſt huius Collegij ornatus, tanta ſpecies atque pulchritudo, vt in eo Principes Regij, illuſtriſſimi Duces, Cardinales, Epiſcopi reliquaque Nobilis & ſtudioſa totius Galliæ Iuuentus inſtituatur, edoceatur & optimis moribus informetur. In hoc Regio Campanorum Collegio totius Academiæ tabulæ, veterum autoritates, monimenta, immunitates Regum & Pontificum munera coaceruantur. Tota Academia huic Scholæ tantum tribuit, vt in ipſa, Comitia Honoraria fierent, publicæque preces funderentur.*

Ludouicus Barillon Nobilis Pariſ. anno 1552. Academiæ fidem dedit, Rectore du Saix. & Ioan. Barillon ex eadem Gente Nobilis quoque Pariſinus an. 1577. Rectore Dernecourt. Quæ Gens omnino Academica eſt, & plurimos Illuſtres toga viros protulit.

Ludouicus Berquinus Arteſius genere Nobilis, ingenio excellens, cuius viuacitate abuſus adhæſit Luthero, hinc Sorboniſtas nonnullos & alios Catholicæ Religionis aſſertores, Bedam & à Quercu quaſi Mathæologos inſectatus eſt, immo & impietatis accuſauit, ſed ſuccubuit tandem. Eius ſcripta arſerunt præſente ipſo, perpetuiſque carceribus, damnatus eſt; at ille mortem præferens, contumax & rebellis ſtrangulatus & combuſtus eſt, eiuſque cineres in aerem iactati an. 1529. 11. Nouemb.

Ludouicus Beras Baſileenſis poſt ſatis diuturnam in Artibus profeſſionem in qua inter primos excelluit, inter Theologicæ Laureæ candidatos primo loco cenſeri dignus, Doctoris Sorbonici nomen & dignitatem in patriam retulit an. 1513. Eccleſiæ Baſileenſis Canonicus & Scholaſticus factus pro retinenda vera Religione certauit. Scripſit librum de Præpa-

paratione ad mortem, & in aliquot Pſalmos Commentaria. Obijt Friburgi an. 1554. ſepultuſque eſt in Baſilica cum hoc Epitaphio quod Nepotes poſuerunt. *Vitæ ſanctimonia ac multijuga rerum doctrina viro D. Ludouico Bero, Theologica Profeſſione Doctori Pariſienſi, Scholaſtico & Canonico Cathedralis Eccleſiæ Baſilienſis tres ex Fratre Nepotes Antonius, Mathias & Franciſcus Beri mœſti poſuerunt. Obijt poſtridie idus April. an. Domini 1554. Cui propitius ſit Deus. Amen.*

Extant ad eum plurimæ virorũ Doctorum litteræ, & præſertim Eraſmi.

Ludouicus Borbonius in Collegio Nauarrico à teneris educatus, demum Cardinalis an. 1524. in eodem Collegio habitis Vniuerſitatis Comitijs, orationem habuit, in qua vt ſcribit Io. Colinæus Nat Gall. tum Procurator, *Vniuerſitatem magnificè & luculenter laudauit, eiuſque alumnum ſe eiuſdem fautorem ſemper fore promiſit. Quin ſi qua Vniuerſitati fuiſſent adempta priuilegia, ſeſe toto conamine vt reſtituerentur, annixurum, immò & auclurum pro viribus.* Fuit ille Sorbonæ Prouiſor & Archiepiſcopus Senonenſis. Obijt Lutetiæ in ædibus Borbonijs 9. Martij an. 1556. ætatis 63. Corpus ſuum voluit in Eccleſia Laudunenſi cuius an 1510. factus fuerat Epiſcopus, tumulari, Cor in æde San-Dionyſiana. Ianus Vitalis Poëta Italus ita de eo cecinit.

Sic Romanus habet merito, Ludouice, Senatus
Neſtora, res magnas te ſuadente, ſuum.
Et quamuis virtute vales & lumine claro
Sanguinis illuſtras Nobilioris auos,
Relligio tamen inſignes ſuperaddit honores,
Teque vocat Patrem Gallia tota ſuum.

Ex eadem Gente Carolus Borbonius Caroli Borbonij Vindocinenſis filius an. 1534. Academiæ fidem dedit; & ille fuit etiam Cardinalis. Ioannes Borbonius eiuſdem Caroli Ducis Vindocin. filius an. 1537. Rectore Aquilino Pluyette. Carolus Borbonius in Collegio quoque Nauarrico educatus ſub inſtitutione Ioannis Hamiltonij Scoti, & ille quoque fuit Cardinalis, & dictus Cardinalis Vindocinenſis.

Ludouicus Duret Æduenſis Lutetiam venit Puer, & Profeſſione litterarum claruit, maximè verò Medicinæ in qua Lauream Doctoralem conſecutus, inter primos emicuit. Ex ea Gente Ioannes in Legibus Licentiatus, ſcripſit de Magiſtratibus Romanis & Francicis an. 1574. Claudius qui an. 1573. & Ioannes qui anno 1579. Academiæ fidem dederunt. Obijt Ludouicus an. 1586. relictis pluribus filijs, quorum maior Medicinam quoque profeſſus eſt, alij ad res forenſes ſe contulerunt. Claudius Cauſam Ieſuitarum egit an. 1594. contra Vniuerſitatem.

Ludouicus Faber Pariſinus, Rector Vniuerſitatis an. 1529. & ſui Rectoratus tempore duos Fratres ſuos Guill. & Ioſephum inter Iuratos adſcripſit. Fuit ante iſtos Guill. le Febvre Pariſinus qui an. 1519. Hieronymo Clichthouæo Rectore Iuratus fuit. Ex ea Gente Nicolaus Faber ob ſingularem in tractandis Iuuenum ingenijs dexteritatem datus eſt ab Henrico IV. Præceptor Condæo Principi puero ſeptenni an. 1596. quem virum Botereius ſic depingit. *Menſe April. Princeps Condæus ſeptennis ex oppido Angeriaco in Xantonibus cum Carlota Tremolia Matre Lutetiam accerſitur, Regius ille ſurculus ſolertiſſimis agricolis expoliendus datur, in fano Germani ritibus Catholicis, Ioanni Filſaco Theologo & Fabro bonis diſciplinis imbuendus, vere Fabro qui opere nomen adæquans, quo nullus ad perpoliendæ ingenia cote bonarum Artium in vniuerſa Claſſe Eruditorum ex reliquijs melioris æui, eruditior & manſuetior inueniri potuit ab acerrimi Iudicij Rege qui in re qualibet nouit ſeligere optimos quoſque. Dexixit prid. Non. Nouemb. 1612. annos natus 68. & iacet in Cœmiterio Innocentium. Vide eius Elogium apud Sammarthanum.*

Ludouicus Laſſeré Turonicus Rector Vniuerſitatis anno 1512. Prouiſor Collegij Nauarrici, ante an. 1521. Canonicus S. Martini Turonenſis item & Eccleſiæ Pariſienſis. Vitam S. Hieronymi, item S. Paulæ & S. Ludouici in lucem edidit. Obijt 6. Sept. 1546. & in Choro Ædis Nauarricæ ſepultus eſt.

Ludouicus Regius (le Roy) Conſtantienſis Normanus Græcè & Latinè doctiſſimus, Orator & Philoſophus, Philippi Coſſæi Conſtantiarum Epiſcopi alumnus, primum ingenij ſui monimentum edidit conſcriptâ Guill. Budæi Vita & ſcriptis aliquot Epiſtolis. Multa Gallicè edidit, quorum Indicem videre eſt apud Franciſcum de Cruce Cenomana. Multa quoque de Græco in linguam noſtram tranſtulit feliciter, omnia quidem bellè; ſed quia neminem præ ſe ferebat, omniumque ſcriptorum Ariſtarchus, & nouiſſimè Ioachimum Bellaium Poëtam magni nominis temerè carpſit, ludibrio fuit tandem omnibus & contemptui. Poſtremò Profeſſor Regius in Græcis poſt Lambinum factus, vt ſcribit Genebrardus, iam ſenex aliena quadra viuere coactus eſt, qui neminem tota vita ſuperiorem ferre potuerat. Obijt an. 1579. alij ſcribunt an. 1577. & iacet in S. Opportunæ.

Ludouicus Viues Natione Hiſpanus, Patria Valentinus, inſignis in hac Academia olim alumnus & Philoſophus, ſed demum aſſumptus vt Præceptor eſſet Cardinalis Croij, & à Ferdinando petitus vt ſibi eſſet. De eo Eraſmus Ep. ad N. Ferdinandi Medicum & Præceptorem. *Eſt apud Nos Ludouices Viues*, (ſcribit autem Louanij idib. Febr. an. 1519.) *Valentinus, nondum opinor 26. egreſſus annum, ſed in nulla Philoſophiæ parte non ſupra vulgum eruditus, tum in bonis litteris, atque etiam in dicendi ſcribendique facultate eò progreſſus vt hoc ſeculo vix alium norim quem auſim cum hoc committere. Nullum eſt argumentum in quo non exercuit ſtylum. Nunc veterum exemplum referens declamat, ſed tantâ dexteritate, mihi crede, vt ſi titulum adimas, putes rem non huius regionis, nec huius eſſe ſeculi, magis autem feliciſſimis illis Ciceronis ac Senecæ temporibus natam, quibus coquis & apicijs aliquanto plus erat eloquentiæ quam nunc eſt ijs qui videri volunt Orbis magiſtri. Artis obſeruantiſſimus eſt, ſed eius affectationem ita diſſimulat, vt neges rem adumbratam agi. Video hunc cum Primis eſſe idoneum qui & tibi in inſtituendo Ferdinando ſubſidiarius ſit, præſtetque ne quis aulam iſtam vt infantem atque elinguem contemnat. Ad huius dotes & illud accedit, quod & Hiſpanicè callet, vt pote natus Hiſpanus, & Gallicè perbellè, vt qui Lutetiæ diutule ſit verſatus. Noſtrum Sermonem intelligit magis quàm ſonat. Verum haud ſcio, primùm an Cardinalis Croius cui Præceptor eſt, paſſurus ſit hominem à ſe diuelli; diligit enim eum, ita vt meretur, eſſuſiſſimè: deinde an expediat Iuuenem ampliſſimæ fortunæ raræque indolis tali formatore nudari. Impensè faueo Principi Ferdinando, ſed ita de me meritus eſt Cardinalis, vt non auſim moliri quicquam, quod illi ſit incommodo futurum. Poſtremo nondum habeo compertum, an Viues ipſe ſuſtineat auelli à tanto Patrono, cui ſe norit eſſe chariſſimum.* Vir fuit non humanæ ſolum ſapientiæ, ſed & diuinæ in omni vita ſtudioſiſſimus. Induſtriâ, patientiâ, labore & animi magnitudine probatus. Obijt Brugis in Flandria an. 1541. Cuius hoc extat Epitaphium.

Hoc tegitur Viues tumulo. Subſiſte viator
Et preſſo pacis verba precare gradu.
Quin etiam coſtum & violas & thuris honores,
Viui da promptâ debita dona manu:
Qui dum ſic verbis, rebuſque exornat ad vnguem,
Per non tentatas maxima quæque vias.
Noſtra ætas vincit veteres, atque omnibus illis,
Viuem, quem contra ponere poſſit, habet.

M.

MARCVS *Parmentier* Ambianus qui an. 1528. fidem Academiæ dedit, facem præferet Gentilibus Academicis. Nicetius Parmentier Amb. 1531. Antonius Parmentier Amb. 1532. Petrus Parm. Rotomag 1532. Item Petrus Parmentier Rotomag. 1533. Katharinus Nouiomenſis 1545. Florentius item Nouiom. in Grammatica Regens an. 1535. ſe nominauit ad Beneficia Eccleſiaſtica. Hinc ad Theologiam ſe contulit, Rector Vniuerſitatis an. 1545. Socius Sorbonicus, poſtremò Doctor Theologus. *Ioannes Parmentier Ambian. an. 1545. Daniel Nouiomenſis an. 1546. Iacobus Ambianenſis 1546. item Sebaſtianus Tullenſis. Petrus Nouiomenſis an. 1551. Andreas Beneficiatus Ambianenſis 1552. Firminus Ambian. an. 1579. Hubertus Parmenterius Nouiomen. 1585. Ioannes item Nouiomen. 1585. Nicolaus Parmentier Ambianenſis an. 1590.*

Martialis Laſcure Lemouicenſis in Pleſſæo quadriennium Profeſſus ad Theologiam ſe contulit, inter Sorbonicos nomen dedit, Cardinali Valdemontano Præceptor delectus, anno 1585. Licentiatus eſt in Theologia, & à Laurentio Burcereto cum alijs Paranymphica oratione exornatus eſt, in qua laudes quoque continentur Domus Sorbonicæ. *Hæc ſchola multis iam ab annis illud conſecuta eſt vt omnes Doctores ab ipſa honoris & dignitatis nomen ſe accepiſſe gloriarentur. In hac ſchola nullus vnquam locus ambitioni, arrogantiæ, temeritati, ſuperſtitioni relictus eſt. Quod niſi ita res ſe ſe haberet, iam de Religione Chriſtiana toto terrarum orbe actum fuiſſet.* Ex Sorbona » eruditiſſimi & eloquentiſſimi Concionatores, ex Sorbona Circunſpe- » ctiſſimi Epiſcopi, ex Sorbona ſacratiſſimi Præſules qui Chriſtianum Po- » pulum fide, charitate, exemplo inſtituant, Hæreticos ab errore Reli- » gionis reuocent, minuſque Chriſtianos ad verum Dei cultum adducant, » à noſtris Optimis Regibus ſingulis fere annis deliguntur.

Martialis Maſurier Lemouicenſis confecta in Artibus profeſſione, ad Theologiam ſe contulit, an. 1517. tum Doctor Theologus ſe nominauit ad præſentationem & Collationem Epiſcopi Meldenſis & Abbatis San-Germano Pratenſis. Ab Epiſcopo verò Meldenſi aduocatus ad ſacrarum Concionum munia ſub initia Lutheraniſmi, paulò liberius locutus venit in ſuſpicionem hæreſeos, hocque nomine delatus ad Curiam Pariſ. à Franciſcanis Meldenſibus; qua de re diximus in Hiſtoria ad an. 1525. verùm cautior factus in Eccleſia Catholica perſeuerauit. Eccleſiæ Pariſ. Canonicus ac Pœnitentiarius obijt circa an. 1540. Edidit Gallicè Inſtructionem de methodo confitendi Peccata.

Martinus Dolet Pariſienſis an. 1503. Incepit in Artibus. An. 1508. Procurator fuit Nationis Gallicanæ, an. 1515. ſe nominauit ad Collationem Epiſcopi Meldenſis & præſentationem Prioris S. Martini. An. 1522. Vniuerſitatis Rector fuit. Idem Dolet Syndicus Facultatis Artium. Et cum an. 1529. Nat. Gall Quæſtor eſſet, ſuaſit aboleri conſuetudinem 20. aureorum qui ſingulis Quæſtoribus annuatim pendi ſolebant. Obijt eodem anno, & die 3. April. Decretum eſt eius exequias eſſe publico ſumptu proſequendas. Ex eadem Gente Petrus Dolet Pariſ. Iurauit Vniuerſitati an 1533. Hugo & Oliuarius Dolet Pariſ. an. 1594. Rectore Ioan. Gallandio.

Mathæus Boſſulus inter primos ſui temporis Philoſophos excelluit. In Becodiano diu docuit, Gymnaſiarcha Guill. Gallandio. Ille tamen in ſuſpicionem venit hæreſeos, ſed illam à ſe amouit. De eo dictum in Hiſtoria & in Indice. Regebat adhuc in Artibus in Harcuriano an. 1583.

Mathæus de Laureo Doctor Theologus commemoratur honorificè in Actis Vniuerſitatis 19. Aug. 1518. quod ad conuerſionem Regis Bohemiæ & Bohemorum ſedulam operam contulerit: quamobrem plurimæ ei gratiæ actæ in Comitijs iſtius diei. Ille autem, vt legitur in Actis, *allegauit occaſiones reductionis eorum. Vna eſt quia pauci ſunt Sacerdotes, nec habent niſi*

furtinè promotos & apoſtatas. 2. *Quia eſt eidem moleſtum quod ſeculares eorundem non admittuntur in domibus Principum; alia eſt quia Waldenſes eos nunc infeſtant.* In hanc rem Vniuerſitas direxit litteras ad Papam, ad Imperatorem & ad Regem Hungariæ *ſuper reductione deliriantium à fide.*

Maturinus Corderius inſignis Grammaticus, in Collegio Marchiano diu Pueros docuit, ibique Mommorios diſcipulos & Caluinum Nouiodunenſem diſcipulos habuit. Edidit Colloquia, quorum etiamnum vſus eſt in inferioribus Scholis. Hunc aiunt Geneuam conceſſiſſe, ibique fato functum anno 1564. ætatis 85. cum in Gymnaſio Geneuenſi docendi munere fungeretur, quod per 50. annos exercuit. Non numeratur tamen ab Hæreticis inter Caluiniſtas, quanquam eum ſpectatæ probitatis & eruditionis virum nominant.

Maximilianus Hubertus Pariſinus Baccalaureus Theologus, Socius Sorbonicus litteras humaniores & Philoſophiam profeſſus decem annos, Rector Vniuerſitatis electus eſt 17. Kal. Ian. an. 1587. per Quatuor-viros ſeu Intrantes MM. N. Reueil Claſſicum Nauarricum, R. le Viſeur Priorem Sorbonicum. I. l'Anglois Tertianum Doctorem Artium Gymnaſij Montani & C. Simpſon Primarium Pleſſæum. Rectoratu defunctus Lauream Doctoralem in Theologia conſecutus eſt.

Maximilianus Guillandus Cabilonenſis in Collegio Nauarrico Artibus & Theologicis diſciplinis imbutus, Doctor in ijſdem factus an. 1561. Carolo Cardinali Borbonio ſe addixit, cuius Præceptorem fuiſſe memorant poſt Doctoratum in Theologia aſſumptum. Melius fortè dici poſſet Adiutor Studiorum, nam Carolus tum Cardinalis erat & Archiepiſcopus Rotomagenſis annos natus pluſquam triginta. Maiore Archidiaconatu in Eccleſia Rotomagenſi ab eo donatus, Comitijs Bleſenſibus an. 1576. interfuit. Obijt an. circiter 1597. ætatis 75. Caſtellione ad Lupam in ſuo Prioratu S. Genouefæ.

Melchior Wolmarius Rotwillenſis Diœceſis Conſtantienſis ex Prouincia altorum Germanorum an. 1522. incepit in Artibus, & primum inter Licentiatos centum obtinuit locum. Rexit deinde in ijſdem Artibus triennium, fuitque Nat. Ger. Procurator, vt eius Acta teſtantur. Verum quia ingraueſcente Lutheraniſmo, paulo liberius loquebatur contra Catholicos, ad Bituricenſem Academiam ſe contulit. Ibi eum audiuerunt Io. Caluinus & Theodorus Beza, excelluit in Græcæ linguæ notitia & profeſſione, itaque Duci Witembergo fertur reſpondiſſe malle ſe in foro Græcè quam Germanicè agere. In Patriam reuerſus Tubingæ publicè docuit Artes liberales. Poſtremo Algauiam, quod eſt Oppidum Imperij, profectus, vitam ibi terminauit an. 1561. ætatis 64.

Michaël Manterne Doctor Theologus, cuius Facultatis Decanus erat circa initia huius ſeculi, & nomine Vniuerſitatis multas Legationes obiuit ad Regem & ad Proceres Regni, an. 1516. & ſeq.

N.

NATALIS BEDA Abrincenſis de Monte S. Michaëlis à M. Ioanne Standonk vulgo Standon electus ſucceſſor in Primariatu Collegij Montis-Acuti ante an. 1502. tum Baccalaureus Theologus: deinde laurea Doctorali inſignitus Lutheranos acriter inſectatus eſt; neque illos modò; ſed & quoſquot alij paulò liberius loquerentur; & qui inter alios Doctrinæ politioris famam affectarent; inter cæteros verò Eraſmum Roterodamum; vt ex eius Epiſtolis intelligitur. Quamquam verò bono id animo faceret & pro defenſione Religionis Catholicæ, non caruit tamen Reprehenſoribus ob editos minus caſtigatè libros. Vnde Franciſcus I. miſſis ad Rectorem & Vniuerſitatem litteris, datis Eſcouani 9. Iulij 1527. per Epiſcopum Baſatenſem porrectis voluit quendam eius librum in quo plures errores contineri dicebantur, publicè examinari. Habitis ergo die 10. Comitijs interrogatus reſpondit ſe ſe librumque ſuum ſubmit-

tere vltro correctioni, ſi eſſet aliquid reprehensione dignum: ea propter è ſingulis Facultatibus nominati viri qui illum examinarent. In his altercationibus poſitus Adjutorem delegit ſibi M. Petrum Tempeſte Doctorem Theologum an. 1524. & eo ad Canonicatum Nouiomenſem & ad regendam Parochiam de Champigny in Bria euocato, M. Io. Hugonem Cameracenſem an. 1528. demum vrbe excedere coactus & in exilium pulſus an. 1534. apud patrios Lares hoc eſt apud montem S. Mich. an. 1536. die 8. Ian. fato functus eſt.

Nicolaus Clenardus Patriâ Machlinienſis, in Patria diu docuit: deinde Lutetiæ vbi Guillelmo Budæo innotuit, linguæ Græcæ amantiſſimo peritiſſimus. Hinc in Hiſpaniam profectus aliquandiu Salamanticæ docuit. Mox à Rege Luſitano amplo pretio ad fratrem erudiendum conductus eſt. Poſthæc diſcendæ Arabicæ linguæ ſtudio in Africam Tingitanam traiecit, vt linguam illam ad Louanienſem Academiam transferret. Verùm Granatam reuerſus an. 1524. obijt. Grammaticam edidit, quâ nullâ melior nec magis methodica.

Nicolaus Copus Guillelmi Doctoris Medici filius in San-Barbarano Collegio Profeſſor Philoſophiæ ab an. 1530. ad an. 1533. Rector Vniuerſitatis factus 10. Octob. 1533. tum Baccalaureus in Medicina, ſed cum paulò liberius contra fidem de Lutheraniſmo publicè dixiſſet, accuſatus apud Curiam Pariſienſem, non ſatis ſibi fidens aufugit Baſileam.

Nicolaus de Credulio, de Creil, Scriba, ſeu vt legitur in faſtis Rectorijs, Graffiarius ſeu Protonotarius Curiæ Conſeruationis Priuilegiorum Apoſtolicorum, iuratus an. 1550. Rectore le Febure. Ex eadem Gente Ludouicus de Creil Pariſinus cum per 4. annos Iuuentutem edocuiſſet in Remenſi, an. 1571. 15. Kal. Decemb. factus eſt Procurator Nat. Gall. Claudius & Ludouicus de Creil, Nicolai filij Iurati an. 1580. Rectore prædicto M. Ludouico de Creil Priore Sorbonico.

Nicolaus de Godefroy Normanus è Collegio Theſaurariorum factus Rector Vniuerſitatis die 24. Martij 1538. de cuius electione ſic legitur in Actis diei, vbi de Intrantibus Electoribus, *qui poſt plurium & quidem egregiorum in re litteraria Athletarum ad munus Rectorium obeundum etiam digniſſimorum memoriam habitam, in viri clari forma & corpore præſtantis Scipioniſque Sorbonici ſpectatiſſimi nec ipſi Demochari ſecundi, Numam Pompilium Fabriciumque Religione & æquitate atque fide præcellentis M. Nic. Godefredi perſonam deuenere.* Ille Scholaſticam quandam feſtiuitatem menſe Maio celebrari ſolitam propter varias inſolentias contingentes, ſuſtulit. Parui Prati Clericorum diſtractionem primus incepit.

Nicolaus Gualterus Sabloli enſis, Diœceſis Cenomanen. regebat in Artibus circa an. 1550. manebat in Collegio Becodiano an. 1555. cum Iacobo Gallandio I. Meſtreau & S. Boëtard. Deinde in Theologia Doctor eximius floruit, regnante Carolo IX. ſermoneſque plurimos edidit & alia opuſcula tam Græcè quàm Latinè. Ex eadem Gente Iulianus Gualterus Cenomanen. an 1546. & Iacobus Gautier Cenom. an. 1577. Vniuerſitati Iuramentum præſtiterunt; & initio ſeculi Ioannes Gualterus Sablolienſis qui an. 1509. incepit in Artibus.

Nicolaus Hotman Nobilis Pariſinus an. 1566. Rector Vniuerſitatis electus. Ex qua Gente plurimi prodierunt Academici, Philippus & Paulus qui an. 1547. Academiæ iurarunt, Franciſcus inſignis Iureconſultus qui relicta Patria alias Academias luſtrauit. Edidit Franco-Galliam, è Græco in Gallicum vertit Apologiam Socratis, quæ à Gryphio Lugduni impreſſa eſt an. 1549. Lexicon Iuris Ciuilis & alia opera. Petrus Hotman Nobilis Pariſinus qui an. 1585. fidem dedit Academiæ. Ante iſtos omnes Frat. Adrianus Hotman Religioſus, Doctor Theologus actu Regens an. 1526. ſe nominauit ad præſentationem Abbatis de Volta Diœceſis S. Flori & Prioris de Coinciaco Diœc. Sueſſion.

Nicolaus Mallarius Doctor Theologus Eccleſiæ Pariſienſis Canonicus, in Clauſtro eiuſdem Theologiæ Profeſſor circa an. 1550. cuius extant litteræ

teræ Teſtimoniales ſtudij Theologici Philippo Bernardo Preſbytero conceſſæ; quæ ſunt eiuſmodi.

Ego Nicol. Mallarius Sacræ Theologiæ Profeſſor, inſignis Eccleſiæ Pariſ. Canonicus ac Doctor Theologalis actu in Capitulo dictæ Eccleſiæ in ſacræ Theologiæ Facultate Regens & ſacram interpretans ſcripturam certifico quod diſcretus vir D. Philippus Bernard Presbyter Pariſ. Diœceſis adfuit, prout nunc eſt verus & continuus Auditor lectionum mearum aſſiduarum à triennio & vltra. Actum Pariſiis, an. Domini 1554. Die 21. menſis Nouemb. Sig. MALLARIVS.

Extant & aliæ litteræ tales.

Nos ſubſignati in inſigni Eccleſia Pariſ. Beneficiati & habituati teſtamur. M. Robertum Langlois in eadem Eccleſia Beneficiatum ſtuduiſſe ſacræ Theologiæ nobiſcum, & Lectiones D Nicolai Mallarij Canonici Doctoris Theol. eiuſdem Eccleſiæ in Capitulo Pariſ. per quinquennium & vltrà, ab an. D. 1548. vſque ad diem datæ præſentium debitè frequentaſſe. Actum ſub noſtris Chirographis die 19. April. an. 1554. & infra. Expeditum ſub ſigillo Rectoriæ Vniuerſitatis Pariſ. an. 1554. die 18. Maij Rectore D. & M. Franciſco de Villers. «

Nicolaus Hieronymus Mallarius Doctor Theologus & Prior S. Lamberti D. Rotomagenſis anno 1530. ſe nominauit ad Collationem Archiepiſcopi Lugdunen. & Abbatis Athanatenſis.

Nicolaus Martimboſius Normanus, Regens San-Barbaranus, Nat. Norm. Procurator, Rector Vniuerſitatis ac Doctor Sorbonicus, poſtremo Theologus Eccleſiæ Siluanectenſis, qui cum flagrante Caluiniſmo voluiſſet Catholicos cum Hæreticis conciliare, concedendo quæ non erant legitimè concedenda, venit in ſuſpicionem Caluiniſmi, tandemque ab Epiſcopo & Canonicis exagitatus, reſipuit.

Nicolaus Vignerius Senonenſis, Patria Agendicenſis, vt legitur in lib. Procuratorum Nat. Gall. cum aliquot annos in Gymnaſio Bon. Puer. Iuuentutem erudiſſet, idem in Burgundiano aggreſſus, 7. id. April. an. 1553. factus eſt Nat. Gall. Procurator, Vniuerſitatis Rector an. 1559. Franciſcus Grudeus de Cruce Cenomana, Barrenſem eum facit fratremque Præpoſiti Barrenſis, & Doctorem Medicum, qui vt ſcribit Sammarthanus, omnes omnium ætatum & Gentium res pace belloque geſtas ingenti & operoſo volumine gallicè complexus eſt. Ab Henrico III. Medici ac Hiſtorici titulis inſignitus ſtipendia obtinuit. Florebat adhuc an. 1584. & obijt Pariſijs an. ætatis 76. & in æde Dominicanorum ſepultus an. 1596. floruit quoque eodem ſeculo Antonius *Vignerius Pariſinus.*

O.

OLIVARIVS DE LVGDVNO Nationis gall. Procurator erat an. 1516. Vniuerſitatis Rector an. 1516. inter præcipuos Eloquentiæ Latinæ Inſtauratores commendatur à Guill. Budæo. *Non mediocri nuper lætitia affectus ſum,* inquit, *Oliuari doctiſſime, cum audiſſem Gymnaſium iſtud tuum ita te formare conſtituereque cepiſſe, præclaris vt inſtitutis Ordinatum claritati nominis famæque reſponſurum ſit. Scholæ enim huius vrbis clariſſimæ atque principis exemplum non dubitabam ſcholas alias confeſtim ſecuturas. Quæ cum ipſa Architecto te diſciplinæ puerilis rationem informare optimam inſtituiſſet, fore videbam vt litteris elegantioribus paucis annis ſuum reſtitueretur decus, quod craſſa ac rudi multarum ætatum inſtitutione prorſus exoleuerat.*

Oroncius Fineus Delphinas profeſſione bonarum Artium & Philoſophiæ inſignis, Academiæ Libertatibus & Iuribus tuendis impensè addictus; quamobrem cum Franciſcus I. Concordatorum promulgationem fieri iuſſiſſet, inter alios qui ex Academicis Appellationem ſuaſerunt, Oroncius repertus, & cum aliquot alijs incarceratus. Acta Nat. Germ. ſic de eo habent; Ad 27. Octob. 1514. *Incidit quæſtio de D. Oroncio ad longa temporum curricula incarcerato, quatinus litteræ per Artium Facultatem ad Regis Chriſtianiſſimi Matrem darentur pro eius liberatione. Impenſiſſimè enim ſpe-*

rat ſe hocmedio quam otiſsimè hoc piſtrino abſoluendum. Quod Germanorum Natio quàm humaniſsimè non ſuper hac re profectò difficillima dormitando, ſed in omnibus afflicto opere præſtando ita fieri promiſit. In Mathematicis excelluit, lib. 5 de Sphæra edidit. Chartam geographicam Franciæ & alia quædam. A Rege Franciſco I. Profeſſor Regius conſtitutus in Mathematicis an. 1532. Obijt Pariſijs an. vt ſcribit Broſius 1551. vel vt alij 1555. 6. Octob. ætatis 61. & apud Carmelitas jacet. Filium reliquit Ioannem qui anno 1564. Procurator Nat. gall. electus eſt, & an. 1565. Rector Vniuerſitatis.

P.

PAVLVS ÆMILIVS Veronenſis, Hiſtoriæ gallicanæ Commentarijs Latinis ſatis notus. Quam vt ait Vaſcoſanus Epiſt. præliminari ad Franciſ. I. *Tentarant quidem nonnulli Latina lingua illuſtrare, ſed vt res docuit, parum felici euentu.* Hiſtoriam ſuam producit à Pharamundo ad Carolum VIII. obijt Canonicus Eccleſiæ Pariſienſis die 5. Iulij an. 1519. & ſepultus in Choro. Ille de ſe hoc condidit Epigramma.

Eſt Mater Verona mihi. Facunda Parenti
Lingua fuit. Fratres ſunt duo, & vna ſoror.
Æmyliana Domus, ſtudioſum pectus honeſti,
Eſt Sophiæ, eſt Superûm cognitionis amor.
Pallidus ob ſtudium. Viret ætas. Ocia nulla.
Natura eſt facilis, ſors grauis, hoſte vaco.
Incolui Romam. Retinet me Gallia. Cardo
Carlus habet. Gallis condimus hiſtorias.

Petrus Daneſius claro loco Natus inter Pariſienſes Conciues: in græcis Præceptorem habuit Ianum Laſcarim: in Theologia Doctor Societatis Nauarricæ. A Franciſco I. Collegij Regij factus Profeſſor in græcis Primus. Hinc in Aulam adſcitus ab Henrico II. præpoſitus educationi & inſtitutioni Franciſci Delphini; deinde Epiſcopatu Vaurenſi donatus. Plurimas Legationes obijt tum liberas, tum Reip. cauſâ. In Concilio Tridentino Eccleſiæ, Regni gallicani & Regis dignitatem honoremque acriter defendit. Obijt Lutetiæ & in Æde San-germano-Pratenſi ſepultus eſt, 23. April. an. 1577. octogenario maior. Gilbertus genebrardus laudationem eius habuit. Eiuſdem Præclari viri meminerunt idem genebrardus, qui ei librum de Trinitate dedicauit, Adrianus Turnebus, qui explicationem Locorum Ciceronis. Thuanus ad an. 1577. Michaël Vaſcoſanus in Epiſt. præliminari ad Hiſtoriam Pauli Æmylij, cuius librum 10. Daneſius ex Italia in Franciam miſerat. *Acceſsit liber 10*[us] inquit, *ad nos nuper ex Italia miſſus à Petro Daneſio viro cùm morum candore amabili, tum verò vtriuſque linguæ cognitione admirando.*

Petrus Ærodius Andinus Renati filius apud Andegauos an. 1536. natus delatam ſibi à Curionibus vrbis Pariſienſis Cauſam contra Ieſuitas qui Academiæ Pariſ. conſociari poſtulabant an. 1564. ſuſcepit, ſed non dixit, neſcio quamobrem, niſi forte quia non poterat ſejunctam ab Epiſcopo cauſam dicere, aut alias rationes proferre. Eodem anno Lutetiæ Annam Hortenſiam, Ioannis Hortenſij Medici Franciſci I. & Mariæ Telleriæ filiam duxit. Relicta Lutetia apud Andegauos Quæſitor Capitalis fuit. Scripſit multa egregiè & doctè de quibus fusè Cl. V. Ægidius Menagius in eius vita. Amarè quoque multa contra Ieſuitas qui ſibi Renatum natu maiorem filium apud Claromontanos degentem & ſtudentem rapuerant. Obijt an. 1601.

Petrus Egaſſe Diœceſis Carnotenſis Iuratus an. 1534. Rectore Ioa. gonſalio. Hæc quoque gens litteras coluit, ſed in faſtis Rectorijs variè cognomen eius ſcribitur. *Nicolaus Agaſſe* incepit in Natione Normanica an. 1538.

Rectore Iacobo Goueano. Idem in Artibus regebat anno 1540. *Petrus Egaſſe* Sueſſionenſis Iurauit an. 1543. Rectore Nicolao de Mongelos. *D. Petrus Agueſſe* Redonenſis Iuratus anno 1585. *Philippus Agaſſe* Pariſienſis an. 1514. Rectore Claudio Magiſtri. *Antonius Gaſse* Beluacenſis an. 1531: Rectore Adam. *Guillelmus Gaſse* Pariſ. an. 1547. Rectore Fournier. *Triſtandus Gaſse* Pariſienſis 1576. Rectore Burlat. *Ioan. Egaſse* Ebroicenſis. *Ioan. Gaſse* Sagienſis an. 1541. Rectore Iacobo Bridou. *Ioa. Gaſse* Pariſ. an. 1537. *Sulpicius Gáſse* Presbyter Carnotenſis in Artibus Magiſter an. 1541. ſe nominauit ad præſentationem & collationem Epiſcopi & Eccleſiæ Niuernenſis. Martinus Agaiſſe Abrincenſis. Ex ea gente Franciſcus auus meus Ioannem filium vnicum Patrem meum genuit. Vnde autem gens iſta Bulææ agnomen aſſumpſerit, dicam forte alio loco.

Petrus Gallandius Morinenſis, inſignis Artium Doctor, Pro litteris gradus ſupplicauit an. 1537. Claudio Berthou tum Rectore, Franciſco I. & Henrico II. regnantibus floruit. Becodiani Collegij Primarius digniſſimus, eiuſdem Inſtaurator. Regius litterarum Latinarum Profeſſor. Baſilicæ Pariſienſis Canonicus. Politiorum diſciplinarum reſtitutor. Academiæ Rameæ ſeu nouæ diſciplinæ quam Petrus Ramus in Academia inſtituere volebat, inſectator. Scripſit in Quintilianum. Laudationem habuit Franciſci I. quæ Vaſcoſani typis mandata eſt Latinè & gallicè. Obijt an. 1559. relicto herede guillelmo gallandio nepote & in Primariatu Becodiano ſucceſſore. guillelmo qui ſtrenuam quoque in ea adminiſtratione nauauit operam, ſucceſſit Ioannes gallandius. Porro de Petro ſic breuiter Knobelſdorfius in ſuo de Lutetia Poëmate,

Præſidet Auſonio dulcis Gallandius ori,
Imbuit, & Latijs pectora noſtra modis.
Qui quoties auidas reficit ſermonibus aures,
Motis blanda putes ſpargere mella labris.

Petrus de la Ramée vulgo *Ramus* Picardus Sueſſionenſis ex oppido Cutho Academiæ nomen dedit an. 1527. huius Patrem Agricolam quidem fuiſſe & pauperem, ſed ex ſtirpe tamen nobili ferunt; quippe auus è Leodienſi agro à Burgundionibus pulſus, amiſſis bonis omnibus, apud Veromanduos in oppido Cutho Carbonariam exercuit. Petrus illuſtre nomen habuit inter Oratores, inter Philoſophos mediocre, inter Mathematicos exiguum. Preſlæi Collegij Primarius fuit, non ſemel tamen è Primariatu dejectus ob ſuſpectam Religionem. De eo fuſè in Hiſtoria ab an. 1544. Huius viri fatum accipe ex Thuano ad an. 1572. *Petrus Ramus in Veromanduis natus cum diu bonas litteras, Philoſophiam & poſtremo Mathematicas ſcientias in Preſlæa Schola cui præerat, & poſtea in Regio Auditorio docuiſſet, poſtremo erroneam in Philoſophicis Doctrinam inuexit, Ariſtotelem voce & ſcriptis importunè oppugnans. Qua de re cum Iacobo Carpentario Claromontano magnæ controuerſiæ ei fuère, & antea maiores cum Antonio Goueano & Ioachimo Perionio. Tamen ex eo commendatione dignus fuit quod ingenio, diligentia, aſſiduitate & opibus etiam ſuis, quantum in ipſo fuit, rem litterariam iuuit ac promouit, inſtituta Mathematices profeſſione cui annuum vectigal 500. lib. è facultatibus ſuis attribuit. Is à Carpentario æmulo & ſeditionem adiuuante (an. 1572.) immiſſis ſicarijs è cella in qua latebat, extractus & poſt expenſam pecuniam inflictis aliquot vulneribus quæ Pueri furentes Magiſtellorum pari rabie incitatorum impulſu per vias ſparſerunt & cadauer ipſum Scuticis in Profeſſionis opprobrium diuerberantes, contumelioſè & crudeliter raptauerunt.*

Petrus Rebuffy Mompeſſulanus in illa Academia liberalibus diſciplinis & in Iuriſprudentia inſtitutus, vbi & Rector fuit, Toloſam profectus ſeptennium publicè Iuriſprudentiam profeſſus eſt. Hinc Cadurci non minore gloria. Tum Pictauij, ibique 4um. Codicis librum expoſuit. Vnde Biturigas euocatus à Nauarrorum Regina, Academiam illam inſtaurauit. Poſtremo Lutetiam venit, & in Curia Pariſienſi Cauſidicum egit. Tandem,

Edicto eiuſdem Curiæ ad Iuris profeſſionem quæ annos iam plures torpebat, reſtituendam inſtitutis publicis diſputationibus, diſputationis victoriam reportauit, & communi Patrum Conſcriptorum ſuffragio electus eſt qui Profeſſoris publici munus & perſonam ſuſtineret. Collegium itaque ſuum in integrum reſtituit, cuius diu Decanus fuit. Scripſit multa, quæ luce publica donauit. Notas in L. vnicam C. de Sentent. quæ pro eo quod intereſt, olim apud Bituriges dictatas, Pariſijs apud Claudium Cheuallonium an. 1534. In Concordata, in Tractatum Nominationum; quod opus Franciſco I. dedicauit. De Priuilegijs Scholarium, &c. Notas in Authenticam *Habita*. Collegit quoque Edicta & Arreſta Supremarum Franciæ Curiarum, quæ in folio Pariſijs edita ſunt.

Petrus Rebuffy Pictauien. Iuratus anno 1539. Rectore M. Antonio Demochare. Ioa. Rebuffe Cenoman. Iuratus an. 1544. Rectore M. Michaële du Guernier. Michaël Rebuffe Cenoman. 1525. Renatus le Rebuffe item Cenomanen. 1552. Audomarus Rebuffy Magalonen. 1597.

Petrus de Ronſard, Ludouici Filius, Nobilis Cenomanenſis Academiæ nomen dedit an. 1547. Rectore Roberto Fournier, Græcè, Latinéque doctiſſimus, puritatem verò gallicæ linguæ inſtaurauit, in qua verſibus gallicis pangendis palmam, vt Virgilius, in Latinis tulit. In Collegio Becodiano ſub Ioanne Aurato, Poëta quoque Clariſſimo litteris operam dedit. Turonum deinde ſeceſſit, & in Coſmi fano cui præerat, ſepultus eſt an. 1585. ætatis circiter 60. vide ſi lubet, eius Epicedium apud Sammarthanum. Extant docta eius opera, quæ Mar. Anton. Muretus & Remigius Bellaqueus non ſunt dedignati Scholijs quoque doctiſſimis illuſtrare. Floruit quoque eodem ſeculo Nicolaus Horatius de Ronſard Dominus des Roches Nobilis Cenomanenſis Petri Agnatus qui Poëticæ quoque animum applicuit, Muſicæ & Lyræ. Florebat adhuc an. 1584.

Petrus Seguierius è Seguieria gente apud Septimaniam clariſſima, primùm inter Cauſidicos Curiæ Pariſienſis claruit an. 1532. delectus Academiæ Patronus ejurante munus Montolonio. Eratque adhuc an. 1548: paulo verò poſt ab Henrico II. factus Regius Patronus. Et ille an. 1552. cum inſtarent Ieſuitæ ſuæ Societatis receptioni, Curiam admonuit quid ſibi de ea videretur; ex Patrono Regio factus eiuſdem Curiæ Præſes infulatus, obijtque alter à Principe an. 1580. 8. Kal. Nouemb. relicta prole plurima & illuſtri. Iacet in D. Andreæ. Ex ea gente Ludouicus Seguier *de Pariſius* an. 1514. iurauit Academiæ. Martinus Seguierius in Iuribus Licentiatus Eccleſiæ & Capituli San Marcellini Decanus Proconſeruator Apoſtolicus factus ab Odone Caſtillionæo Conſeruatore, & ab Vniuerſitate receptus an. 1557. Petrus Seguierius Petri maior filius, & ipſe Præſes quoque infulatus, ad quem Academiæ nomine legitur hæc Apoſtrophe in gratiarum actione an. 1600. pro Reformatione ipſius. *Tibi,* Petre Seguieri, *alterum lumen Curiæ & Columen Iuſtitiæ, ſinè interuallo proximum, cuius Pater vir ſumma grauitate & ſapientia præſtans cum Remp. omni officio, conſilio & prudentia iuuerit, tum præcipuè, & id quidem maximè, quod liberos multos omnes excellenti ingenio ac virtute viros, totidem ſuæ fidei obſides ſpiranteſque & expreſſas virtutum ſuarum effigies, ac inter illos quidem te virum integerrima fide, illibata conſcientia, ſumma innocentia, caſtè inculpateque Iudiciorum frena moderantem patriæ moriens reliquerit.* Antonius Seguierius Petri quoque filius, ipſe quoque præſes infulatus, vir ſumma facundia, ſumma in Iure dicundo æquitate & prudentia clarus. Petrus Antonij filius, in Collegio Becodiano humanioribus litteris informatus, qui Regis & Regni Cancellarius fuit.

Petrus Succurribilis gall. *Securable* Prouiſor Harcurianus Theol. Facul. Decanus, Archidiaconus Eccleſiæ Rotomag. ab Heredibus M. Roberti de Queſnayo centum ſcuta ſibi tradita Vniuerſitati dedit an. 1499. idemque paulo poſt fato communi functus centum libellas eidem Vniuerſitati teſtamento legauit. Sed circa iſtius ſummæ diſtributionem interuenit difficultas & diſcordia inter Facultates ſuperiores & quatuor Nationes, eò

quòd illæ partem ſibi maiorem vindicare volebant; Nationes verò æqualem: vt in Actis legere eſt annorum 1508. & 1509.

Petrus Tempeſte Nouiomenſis Ioannis Standonis in Collegio Montacutano alumnus, deinde inter pauperes Regens, poſtremo Doctor Theologus an. 1524. à Natali Beda aſſumptus in Adiutorem primariatus. Hinc an. 1528. Canonicus Nouiomenſis & parochus de Champigneyo in Bria. Neque eo minus ſe nominauit an. 1529. ad præſentationem Abbatis Montis S. Quintini Viromanduenſis & Abbatis de Homblieres Diœceſis Nouiomenſis. Moriens legauit Collegio pauperum, in quo educatus fuerat, 450. libellas. Eodem tempore Marcus *Tempeſte* Nouiomenſis in Artibus Magiſter Curio S. petri de Longolio Diœc. Beluac. ſe nominauit ad præſentationem Decani & Capituli Eccleſiæ Collegiatæ S. Quintini. Item Guido Tempeſte etiam in Artibus Magiſter ad præſentationem prioris de Helincourt Diœc. Beluacenſ. Antonius *Tempeſte* regebat in Monte-Acuto an. 1553.

Philippus Camuſius, *le Camus* de pariſius in Coll. Nau. Rhetorices profeſſor an. 1485. eius meminit Franciſcus de Cruce Cenomana in ſua Bibliotheca, eumque ait è Latino vertiſſe in gallicum *Le Roman d'Oliuier de Caſtille & d'Artus d'Argalée*. Ex eadem, opinor, gente iſti qui ſequuntur, Iurati Vniuerſitatis. *Guillelmus le Camus* de pariſius an. 1520. Franciſcus, qui anno 1521. Nat. gall. fuit factus procurator. Stephanus 1523. *Franciſcus* 1533. qui rexit in preſlæo Bellouaco. *Petrus le Camus* an. 1546. Carolus 1575. Nicolaus 1569. Rectore *De la Mer*. *Dionyſius* qui fuit ſub extremos ſeculi annos Decanus Facultatis Theologicæ, obijt an. 1598. Martinus *Camus* Benef. pariſ. an. 1523. *Ioannes Petrus le Camus S. Bonnet* Nobilis pariſinus an. 1592. Iuratus.

Philippus Leſchaſſier Diœceſis Pariſienſis per triennium cum dimidio ſtuduit in philoſophicis diſciplinis in Colleg Cardinalitio; deinde in eodem per biennium rexit, vt quinquennium in Artibus abſolueret, vt patet ex ſubſignatis Præceptoribus A. Sarre, Guillot, Io. gorreus, Caille, Quennot. I. Laffilé & Picot.

Philippus de Nozeres Nat. gall. Quæſtor an. 1508. deinde Doctor Theologus, qui Nationi prædictæ decem libras Turonenſes teſtamento legauit, vt ſcribit Criſpinus gringant Quæſtor ad an. 1521. *Item recepi ab Executoribus Teſtamenti memorati defuncti M. Philippi de Nozeres Sacræ Theologiæ Profeſſoris quondam dictæ Nationis Receptoris ſummam decem libr. Turon. ſic diuidendarum. Videlicet dimidiam partem DD. Regentibus Nationis diſtributiones ordinarias in Sacello Coll. Nauarr. percipientibus & alteram dimidiam partem reliquit Præfatæ Nationi, prout patet per art. ſuper hoc extractum à Teſtamento dicti defuncti.*

R.

RADVLPHVS CASET Preſbyter Diœc. Cenomanenſis Nationis Gall. Procurator an. 1525. deinde Doctor Theologus. Capellanus Capellaniæ S. Stephani de Goronio annui reditus 35. lib. an. 1531. ſe nominauit ad præſentationem prioris & Conuentus de gournaio; item & de D. Diogillo vulgo *de Dueil*. Item, an. 1537. tum actu in Theologia Regens & Curatus non tamen pacificus Eccleſiæ parochialis de Ruilleyo le grauelays, Diœc. Cenom. ſe nominauit ad Collationem Epiſcopi pariſ. Item an. 1539. adhuc regebat in Theologica Facultate, & ſe nominauit ad collationem Epiſcopi Niuernenſis.

Renatus Guillonius guill. guillon Cenomanenſis è Parrochia S. Oſman. in agro San-Karileſiano, quæ fuit etiam petri Ronſardi patria, Nicolai Clenardi Grammaticam Græcam notis doctiſſimis illuſtrauit. Fuerat autem olim guill. Budæi ſeruus & ab eo linguam græcam apprimè didicerat. Obijt pariſijs ſeptuagenarius 8. Decemb. 1570. & in Æde S. Stephani, ſeu in Cimeterio jacet, vt notat Francis. De Cruce Cenoman. in ſua Bibliotheca.

Renatus Regius Gall. *le Roy* Cenomanenſis ex oppido Feritatis Bernardi. Doctor Theol. Obijt 11. Octob. 1575. & in æde San-Iulianenſi cuius Theologicam Cathedram obtinuerat, jacet.

Richardus de Waſſeburgo Virdunenſis, fuit Procurator Nationis Gall. an. 1507. in Collegio Marchiano Regens, deinde Primarius ab an. ſcilicet 1510. quo deceſſit M. Michaël Barotty Gymnaſiarcha. Edidit duo volumina Antiquitatum Belgicarum pluribus libris diſtincta, in quorum primo l. 3. refert ex Iacobo de Colonia Hiſtoriam Fundationis Vniuerſitatis Pariſienſis à Carolo M. in 7. fundationem Collegij Marchiani. Florebat adhuc an. 1549. tum Archidiaconus Virdunenſis. Habuit ſeu fratrem ſeu Nepotem cognominem, Ioan. Waſſeburgum qui incepit in Artibus an. 1507. floruit etiam Petrus de Waſſebourg an. 1516. Magiſter in Artibus.

Robertus Cenalis Pariſinus an. 1507. Nationis Gallicanæ in Vniuerſitate Pariſ. Procurator electus. Rexit in Artibus in Collegio Montis-Acuti, curſumque vnum Philoſophicum incepit Remigialibus an. 1508. qui tunc erat trium annorum cum dimidio, illumque abſoluit die 1. April. an. 1511. ante Paſcha, vt legimus in Regiſtro quod vocant *Certificationum litterarum ſtudij*. Rector Vniuerſitatis an. 1512. tum Baccalaureus Theologus ſocietatis Sorbonicæ. An. 1513. Doctoralem Lauream in Theologia adeptus inter primos excelluit. Eius ſæpè fit mentio in Actis Vniuerſitatis, ad cuius res agendas ſæpè delectum legimus. Nec latuit eius virtus Franciſcum I. à quo primum Vencienſi Præſulatu, Deinde Rejenſi, poſtremo Abrincenſi donatus fuit an. 1532. Vir, inquiunt Sammarthani, eruditionis laude conſpicuus qui Theologicis ſtudijs Francicæ & Eccleſiaſticæ antiquitatis cognitionem adiunxit. Francicam quidem Hiſtoriam Latinè duobus tomis conſcripſit, quam Henrico II. dedicauit. Indicem Epiſcoporum Abrincenſium. Antidotum contra *Interim* Caroli V. Laruam Sycophanticam in Caluinum. Opus de Ponderibus & Menſuris. Obijt Lutetiæ 5. Kal. Maij an. 1560. & jacet in Eccleſia S. Pauli ſub tumulo marmoreo & ſtatua ænea Epiſcopum referente ſerpenteſque duos calcante. Vide eius Epitaphia ſi lubet apud Sammarthanos in Indice Epiſcoporum Abrincenſium.

Ex eadem Gente Robertus Cenalis in Artibus Regens an. 1515. ſe nominauit ad præſentationem Abbatis & Conuentus de Cormeriaco Diœceſis Turonenſis, & Abbatiſſæ de Cella Diœceſ. Pariſ. Clodoaldus Cenalis in Artibus quoque Regens anno 1517. ſe nominauit ad collationem Epiſcoporum Pariſienſis & Carnotenſis; idem poſtea Doctor Theologus. Ægidius Cenalis an. 1524. Academiæ fidem dedit.

Robertus Dure aliàs Fortunatus Maclouienſis hoc & ſuperiori ſeculo floruit. An. quidem 1495 Magiſter in Artibus & in eiſdem Regens ſe nominauit ad collationem Epiſcopi Lingonenſis & præſentationem Prioris B. Mariæ de Caſtello Lodunenſi Diœc. Pictauienſ. Bartholomæus Dure Maclouienſis Iuratus an. 1520. Rectore M. Nic. Paſtore. Yuo Dure Maclou. an. 1524.

Robertus Fournier Picardus Ambianenſis, Collegij Becodiani Claſſicus an. 1540. Rector Vniuerſitatis an. 1547. ad Aulam poſtea euocatus Scæuolam Sammarthanum è ſuis olim Diſcipulis vnum ad eandem inuitauit. Vnde ille in Epig.

Qui procul à Populi ſtrepitu ſecreta Sororum
Monſtrabas puero Ductor ad antra viam.
Nunc vice mutata celebrem me acceſſis ad aulam,
Inque hominem clara viuere luce iubes.
Macte tuis bonus Officijs, neu vana morentur
Dogmata, quæ tetrico Stoicus ore probat.
Quem Virtute olim fac nunc & ſorte beatum,
Alterius nam res altera poſcit opem.

Robertus Garnier, è Garneriorum gente Cenomanenſi oriundus, in oppido verò quod vocant *de la Ferté Bernard*, illuſtris Poëta Gallicus, vt eius opera teſtantur. Toloſæ Leges Profeſſus, Cenomani Conſiliarius in Curia Præſidiali, cuius opera commemorat Franciſcus de Cruce Cenomana in ſua Bibliotheca. Florebat adhuc Cenomani an. 1584.

Ex eadem Garneria Gente Ioannes garnier Lauallenſis, Poëta quoque gallicus & Hiſtoricus florebat eodem tempore; & eiuſdem mentio eſt in Bibliotheca Gallica. Ex eadem gente ſunt *Mathurinus Garnier* Cenomanenſis qui an. 1525. Iurauit Academiæ. *Iacobus Garnier* qui an. 1527. *Franciſcus* anno 1528. Thomas garnier an. 1525. Renatus 1533. Franciſcus 1547. Hieronymus Baccal. Theol. Rector Vniuerſ. an 1549. Curio Parochialis Eccleſiæ S. germani du Val prope Flexiam Diœc. Andeg. poſtea Doctor Theol. Guillelmus *Garnier. Ioannes Garnier* 1577. *Emericus* Beneficiatus anno 1553. *Ioannes Garnier* Andegauenſis an. 1534. & *Ioan. Garnier* Pariſ. qui eodem anno 1534. Ex ea gente, quæ mihi materna eſt, iam ſunt pauci quod ſciam, qui litteris vacent. Sub initia quidem ſeculi ſequentis duos adoleſcentes auunculos meos, Franciſcum & Petrum Petri filios vltra ætatem in litteris progreſſos mors acerba rapuit.

Inter Epigrammata Sammarthani legitur iſtud in R. Garnerij Poëtæ Tragici togatam effigiem.

Cur togæ decus & decus Cothurni,
Se Garnerius exhibet togatum,
Nec illi ſuus eſt item Cothurnus?
Tu verò illius aureos libellos,
Euolue, inuenies in his latentem.
Suo quem ingenio ſibi ipſe primus,
Graijs vatibus æmulum Cothurnum.

Robertus du Gaſt, Preſbyter Ebroïcenſis in Artibus Magiſter & Decretorum Doctor an. 1515 ſe nominauit ad præſentationem Abbatis de Cultura ord. S. Ben. Diœc. Cenoman. & Abbatis de Rebeſco. Facultatis Decretorum Decanus diu fuit, Curio S. Hilarij, & Collegij Coqueretici Primarius. Paulo ſeuerior fuit erga Regentes ſuos, atque idcirco ſæpè ob id ad Tribunal Academicum vocatus. Collegium San-Barbaranum dotauit inſtitutis 7. burſarijs an. 1556. vt legitur in Antiquit. Pariſ. eamque inſtitutionem ſeu fundationem ſupplicauit inſeri Actis Curiæ, & obtinuit, vt legitur in ipſis ad diem 9. Decemb. 1556.

Robertus Gouletus Abrincenſis hoc & ſuperiori ſeculo floruit. An. quidem 1493. tum in Artibus actu Regens & in Theologia baccalaureus ſe nominauit ad præſentationem Abbatis & Conuentus Exaquienſis vulgo *de l'Eſſay* Diœceſis Conſtant. & Abbatis ac Conuentus S. Martini Pontiſarenſis. Doctor quoque factus in Theologia, eiuſdem Facultatis Decanus fuit. Libellum edidit an. 1517. de fundatione Vniuerſitatis Pariſienſis apud Tuſſanum Denys bibliopolam in via San-Iacobæa ad Crucem Ligneam. Florebat adhuc an. 1536.

Floruit quoque hoc ſeculo Nicolaus gouletus Perticenſis ex oppido Nouigento. Poëta gallicus. Scripſit Epitaphium Chriſtophori Thuani an. 1583.

Robertus Stephanus Pariſinus, inſignis Typographus Regius, vir doctus doctiſque amabilis, ex eo maximè quod Hebraïcos & Græcos Characteres ſuo nitori reddidit. Dictionarium edidit Latino-Gallicum, cuius etiamnum vſus eſt. Grammaticam quoque typis proprijs mandauit. Biblia edidit notis illuſtrata: & hinc flagrante Caluiniſmo, venit in ſuſpicionem Hæreſeos. Graue bellum cum Theologis ſui temporis habuit, Geneuam

ſeceſſit, vbi obijt anno 1559. 7. Sept. annos natus circiter 56. filios habuit Franciſcum & Robertum, viros quoque Græcè & Latinè doctos & Typographos egregios. Fratrem Henricum. Patrem Robertum Stephanum & Patruum Carolum. Mirum quantopere gens illa Stephanorum dedita fuerit litteris, & quàm multos tulerit vno ſeculo viros græcè, Latinè, Hebraïcè & gallicè doctos.

Robertus de Vallibus hoc & ſuperiore ſeculo floruit, diuque Vniuerſitatis Procurator generalis fuit, nempe ab an. 1485. ad an. 1518. quo obijt. De eo diximus in libello *de Procuratore Fiſcali*, quem Gallicè edidimus. Iacet in Ædis Nauarricæ Naui ad Valuas; cum hoc Epitaphio. *Cy giſt venerable & diſcrete Perſonne M. Robert* de Vallibus, *Preſtre, Bachelier formé en Theologie, en ſon viuant Procureur & Soliciteur general de l'Vniuerſité de Paris, homme diligent & faiſant honneur & profit d'icelle Vniuerſité, & treſpaſſa le 22. iour de Decemb. 1518. Priez Dieu pour luy.*

S.

SCÆVOLA SAMMARTHANVS Nobilis Lodunenſis Diœceſis Pictauienſis, à teneris in Academia Pariſienſi inſtitutus, ita Poëticæ Arti animum addixit, vt ab ea grandior factus non potuerit abduci. In ea verò ita excelluit tam Gallica quàm Latina, vt ſi non primum, certè ſecundum inter Poëtas ſui temporis, fuerunt autem plurimi celeberrimi, meruerit locum obtinere. Ipſe de ſua ad Poëſim propenſione ita canit lib. 3. Sil. ad Philippum Portæum.

Prima meis ſtudijs populoſa Lutetia ſedes
Contigit: Hinc primum ſacræ nemora ardua rupis,
Et ſemper virides Hæmi patuêre receſſus.
Dein celebrem Aſtrææ ſacris ſum miſſus in vrbem,
Pictonidum, ſi qua Naturam expellere furca,
Atque leues poſſem de mente fugare Camœnas,
Sed tamen hoc fruſtra. Nam quo mecumque ferebam,
(Tantus amor) ſemper comitem ſe adiunxit eunti
Fida cohors, iuſſitque animum Iuuenile calentem,
Spernere Lucroſas vulgus quas appetit Artes.

Ex eadem Gente Carolus Sammarthanus Scæuolæ Patruus, Iuriſconſultus plurimas laudationes habuit & ſcripſit. Edidit quoque libros tres de Poëſi Gallica, & floruit ab an. circiter 1540. Iacobus Doctor Medicus & Poëta Frater Caroli; ad quem extat Epigramma. Amabo Patrem, &c. Renatus Archidiaconus Pictauienſis, Ludouicus Sammarthanus Nobilis Picto & Aduocatus Regis, Verſibus quoque pangendis animum applicuit; Scæuolæ Fratres. Porro Scæuola duos filios habuit Gemellos, Scæuolam & Ludouicum. Qui Fratres ætate Pares & animi propenſione Galliam Chriſtianam, qua Series omnium Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & Abbatum Franciæ, vicinarumque Ditionum ab Origine Eccleſiarum compoſuerunt, & Petro Abelio & Nicolao Sammarthanis Scæuolæ filijs, Ludouici Nepotibus edendam reliquerunt. Obijt autem Scæuola poſt an. 1615. & floruit ante an. 1570. habuitque cum omnibus doctis illuſtre litterarum commercium. Extant eius opera Metrica, & Elogia doctorum Virorum ſui temporis. De Metricis ita loquitur Petrus Ronſardus Epiſt. ad I. Anton Baïffium. *Dij boni, quem mihi librum miſiſti à noſtro Sammarthano conſcriptum!* Non liber eſt, ſunt ipſæ Muſæ. *Totum noſtrum Heli-*
" *cona teſtem appello.* Quin etſi de eo Iudicium conceſſum ſit, velim equidem
" illum omnibus huius ſeculi Poetis anteponere. Vel ſi Bembus, Naugerius,
" diuinuſque Fracaſtorius ægrè laturi ſint. Dum enim perpendo quàm aptè ſuauitatem

ſuauitatem Carminis puræ terſæque dictioni fabulam Hiſtoriæ, Philoſophiam Arti Medicæ conjunxerit, libet exclamare, *Deus, Deus ille Menalca, ſeculum iſtud felix dicere, quod nobis talem tantumque virum protulerit.*

Sebaſtianus du Monſtier Regens 4æ. Claſſis Grammaticorum Colleg. Cardinalitij die 22. Octob. an. 1537. cum eſſet Natio Gall. congregata ſupplicauit ad diſtributiones admitti ſingulis Hebdomadis fieri ſolitas Regentibus, cùm eſſet antiquior Franciæ Mag. in dicto Collegio Cardinalitio.

Simon Dontreleau Pariſinus an. 1521. determinauit in Artibus. An 1536. tum Regens ſe nominauit ad collationem Epiſcopi Beluacenſis. An. 1544. factus Quæſtor ærarij Academici poſt Vulcanum *Thynet*. Obijt an. 1560. eique ſucceſſit Lud. *Bonneau* Cenoman. Ex eadem Gente Claudius *Dontreleau* an. 1547. Ioannes 1551. & Petrus Pariſini an. 1587. Academiæ Iuramentum præſtiterunt.

Simon Meſnaige Cenomanenſis ſupplicauit die 1. Maij 1539. pro litteris Gradus. Robertus *Meſnaige* Cenom. an. 1532. iurauit Academiæ. Item & Natalis *Meſnaige* Pariſ. Neſcio an non ex eadem Gente Ioannes *Meſnaige* Rotomagenſis qui an. 1537. Nicolaus item Rotomag. qui an. 1568. & Antonius pariter Rotomagenſis qui an. 1571. fidem Academiæ dederunt.

Simon Pietre Meldenſis Vaceddæus regebat in Artibus an. 1546. in Cardinalitio & factus Procurator Nat. Gall. deinde ad Medicinam ſe conferens, eiuſdem Facultatis Decanus fuit an. 1565. & veterem Decanos & alios Officiarios eligendi formam introducta ſorte immutauit. Ex ea Gente Rolandus *Pietre* Cauſidicus apud Meldas. Et Renatus *Pietre* Doctor quoque Medicus. Fratres qui floruerunt ab an. 1550. Petrus *Pietre* Laudunenſis qui anno 1547. Academiæ fidem dedit. Ante iſtos Ludouicus *Pietre* Clericus Meldenſis in Artibus Magiſter an. 1527. Rectore Thoma *Bollu*, ſe nominauit ad collationem Epiſcopi & Capituli Meldenſis, item Epiſcopi & Capituli Beluacenſis.

Simon Vigor Ebroïcus, Eccleſiæ Cathedralis Ebroïcenſis Pœnitentiarius & Canonicus, Rector Vniuerſitatis an. 1540. creatus. Deinde Doctor Theologus, Hæreticorum malleus, Eccleſiæ Narbonenſis Archiepiſcopus factus à Carolo IX. contra communia Aulicorum vota. Obijt Carcaſſonæ 1. Nouemb. an. 1575.

Stephanus du Boulay Cenomanenſis Magiſter in Artibus factus an. 1498. multos quoque Bulæa Gens Academiæ Pariſienſi alumnos protulit; vnde patet à pluribus ſeculis illam hereditario quodam iure litteras amare & profiteri. Non repeto quæ retuli in Catalogo virorum Illuſtrium ſuperioris ſeculi; & in Indice Tom. 5. Quot viri ex ea Gente Gradum in Vniuerſitate fuerint hoc ſeculo conſecuti, patet ex Codice Iuratorum.

Stephanus du Boulay incepit in Artibus ſeu quod idem eſt, lauream Magiſtralem in Artibus obtinuit an. 1520. Rectore Ioan. *le Coinkte*. *Michaël du Boulay* Cenomanenſis an. 1526. *Guillelmus du Boulay* Nobilis Lexouienſis an. 1527. Rectore Nicolao *Gombaults*. *Ioannes du Boulay* Clericus Diœceſis Sagienſis an. 1523. Rectore Roberto *Bouchigny*, & anno 1537. ſe nominauit ad præſentationem Abbatum S. Petri in Valle & Ioſaphat Diœceſ. Carnotenſis. *Thomas du Boulay* Ebroïcenſis eodem Rectore *Bouchigny*. *Ioannes du Boulay* Cenomanenſis an. 1524. Rectore Hugone de Fontanis. *Gobertus du Boulay* Laudunenſis an. 1531. Rectore Landerico *Matyot*. *Michaël du Boulay* Cenomanenſis an. 1526. Rectore *Prothais*. Mathurinus *du Boulay*, Abrincenſis an. 1524. Rectore Fauerel. *Iacobus du Boulay* Ebroicenſis an. 1525. *Thomas du Boulay* Diœceſis Ebroicenſis an. 1527. Rectore Io. Daual. *Michaël du Boulay* Cenomanenſis an. 1542 Rectore Guill. Cranſton. *Robertus du Boulay* Pariſienſis an. 1548. Rectore Cauenel. Ludouicus *du Boulay* Cenomanenſis cum in Barbarano & Cardinalitio Grammaticam per tres annos docuiſſet, poſtea tertio Marchianorum Ordini præfectus 17. Kal. Ian. an. 1560. electus eſt Nationis Gall. Procurator. *Michaël du Boulay* Cenom. an. 1571. Rectore Gilmerio, Iura-

tus, 26. Maij 1581. factus eſt Nat. Gall. Procurator. *Ludouicus du Boulay Beneficiatus Cenoman.* iuratus anno 1582. Rectore Blaſio Martin. *Renatus du Boulay* Beneficiatus Cenoman. an. 1584. Rectore Hamello.

Stephanus Loret Nationis Gall. pro vice Tribus Turonenſis Quæſtor factus 8. Ian. an. 1512. tunc Baccalaureus formatus in Theol. qui cum debitor remanſiſſet 28. librarum, ab eadem Natione remiſſionem earum obtinuit an. 1516. *contemplatione Regentiæ & Gradus ſuſcipiendi in ſacratiſſima Theologiæ Facultate, ac etiam pietatis ac paupertatis intuitu.*

Stephanus Paſchaſius Pariſinus, inſignis Orator, Vniuerſitatis Matris ſuæ cauſam ſuſcepit & defendit an. 1564. contra Ieſuitas, qui ab ea adoptari poſtulabant. Eius orationem ad an. prædictum retulimus. Vide eius Elogium apud Scæuolam Sammarthanum. Henrici III. à quo in Aduocatum Regium in ſuprema Rationum Curia conſtitutus fuerat, fortunam ſecutus eſt, & poſtea Henrici IV. Filios tres reliquit, Theodorum, Nicolaum, & Vidum, in primis Togæ dignitatibus illuſtres. Obijt an. 1615. 87. annos natus & jacet in D. Seuerini. De Paſchaſio Roteræus in ſua Lutetia.

Paſchaſius, quem pauit apis, quem Suada leporum
Nectare, ſeu implicitus clamoſa per atria lites
Ille ageret, caneretque modos quos optet Apollo
Eſſe ſuos, ſiue è latebris arcana recludit
Galliæ, opus maius liuore & edacibus annis.

Stephanus le Tellier Pariſienſis fidem Academiæ præſtitit an. 1526. Rectore Gombaldo. Feraciſſima eſt omnino Telleria Gens Academicorum; nec vlla vnquam tot produxit quot iſta vno ſeculo. Nomina commemorare placet. Ludouicus le Tellier de Pariſius an. 1519. Rectore Aprili, Nicolaus le Tellier Pariſ. 1523. Rectore Iacobo de Maizieres. Martinus eodem an. Rectore Bouchigny, Henricus 1522. Rectore Guillebon. Ludouicus le Tellier Pariſ. an. 1521. Rectore Maillart. Petrus le Tellier de Pariſius an. 1532. Guillelmus an. 1546. Balthaſar an. 1550. Nicolaus & Petrus eodem anno 1550. Ioannes an. 1551. Ioannes alter eodem anno. Michaël le Tellier & Guillemus eodem an. 1551. Ioannes an. 1552. Ioannes an. 1569. Philippus eodem anno. Macæus le Tellier 1570. Rectore de Tremblay. Guillelmus & Ioannes an. 1571. Iacobus an. 1573. Franciſcus an. 1575. Rectore Clement Iacob. Simon le Tellier Pariſ. an. 1587. Ioannes Baptiſta & Nicolaus an. 1584. Dionyſius an. 1586. Gabriël le Tellier Pariſ. an. 1585. Hi omnes Pariſienſes fuerunt. Nonnulli quoque Cognomines è Normania & Picardia oriundi. Nicolaus le Tellier Ambianenſis an. 1523. Rectore Iacobo de Maizieres. D. Guillelmus le Tellier Rotomagenſis an. 1532. Nicolaus le Tellier Aurelianenſis an. 1532. Ioannes le Tellier Rotomagenſis 1533. Ioannes le Tellier Abrincenſis an. 1546. Mathelinus le Tellier Rotomagenſis an. 1546. Carolus le Tellier Meldenſis & Marinus le Tellier Carnotenſis an. 1546. Nicolaus le Tellier Rotomagenſis an. 1548. Franciſcus le Tellier, & Iodocus le Tellier Beneficiatus Rotomagenſis. Item Laurentius le Tellier Sagienſis an. 1551. Marinus le Tellier Ebroicenſis an. 1581.

Stephanus Thomas Niuernenſis in Collegio Nauarrico Profeſſor Artium emeritus, vt legitur in Reg. quod inſcribitur *Certificationes* Temporis ſtudij. Sic enim habetur.

